PARTHENIUS LITIGIOSUS SIVE DISCURSUS POLITICO-IURIDICUS: IN DUOS DISTRIBUTUS...

Georg Valentin von Winther

Digitized by Google

Bartholme Kreutter [illegible]
ist diss büchlein 2 L.

Staatl. Bibliothek
Regensburg

Digitized by Google

4° Jus. 232

Parthenius Litigioſus
SIVE
DISCVRSVS POLITICO-IVRIDICVS, IN
duos diſtributus libros.

Quorum I.

De Litigioſis noſtri ſeculi Malitijs, & malitioſis ejusdem litigijs atque cauſis

II.

DE REMEDIIS ABBREVIANDARVM LITIVM TAM generalibus, quàm ſpecialibus, & ſpecialiſſimis tractat

Auctore

Ventura de Valentijs, ICto Veronenſe, Comite S. Palatij, Equite aurato, Cive Romano.

Præmiſſus & emiſſus

VT ILLVSTRES DOMINI CAESAREI CAMERALES, REGVM, ELECTORVM, PRINCIPVM, COMITVM, BARONVM CONSILIARII, RERVMpubl. Advocati, & Academiarum Profeſsores laboranti jurisprudentiæ ſuccurrant, & indeſinenti litium frequentiæ occurrant, communicatis ſuis remedijs hoc in diſcurſu omiſsis.

Seneca 2. de Ira. c. 34.
Litigare ſive contendere cum pari anceps, cum ſuperiore furioſum, cum inferiore ſordidum.

Adiecta eſt tabula totius Parthenij Litigioſi, vnà cum indice rerum & verborum ditiſſimo.

VERONAE
Anno
Inſtante Deo pIa CaVſa trIVMphat.

Proſtant apud Paulum Ledertz, Bibliopolam Argentinenſem.

Digitized by Google

Staatl. Bibliothek
Regensburg

Digitized by Google

EX ANTIQVA ET INLV-STRI GENERIS PROSAPIA GENERO-SISSIMIS VIRIS-IVVENIBVS

Domino Chriſtiano Vom Seele.
Domino Franciſco Vom Mehr.
Domino Alexandro Von der Oſten.
Domino Georgio Vom Walde.
Domino Friderico Von Podewilß.

Amicis fraterno amore, more, ore, re, ſe invicem amplexantibus,
Dominis Patronis & Fautoribus debitâ animi obſervantiâ colendiſsimis.

S. P.

QVOD pulchro Oſyridis AEgyptiorum Regis ſepulchro inſcriptum: Oſyris Rex ſum, Saturni antiquior filius, qui nullum orbis locum, reliqui, quem non attigerim, diſcens ea omnia, quæ generi humano vtilia ſunt & neceſſaria, illud ad Germanam gentem rectè & directò accommodari poſſe, nemo niſi hoſpes in in hâc vltimâ tam malitioſi quam litigioſi ſeculi κωμωδοτραγωδία diffitebitur. Nulla enim natio ſub ſole, ſoli ſunt Germani, qui nullum orbis locum vt diſcant ſibi vtilia, relinquunt, quem non attingant

peregrinationibus ſuis. Rectè an malè, rectioris judicij cenſoribus, ne quid auribus dare videar, relinquo, & vnum dico, quod AEneas Sylvius in ſua Germ. c. 40. dicit, eos qui deinceps Germanos barbaros appellare pergunt, barbariſſimos eſſe cenſendos. Noſtrates diversâ & aversâ mente dicunt

Chi voul andar per il mondo vada
Vegga Ingiltera, Francia, è Spagna
Io voul ſtar nella mia contrada.

Quod dicunt, faciunt, dum domi deliteſcunt, foris vileſcunt. Sic & Spartani peregrinationem prohibuerunt Trog. *lib. 26.* & Apollionatæ AElian. *lib. 19.* & AEgyptij Strabo *lib. 16.* Solis Germanis plebeiæ ſunt animæ, quæ foco ſemper adhæreſcendo latitant, vti teſtudines & mulierculæ; Sed habent

Divinæ particulam auræ

Quæ cœlum intuentur, peregrinantur. Sicut Homerus Vlyſsem πολύπλοκον vocat, & Virgilius AEneam deſcribit.

Heu quibus ille
Iactatus fatis & bella exhauſta canebat.

Plat. 12. de LL. Bono Legum ſcriptori, viroque politico, monet hoc imprimis curæ eſſe debere, vt de Peregrnatione diligenter & ſepienter cauvat, βλάβη μεγίςη πάσων. Quà dij vocant, eundum, dicebat Apollon. *ad Ion. lib. 13.* Alciat. *Emblem. 8.* Et Zaſius *in l. 2. §.*

deinceps.

deinceps. n. 8. de Or. I. ait, BONOS VIROS quocunque errarum peragrarent, præclaros videri, IOVI ſimiles: Non tamen omnes eundem peregrinationis ſcopum ſibi proponunt, ad quem collineent, quia nonnulli peregrinantur vt apes, nonnulli vt araneæ, nonnulli vt aves, cælum non animum mutant qui trans mare currunt: pauci ſunt, qui ſalutem populi ſui cogitant, diverſas rerumpub. formas, incrementa, decrementa, corruptelas, remedia, diligenter obſervant, & ad vſum communem transferunt. Diverſas diverſarum veſtium formas, pileos modò oblongos, modò breviores; caligas modò ſesquiulnales, duplicatas, triplicatas, quadruplicatas, calceos exenteratos; pallia quaſi nulla; χειροφιλήματα, baciolimani, & eiusmodi μορμολυκείους paſſim omnes ferunt & adferunt. Dequibus eleganter dixit VLDARICVS Dux VVirtembergenſis: Novus veſtitus introducit novos mores, novi mores introducunt novos homines, novi homines expellunt veteres. Hæc ſanè exigua peregrinantium vtilitas, nî futilitas. Alia vobis Generoſiſſimi Patroni mens fuit, quam & αὐτόπτης vidi, & peregrinationum quarundarum comes fui. Noſtis cuilibet regioni ſuas vti virtutes, ita & adhærere vitia; quæ fugiſtis; illas exoptaſtis prudentiam acquirendo, & tertium politices oculum ob oculos ponendò & exponendò. Imprimis Chriſtianiſſime Domine CHRISTIANE, Mæcenas obſervandiſſime, primus huius peregrinationis inceptor & antambulo exiſtens Anno

1591. in comitatu illuſtri Illuſtriſſimi Megapolenſium Ducis Vdalrici ſanctæ memoriæ Croneburgum Daniæ arcem Regiam acceſſiſti, vbi ſimul quatuor Regias & egregias perſonas vidiſti, Magnum præcipue Britaniarum Regem Iacobum ſapientem Heroem, & Chriſtianum bellicoſum Danorum Regem, quorum gratiam, favorem ſeu dixeram familiaritatem modeſtè ambijſti, vnà cum tuis ſtipatoribus nobiliſſimis viris, Domino Henrico Roder, Chriſtophoro à Platen, & Martino Marſtallero, ſocijs & Achatibus fidelíſſimis. Hoc facto, & jacto itinerum principio non acquieviſti, Sed anno 1595. 15. Octob. ſelectos comites tibi rurſus elegiſti, cùm nobiliſſimos Dominos Heinr. Schmeckerum eq. Megapol. & Eberartum ab Holla eq. Brunov; tùm celeberrimos viros Protaſium Marſtallerum I. V. D. & Conſiliarum Megapolitanum, & Martinum Marſtallerum, Comitem Palatinum, nunc Illuſtriſſimo Pomeraniæ. &c. Ducis. Heroi laudatiſſimo, PHILIPPO II, à conſilijs ſecretioribus, qui, reliquis piè defunctis, ſolus ſuperſtes diu tecũ vitã agat longiorem & beatiorem, quibus cum Italiam & optumam Galliæ partem peragraſti, & eò contendiſti, vt CHRISTO inſervires & REIPVBLICAE. Quod cùm maximâ popularium tuorum laude facias:

Semper honos, nomenq́ tuum, laudesq́ manebunt.

Egregium ſanè, immò Regium, inſtructam habere Bibliothecam, & Exoticothamiam: ita Ptolomæus Philadel-

Philadelphus Rex AEgypti, ad millia ferme voluminum ſeptingenta conquiſivit. Ita Matthias Rex Vngariæ in comparandis ſcriptoribus varijs nullis pepercit impenſis, Bonfin. Philip. *5. Chron. Gell. lib. 6. cap. 17.* Ita Elector Palatinus, Dux Bauariæ, Mauritius Haſſiæ Lantgravius & alij Germaniæ principes, principem atque laudabilem immortalitatis operam collocant in inſtruendâ Bibliothecâ, & exornandâ Exoticothamiâ: vtramque habes, inſtruis, ornas, non Regum exemplo, ſed duce Ducis Vrbinatis diſpoſitione, quæ integrum ſtudioſorum curſum feneſtris repræſentat, quæ picturas vndiquaque diſpoſitas tabulis continet, quæ libros ſacros, politicos, hiſtoricos, exoticos repertorijs oſtentat, quæ paſcit oculos varijs naturæ miraculis, rerum exoticarum ſpectaculis, metallis aureis, argenteis, cupreis, ita vt reliquis ſuo jure adnumerari poſſit, poſteaquam felici curſu & ſecurſu continuata fuerit.

His tuis veſtigijs inſiſtens Generoſſimus & Reverendiſſimus Franciſcus Vom Mehr / non ſolum anno 1595. comitantibus nobiliſſimis Domino Caſparo Fleming in Schwieſen & Bock, Hermanno ab Holle, alijsque, Italiam meam vidit, ſed & anno 1596. ad pompoſam Regis Daniæ coronationem profectus eſt, comitantibus eodem Caſparo Flemingk / Adriano Rexin, Hermingo Von den Oſten / & Henrico Furſtio; Tertiam denique Peregrinationem ſuſcepit indefeſſus, & anno 1607. viros experientia cùm rerum militarium,

tatium,tum politicarum & aulicarum longè ornatiſſimos Domin. Georgium à Wedell/& Henningum Belaw adſcivit,quorum alter Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Pomeranorum Ducis Domin. FRANCISCI, Epiſcopi Can:minenſis &c.Mareſchallꝰ,alter conſiliarius intimus,quibus acceſſit politiſſimus,& ab ipſa infantia inter exteros verſatus juvenis Henningus Mildenitz/nec non Petrus PutKamerus: & cum his Gallorum & Anglorum Regna, tùm Bataviam hoc ſeculo rerum militarium officinam perluſtravit.

Non minus Alexandrinæ virtutis æmule Domine Alexander, anno 1604. prædictos Comites Dominum Georgium à Wedell & Henningum Mildenitz tibi elegiſti,quibus nobiliſſimos juvenes, & linguis, & literis excultiſſimos, Chriſtophorum ab Heim,Ioachimum Morder/nunc Illuſtriſſimi Pomeranorum Ducis PHILIPPI IVLII conſiliarium digniſſimum, & Philippum SteinKeller/ſicut & Ornatiſſimum virum Erneſtum Werckman I. V. L. & conſiliarium Danicum adiunxiſti, mores hominum obſervaſti, Belgium,Angliam, Galliam, Italiam peragraſti, nec hoc contentus anno 1608 adſcitis partim prædictis, partim nobiliſſimo rei equeſtris pręfecto Nicolao Hechthauſen, Germaniam cum Regno Vngariæ & Bohemiæ viſitaſti,non ſolum vt ſtatum cognoſceres, ſed & in re militari quid perciperes, quod ſuo tempore ad vſum transferre poſſes.

Similiter Magnifice Domine Georgi vom Wal-

de

de anno 1608 idem peregrinationis curriculum tibi propoſuiſti,& comites adſciviſti,cùm nobiliſſimos & literatiſſimos juvenes Petrum Glaſenap, Antonium Bonin, Thomam Monnichovven, Thomam Heidebreken & Michaelem Manteuffel; tum viros ornatiſſimos Iurga- Valentinum Wynther I. V. D. & Com. Pal. nunc inter illuſtriſſimos literatiſſimi, & inter literatiſſimos Illuſtriſſimi principis ac Domini, Domini PHILIPPI. II. Ducis Pomeranorum. conſiliarium, Iohannem Fabrum I. V. D. & Iohannem Hagemeiſter/ Illuſtriſſimorum Pomeraniæ Ducum Bogislai & Georgij Secretarium, quibus cum primo anno Italiam,Calabriam,Siciliam, & Maltam totius Chriſtianitatis propugnaculum perluſtraſti; Secundo, Galliam,Angliam,& Belgio-Germaniam: Denique nobiliſſime & generoſiſſime Domine Podevvils,ſicut in te omnis Virtutis SVRCVLI ab initio progerminarunt, ita eosdem diligenti ſtudiorum culturâ promovere voluiſti,cùm celeberrimis Germaniæ Academijs, Roſtochienſi & Tubingēſi, tùm peregrinatione adſiduâ, cuius comites exquiſitiſſimos elegiſti, cùm nobiliſsimos Dominum Wilhelmum Wacholtz linguarum variarum peritiſſimum, & Franciſcum Boëhn & armis & literis excultum, Bornium & Alexandrum à Rammin,tùm ornatiſſimum Dominum Wilhelmum Marſtallerum I.V.D. nunc Illuſtriſſimi Pomeranorum Ducis VLDARICI conſiliarium, quibus cum præter Italiam, Galliam, Angliam, Belgium, Flo-

tiſſimum Hiſpaniæ regnum vidiſti, & ita alter alterius exemplo inſiſtens, omnes ſimul peregrinationis curriculum feliciter abſolviſtis, exemplo alijs raro, vobis charo, me cognoviſtis, & vobiſcum è dulciſſimo Veronenſium agro ad nobiliſſimum Germaniæ fundum abduxiſtis, non ſine divina providentia. Deus enim eſt, qui hæc omnia agit, homines ducit & reducit, Donellum, Hotomannum, Gothofredum Gallos, Scipionem & Albericum Gentiles Italos in Germaniam duxit. Sicut & Petrus de Ravenna ICtus eximius cum Sereniſſimo & Potentiſſimo Pomeranorum, Caſſubiorum, Vandalorum, Rugiorum, Caycorum Duce atque principe BOGISLAO verè Magno Hieroſolymis redeunte, remotam Gryphorum Academiam adijt ibique obijt. Ita ne miremini quod relictâ Veronâ vos ſecutus, & aſſecutus ſim propoſiti finem, vt in Germania deliteſcerē, vbi mihi omnes & ſinguli, omnia & ſingula gratioſæ humanitatis officia benevolè exhibuiſtis, reapſe præſtitiſtis, Magnorum benevolentiam conciliaſtis, honeſtam vitæ ſuſtentationem, & ICtorum nobiliumque notitiam procreaſtis, quos omnes rogatum volo, vt me excuſatum habeant, ſi quid liberius dixerim, & vobis gratitudinem declarare voluerim.

Hoc toto peregrinationis curſu primum animi mei cogitatum, vt doctorum virorum amicitiæ me honeſtè atque modeſtè inſinuarem, & ſtudium juris, quod in Academijs Italis, Gallicis, Anglicis devoraſſem, vt

ſem,vt aiunt ſecundum diverbium. LL. in Schola deglutiuntur,in foro concoquuntur, in Germania concoquerem. Modum concoquendi neſcivi, vbique locorum querelam de litigijs audivi, & cauſas ſciſcitanti vix gry reſponſum, ne quid ignoratis cauſis dicam de remedijs. Cæpi cum ICtis patrijs,Siculis,Gallis, converſari,ſed nullus præter Iohannem Baptiſtam Palazzum,qui vlcus hoc litigioſum tangere auſus fuit. Cordati enim hominis propoſitum, ſed deſperati laboris oppoſitum eſt argumentum,Litigiorum incendio vbique in propatulo tam publicis quam privatis in rebus,ſi non totale, ſaltem aliquale quòd adhibeatur remedium,infinita litium ſeges & contentionum occaſio amputetur, adeoque juſtitiæ cultus ad tranquilliorem reipublicæ ſtatum conſervãdum ſartus tectus cuſtodiatur. Vnde ſpe Divorum fretus, illud quod toto peregrinationis meæ ſtadio ſtudioſè obſervarâm in hoc litium abbreviandarum articulo omnium neceſſario,chartis delineavi, & amicis rerum Germanicarum peritioribus communicavi, qui ſuaſores fuerunt, vt in lucem ederem, & mihi & aliquid lucis in hac terra compararem. Obtemperavi cum tempore,& PARTHENIVM LITIGIOSVM inſcripſi, quem Vobis meorum, principibus (ita enim ſuos dij volunt appellari favitores) jure dedico,cum quia vitæ meæ curriculum noviſtis, tùm quia omnibus beneficijs cumulatim affeciſtis,tum quia Lites odiſtis, & IVSTITIAE naviter operam dediſtis. Nihil morans

quod Chryſippus Apollonij filius cum multa ſcripſerit, nec vlli vnquam regi inſcripſerit, contemptor bonorum propterea appellatus ſit, teſte Laërt. Quare vt accipiatis hoc chartaceum & levidenſe munuſculum, itinerum monumentum, laboris impenſi documentum,

tanquam preludia quedam.
Illud opus ceu prima novi tentamina ludi,
Et munus puerile; artisque crepundia noſtra

Suſcipiatis quæſo ſerenis frontibus, fructum in exoticis natum, ſed in Pomario Germano recoctum, quem maturiorem

Reddat longa dies ævi, inſuperabile Fatum.

His benè valete, vos invicem amate, & me vobis commendatiſſimum habete. Dabam ſub ſidere fauſto, Anno 1612.

Veſter humilis cliens

Ventura de Valentijs.
ICt. Veronenſis.

* * *

Sequitur Tabula

PARTHENIVS ALLOQVITVR LECTOREM.

PARTHENIVS dicor, quia ſecundum Duro de Paſcolo reg. 15.

Nuda à præſidijs ego VIRGO miniſtro leoni,
Danda opera eſt magnis ſed non cum vulnere mentis.

Non tumidè, ſed timidè Lectorem accedo, eundemque ſubmiſsè rogo, vt virginalem verecundiam ignoſcat, & rectè cognoſcat, quod ſim partus deformis, informis embryo, ne dicam monſtrum.

Infortunatum natum me conſule regnum!

Ad cuius ſalutem, & deteſtandos hodiernarum litium tàm publicarum quàm privatarum pruritus, emiſſus, præmiſſus ſum.

LITIGIOSVS dicor cognomento, non quod lites cupiam, excitem, foveam; ſed quod omnes litigioſi noſtri ſeculi malitias, & malitioſas eiusdem lites ſi non protinus extinctas, ſaltem diminutas, & abbreviatas deſiderio deſiderem. Patriæ Europæ lites deplorare tàm publicas, quàm privatas, mearum eſt partium, quibus ſolis vt litarem, me compoſuit & expoſuit parens. Bona ſit an mala LITIVM litatio, licita an illicita, vera, an falſa, tuũ eſt Lector cognoſcere. Sanguinolentę Litigaturientiũ lachrumę me informẽ vtero detruſerunt.

DISCVSVS etiam dicor, quod liberrimo animi judicio abſque præjudicio diſcurram, nec aliquid ſcribam aut præſcribam contra illos qui proſcribunt. Dices forſan hæc vulgatiora eſſe, quam vt diſcurſum mereantur, cum diſcurſus diſputatione digniora argumenta requirat, aut ſaltem ne trita ſit aut vulgata, qua de agitur materia: Scipio Amirat. *lib. 15. diſcurſus pol. cap. 7.* Sed hæc litium materia non eſt adeò trita & vulgata, niſi quod vulgus litigantium veſtibus attritis vbiquè de litium immortalitate conqueratur. Diſcurrere ſive diſputare de Republ. eſt tractare rem magnam & gravem, & plurimi otij, inquit Tullius *ad Att. lib. 4. epiſt. 16.* quod parens alijs occupatus negotijs vix & ne vix habuit, nec habere cupit.

POLITICO-IVRIDICVS inſcribor, quia multa ex philoſophis, hiſtoricis, politicis, immiſcui, ſecundum illud:

Omne feret punctum qui miſcuit vtile dulci,

Quæ tamen omnia ad æqualem IVRIS & IVSTITIAE adminiſtrationem ſpectant, Germ. Das Juſtitien Weſen. Nonne in eo-

b iij dem

dem prato bos herbam, ciconia ranam, venator leporem, ruſticus fœmum quærit? Hic quærat quis, quod cuiusquè eſt artis ac inſtituti. Proverbijs ſum refertus, Gallis, Italis, Germanis, non oſtentandæ linguæ, ſed delectationis ergò. Germanis præcipuè natus ſum, quorum lingua non tantum elegantiâ, ſed & exquiſitorum verborum circumductione, & decenti periodorum amplitudine cum reliquis ferè omnibus certare poteſt, *vt* Arnoldus Clapmarius *lib 3. de arc. Rerumpub. cap. 22.* contra Ariæmontanum defendit. Vnde RVDOLPHVS I. Anno 1273. l. publ. Sancivit, vt deinceps omnia mandata, edicta, privilegia, inſtrumenta Germanicâ linguâ conſcriberentur. Cyriacus Spangenberg. *in Chron. Sax. cap. 264.* Petrus Heigius *quæſt. 7. n. 63.* Hermannus Kirchnerus. *de legat. lib. 2. cap. 7. n. 32.*

Hæc eſt ratio inſcriptionis, ad quam non inſatiabile ſcribendi cacoëthes, non vana & inanis gloriolæ captatio, non fama inclareſcendi, cui ſæpè etiam boni indulgent, vt ait Tacitus in Agric. Sed publicum pellexit commodum & ſalus Reipub. quæ omnium ſuprema lex eſto. Sufficiat parentem vel inane Diogenis Cynici dolium verſando Germaniæ profuiſſe, ſi non effectum, ſaltem affectum probes, in magnis voluiſſe ſat eſt. Ergóne inquis pater cogitavit Horatianum illud:

Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis, æquam
Viribus, & verſate diu, quid ferre recuſent,
Quid valeant humeri.

Nonne ex Hieronymo didicit: qui ſcribit, multos ſumit judices? jamiam Lucumones ſuſurrantes mihi audire videor, quis hic auctor, quæ virgo, quis Parthenius, totum Imperij corpus ineſcaturus? Supremum eiuſdem tribunal adſperſurus? leviuſculos inferiorum judiciorum errores correcturus? Advocatis qui vicennalem in praxi coronam portant contradicturus? Procuratores, Sollicitatores atque Notarios reprehenſurus? totum ICtorum ordinem inverſurus? Rarò benè loquitur, qui contra omnes loquitur, inquit practicorum pater Bald. *cons. 112. vol. 2.* At parens contra omnes loqui, imò obloqui videtur. Minimè gentium. IVSTITIAM loquitur, VERITATEM loquitur, SALVTEM patriæ loquitur, cauſas litium Europæarum eloquitur, remedia earumdem talia qualia loquitur. Hoccinè eſt contra omnes loqui aut obloqui? Publicæ v-

utilitatis

tilitatis favor, pax & tranquillitas imperij longè præponderare debent. Gilm. *Symph. 1. p. 1. tit. 3. vot. 3. n. 11.* Gail. *2. obs. 56. n. 3.* Vnius forſan & deterioris ſententia multos maiores ſuperare poteſt. *l. 1. C. de vet. Iur. en.* Neque conſiderandum quis dicat, ſed quid dicat.

Sæpe etiam eſt olitor valdè opportuna locutus.

Et ſummi gubernatores, vt Cic. Phil. 7. inquit, in magnis nonnunquam tempeſtatibus à vectoribus etiam admoneri ſolent. Parens haut ignoravit, paratam ſibi calumniantium ſcarabeorum turmam, præhenſionem, repræhenſionem: ſed quis adeò felix PARTHENIVS, qui in graviſſimi negocij litigijs ſententiam dicere poſſit, quæ partibus vtrinque exulceratis grata ſit futura? Hortulani, qui cum curvas arbores rectas facere volunt, in contrariam prorſus partem inflectunt & detorquent: Idem Parenti accidit CVRVVM IVS RECTVM facere ſatagenti, & genti politioris naſi minimè ſatisfacit. Nec tamen addubitat, quin candidi & æqui futuri ſint cenſores, qui candidam animi libertatem liberius, vti viros bonos decet, interpretaturi ſint. Parens vir juvenis anno ætatis 34. incipiente, meliora ſuadentibus libenter paret. Iuventutis florem Veronæ, & alijs Italiæ locis exoticis tranſegit, VERO ſemper addictus. Tandem Germaniam elegit, & linguæ & legum cupidiſſimus Auctorem incertum, eo quo redijt anno, de juris adminiſtratione diſcurrentem vidit, legit, collegit, eâ qua me vides forma informi. Videas quæſo Amice Lector, nec invideas, quod parens hoc rudi, trito & impolito ſtylo veluti ſtridulus præcentor anteire voluit, nec verum Antambulonem aut Chirogagum in hoc odioſarũ litium argumento habuit, multò minus terſum ſermonem adhibuit. Litium enim praxis, ipſaquè forenſis cauſarum tractatio rudis eſt, aſpera, ſalebroſa, ac propè aliena à muſis humanioribus, vt inquit Robert. Annæ. Quoad rem ipſam ſi malum ſit Litigaturientium malitiam reprehendere, parens malè egit; ſed qui non vitio, ſed deſiderio proficiendi, in virtutibus Chriſtianis obſervat ſtudiosè actiones hominum, illuſtratur indies divino lumine, ad cognoſcendas occultiores mendas, quę latent in angulis animæ: quæ propterea ſunt explicandæ, vt deinde poſſint præcaveri & expurgari. Ioh. Pet. Ala. *tr. de Adv. & cauſ. Chriſt. p. 1. quæſt. 16.* Quod ſi illis ſolum placeat Parens,

Quibus arte benignâ
Vel meliore luto finxit præcordia Titan.

Promittit

Promittit lambendo me,imperfectum,perfectiorem atque rectiorem emiſſurum,nec non pleniorem tractatum de Litium origine,cauſis,Remedijs, conteſtatione, conteſtationis impeditione, ſive exceptionibus Litis ingreſſum impedientibus in lucem daturum. Hoc primum & præcipuum parentis fuit propoſitum ab octennio, ſed diverſis itineribus,negotijs aulicis, neceſſarijs e ſolemnitatibus & legendis privatorum litigioſis actis occupatus, petit Lectorem vt ſe excuſet,non accuſet. Dum enim me PARTHENIVM emiſit,verum partum amiſit,ſeu potius præmiſit non amantem litium,ſed EQVORVM igneorum, amantem agri Elyſij, vnà cum parente chariſſimo, & famulo,requieſcant in pace. Vtinam me illegitimum perdidiſſet partum legitimum retinuiſſet,ſed aliud ſuperis placuit,quib. placere cupit. Quoad Homines placeat vni, placeat nulli. Quod ſi neutris placeat,ſapienter ſapiens quidam dixit: *Inſere arbores alteri ſeculo profuturas,ſi præſens deſpiciat.* Interim ſolenniſſimè proteſtor, imò ſanctiſſimè juro,parentem nihil acerbum,durũ aut iniurioſum contra quemquam dixiſſe, niſi quod dictum ſit prius, & vergat in Reip. commodum. Tu, quæ propter veritatem, communem Salutem, conſcientiam & neceſſitatem vel invitus protuli,vt ſuperioribus corrigendi anſam humilimè ſuppeditarem,benevole lector,æqui boniquè conſule,vive, Vale.

Si quid noviſti rectius iſtis
Candidus imperti.
Cuncta legenti
Forſitan occurret vacuas quod mulceat aures,
Pæniteatquè minus ſuſcepti in fine laboris.

Dabam ex conventu Clarevallenſi, anno ſeculi, quo videmus bonos mergi, malos erigi, reptare aquilas, aſinos volare, vulpes in curribus, corvos in turribus, lites in judicijs, veritatem in convicijs mendacium in delitijs,

ANNO.

DIffaMare CaVe, rIte probare graVe.

)(2

CATALOGVS

TABVLA I. TOTIVS PARTHENII LITIGIOSI, SIVE DISCVRSVS POLITICO-IVRIDICI.

LIBER PRIMVS.

* * *

- **LITIVM in hoc malitioſo ſeculo**
  - Præambula:
    - Querelæ, multitudo, origo litium. Cap. I.
    - Officium
      - Principum
      - Collitigatorum
        - in litibus
          - minuendis. cap. 2.
          - fugiendis. cap. 3.
    - Diſpendia, ſumptus, moleſtiæ, incommoda litium. cap. 4.
    - Notatio, definitio & diſtributio earundem. cap. 5.
  - Cauſæ
    - Publicarum: ex parte
      - Magiſtratus
        - Religionis diſſidium.
        - Mala IVSTITIAE adminiſtratio.
        - Oppreſſio ſubditorum.
        - Indulgentia, æmulatio, invidia, diſcordia.
      - Subditorum
        - Clades publicæ, lis, bellum, peſtis, fames
        - Conventicula occulta
        - Diſſimilitudo morum. cap. 6.
    - Privatarum:
      - Remotæ
        - Imperfectitudo humanæ naturæ.
        - Rerum communio & diviſio.
        - Legum multitudo. c. 7.
      - Proximæ
        - Generales
          - Malitia
            - Litigaturientium; c. 8.
            - Advocatorum
            - Procuratorum
            - Sollicitatorum
            - Notariorum. c. 9.
          - Falſitas, mendacium, ſimulatio. c. 10.
          - Ignorantia; paupertas, ebrietas. c. 11.
          - Multitudo, negligentia,
          - imperitia
            - judicum
            - officialium. c. 12.
        - Speciales
          - Circa
            - Conſuetudines irrationales, debita, vſuras, oppignorationes, fidejuſſiones. c. 13.
            - lites criminales. c. 14
            - proceſſum. c. 15.
        - Specialiſſimæ circa
          - lites Camerales. c. 16.

TABVLA II. TOTIVS PARTHENII LITIGIOSI, SIVE DISCVRSVS POLITICO IVRIDICI.

LIBER SECVNDVS.

REMEDIA Litium abbreviandarum an ſint, & quæ nam?

- Divina
  - Preces. c. 1.
- Humana
  - Illicita
    - Monomachia
    - Polonorum Rockos
    - Obſtagia
    - Repreſſaliæ
    - cap. 2.
  - Licita litiũ
    - Publicarum, ſive ſeditionum atq; Tyrannidos.
      - Religioſa.
      - Politica.
    - Privatarum.
      - Generalia
        - Ethico-politica
          - Patientia
          - Concordia. c. 4.
        - Theorico-Practica. cap. 5.
        - Practica
          - Cõtra
            - Malitiam
              - Litigantium principalium. c. 6.
              - Advocatorum.
              - Procuratorum
              - Sollicitatorum.
              - Notariorum. c. 7.
            - Falſitatem, mendacium, ſimulationem, cap. 8. ignorantiam, paupertatem, ebrietatem, c. 9. multitudinem, negligentiam, avaritiam judicum officialium. c. 10.
      - Specialia
        - circa
          - Conſuetudines irrationales, debita, vſuras, oppignorationes, fideiuſſiones. &c. lites Criminales, proceſſum. c. 11. 12. 13.
      - Specialiſſima, circa lites Camerales. cap. 14.

CATALOGVS AVCTORVM, QVORVM OPE ET OPERA IN HOC DISCVRSV LITIgioſo vſus eſt Auctor: ne litem faciat ſuam.

A.

Accurſius.
Acta Bohemica.
Adamus Kellerus.
Adrianus Turnebus.
Adrianus Gylmannus.
Abbas Panormitanus.
AEgidius Bellamera.
Agidius de reg. princ.
AEgidius Boßius.
AEgidius Corrocetus.
AElianus.
AEmylius Probus.
AEmylius Ferretus.
Abrahamus Sawr.
AEneas Sylvius.
Albericus Gentilis.
Alexander ab Alexandro.
Alvarus Valaſcus.
Alexander de Nevo.
Abrahamus Bucholtzer.
Albertus Crantzius.
Alexander de Imola.
Alexander Turraminius.
Albertus Brunus.
Albericus de Roſate.
Alexander Stiaticus.
Alphonſus Alvarez.
Alphonſus Villagut à Neapoli.
Albanus.
D. Ambroſius.
Ambroſius Lobwaſſer.
Ammianus Marcellinus.
Amadis à Ponte.
Andreas Gail.
Andreas Kohl.
Andreas Knichen.
Andreas de Iſernia.
Andreas Tiraquellus.
Andreas Alciatus.
Andreas Barbatias
Andreas Fachineus.
Andreas Erſtenberger.
Andreas Rauchbar.
Andreas Gorrutius.
Andreas Freccia.
Antonius di Guevara.
Antonius Faber.
Antonius Heringius.
Antonius Scappalarius.
Antonius Piaggius.
Antonius Guibertus Coſtanus.
Antonius Neguzantius.
Antonius Maria Coratius.
Antonius Maira Spelta.

c *Antonius*

Antonius Sola.
Antonius Gabrielius Romanus.
Antonius de Butrio.
Antonius Burg
Antonius de Gamma.
Antonius Auguſtinus.
Antonius Contius.
Antonius Capicius.
Antonius Maſſa Galleſius
Antonius Zanatarius.
Antonius Siculus.
Antoninus Teſſaurus.
Antimachiavellus.
Antonius Goveanus.
Angelus Politianus.
Angelus de Clavaſio.
Angelus de Aretio.
Angelus de Peruſio.
Appianus.
Apuleius.
Ariſtoteles.
Arnoldus Clapmarius.
Archidiaconus.
Arius Pinellus.
Ariſtophanes.
Arnoldus Ferronius.
Arnobius.
Arno.
Arnoldus de Reyger.
Aſininus Pollio.
Aſcanius Clementinus.
Athenaeus.
D. Auguſtinus.
Auctor Hiſtor. Germanicae.
Auctor diſcurſus German. Von dem Juſtitien Werck.
Aventinus.
Aurelius Victorius.
Auctor navis ſtultiferae.
Auctor conſilij de recuperanda pace in Regno Poloniae.
Auctor dialogi de Regis inſtitutione.
Aulus Gellius.
Aymo Raevardus.
Aymonius Anguſola.
Aymo Cravetta.
Auctor differentiarum juris Civilis & Saxonici.
Auctor Cathechiſmi Ieſuitici.
Auguſtus Thuanus.
Azo.
Auctor libri Wacht früh auff.
Auctor ruminationis juris de pontificum mutata confirmatione.

B.

Baldus de Vbaldis.
Bartolus de Saxo ferrato.
Bartholomaeus Chaſſenaeus.
Barnabus Briſſonius.
Bartholomaeus Keckerman.
Bartholomaeus Blarerus.
Bartholomaeus Philippus.
Bartholomaeus Muſculus.
Bartholomaeus Capolla.
Bartholomaeus Bertazolius.
Bartholomaeus Salicetus.
Bartholomaeus Kellebentzius.
Bartholomaeus Roderic⁹ Calderin⁹.
Bartholomaeus Socinus.
Barnabas Cornazzanus.

Bajardus

Baiardus ad Clarum.
Bernhardus Diazius.
Bernhardus Grevaus.
Bernhardus Scardeonius.
Bernhardus Waltherus.
Bernhardus Wurmbſerus.
D. Bernhardus.
Benventus Stracha.
Beda.
Benedictus Bonius.
Baſilius Magnus.
Biblia Sacra.
Boëthius.
Bruſchius.
Beroſius.
Baptiſta Mantuanus.
Baptiſta à Porta.
Baptiſta à S. Severino.
Bertoldus Baro à Grimmenſtani.
Bruno à Sole.
Bornius.
Bonifacius de Vitalinis.
Burchardus.
Burgundica pacificatio.

C.

CAcherius.
Cardinalis Pariſius.
Cacheranus.
Cardanus.
Caccialupus.
Concenates.
Catalogus teſtium veritatis.
Carolus Molinaus.
Carolus Tapia.
Carolus Ruinus.
Carolus Sigonius.
Carolus Sachius.
Caietanus.
Capella Tholoſana.
Camillus Borellus.
Campofulgoſius.
Carolus Bolognetus.
Caſpar Peucerus.
Caſpar Baethius.
Caſpar Caballinus.
Caſpar Guilielmus Scipio.
Catellianus Cotta.
Cælius Calcagninus.
Caſsiodorus.
Cæſar Contardus.
Chriſtianus Obemius.
D. Chryſoſtomus.
Chilianus Könning.
Chriſtophorus Warſewicius.
Chriſtophorus Schwanman.
Chriſtophorus Portius.
Claudius Coteraus.
Codex Iuſtinian.
Conradus Rittershuius.
Claudius Paradinus.
Claudius de Battandier.
Claudius Cantiuncula.
Clavius in Sphær. Ioh. de Sac. Buſt.
Cornelius Tacitus.
Colloquium Wormatienſe anno 57.
Conradus Lancellottus.
Cornelius Benincaſius.
Cornelius Nepos.
Clemens Alexandrinus.
Cammergerichts Ordnung.
Conradus Schleiff.

ConciliumConſtantienſe.
Conſtitutiones Francofurtenſes.
Conſtitutio Carolina.
Conradus Widebranus.
Cynus.
Cyrillus.
Curtius Senior.
Curtius Iunior.
Curaus.
Cyro Spontone.
Cyriacus Spangenberg.
Cyprianus.

D.

D*Aniel Cramerus.*
Daniel Mollerus.
Daniel Rungius.
David Chytraus.
Dantes Florentinus.
Demoſthenes.
Didacus Covarruvias.
Dion Caſsius.
Diogenes Laertius.
Dio Siculus.
Dionyſius Halycarnaſſeus.
Dionyſius Gothofredus.
Didacus Perez.
Ditmarus Epiſcopus Merſeburgenſis.
Dominicus à Soto.
Durus di Paſcholo.

E.

E*Berhartus Bronckhorſt.*
Eberhartus à Middelburgo.
Eberhartus à Weyhe.
Eberhartus Speckhan.
Elhardus Lubinus.
Equinarius Baro.
Emanuel Metteranus.
Emanuel Soaretz.
Egnatius.
Ennius.
Eraſmus Roterodamus.
Erneſtus Cothmannus.
Epictetus.
Evagrius.

F.

F*Abius de Anna.*
Fabianus de monte S. Sabini.
Fabianus de Pepis.
Facultas juridica Altorffina.
Felinus.
Ferdinandus Vasquius.
Ferdinandus Vellosillus.
Feſtus.
Flavius Leonellus.
Flaminius Chartarius.
Flaminius de Rubeis.
Flavius Ioſephus.
Florus.
Fortunius Garzias.
Franciſcus Alvarez.
Franciſcus Balbus.
Franciſcus Burſatus.
Franciſcus Aretinus.
Franciſcus Balduinus.

Franciſcus à Caldas.
Franciſcus Cornelius.
Franciſcus Caſſonius.
Franciſcus Connanus.
Franciſcus Duarenus.
Franciſcus Guicciardinus.
Franciſcus Hotomannus.
Franciſcus Herculanus.
Frontia.
Franciſcus Iametrius.
Franciſcus Piccolomineus.
Franciſcus Pfeil.
Franciſcus Milanenſis.
Franciſcus Mantica.
Franciſcus Patritius.
Franciſcus Munnotz.
Franciſcus Petrarcha.
Franciſcus Purpuratus.
Franciſcus Marcus.
Franciſcus Lambertus.
Franciſcus Polletus.
Franciſcus Sarmientus.
Franciſcus à Ripa.
Franciſcus Floridus Sabinus.
Franciſcus Vivius.
Franciſcus Sarmientus.
Franciſcus Zoanettus.
Fridericus Pruckmannus.
Fridericus Baro Schenck.
Fridericus de Senis.
Fridericus Scotus.
Fridericus Tilemannus.
Fridericus Taubmannus.
Fulgentius.
Fulvius Pacianus.
Furius Ceriolanus.

G.

G*Abriel Sarayna.*
Galenus.
Georgius Schonborner.
Georgius Obrechtus.
Georgius Eder.
Georgius Buchananus.
Georgius Natta.
Georgius Remus.
Georgius Sambucus.
Georgius Gratarolus.
Gilbertus Cognatus.
Girolamus.
Gerardus Moer.
Giovan Botero.
Guilielmus Barclaius.
Guido Papa.
Giovam Antonius Palazzo.
Guilielmus Roſaus.
Gregorius Reiſch.
Gaudinus.
Grimaldus.
D. Georgius.
Georgius de Valentia.
Gozzadinus.
Guilielmus de Tulal.
Guilielmus Velvodus Scotus.
Guilielmus Rovillaus.
Guilielmus Caſſadorus.
Guilielmus Onciacus.
Guilielmus Fornerius.
Guidus Pancirolus.
Gregorius Epiſcopus Turonenſis.
Guntherus.

H.

Harmenopulus
Hartmannus Hartmanni.
Hartmannus Piſtorius.
Henningus Bullingerus.
Hermannus Severolius.
Henricus Breulaus.
Henricus Kornmannus.
Henricus Stephani.
Henricus Rauchdorn.
Hermannus Kirchnerus.
Hermannus Vulteius.
Henricus Scotus.
Hieronymus Cagnolus.
D. Hieronymus.
Hieronymus de Cævallis.
Hieronymus Frachetta.
Hieronymus Albanus.
Hieronymus à Laurentijs.
Hieronymus Magonius.
Hieronymus Papponius.
Hieronymus Gigas.
Hieronymus Pantſchmannus.
Hieronymus Muſcornus.
Heſiodus.
Herodotus.
Hieronymus Gonzalez.
Henningus Goeden.
Henricus à Roſenthal.
Henricus Bocerus.
Henningus Arniſæus.
Hippolytus de Marſilijs.
Hippolytus Riminaldus.
Hippolytus de Collibus.
Hieronymus Schurffius.
Hieronymus Treutlerus.
Homerus.
Horatius Flaccus.
Horatius Carpanus.
Hortenſius Cavalcanus.
Hoſtienſis.
Hubertus Giphanius.
Hugo Donellus.
Huitfeld.

I.

Iacobus Airerus.
Iacobus Cuiacius.
Iacobus Geuderus.
Iacobus Menochius.
Iacobus Omphalius.
Iacobus Marchiſellus.
Iacobus Benius.
Iacobus Thomingius.
Iacobus à Canibus.
Iacobus Butrigarius.
Iacobus Spigelius.
Iacobus Rickius.
Iacobus Orlehauſen.
Iacobus Schultes.
Iacobus de Belloviſo.
Iacobus Benius.
Iacobus Riminaldus.
Iacobinus de S. Georgio.
Iaſon.
Ieremias Setſerus.
Ianus Gruterus.
Imbertus.
M. Iean de Serres.
Innocentius Gentilletus.

Ioachimus

Ioachimus Camerarius.
Ioachimus à Beuſt.
Ioachimus Stephani.
Ioachimus Mynſingerus.
Innocentius III.
Iacobus de Leonhardis.
Iacobus Concenatius.
Iohannes Andreæ.
Iodocus Damhouderus.
Iohannes Petrus Ala.
Inſtitutiones juris Civilis.
Iohannes Althuſius.
Iohannes de Arnono.
Iohannes Borcholdt.
Iohannes Bocatius.
Iohannes Berberius.
Iohannes Blancus.
Iohannes Bodinus.
Iohannes Bolognetus.
Iohannes Goropius Beccanus.
Iohannes Calvinus Wetteranus.
Iohannes Cephalus.
Iohannes Crato.
Iohannes Caſus.
Iohannes Crotus.
Iohannes Botta.
Iohannes Baptiſta Aſinius.
Iohannes Ludovicus Benderus.
Iohannes Baptiſta Bovius.
Iohannes Baptiſta Caccialupus.
Iohannes Budæus.
Iohannes Caraffa.
Iohannes de Deo.
Iohannes Coraſius.
Iohannes Baptiſta Coſta.
Iohannes Dilectus.
Iohannes Dauth.
Iohannes Drezler.
Iohannes Froßardus.
Iohannes Baptiſta Fulgoſius.
Iohannes Faber.
Iohannes Thomas Freigius.
Iohannes Ferrarius Montanus.
Iohannes Pichardus.
Iohannes Goddæus.
Iohannes Gerhards.
Iohannes Georgius Godelmannus.
Iohannes Garcia.
Iohannes Gutierrez.
Iohannes Heiderus.
Iohannes Heresbach.
Iohannes Heitfeldius.
Iohannes Ludovicus ab Hagen.
Iohannes Harprechtus.
Iohannes Koppen.
Iohannes Lauterbach.
Iohannes Leutingerus.
Iohannes de Lignano.
Iohannes Lupes.
Iohannes Antonius Leſcurius.
Iohannes Levenclaius.
Iohannes Iacobus Laurentius.
Iohannes Martinus Monticellus.
Iohannes Bernardinus Muſcatellus.
Iohannes Mariana.
Iohannes Maior.
Iohannes de Mandevilla.
Iohannes Mercerius.
Iohannes Baptiſta Magonius.
Iohannes Mattheſius.
Iohannes Nebelius.
Iohannes Nevizanus.

Iohannes Niellius Veſalius.
Iohannes Ordelaphus.
Iohannes Oldendorpius.
Iohannes Franciſcus Purpuratus.
Iohannes Prateius.
Iohannes de Platea.
Iohannes Iovianus Pontanus.
Iohannes Baptiſta Plotus.
Iohannes Iannez Parladorius.
Iohannes Emericus à Rosbach.
Iohannes Revardus.
Iohannes Reinholdus.
Iohannes Petrus Surdus.
Iohannes Sleidanus.
Iohannes Sarisberienſis.
Iohannes Stobæus.
Iohannes Schneidewin.
Iohannes Sturmius.
Iohannes de rupe ſciſſa.
Iohannes de Turrecremata.
Iohannes Robertus.
Iohannes Spinæus.
Iohannes Stobæus.
Iohannes à Reberterijs.
Iohannes Paulus à Windeck.
Iohannes Vivienus.
Iohannes Antonius Zavatarius.
Iohannes Zangerus.
Ioſephus Maſcardus.
Ioſephus Ludovicus.
Ius Canonicum.
Ius Lubecenſe.
Iureconſulti Ingolſtadienſes.
Iureconſulti Marpurgenſes.
Iuſtus Springerus.
Iſocrates.
Iſidorus.
Iulius Cæſar.
Iulius Pacius.
Iulius Clarus.
Iulius Cæſar Ruginoldus.
Iulius Cæſar Scaliger.
Iuſtinus.
Iuſtus Lipſius.
Iuvenalis.
Ius Wirtembergenſe.
Ivo Epiſcopus Carnotanus.

L.

L*Actantius.*
Lambertius Danæus.
Lancellottus Corradus.
Lancellottus Politianus.
Landtrecht.
Lanfrancus de Oriano.
Lambertus Florentinus Pfenning.
Lapus.
Lazarus von Schwendi.
Laurentius Arnoldus.
Laurentius Silvanus.
Laurentius Kirchovius.
Leopoldus Hackelmannus.
Levinus Lemnius.
Leopoldus Dickius.
Leonhardus Leſſius.
Livius.
Ludovicus Carrerius.
Ludovicus Charondas.
Ludovicus Carbon.
Ludolphus Babenberg.
Ludovicus Fachſius.

Ludovicus

Ludovicus Gomeſius.
Ludovicus Gilhauſen.
Ludovicus Grempius.
Ludovicus Romanus.
Ludovicus Vives.
Ludovicus Molina.
Lubbertus Sibrandus.
Ludolphus Schraderus.
Lucas de Penna.
Lucretius.

M.

Marcellus Cala.
Mancinus.
Martialis.
Marcellus Palingenius.
Manilius.
Manutius.
Marcus Antonius de Amatis.
Marcus Antonius Del Rio.
Magnus Pegelius.
Mantuanus.
Margarita Philoſophica.
Marcus Antonius Baveria.
Macrobius.
Marcus Mantua.
Martinus Mylius.
Marcus Tullius Cicero.
Mizaldus.
Marius Salamonius.
Marquardus Freherus.
Mar. Vranius.
Mauſerus.
Magenhorst.
Marcus Antonius Blancus.
Marcus Antonius Peregrinus.
Marianus Socinus.
Matago de Matagonibus.
Martinus Delrius.
Martinus Monterus.
Martinus Laudenſis.
Martinus Cromerus.
Martinus Chemnitius.
Martinus Meier.
Martinus Benekendorff.
Martinus Lutherus.
Martinus Welſer.
Melchior Goldaſtus Heiminsfeldius.
Matthæus Dreſſerus.
Matthæus Cuno.
Matthias Caſtritius.
Matthias Colerus.
Matthæus de Afflictis.
Matthæus Weſembecius.
Matthias Stephani.
Michael Teuberus.
Michael Memotsus Sorbonicus.
Michael Montanus.
Michael Nizolius.
Michael Coccinius.
Michael Graſſus.
Modeſtinus Piſtoris.
Muretus.

N.

Nanus Mirabellius.
Nauclerus.
Nazianzenus.
Nellus de S. Geminiano.

Nicocles.
Nicolaus de Cuſa.
Nicolaus Boertius.
Nicolaus Bellonius.
Nicolaus Corbonius.
Nicolaus Ciſnerus.
Nicephorus.
Nicolaus Feſtus.
Nicolaus Sudorius.
Nicolaus Machiavellus.
Nicolaus Reuſnerus.
Nicolaus Vigelius.
Nicolaus Vignier.
Nicolaus Iaskier.
Noa Meurer.
Nonius Marcellinus.
Novella Conſtitutiones.
Nicolaus Remigius.
Seigneur de la Noue.

O.

OCtavianus Magnus.
Octavianus Veſtrius.
Octavius Simoncellus.
Olaus Magni.
Odofredus.
Olibanus Hiſpanus.
Oldradus de Ponte.
Onuphrius Patavinus.
Ordinatio Rothwilenſis.
Ordinatio judiciaria Brunovicenſis.
Ordinatio Cameræ Imp.
Otto Melander.
Otto Friſinger.
Otto Caſmannus.
Ovidius.
Oſaſcus.

P.

PAndectæ juris.
Pantaleo.
Paulus Æmylius.
Paulus Cypræus.
Paulus Peruta.
Paulus ab Eitzen.
Paulus Diaconus.
Paulus Iovius.
Paulus Manutius.
Paulus Gerhardi.
Paulus de Caſtro.
Paris de Puteo.
Petrus Heigius.
Petrus Friderus Mindanus.
Petrus Gregorius Tholoſanus.
Petrus Auguſtinus Morla.
Petrus Iuſtinianus.
Petrus Rebuffus.
Peinliche Halßgerichts Ordnung.
Petrus Follerius.
Petrus Montanus.
Petrus Faber.
Platina.
Petrus Bembus.
Petrus Crinitus.
Petrus Royzius.
Petrus de Andlo.
Polyanus.
Petrus Placa.
Petrus Binsfeldius.

Petrus Peckius.
Petrus Martyr.
Petrus Dominicus Magdalenus.
Petrus Capiferreus.
Petrus Gilkenius.
Petrus Belluga.
Petrus de Vineis.
Petrus Ærodus.
Petrus à Navarra.
Petrus de Ravenna.
Petrus Loriottus.
Petrus de Anchora.
Petrus à Placa.
Petrus à Duennus.
Petrus de Gerardis.
Pierius Valerianus.
Petrus de Aragoniis.
Petrus Denayſius.
Petrus Iohannes Ancharanus.
Petrus Brederodius.
Practica Papienſis.
Prilus.
Petrus Matthai.
Pileus.
Philippus Berterius.
Philippus Francus.
Philippus Matthai.
Philippus Meiſterus.
Philippus Camerarius.
Philo Iudæus.
Philippus Decius.
Philippus Comineus.
Seigneur de Pibrac.
Philippus Melanchton.
Plutarchus.
Plautus.
Plinius.
Plato.
Poggius Florentinus.
Polydorus à Ripa.
Polydorus Virgilius.
Proſper Caravita.
Procopius.
Polybius.
Portius.
Proſper Farinacius.

Q.

QVintilianus.
Quintilianus Aurelius Symmachus.
Quintilianus Mandoſius.
Quintilianus Curtius.
Quirinus.

R.

RAdevicus.
Raphael Cumanus.
Raphael Fulgoſius.
Reimar von Schwettern.
Reinoldus Corſus.
Reinhardus Fuchſius.
Renatus Choppinus.
Reinardus Bolognetus.
Regnardus Sixtinus.
Reichs Abſchied.
PP. Ribadinera & Onradus.
Realdus Caſtaldus.
Rodolphus Goclenius.
Robertus Bellarminus.

Robertus Maranta.
Rolandus à Valle.
Roſredus.
Redoan. de Simon.
Religions Fried.
Rochus de Curte.
Rodericus Suarez.
Rondinellus.
Robertus Lancellottus.
Rodericus Zamorenſis.
Rutgerus Rulandus.

S.

Salicetus.
Sabellicus.
Saluſtius.
Scotus.
Scipio Amirates.
Seneca.
Simon Gunterus.
Sichardus.
Sigiſmundus Scaccia.
Sigiſmundus L. Baro ab Herberſtain.
Sebaſtianus Munſterus.
Sidonius Apollinaris.
Seraphinus de Seraphinis.
Simon Stein.
Strabo.
Stephanus Aufrerius.
Solinus.
Stumphius.
Socinus junior.
Summa Antonina.
Stephanus Coſta.
Speculator.
Socinus Senior.
Suetonius.
Suidas.
Schwartzen Thaler.
Sylveſter Aldobrandinus.
Sylveſter Pierius.
Saxo Grammaticus.
Sailerus.
Sarcerius.
Savarola.
Sachſen Spiegell.
Schwaben Spiegell.
Sebaſtianus Sapia.
Sebaſtianus Medices.
Sebaſtianus Vantius.
Silius Italicus.
Stephanus Iunius Brutus.
Stuckius.
Sfortia Oddus.
Simon de Pratis.
Stephanus Paſquierius.
Stephanus Berchtoldus.
Stephanus Bertrandus.
Stephanus Aufrerius.
Stephanus Forcatulus.
Statuta Romana.
Statuta Polonica.
Stanislaus Oricharius.
Summa Toletana.

T.

Tabienſis.
Terentius.

Temiſtius.

Themiſtius.
Theodorus Petreus.
Typotius.
Thucydides.
Theodorus Zwingerus.
Theodorus Beza.
Theophraſtus.
Tertullianus.
Theodorus Graminaus.
Thomas Minadoſius.
Thomas Michael.
Tomaſo Garzoni.
Thomas Grammaticus.
Thomas Stapletonius.
Thomas Smithius.
D. Thomas.
Tindarus.
Tilemannus de Benignis.
Tiberius Decianus.
Tobias Paurmeiſter.
Tranquillus Ambroſinus.

V.

V *Aconius à Vacuna.*
Valentinus Forſterus.
Valentinus Francus.
Valentinus Voltz.
Valerius Maximus.
Vbertus Folieta.
Vegetius.
Vincentius Carocius.
Velleius Paterculus.
Veraſi.
Vincentius de Franchis.
Vincentius Caſtellan.
Varro.
Vitus Cambanus.
Virgilius Maro.
Virgilius Pingizzerus.
Victor. ab Avers.
Villalogus.
Vitus Amerbach.
Virginius de Bocatijs.
Vlricus ab Hutten.
Vlricus Zaſius.
Vrſp. Gunth.

W.

W *Aremundus de Erenberg.*
Waltramus Epiſcopus Norenbergenſis.
Weichbild.
Wierus.
Wilhelmus Brito.
Wilhelmus Archiepiſcopus Torius.
Wilhelmus Paradinus.
Wilhelmus Zepperus.
Wolffgangus Gruning.

X.

X *Enophon.*

Z.

Z *Abarella.*
Zobelus gloſſator Speculi Saxonici.
Zwinglius.

§(:)§

Sive

Diſcurſus Politico-Iuridici

LIBER PRIMUS

DE LITIGIOSIS NOSTRI SECULI MALITIIS, ET MALITIOSIS eiusdem litigijs atque cauſis.

LIBERI I. *CAPUT PRIMUM* DE

LITIGIOSO NOSTRO SECULO, QUERELIS, MULtitudine & origine Litium.

SUMMARIA.

1. *Iuſtè vivamus in præſenti ſeculo.*
2. *Encomium Iuſtitiæ ex ſacris & profanis.*
3. *Remotâ Iuſtitiâ Regna ſunt latrocinia.*
4. *Ob Iniuſtitias Rex deponitur, parum regnat.*
5. *Iuſtitiæ denegatio, belli cauſa.*
6. *Scientia absque Iuſtitia, calliditas litigioſa.*
7. *Iuſtitiæ adminiſtratio, eſt anima Reipub. & contra.*
8. *In hoc* INANI *ſeculo, inanis Iuſtitia.*
9. *Litigare legionibus, non legibus prohibitum in Imperio.*
10. *Hoc ſeculum eſt litigioſum, aſtutum, depravatum.*
11. *Hoc ſeculo plus juris habet iniuſtior.*
12. *Saturninum ſeculum quid, & lites in eo.*
13. *Vitilitigatores omnes provincias occuparunt.*
14. *Status proclamant ad* Fauſtrecht.
15. *Potentiores jura non ſervant.*
16. *Litigaturientes potentium operam implorant.*
17. *Litigia ſunt etiam inter Deos.*
18. *Corinthij, AEgyptij, Siculi, fuerunt litigioſi.*
19. *Litigioſa eſt Hiſpania & Gallia.*
20. *Italia, Polonia, Britannia, litibus abundant.*
21. *Lis atque diſcordia Germaniam infeſtat.*

22. *Germanis plus boni mores quàm leges valebant.*
23. *Lites cornicularum & ceruorum ætates ſuperant.*
24. *Germaniæ interitus ex negligenti IVSTITIAE adminiſtratione*
25. *Trevirenſis diæceſis, & Saxonia litibus abundat.*
26. *Pomerania an litigioſa. Fides Leutingeri examinatur.*
27. *Haſſia, Batavia litigioſos vocat Harman.*
28. *AEthiopia & India non habet lites.*
29. *Exempla litium inter patres & filios, fratres & vicinos.*
30. *Lites inter Dominos & ſubditos ſunt graviores.*
31. *Digreſſio & exhortatio pacis ad Germanos.*
32. *German. leges, ſtatuta, proceſſus,* Cammer / Landt / Hoffgerichts-ordnungen / *quantum litiganti inſerviant.*
33. *Lites publicis pasquillis damnantur.*
34. *Origo litium à Demorgogone, aut curia Romana.*
35. *Litigia inter mortales ex impatientiâ.*
36. *Lites oportet eſſe ſicut hæreſes.*
37. *In altero ſeculo nullæ erunt lites, proceſſus eiuſdem.*
38. *Litigia ab hoc ſeculo vſque ad alterum trahuntur.*
39. *Ioh. Turſon & Templocius ab hoc ad alterum ſeculum provocarunt.*
40. *Duo Epiſcopi litigantes ob Decimas ad Dei tribunal appellarunt.*
41. *Hæc litigia ſupremo litium diremptori relinquenda.*
42. *Auctoris propoſitum in hoc litigioſo diſcurſu.*
43. *IVSTITIAE Encomium annectitur.*

1. IVſtè & piè vivamus in præſenti ſeculo, inquit ſecularium Doctor *ad Tit. 2. verſ. 2.* Quod verſiculo omnium optimo Poëtarum facilè princeps expreſſit:

Diſcite juſtitiam moniti, & non temnere Divos.

Ne ſcilicet opulenti iniuſtum aliqd patiantur, nec plebs contumeliam accipiat. *Ariſtot. 5. polit. 10.* Iuſtè: quia Veritas ſecundum pſalmiſtam *pſalm 84.* de terra orta eſt, & IVSTITIA de cœlo proſpexit. Vbi veritatem pro jure aſſumi dicit *Ioh. Pratejus Reg. jur. lib. 1. in pr. proleg. tit. 3. Adam. Kellerus. lib. 1. de offic. jurid. pol. c. 20. pag. 163. adde pſal. 1. 39. 50. Eſai. c. 33. Sap. 1. Luc. 12.* & quæ plura ſunt loca, quæ nos ad juſtitiam & juſtè vivendum ducunt. Et docent etiam Ethnici, *Heſiod. in Erg.* Ἀνθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην, ἣ πολλὸν ἀρίστη, γίνεται. Hominibus dedit IVSTITIAM, quæ multò optima eſt. Imò, ſine qua nihil in imperij adminiſtratione laudabile efficitur *Cic. 3. offic.* Non

Non enim IVSTITIA eſt conſtitutio noſtra, ſed divinus ordo 2.
ad vinculum ſocietatis humanæ conſervandum, in adiutorium multitudinis inventus: *Sen. de 4. virtut.* Præclariſſima virtutum, ita vt neque Heſperus neque Lucifer adeò ſit admirabilis *Ariſt. 5. Eth. 1. Picol. grad. 4. mor. phil. c. 48.* omnium domina, regina, cauſa, ſentina, ſine qua nihil poteſt eſſe laudabile, ex qua vna BONI VIRI appellantur, quæq; ad omnem rem gerendam eſt neceſſaria. *Keller. dicto lib. 1. c. 20. §. 164. Matth. Steph. lib. 2. de jurisdict. memb. 1. c. 1. n. 45. Dn. Goclen. in qq. Eth. q. 82. Imp. Nov. 69. in pr. Iac. Geuder. de cons. imp. lib. 2. c. 4. vbi juſtitiæ encomia. Plutarch. de civ. inſt. ait:* quod absque IVSTITIA nec Iupiter ipſe principatum rectè teneat. Nam

IVSTITIA & PIETAS tuta ſunt principis arces,
Nulla Tyrannorum vis diuturna manet.

Quibus non abſimiles verſus:

Nec defenduntur muris, nec mœnibus vrbes,
Si leges tollas, mœnia cuncta ruunt.
Fr. Pfeil. cons. 197. num. 9.

Remotâ enim IVSTITIA, quid aliud ſunt Regna, quàm ma- 3.
gna, mera & vera latrocinia? *teste Auguſtino lib. 4. de C. D.* Siquidem IVSTITIA eſt fortitudo Regnorum, & frenum populorum, ſecundum illud Virgilij *lib. 2. AEn.*

IVSTITIA quæ dedit gentes frenare ſuperbas.

Ordelaph. ad l. fin. n. 423. de R. V. Nec fallit illud Boëtij de cons. phil. Annum bonum non tam de magnis fructibus, quàm de Iuſtè regnantibus exiſtimandum. Ergò, *inquit Auguſtin.* FIAT IVSTITIA,
& PEREAT MVNDVS h. e. improbi, invidi, avari, litigioſi, malitio- 4.
ſi. Nihil enim faciendum iniuſtè, aut faciendum turpiter, vt pace fruamur, quin ſemper mors inhoneſtæ paci ſit præferenda. *Chriſt. Obem. in diſc. jur. pol. c. 3. n. 56. ex Polyb. lib. 11.* Imò ob iniuſtitias reprobatur & deponitur Rex ipſe. *Laud. de princ. quæſt. 155. Lancell. templ. jud. lib. 1. c. 1. 2. 4. no. 15.* quia INIVSTITIA facit vacillare corda ſubditorum à ſuis Dominis. *Par. de Put. vers. an ſi Rex. n. 3. Knich. de Privil. jur. Sax. c. 3. verb. jus.* Et IVSTITIAE denegatio juſta belli, litigij publi- 5.
ci cauſa eſt *Lips. lib. 5. pol. c. 4. vbi citat Ambros. lib. 1. de off. c. 40. dicentem:* fortitudinem, quæ per bella tueatur à barbaris patriam, vel defendat infirmos, vel à latronibus ſocios, plenam IVSTITIAM eſſe.

 Covarr.

Covarr. in c. pecc. p. 2. §. 10. de R. I. in 6. Greg. Tholoſ. lib. 11. de Rep. c. 1. & 2. Farin. de ind. & tort. lib. 1. tit. 5. q. 37. n. 74. vbi emphaticè inquit: quod ſi princeps contra juſtitiam faciat, ſuam poteſtatem contra jura exerendo, parum regnabit ipſe, aut eius poſteritas, vt totâ die experientia docet.
6. Hinc ſcientia abſque IVSTITIA calliditas potius litigioſa, quàm ſapientia nervoſa dicenda eſt. *Or de Laph. ad L. fin. n. 652. de R. V. Cic. 1. off:* officijs ſcientiæ anteponenda ſunt officia IVSTITIAE: conſideratè enim agere plus eſt, quam cogitare prudenter. IVSTITIAM præſtare cuiquam nihil eſt aliud, quàm animi partes in ordinem ſuum redigere, vt ad naturæ normam pareant atque imperent: iniuſtitiam verò, vt contra naturam exuperent invicem, atque ſuccumbant.
7. Sed vera & ſevera IVSTITIAE adminiſtratio in repub. eſt, quod anima in corpore: *Senens. lib. 6. tit. 5. P. Greg. lib. 10. de Repub. c. 7: Alb. de Roſate in l. 1: de I. & I. n. 207. Neviz. cons. 32. n. 2. Toming. con. 2. no. 207:* Fatalis econtra ſeculi litigioſi terminus ab omnibus, & Hiſtoricis & Politicis ſtatuitur, quod nimirum malè imperando, & IVSTITIAM denegando ſummum imperium amittatur. *Bl. in c. 1. ext. de judi. Felin. in c. cum nobis. n. 2. de praſcrip. And. Gylman. Symph. tom. 1. p. 1. tit. 2. n. 141: Machiav. lib. 2. de repub. c. 28. Sieur de la Nove, diſc. 1. pol. & mil. pag. 4.*

vbi non eſt pudor,
nec cura IVRIS, ſanctitas, Pietas, fides;
inſtabile Regnum eſt.

Reuſn. ſymb. 27: claſ. 1. Keller lib. 2. de off. jur. pol. c. 8. Siquidem IVSTITIA ſtabiliatur principatus *Lips. lib. 2. pol. 10.*

Hoc IVSTITIAE encomium in frontiſpicio huius operis de IVSTITIA, quod Germani vocant Das Juſtitienwerck proœmij loco præmiſiſſe ſufficiat, vt juſtè &c. vivamus in præſenti ſeculo, h. e. INANI. Sic enim ſeculum hoc traditione domus Heliæ appella-
8. tur: *Zwinger. in præfat. lib. 1. theat. hum. vol. 27:* in quo nihil aliud, quam inane hiſtoricum, inane politicum, inane juridicum, inanis IVSTITIA, cuius inopia eſt litium copia, vt inquit Athalaricus in conſt. art. 42. *Heiminsfet. p. 3. conſtit. imper. pag. 109.* O quantum eſt in rebus INANE! exclamat Polletus *lib. 5. hiſt. for. Rom. c. 17. in fin.* Licet enim lites plerumque titulari IVSTITIAE encomio commendentur, nihil tamen minus quam IVSTITIAE titulum merentur,

quod

quod non ipſi IVSTITIAE, quæ virtus eſt: non judici, qui IVSTITIÆ miniſter: non parti innocuæ: ſed aut incidentibus occaſionibus, aut parti calumniatrici, aut procuratoribus & advocatis adſcribi debeat. *Ioh. Bap. Mag. tr. de rectâ patroc. rat. c. 61. no. 4.* Ita ICtus Oldendorpius in præfatione diſputationis de Iure & æquitate, ferreos atque fictiles vltimi ſeculi pedes apud Daniel. c. 2. verſ. 33. de neglectu juris & æquitatis interpretatur: quod & Cicero animadvertit, ſuo ſeculo gliſcentem jam tum legum obſervationem omen eſſe futuræ diminutionis, quam vbique deplorat.

9. Quamvis autem in Imperio Romano-Teutonico ſub omnibus principibus Chriſtianis hucusque & IVRI & IVSTITIÆ locus fuerit, nec inſolentioribus aut potentioribus integrum ſpoliare vel opprimere tenuiores, & lites non legibus, ſed legionibus decidere prohibitum. *Ioh. Lauterbach in princ. Chriſt. c. 5. n. 27. Phil. Dec. conſ. 252. Ern. Cothman. reſp. 44. no. 44. & alij, per l. illicit. §. nec potent. de off. præſ.* Vnde apud Germanos in proverbium abijt: Omnia tam tuta, vt liceat viatori aurum in aperto capite geſtare, Goldt auff dem Kopffe 10. tragen/ *quod allegat Dn. Cramerus claſſ. 4. ſchol. prophet. vat. 8. §. 528.* attamen ſeculum hoc paulisper vide *inquit Lipſius epiſt. 8. cent. 1.* quo noxæ integritas, contumeliæ pudor, ludibrio fides, litigio eſt omnis contractus & actus. Imò tumultuum, rixarum, controverſiarum, litium, diſcordiarum, plena ſunt omnia, *inquit Eber.* à Weyhe *in med. de glor. hum. pag. 14.* Heu! quàm ſeculo premimur gravi, quo ſcelera regnant. *Sen. in Octav. Schönborn. lib. 7. pol. c. 2.* Sicut enim hoc vltimum ſeculum plus ſcientiæ, quàm conſcientiæ habet: ita magis litigia, quàm veritatis veſtigia ſequitur & aſſequitur. Quò pertinet He- 11. ſiodi ſententia *in Erg. lib. 1.* benè ad hoc aſtutum noſtrum ſeculum & depravatum accommodanda:

> Νῦν δ᾽ ἐγὼ τ᾽ αὐτὸς ἐν ἀνθρώποισι δίκαιος
> εἴην, μήτ᾽ ἐμὸς υἱὸς ἐπεὶ κακὸν ἄνδρα δίκαιον
> Ἔμμεναι, εἰ μείζωνι δίκην ἀδικώτερος ἕξει. h. e.

> *Ego porrò ne ipſe nunc inter homines juſtus eſſe velim*
> *Neque meus filius; quando malum eſt juſtum eſſe.*
> *Siquidem plus IVRIS habebit INIVSTIOR.*

Keller. lib. 1. de offic. jur. pol. c. 13. p. 105. Dolendum quidem, ſed interim verendum, ne poſſit hoc infeliciſſimo ſeculo objectari,

quod Philoſopho cuidam ab Antigono Alexandri Magni ſucceſſore; cui quum librum de IVSTITIA ab ſe conſcriptum recitaret, illudens Antigonus reſpondit: Inſanus es bone vir, qui mihi de IVSTITIA prædicas, quam vides alienas vrbes expugnare: Omne ius in gladio & armis poſitum eſt. Magis chriſtianè Cyprianus *tom.1.ep.2. inquit*: in ſpeculâ conſtitutus videbit inſidioſas vias, gladiatorios ludos, vbi homo in hominis voluptatem occiditur: Spectacula, morum labes, probrorum fomenta, alimenta vitiorum, probra libidinum, vel lupanaribus proſtituta, vel domeſticis parietibus obſepta, FORVM LITIBVS INSANVM, vbi LL. XII. tab: inciſæ, & publicè ære præfixo jura præſcripta. Nec Regiæ aulæ ſplendore fulgentes tutos ait: arridet, vt ſæviat: blanditur, vt fallat: illicit, vt occidat: extollit, vt deprimat. Vna igitur placida tranquillitas, perpetua ſecuritas, ſi quis ab huius inquietantis ſeculi turbinibus extractus, ad
12. cœlum oculos tollet à terris. Saturninum ſeculum, vbi ad amuſſim IVSTITIÆ probè vivitur, vocat *Schönborner: lib.2.pol.c.30.*

Saturni aurea ſecula quis requirat?
Sunt hæc gemmea, ſed Neroniana.

Ne quid de litibus publicis dicam, Fugià, vn tempo, quando i litigi erano coſi rari, e coſi brieui, che i giudici haveano più tempo, che proceſſi da decidere, &c. *vt inquit Giov. Anton. Palazzo. par.4. del. gouerno di ſtato c.11. p 317. h.e.* Lites olim adeò breves & raræ fuerunt, vt judices plus temporis quàm proceſſus haberent, & pauci reperirentur Actuarij, cauſidici, & alteri qui magiſtratus circumſtarent. At hodiè lites tam multæ ſunt, vt ad extirpandum non ſufficiant miniſtri, ſed creſcant inſtar hydræ, cuius caput ſi detruncetur, ſeptem alia reſurgunt, ita vt magiſtratus nunquam poſſint victoriam ſperare
13. contra hæc litigiorum vitia. Hinc de litium multitudine & perpetuatione, vbique juſtas & neceſſarias querelas extare palàm eſt; adeò vt peſtis illa vitilitigatorum nobiliſſimas quasque provincias jamdudum occuparit, *vt inquit Heig. p.2.q.7.n.1. Et Cuſan. lib.3. de conc. cath.c.40.* expreſsè teſtatur, quod judiciarij longi ſtrepitus in vtroque tam ſeculari, quàm eccleſiaſtico judicio, propter maximam confuſionem, & litium immortalitatem maxima damna Reipub. adferant. Vnam loco omnium Comitis Ortenburgici querelam memorabo, qui in termino deputationis VVormatienſis petijt per viſcera miſe-

ricordiæ

ricordiæ divinæ, vnd vmb des Jüngſten gerichts willen ius & iuſtitiam ſibi adminiſtrari. *Auct.* der trewhertzigen vermahnung eines teutſchen patrioten/ *ſub lit. b. in f. Iuſt. Spring. de pace relig. c. 14. p. 151.* Hinc procla- 14.
mant ſtatus ad ἐκχειρόδικην Fauſt vnd Kolbenrecht/ & potentiores, *vt ex Ennio ref. Cicero pr. off. & Ad. Keller. lib. 2. de off. jur. pol. c. 26. in f.*

Non ex IVRE manu conſertum, ſed magè FERRO
Rem repetunt, regnumq́, petunt, vadunt ſolidâ vi.

Qui, *vt Plato,* faciunt quod volunt, & quando volunt, *in Hipp. pag. 270. Ariſt. 6. pol. c. 3. in f.* ſemper qui imbecilliores ſunt, æquum & IVSTVM quærunt, qui plus poſſunt, iſta non curant. Cum po- 15.
tentiores in hoc fines modeſtiæ & IVRA non ſervent, ſed de facto procedant, ideò timendum. *Fab. de Anna cons. 67. n. 22. Farinac. p. 4. oper. crim. q. 112. n. 46. Fulgent. lib. 1.* Vacat hoc tempore potentibus opprimere, primoribus rapere, privatis perdere, miſeris flere. *Hering. tr. de fideiuſ. c. 8. n. 134. Vinc. Caroc. de exc. p. 2. q. 36. n. 5.* vbi ſatis acriter in Domicellos noſtri ſeculi invehitur. Vt enim quisque ſuperior, ita vindictæ accommodatior. *Rain. Cors. de priv. reconc. c. 7. §. 22.* & rectè Ariſtides Iuſtitiæ exemplar dixit: Amicorum potentiam perſæpè ad injuriam hortari. *Cælius lib. 23. cap. 19. Theod. Zwing. vol. 18. theat. hum. lib. 1.*

Quod Diti placet, aut placet potenti, 16.
Aſtræam loquimur jubere factum.

Hinc litigaturientes potentium operâ vtuntur, ne dicam abutuntur, auxilium invocando, vt actor minis & terroribus illius potentis perterritus à lite deſiſtat, meritò ſiſtendi & capitaliter puniendi cum litis amiſſione *l. 1. C. ne lic. pot. c. 2. ext. de al. jud. mut. ca. facta. gl. in c. 1. vb. compellunt. vbi Hoſtien. n. 3. Guid. Papa n. 1. Dec. n. 22. de off. deleg.* ita vt verum ſit AEnigma hoc malitioſo ſeculo, quod refert Iohan. Heitfeld. *in Sphær. Philoſ. c. 24.*

Dic mihi quid quæſo, toto jam regnat in orbe
Dic tribus hoc verbis, literulisque tribus?
Non verbis tribus, aſt vnâ reſpondeo voce,
IVS vel tranſpoſitis VIS malè literulis.
IVS & VIS apices paruo diſcrimine diſtant,
Ius nunc Mundus habet, Vim quia ſemper habet.

Potentiores

Potentiores poſſeſſionem apprehendunt, pecuniam in Advocatos conferunt, qui lites pauperum evertunt, ſecundū illud Habacuc
17. cap. 1. v. 3. vt quid oſtendis mihi iniquitatem? eſt qui litem & contentionem contra me ſuſcipiat. Auct. diſc. Vom Juſtitienwerck p. 89.

Sed quid hoc ſeculum felicius ſuperioribus ſeculis, etiam Saturninis? cum CERTVM vix & ne vix inveniatur, de quo non controvertamus, litigemus *Novel. 44. c. 1. §. 3.* Non inter Deos, quibus Hom. adſcribit atrocia delicta, ſed inter homines, *Tiraq. de retr. con. §. 1. gl. 2. n. 26. & in l. ſi vnquam. n. 137. verb. revertatur. C. de revo. don.*
18. adeò vt IVS, quod Germanis rectum ſonat, minimè rectum vel breviſſimum, ſed vbique & per omnia curvum, perplexum, & litigioſis labyrinthis involutum. *Mag. Pegel. in theſ. rer. p. 30.* Quod vt ſpeciatim deducam, de Hebræis legitur, quod duo viri litigarint *Exod. 2. vers. 13.* Et Paulus Apoſtolus acerbè Corinthios de litibus arguit *1. Cor. 6.* quaſi indigni eſſent Chriſtiani, qui apud infideles litigarent. *Pet. Greg. Thol. lib. 47. Syntag. c. 1. n. 8.* De Trojanis Hom. Τρῶες δὲ μάχης ἀκόρητοι ἔασι. Sic Staſimus *apud Plaut. in Trinum.* de ſui temporis practica litigioſa apud Romanos conqueritur:

Mores leges perduxerunt jam in poteſtatem ſuam.
Magis qui ſunt obnoxij, quàm parentes liberis:
Ea miſeræ etiam ad parietem ſunt fixa clavis ferreis,
Vbi malos mores affigi, nimio fuerat æquius.

Ref. Chriſt. Oheim. in diſc. jur. pol. c. 5. n. 104. Sic Marcellinus vituperat AEgyptiorum genus controverſum, & aſſuetudine perplexitatis litigandi lætiſſimum. *Ioh. Ordelaph. ad l. fin. n. 107. de R. V.* Sic Cicero
19. damnat gentem Siculam, quod ad lites & jurgia naturâ ſit proclivis. Hoc noſtro ſeculo de Hiſpania Monarchiæ æmula ita Ferdinandus Vasquius *ad l. ſi quis in ſuo. 33. C. de inoff. teſt.* Hiſpania, *inquit*, patria noſtra tam ſcatet litibus, vt vix ſuperſint, qui agros colant, & armis patriam tueantur. Antonius de Guevarra in inſtitut. vit. aul. c. 10. innuit, in vrbe Granatenſi, aut Vagliodolit, plures eſſe litigatores, quam Romæ martyres. De Gallia videatur *Budæus in ann. ad ff ta. Primaudeus in Academ. ſua & Franciſcus Hotomannus in Francogall. c. vlt. p. 152.* (vbi pronunciare non addubitat: tertiam propè partem Galliæ, artem rabulariam exercere: Gallicè Chicquanerie. *Matag. de Matag. ad Italogall. pag. 250.* & paucis abhinc annis dicebatur mihi Pariſijs, de-

cem

cem millia hominum in vna ea vrbe diſtringi & occupari in litibus exercendis. Vnde dicitur vrbs rabularia & Regnum rabulariū. Sicut n. AEgyptij in Pyramidibus & eiusmodi molibus extruendis occupati: ita maximus gentis Gal. numerus in litib. & calumnijs exercendis, & forenſibus ſcriptitationibus operam inſumit. *Hotom. c. 20. Franco Gall.* Iuris judiciorumq; peſsima conſtitutio, quam Dyſnomian & Athæ h. e. offenſionis contubernalem vocat Heſiod. Δυσνομίην ἄτην τε συνήθεα, ἀλλήλησιν, vt egregiè de ſuâ Galliâ loquitur *Guil. Buda. ad l. 2. de leg. pag. 119.* Et Seigneur de Pibrac *la 1. remonſt. pag. 46.* noſtre Nation, *inquit*, eſt litigieuſe & contentieuſe, plus que null' autre de l' Europe h. e. natio noſtra litigioſior & contenſioſior omni alia Europæa. Vbi ad dit in ſola Pariſienſium Præfecturâ plures eſſe lites & proceſſus, quam totâ in Germania. Rebuff. *ſuper conſt. rubr. de friv. app. Et* Contar. *in l. vn. op. 3. n. 9. C. ſi de mom. poſ.* atteſtantur, quendam procuratorem Pariſienſem, pro cauſa 60. ſolidorum ad judices ſeptuagies & vltra appellaſse. Vnde Bodin. *lib. 6. de Rep. c. 2. num. 662.* querulatur, vix in omnibus Europæ regionibus & 20.
Imperijs tot lites concreuiſſe, quàm in Gallijs. *Idem c. 6. n. 756. & lib. 5. c. 1. num. 512.* De Italia conqueritur *gl. ad c. clericus. de for. comp.* Ob id, *inquit*, mirum non eſt, ſi totus judiciorum ordo pervertatur. *Giphan. in prolog. tr. de judic. n. 5.* Lites enim in curia Romana ſunt immortales *Paul. de Caſt. in l. ordinarij. in 2. colum. C. de R. V. Br. in l. ſtipulationes. de V. O.* vbi dicit, quod expectant Regem Saxonum *Reig. in thes. jur. lit. L. num. 157.* Huc optimè alludit Reimar von Schwettern in parænesi Germ:

Vnrecht das wil hohe man
Es vnd der Bapſt lachenter es ein ander an.

Goldaſt. in repl. contra Gretſer. c. 28. vbi Papam INIVSTITIÆ autorem, fautorem & factorem nominat. Franc. Lambert. *tractat. 5. de cauſ. excaca. mult. ſeculor. c. 4.* inter reliqua cæcitatis ſigna refert ordinarias lites pro Epiſcopatibus, Abbatijs, Prabēdis, & omnibus beneficijs, h. e. maleficijs. Nihil enim ferè abſque litibus habetur. Sic ventres Curtiſanorum impinguantur, exclamat *dic. tract. 5. c. 4.* Sunt qui in Rom, curiæ rota eadem vertigine rotant lites, quâ ipſi olim apud inferos in Ixionis rotâ dem Glückradt ſe circumagendos norunt, tàm ſacrilegè vendunt judicia, quàm turpiter emunt magiſtratus. *Nic. Vignier de Venetor. excomm. pag. 51.* Sic in Venetorum ſtatu IVSTITIÆ

cluſionem,& litium confuſionem fieri ex veriverbio conſtat, Che la parte Venitiana, non dura ch' vna Settimana. Quamuis inter Chriſtianos principes, eorumque ſubditos, vulgatum fuerit, quicquid Litigij apud eos non facilè ſolui poſſet, ſive publicè, ſive priuatim, id ſtatim communi conſenſu remitti oportere Venetias vt bonorum Venetorum judicio diſſolueretur. *Egnat. lib. 6. c. 6. Theod. Zwing. vol. 18. thea. hum. lib. 1.* In Polonia triplicem mutandi ſtatus cauſam fingit & adpingit Poëta, inter quas.

Prima, quod è precio leges & jura miniſtrat,
IVSTITIAE faciens vimq́, dolumq́, ſacra.

Auctor conſilij de recup. in Polon. pace p. 3. internis malorum Polonicorum cauſis adſcribit, religionis diſſidium, rei familiaris avarum ſtudium, publicæ ſupinum neglectum, veritatis odium, hypocriſeos ſtudium, IVSTITIÆ depravationem, INIVSTITIÆ palliationem. De Britannia communis refertur verſiculus,

Gallia dat vites, nutrit Britannia lites

Pet. Greg. Thol. *lib. 4. de Repub. c. 4. num. 5. aut*

21. *Gallia cauſidicos docuit facunda Britannos*

Mon. Iacq. Faÿe la 8. remonſt. pag. 265.: Quid exotica allegamus exempla, & Trabenſes judicamus Feſtucenſes? Sicut apud Germanos rara commercia, ita lites nullæ crebriores, quam de limitibus, qui foſſis diſtincti fuerunt: Heig *p. 1. q. 2. num. 50. ex Corn. Tac.* Nunc proh dolor lis atque diſcordia huius ſeculi, præſertim in Germania noſtra, eſt pandora illa ab Heſiodo celebrata, per quam omnis generis mala ipſi in pixide importata fuerunt. *Otto. Caſman. de mun. immund. c. 33. p. 369.* Neque enim, vt in ſcholis germana Iuriſprudentia dignitati ſuæ eſt reſtituta, ſic & in judicijs & curijs priſtino nitori reddita. Quare jamdiu concedendum aliquid temporum injuriæ, inquit Ciſner. *in epiſt. ad Duar. tom. vlt.* Giph. *in prolog. tr. de jud. n 5.* Nec amplius apud
22. Germanos plus BONI MORES, quam alibi Bonæ leges valent, vt olim, teſte Cornelio Tacito, & Vlrico ab Hutten in ſuo Nemine: quaſi non melior fuerit Germaniæ ſtatus, antequam Bartoliſtæ invaderent, tot voluminibus inſtructis, tunc cum plus valerent boni mores, quam ſcriptæ leges. Sed ò Corneli Tacite, tacerésne etiam ſi jam perluſtrares Germaniam? Vereor ne magis in noſtram, quàm tuam æternam ignominiam pleraque tua ſcripta retractares.

Tantum ævi longiqua valet mutare vetuſtas

Plerique

Plerique tamen inter Germanos boni ſunt, inquit Ioh. Bolognetus *ad l. vlt. n. 66. C. de pact. Pruckm. conſ. 9. num. 146. vol. 2.* & antiquitus conqueſtus eſt Bonifacius *in ep. ad Zachar. Pont.* de LL. Germaniæ multitudine, & pravis quibuſdam huius gentis inſtitutis. *Heig. p. 1. q. 7. num. 29.* Ergo nec hoc ſeculum felicius eſt: ſed pudet referre, quod impudenter nonnulli evomunt, Spiræ lites ſpirare, nunquam expirare: litigantes diu ſperare nunquam adſpirare. Nonnulli impudentius maculam aſpergendo vocant Der Reichen trutz / der Juriſten nutz / der Fürſten ſpott / der armen todt: maxime propter litium diuturnitatem, quod lites hoc noſtro ſeculo non modò hominum plerumque, ſed ferè & vivaces cornicularum & cervorum ætates ſuperent. 23. *Pet. Frid. lib. 2. de mand. jud. c. 13. ſect. 15. Dan. Moll. ad conſt. Sax. p. 1. conſt. 3. num. 8. Pruckman. conſ. 15. num. 120. & conſ. 16. num. 47.* vbi conqueritur lites ad minimum vltra ſeculi ſpacium durare in Camera. *P. Frid. in præf. proc. Cam. lib. 1. §. at verò clamitant. Knich. ad pri. Sax. fol. 12. verb. quod ſi gravatus ad Cam.* Bodin. *lib. 6. de Rep.* ait, pleraſq; lites centeſimum annum ſuperaſſe. Hoccinè mirum homines eſſe mortales, lites verò immortales? Quod niſi breui immu- 24. tandum curæ habebitur, certum, non ſolum laudatiſſimi & incorruptiſſimi huius judicij, ſed etiam dulciſſimæ noſtræ patriæ, totius Germaniæ interitum, verendum, ne tempeſtivius, quàm ſecuri exiſtimamus, maximo noſtro incommodo experiamur. *Rutg. Rul. lib. 2. de proc. Cam. in po. Com. c. 20. num. 2. & 3.* Tardè enim IVSTITIAM adminiſtrare, & planè non adminiſtrare, paria veteres eſſe judicarunt. *Hip. de Mars. de fidei. num. 385. & ſeq.* Quod ſi à capite ad membra ſit 25. procedendum, conqueritur Cuſan. *lib. 3. de conc. cath. c. 35.* ſe vidiſſe per Trevirenſem diœceſim, quod ſæpè litigatores pauperes per cavillationes cauſidicorum extra formam ducantur, & à tota cauſa cadant, quoniam qui cadit à ſyllaba, cadit à cauſa. Hæc ille. Verborum tendiculæ proponuntur, & aucupationes ſyllabarum, væ ſimplici, qui ſyllabizare non nouit, inquit Ioan. Sarisber. *lib. 5. de nug. cur. c. 16.* Quamvis Myſis Homerus IVSTITIAM, temperantiam & Veritatem tribuat. *Heig. ex Strab. p. 1. q. 7. num. 16. & p. 1. q. 8. num. 2.* quod Saxones tricas & ſubtilitates Iuris Romani ignoraverint, imò ſummo odio habuerint: vt Germanos, fuſo à ſe Quintilij Vari exercitu, cauſarum patronos, vt viperas, ſeverius & durius tractaſſe ſcribat Florus *lib. 4. c. 12.* In Saxonia tamen hoc ſeculo conqueritur Iohan. Lauter-

bach. Saxo *in princ. Chriſt. c. 5. num. 27. in f.* de tricis & ambagibus judiciorum, quibus lites protelantur & æternæ fiunt. Et nonnulli Saxoniam litium omnium tàm publicarum, quàm privatarum procreatricem ſomniant, & hæreticorum angulum minus angelicè vocant, che Saſſonia ſia madre de tuti i litigij, ò ſedes Diaboli. *Damaſ. Lindanus, Theodorus Graminaus in Myſtico Aquilon: par. 2. pag. 38. ext. Ambroſ. in cant. arg. Ierem. 1. verſ. 14.* ab Aquilone omne malum. Sed rectius oſtendit rectioris judicij Theologus Dn. Cramerus *claſ. 4. Schol. proph. vat. 4.* particulariter intelligendum, nec Aquiloni bonum eſſe denegandum *Eſai. 43. vers 3. Iob. 37. vers. 22. Cant. 4. verſ. 16. Zach. 14. verſ. 4.* aut Saxoniam litigioſâ maculâ adſpergendam. Ergò, quod illi de Saxonia, nos meritò retorquemus de Roma omnium litiũ & malitiæ, non dicam nequitiæ ſchola, quibus & Impp. & Reges, imò totum terrarum orbem malitioſè involvit.

Ite lares Italos & fundamenta malorum
Romuleas arces, & pontificalia tecta.
Colluuiem ſcelerum.

16. Inquit Bap. Mant. & Fr. Petrach. Babilonia falſa è ria, Scuola d' errori & templo d' heresia. *Auct. ſuſcit. pro prin. par. 1. c. 13. p. 135.* De Pomeranis & VVeſtphalis Leutingerus, qui ſe aliàs Hiſtoricum Brandeburgenſem appellat, licentioſius ita præfatur *part. 10. Com. hiſt. lib. 1.* VVeſtphalia ingenioſa & contentioſa, Pomerania prudens & litigioſa. Hoc epitheton licet omni ex parte, niſi quod prudens haut litigioſus ſit, negari non poſſit, & Huttenus doctus ille eques Germanus, in ſuo Nemine laudet potius apud Balthicum mare Saxones, quod incunctanter ac nullâ injuriâ jus dicant, non conſultis leguleis, ſed ſuo ab antiquis more; Hiſtorici tamen iſtius fides maximè vacillat, errat, & (quod obiter dicam) lites ſeminat. Audi Leutingere, ignoſce, & cognoſce Ioh. Matthes. te tuiq; ſimiles alloquentem: Nec teipſum laudes ſuperbè: nec pungas alios acerbè: nec ſis Therſites in Regentes: aut debacheris in abſentes: non ſcurra levis, aut moroſus: nec hyperbolicè clamoſus: nec ſophiſta maledicus: nec ſis ſemper contrarius: non trilinguis diſputator: ſtultus ſtultis ſtulta fatur. Caveas ergo lector, quia citius corniculas in Africa, quàm aliquid ſolidæ veritatis in ijs repereris, *vt inquit Durodi Paſcolo in aul. pol. θ. 132. de nugis Francken, Eizingeri, Gallicobelgici, Leutingeri, & ſimilium*, quibus viventibus turpiter imponunt, & poſteritatem fœdè decipiunt. Imitetur Sereniſsimus tuus Elector Alexand. Ma-

gnum, cui naviganti ab Ariſtobano datus fuit liber, in quo multa de eo dicebantur, quæ non erant vera. Iratus itaque librum in Idaſpem (tuum in Oderam) conjecit, & converſus ad ſcriptorem dixit: Tu magis quàm liber demergi debueras. *Iuſt. de geſt. Alexand. M. Ioh. Ordelaph. ad. l. fin. num. 622. & ſeq. de R. V.* De Haſſis conqueritur Ol- 27.
dendorp. *vol. 2. Con. Ac. Marp. 5. num. 3.* quod in labyrinthum litigioſum ſe conijciant, maximo ſuo diſpendio: *Ioh. Gorop. Becan. lib. 4. hierogl. p. 53.* ait Batavos Harman vocare qui ſcatet calumnijs, & in quâvis re lites quærit: exoptans Harmannis, vt omni patrimonio in rabulas, pragmaticos & iniquos judices profuſo, ſenili fame, & decrepitâ mendicitate, tormenta litigioſa, quibus alios afflixerunt, expiare cogantur. Quis omnes omnium provinciarum querimonias, lamentationes, vlulatus, lachrymas, comportare poſſet? Conqueruntur omnes de litium & civilium & criminalium diuturnitate vbiq; ferè gentium *inquit Fab. lib. 9. Cod. for. tit. 22. in pr.* Tanta enim vbiq; litium eſt multitudo, vt nec in Camera Imperiali, nec in alijs inferioribus judicijs ſaluberrima *l. prop. 13. C. de jura.* ſervari queat. *Gail. 1. obſ. 141. num. 7. Mynſ. 2. obſ. 48 Schwanm. lib. 2. proc. Cam. c. 4. num. 6.* O 28.
felicem AEthiopiam quæ nullas habet lites, vt ait Franciſc. Alvarez *ref. Bodino lib. 5. de Rep. c. 1. n. 511.* Et Plin. *lib. 6. c. 13.* apud Seras in Taprobanæ inſula Antictonum Indiæ gentem feliciſſimam neque lites vllas, nec forum eſſe ait. *P. Greg. Thol lib. 47. ſynt. c. 1. num. 11.* quia Indi non ſunt litigioſi, neque commiſſi, neque depoſiti jura vlla habent, nec teſtibus indigent, neq; ſigillis, ſed ſimpliciter credunt. *Strabo lib 15. Theo. Zwinger. vol. 18. the. hum. lib. 1.* O infeliciorem Germaniam, quæ lites alit inter patres & filios, Dominos & ſubditos, affines & vicinos, agnatos & cognatos.

Præſertim fratres, quorum quoque gratia rara:
Quin lanient mundum tanta eſt diſcordia fratrum. 29.

Exempla quidem odioſa, ſed pauca videbimus. Nonne inter S. patrem Adrianum, & Fridericum I. filium exitiale fuit odium, & Tuſcum quaſi litigium vt ex epiſtolis reciprocè ſcriptis apparet, quas Iohannes Nauclerus reperit Hirſaviæ *in chronog. gen. 39. Radewi. lib. 1. app. ad Ott. Friſing. Auctor hiſtor. Germ. in app. poſt lib. 2. c. 76. Keller. d. lib. 2. c. 11.* Nonne idem litigium inter Frider. 2. & Innoc. 4. Gregor. 7. & Henric. 6.? & alios patres atque filios novercali odio ſe proſequentes. Quod litigium vſque ad Carolum V. tranſlatum hodierno

ſeculo adhuc ſpirat, & plura alia litigia excitat: quem Baron. *tom. 11. Ann. an. 1097. num. 142.* malè vſurpaſſe Monarchiæ infauſtum nomen ſcribit. *Goldaſt. in repl. contra Gretſer. c. 7.* Nonne Homo ille

Cui licet vnanimes armare in prælia fratres
Atque odijs verſare domos, & verbera tectis

Vrbanus quaſi Turbanus litium pater, parricidialem litem movit inter Cunradum filiùm, & Henricum patrem? *Auctor juris de pontif. mut. confirm. pag. 26. Pract. Ferrar. in for. rei conv. verb. præs. num. 24.* Nonne inter Sereniſſimos S. Imperij Electores diverſimodæ lites gliſcere cæperunt, quæ cum Dei beneficio, tum principum induſtriâ & ſalutari Conventus remedio ſopitæ fuerunt? Nonnè lites ratione ſeſſionis inter Bauarum & Saxonem! Brandeburg. & Brunsvvigium? Heſsum & Pomeranum? *Heiminsf. to. 3. con. imp. p. 509.* Nonne lis Illuſtriſſima feudalis ratione Ducatuum Iuliæ, Cliviæ, Montium? Nonne lites inter Dominos & ſubditos hodierno ſeculo frequentes? Quæ domus obſecro, quæ familia eſt, quam non lis ali-
30. qua continuo perpetuoq; motu exerceat & exagitet? *Ant. Fab. lib. 9. Cod. tit. 22. Keller. lib. 2. de off. jur. pol. c. 7. pag. 321.* At tantò graviores ſunt inter Dominos & ſubditos lites, quantò invicem ſibi magis devincti, nec vlla danda occaſio, vnde vinculum illud minimâ ſui parte rumpi poſſe videatur, quia in re ipſa Reipub. ſalus verſatur. *not. in §. in poteſtate. Inſt. de his qui ſui vel al. jur. Goedd. vol. 2. cons. Ac. Mar. 28. nu. 5.* Et in terminis de litibus inter filios evitandis eſt text. *in l. cum oportet §. ſin autem. C. de bon. qua lib. Vult. d. vol. 2. con. Marp. 25. num. 39.* Quid plura? Morlanus verum cecinit:

31. *Hora noviſſima, tempora peſſima ſunt, VIGILEMVS.*

Vigilemus ò Germani, IVSTITIAM colamus, litigia deteſtemur, concordiam amplexemur, civitates defendamus non perdamus, nec totum imperij ſceptrum, ne dicam ſcelitum, ad diſcordem internecionem ducamus. Quamvis enim tanta aliquorum ſit malitia, ut si viderent prorſus imparatos noſtros, ex ea occaſione facinus auderent animo concipere atque tentare *Phil. Mel. in ep. ad Cam. pag. 155.* uti ex literis Nuncij Apoſtolici Coloniæ reſidentis conſtat, quibus Germanos infeſtare & litibus implicare conatur, *Lubb. Sibrand. in repl. ad defens. Rob. Bellar. lib. 3. c. 11.* Singulari tamen dei providentiâ, & hominum prudētiâ, quam Cicero πολιτικὸν opus vo-

cauit

cauit in dirimendis controverſijs Cæſaris & Pompeij, facilè reſtringi poſsunt. Vtinam, inquit, in hac miſeria Reipub. πολιτικὸν opus efficere atque navare mihi liceat *lib. 9. ep. 11. ad Att.* Pacis certè conſilium plus valet, quam robur manus, ſecundum illud Taciti: Plura in ſumma fortuna auſpicijs & conſilijs, quam telis & manibus geri, ut omnium temporum eventus docuit. Ergò ſtudeamus paci, cum nulla ſit maior virtus, quam in ea regere populos. Cam. Borel. *in tr. de comp. §. 1. gl. 1.* P. Frid. *lib. 2. de mand. jud. c. 16. n. 2. ad Status imp:* Pax unica & vera mater eſt, quç omnium rerũ copiam & abundantiã generat & profert, vbi ſua quilibet prædia & agros colit tranquillè, fructuſq; inde lætus percipit. Iac. Geuder. ab Heroltzb. *de conſ. imp. li. 2. c. 4 n. 4.*

Obijcientur forſan SS. Rom. Imperij leges, conſuetudines, proceſsus, Cammer: Land: vnd Hoffgerichtsordnungen / ſecundum quæ omnia uti juſta, à IVSTITIÆ fontibus promulgata, juſtè lites omnes decidi præſumuntur. Ergò injuſtè litigatores querulantur. Illud equidem nemo inficiatur, de hoc centum, imò mille lamentantur, largâ lachrymarum effuſione, quod lites ad Cameram appellabiles fiant immortales, nec patris, filij, imò nepotis termino terminentur. Ergò leges, ſtatuta, conſuetudines, proceſſus, & alia, tantùm proſunt litiganti, quantùm famelico penu rerum omnium ditiſſimum, cuius clavis alicui commiſſa ad porrigẽdum aut juſto ſit maior, aut tradita deterior, vt penu aperiri non poſſit, aut ſi aperiatur, defatigatus miſer famelicus fame pereat: Ita litiganti accidit, cuius non deficit, nec proceſſus, uti clauis juris, ſed vtrumque tam copioſè & intricatè mixtum, ut Actor decennali ſpacio vix ad concluſionem perveniat. *Auct. diſc.* vom Juſtitien werck *fol. 1. 2. 3. & ſeqq.* Dn Vult. *vol. 1. conſ. Ac. Marp. 17. num. 6.* ait, à die mortis ipſius, de cuius hæreditate agitur, uſq; ad litis conteſtationem elapſos eſſe annos fermè *38. & vol. 3. conſ. 30. nu. 41,* ab inveſtitura nova uſque ad litis conteſtationem elapſos eſſe annos. 75. Vnde Morphorius ſive Paſquinus ille Romæ exenteratus, frequentiſſimam litigandi temeritatem, litium diuturnitatem, litigantium improbitatem, publicis paſquillis taxat, reprehendit, damnat, ut ſunt Die Haderkatz / Privilegia Bleſenica de Advocatis, Kupfferſtuck de litigijs, & alia. Sed verè prudentes non delectantur paſquillis, eo & belli ſubſecuti tempore compoſitis. Barthol. Philip. *diſc. 8. pag. 75.* Warem. ab. Erenb. *lib. 2. de fœd. §. 330.* Licet paſquilli & prurigo ſcribentium fruſtra inhibeantur Tac. *11. Annal.* hoc imprimis exulceratiſſimo ſeculo.

32.

33.

Tantam

Tantam & talem litium multitudinem per omnes Europæ
diſtrictus omnes mirantur, pauci rimantur cauſas, originem, Reme-
34. dia. Litigium Demogorgonis filium ob ſui deformitatem à cælo
dejectum fuiſſe antiqui fabulantur poëtæ, ut refert Ioh. Ordelaph.
ad l.fin. num. 94. de R.V. Non inveriſimile eſt, inquit Heigius *p. 2. q.
7. num. 1.* lites ſumſiſſe originem à Romanæ curiæ ſtylo & praxi, ubi
in cauſa Anglicana inſtantia per 34. annos ante litis conteſtationem
duravit. Tantam litium calumniarū & ſycophantiarum ſementem
factam primò à Papâ Clemente 5. qui Philippi pulchri tēpore papatus
ſedē Auenionem tranſtulit & ſemina Rom. artis rabulariæ in mores
noſtros ſparſit, inquit Hotom. *in Franco-gall. c. 20.* Duar. *li. 1. de ſac. Eccl.
min. c. 4.* Eccleſiaſticorum, *inquit.* auditoria, calumnijs, impoſturis,
litibus ac ſtrophis forenſibꝰ longê ſuperant quævis Regia & profana
tribunalia. *Calvin. in pro. jud c. 1. mem. 6. num. 16* Sicut alia multa pe-
cuniæ aucipia Reipub. exitioſa, ita & errores multos Româ proma-
naſſe ait, Cuiac. *lib. 11. Sent. Paul. ad edict. in l. 21. de minor. p. 171. Alb.
Gent. disp. ac con. jur. can. c. 3 & 4.* Vnde poſtea in vicinas prouincias
illud litigandi malum exundavit, & imprimis Galliam infecit, à qua
noſtrates uti omnia, ita etiam litigia hauſerunt. Et ita ortâ lite, orta
ſunt mala. *Ant. de Guevar. in inſt. vit. aul. c. 13 & c. 10.* vbi non divinum
ſed humanum vocat litigare, quod nec Socrates Athenienſes, nec,
Solon Græcos, nec Numa Pompilius Romanos, nec Prometheus
AEgyptios, nec Lycurgus Lacedæmonios, nec Apollonius poëtas in
Memphide, nec Hiarchus Indianos docuit.

Origo litium judiciariarum à Platone malitijs hominum attri-
buitur. Vt enim, *inquit*, Medicorum ortus eſt ex morbis: Ita prag-
maticorum & cauſidicorum eſt ex controverſijs & litibus. *Giph. in
35. prol. tr. de jud. in pr.* Sed unde certamina inter homines? vnde pugnæ
contentionesq; naſcuntur? quod improbitati ita oppoſita impati-
entia magnas ſæpè concitet lites? quod ſi Patientiam improbitati
oppoſueris, extinguetur protinus litigium, tanquam ſi igni aquam
ſuperfuderis: ſin autem improbitas impatientiam ſibi comparem
nacta eſt, tanquam perfuſa oleo, tantum litigij incendium excitabit,
vt id non flumen aliquod, ſed effuſio cruoris extinguat. *Virg. Pingiz.
ill. qq. Sax. 59. num. 86. & ſeq.* At cum talis ſit herba Patientia, quæ ad-
ferat infinitis mortem, vt ait Duro di Paſc. *in Aul. lib. 6. 307. p. 172.* & pau-
63. cis creſcat in hortis: oportet eſſe lites, ſicut & hæreſes, *1. Corint. 11.*

verſ.

verſ.19. in hoc noſtro ſeculo tam malitioſo quã litigioſo. Et quemadmodum de Mathematicis Corn. Tac. ſcribit: Hoc genus hominum in civitate noſtra & ſemper damnabitur, & ſemper retinebitur: ita de longioribus iſtis litium protelationibus dicendum, quod ſemper & ab omnibus paſſim judicibus damnentur, futurum tamẽ vt ſemper, & in omnibus tribunalibus retineantur. *Ant. Fab. lib.9. Cod. tit. 22.*

Implorandum igitur divinum auxilium, ſicut Eccleſia quondam cecinit: DEVS, qui errantibus, vt in viam poſſint redire IVSTITIÆ, Veritatis tuæ lumen oſtendis. Provocandum ad alterum ſeculum, in quo nullæ lites, certamina, diſſenſiones, pugnæ, contentiones, jurgia, altercationes, & quidquid eſt ſimilium litigioſarum vocum, ſed & juſtè & pièerit viuendum, ſecundum Rytthmos antiquorum, toties à ICtis allegatos, & dignos vt literis aureis litigioſis & judicum & litigaturientium oculis publicè exponantur: 37.

Iudicabit judices judex generalis
Ibi nihil proderit dignitas Papalis,
Sive ſit Epiſcopus, ſive Cardinalis.
Reus condemnabitur, nec dicetur qualis,
Ibi nihil proderit quicquam allegare,
Neque quid excipere, neq; replicare,
Nec ad Apoſtolicam ſedem appellare,
Neque codicillos Cæſaris citare,
Reus condemnabitur, nec dicetur quare.
Cogitate miſeri quid & qualis eſtis,
Quid in hoc judicio dicere poteſtis.
Hic non erit Codici locus, nec Digeſtis,
Idem erit Dominus, judex, actor, teſtis.

Bart. in proc. inter Mar. & Dæm. habito fol.126. Beuſt. in enarrat. Evang. dom. 26. pag. mihi 604. Iacob. Airer. p. 1. proc. hiſt. c. 6. obs. 3. num. 25. inf. Mart. Delrius lib. 5. disq. Mag. ſect. 1. Keller. lib. 2. de off. jur. pol. c. 12. & lib. 3. c. 5.

38. Hæc noſtri ſeculi litigia, nonnulli litigatorum ad alterum ſeculum propagare, & collitigatores ſuos in vallem Ioſaphat citare auſi ſunt, *teſte Salic. in Auth. offeratur. num, 5. C. de lit. cont. Lancellot. de off. præt. tit. de libell. num. 10. ubi taxat hanc litigantium temeritatem.* Quod equidem taxatione dignum in civilibus, ſed in criminalibus eius-

modi prouocationem litigij ab hoc ſeculo ad alterum quaſi receptã fuiſſe à Deo, ſunt exempla Ferdinandi 4, Hiſpaniæ Regis, cum duos nobiles perduellionis reos ex altiſſima turri præcipites dari juſſiſſet, ad diuinum tribunal appellarunt, vt die trigeſima compareret, quâ cum dormire crederetur, in fata conceſſit. *Ritius lib. 3. de Reg. Hiſp. & Fulgos. lib. 1. c. 6.*

39. Iohannes Turſonis apud VVeſtrogothos cum quendam capite plecti mandaſſet, qui genibus flexis: En morior, *inquit*, injuſtè, teq; voco hac hora ante tribunal Dei, cur me innocentem morti condemnes lite nondum finitâ. Iudex equo corruit, & vitam finit. Olaus Magnus lib. 14. c. 20.

Templarij milites ad ignem condemnati Burdegalæ, ſimulq; mortui Clemens Papa & Philippus Rex Galliæ, quos ita appellaverant: Sæuiſſime Clemens Tyranne, poſtquam mihi inter mortales nullus jam supereſt, ad quem appello: pro graui morte, quâ me per iniuriam afficis, ad juſtum judicem CHRISTVM appello, ante cuius tribunal, te voco, una cum Philippo Rege, ut ante eum intra annum & diem compareatis ambo, vbi cauſam meam exponam, & IVS SINE PRAVO AFFECTV ADMINISTRABITVR. *Campofulgos. lib. 1. Ioach. Steph. lib. 4. de Eccl. juriſd. c. 10. num. 18.*

40 Cum tempore etiam Henrici 4. Rom Imp. Meghenerius Herveldenſis antiſtes, & Burchardus Halberſtadienſis Epiſcopus ob decimas litigarent, inuicem ad tribunal ſupremi prætoris prouocantes, ambo morte conſumpti ſunt. *Auentin. lib. 4. Annal. Boior. P. Greg. in tr. de appel. lib. 3. c. 7.* Sic Rex Galliarum Henricus 3. Iulio 3. ad Deum vltorem provocante, ſe pro tribunali Dei adfuturum ſpoſpondit, cæterum certò ſe ſcire Pontificem vadimonium cum litigio deſerturum. *Arn. Clapm. lib. 1. de jure imp. c. 19. Matth. Steph. lib. 2. de juriſdict. p 1. c. 1. m. 2. num. 190. & ſeqq.* Litigia igitur in hoc præſenti & inani ſeculo orta, ad æternum propagari videntur: imò de AEterno mouentur, ſecundum illud Poëtæ:

De ſummo lis ſumma bono.

41. Sed nos hæc omnia ſupremo litium omnium diremptori piè relinquemus. Multæ enim quæſtiones & lites reijciendæ ſunt in illud tempus, quum ſublato ſpeculo & ægnimate, videbimus DEVM de facie, ad expiandam iniquitatem, & ad IVSTITIAM SECVLORVM adducendam *Dan. cap. 9. verſ. 24. Gaſp. Hedio in conſ. de conſ. Eccl. fol. 39.*

Melch. Goldaſt. in repl. aduer. Gretse. cap. 6. Beuſt. in enar. Euang pag. 210.

LITES *quas præſens ætas nec poſtera tollet*
Tu tolle aduentu CHRISTE *benigne tuo.*

Interim quomodo humana litigia humano more abbreviati, tolli, minui, poſſint, breuiter videbimus: et diſcurrendo explanabimus, quod ſit officium principum & Rerumpub. in litium multitudine abbreuianda, minuenda, tollendaq; litiū diſpendia: Notationes, cauſas tam generales, quam ſpeciales & ſpecialiſſimas indagabimus: deinde Remedia aliquot unà cum alijs ſcitu jucundis pro virili explicabimus. 42.

Faxit Deus, vt fiant ad corrigenda huius malitioſi ſeculi litigia, SS. Imperij conſervationem, IVSTITIÆ defenſionem, INIVSTITIÆ propulſationem, ſui cuiusque tributionem, & nominis diuini gloriam. Quod cæleſte nomen atque numen aureum nobis ſeculum reducat, de quo Sen. in Octav.

Tunc illa Virgo, Numinis magni Dea
IVSTITIA *cælo miſſa cum ſancta* FIDE,
Terras regebat mitis, humanum genus
Non bella norat, non tubæ fremitus truces,
Non arma gentes cingere aſſueverant, ſuas
Muris nec urbes: pervium cunctis iter.

IVSTITIÆ tanquam magno Numini, vt ait Philoſtra. *lib. 2. de vit. Apol.* & litium propulſatrici merito litandum: 43.

Pardonne moy ſainct & Pucelle
Quelqu' une d' un plus fortè voix
Dira ſur la lyre immortelle
L honneur, La IVSTICE, *& les loix.*

Mon. Millotet la. 1. remonſt. pag. 597. Omnium optime IVSTITIAM depinxit Chryſippus, apud Aul. Gell. *14. noct. Att. c. 4.* quæ ſi oculis cerneretur mirabiles ſui amores quibusuis, excitaret, tàm veranda, vt horrorē incuteret quo Majeſtas, præuaricatorib. Litigatorib. ſimulatisque Pace principis ſatellitibus. vt inquit *Fr. Pollet. l. 2. hiſt for. Rom c. 3.* & Auguſtin. *lib. ſerm. c. 13.* O ſancta, *inquit*, laudabilisque IVSTITIA, ſub te, & per te pudicitia regnat, PAX per te triumphat ſecuritas & dignitas per te florent, & fructum afferunt in patientia.

O Iustitia qui te amauerit, qui te ſtrinxerit cum Moyſe mare mundi, vitiorum ſanguine rubricatum ſicco veſtigio pertranſibit. Hæc eſt virga, qua petra percuſſa manat in fluenta, qua lapidea ſubditorum corda judicio Iustitiæ tacta, in virtutum exuberan flumina. Hæc eſt medicina vitiorum, antidotum peccatorum. *Camill. Burell. in præf. tract. de Comprom. nu. 10. & 11.* Hæc de juſtitiæ Encomio præmiſiſis ſufficiat.

CAPVT. II.

DE

De Publico Principum & Rerumpublicarum officio in litium multitudine abbrevianda, minuenda, tollenda.

SVMMARIA.

1. *Litium multitudo principes monet de remedijs.*
2. *Reipublicæ intereſt lites ocyus finiri.*
3. *Lites ex litibus gigni graue eſt.*
4. *Lis litem parit; quod fieri non deberet.*
5. *Principum eſt lites tollere & quietem parare.*
6. *Principum nomine qui comprehendantur.*
7. *Liberæ civitates in Republ. ſunt principes.*
8. *Cuius eſt leges condere, eius & lites tollere.*
9. *Iuſtitiæ munus Regibus & Principibus conuenit.*
10. *Princeps litem differens ad intereſſe conuenitur.*
11. *Reges & principes juſtitiæ gratia creati.*
12. *Publica vtilitas eſt abbreuiare lites.*
13. *Nicocles & Sulpitius ſuſtulerunt lites.*
14. *Exempla Imperatorum lites abbreuiare cupientium.*
15. *Traianus laudatur ob lites ſublatas.*
16. *Adrianus & Philippus taxantur à muliere.*
17. *Caligula 40. litis ſummam ſolvi juſſit.*
18. *Vectigal litium* gerichtszoll *à politicis probatur.*
19. *Athenienſis decimam litis partem ſumebant.*
20. *Chriſtiani principes litibus occurrere debent.*
21. *Principes vino, Veneri, venationibus ſtudent.*
22. *Pauci de litibus tollendis cogitant.*
23. *Princeps Dei vicarius lites odiſſe debet.*

24. Exempla

24. *Exempla Othon. Lothar. Frid. lites abbreviantium.*
25. *Carolus V. optauit modum finiendi lites.*
26. *Dux Sabaudiæ & Ferrarienſis lites improbarunt.*
27. *Henricus 2. & Ludovicus 12. lites circumciderunt.*
28. *Laus Imperatoris Rudolphi 2.*
29. *Imperator condit legem vniuerſalem cum Electoribus.*
30. *Ictorum & Politicorum abbreviare lites.*
31. *Status Imperij lites tollere debent.*
32. *Imperium comitetur pietas, prudentia, juſtitia.*
33. *Magiſtratus lites ocyus finire debent.*
34. *Conſiliarij in litibus breviandis adhibendi.*
35. *Litigioſi non ſtudent litibus minuendis.*
36. *Quales in litibus Icti requirantur.*
37. *Exempla eorum qui conſiliarios adhibuerunt.*
38. *Exhortatio ad Philoſophos vt lites componant.*
39. *Eadem ad Ictos, & exclamatio contra utroſq.*
40. *Inſcriptio Dicaſterij Stetineſis.*

Hæc prædicta litiũ multitudo, & frequentiſsima litigioſi noſtri ſeculi querela, atq; origo, per omnes Europæ angulos longè latéq; diffuſa, monuit & movit principes & Reſpublicas, vt de 1.
Remedio quodam cogitarent & viam inirent mediam lites abbreviandi, minuendi, tollendi, *Heig. p. 2. q. 7. num. 1. juxta text. in c. finem litibus, de dol. & contum.* cum lites finire & litigantium ſumptibus conſulere ad bonum publicum ſpectet, *d. l. prop. 13. C. de jud. Conc. Trident. ſeſſ. 24. c. 20. l. min. ff. de minor. c. 2. de cauſ. poſſ. & prop. Morla. in emp. jur. p. 1. tit. 4. q. 2. num 3. c.* cuius defenſores potiſſimum ſunt principes, ita vt quod oculus in corpore & ratio in anima, hoc principes in Repub. eſſe oporteat, ſollicitos pro pace conſervanda & litibus expellendis *Gail. lib. 1. P. P. c. 1. num 3. & ſeqq.* Intereſt enim & 2.
Reipub, & partium lites ocyus finiri, ne finis negocij alterius cauſæ exordium fiat, & modus litium multiplicetur. *l. properandum 13. C. de. jud. l. fin. ff. pro ſuo. l. 2. C. de re jud. l. cum quis. inf. C. de reb cred. l. ſing. de except. rei jud. §. item. 13. Inſt. de inut. ſtip. ibi: propter celeritatem dirimendarum litium l. 2. in pr. ff. de aq. & aq. plu. arc. ibi: minuendarum litium cauſâ. l. 10. C. de tranſact. ibi: nullus erit litium finis. c. 1. de appell. in 6. c. vt litig. de off. ord. in 6. l. quidam 21. ibi: lites diminuere. ff. de*

reb. cred. Pruckm. con. 38. num. 92. Ant. Scappal. tr. de jure non ſcrip. lib. 3. c. 58. num. 4. Iul. Caſ. Ruginold. tr. de app. §. 11. gl. 3. num. 6. Morla in emp. jur. p. 1. tit. 3. q. 2. num. 17. Ratio: quia lites ex litibus gigni graue & pernitioſum, imò nefas eſt. *l. terminato. 10. C. de fruct. & lit. exp. Sylv. lib. 1. ep 92. Covarr. pract. qq. c. 23. num. 6. Herculan. tr. de attent. c. 2. num. 3. Cacher. dec. 22. num. 8. Chald. in l ſicurat. verb. ſua. num. 37. C. de reſt. in int. Capiſer. tr. de no. teſt. p. 1. c. 3. num. 47. Seraph. tr. de juram priv. 33. num. 142. Dec. conſ. 385. Ceph. conſ. 209. num. 1. Pruck. conſ. 46. nu 115.*

3\. Sic nomine injuriæ ſemel remiſsæ lis denuo reſuſcitari nequit. *l. auxilium. in pr. de minor. Gilhaus. tr. de injur. §. 11. num. 21. Harp. ad §. hæ actiones. num. 58. Inſt de iniur. HaKelm. diſp. 3. th. 27. Fac. Altorff. con. 27. §.* darwider dann im wenigſten. *fol. 502. vol. 1 Menoch. lib. 1. præs. q. 24. n. 25. Pruckm. conſ. 16. num. 62. vol. 2. P. Greg. Tol. lib. 47. Synt. c. 1. num. 14.*

4\. Nec probat exemplum quod litem lite reſolvit. Licet Lis ſit generis fœminini, & facilè litem pariat, raro abortum faciendo, ſecundum illud Heſiodi:

> ἔριο δ᾽ ἔριν ἀντι-φυλεύει
> lis litem parit.

5\. *Adam. Kell. lib. 2. de off. jur. pol. c. 7.* At quos magis hoc litigioſum noſtri ſeculi negotium concernit, quàm Principes & Reſpublicas, vt media ſive Remedia inveniant, quibus litigioſam contagionem è mediò tollant, & quietem parent, vti monet Giou. Ant. Palazzo *p. 3. diſc. del gouerno. cap. 23. Ioh. Ant. Zanatar. de praxi. for. Mediol. num. 9. & 10. per Nov. 114. ibi: noſtra ſerenitatis ſollicitudo Remedijs invigilat ſubiectorum. c. frequens. in pr. verb. & propterea. de res ſpol. in 6. Auth. vt jud. ſine quo. coll. 4. Matth. Steph. de juriſd. lib. 2. part. 1. c. 1.*

6\. *memb. 1. num. 43.* Principum nomen quaſi primum caput Reipub. propriè Cæſari ſoli convenit *t. t. de conſt. princ. Cravet. conſ 982. nu. 12. Lancellot. in templ. jud. lib. 1. c. 1. num. 7. Vultej. lib. 1. I. R. c. 2. §. princeps.* Sed hodierni ſeculi vſu tribuitur etiam alijs, quàm Imperatori, I. quod in ſuo quiſque territorio idem ius habere dicatur, quod habet Imperator in Imperio Romano *Bart. in l. infam. num. 14. de publ. jud. Alex. cons. 2. num. 9. vol. 1. Soc. ſen. con. 66. num. 12. vol. 3. Socin. jun. cons. 98. num. 1. vol. 3. Curt. jun. conſ. 61. num. 9. Iaſon conſ. 103. num. 2. vers. 4. Nat. conſ. 454 num. 19. vol. 3. Zaſ. cons. 1. num. 21. vol. 2. Schurff. cons. 18. num. 2. cent. 3.* II. quod plus juris habeat, cum Regnum ad proprios heredes tranſmittat, Imperator non niſi electione ſuccedat.

Zaſ.

Zaſ. p. 2. de feud. num. 4. Schrad. p. 4. c. 1. num. 44. Gail. 1. de P. P. obſ. 6. num. 10. vbi extendit ad liberas Imperij civitates Die freye Reichsſtätte/ 7.
vt tantumdem poſſint in Repub. quantum Imperator in Imperio. *l. prohib. §. planè. ff. quod vi aut clam. Dec. conſ. 357. nu. 1. Bl. conſ. 407. n. 6. vol. 5. Afflict. dec. 361. num. 5. Nat. conſ. 636. n. 5. verſ. 3. Scip. Gent. lib. 3. de juriſd. c. 22.* quod D. Paurmeiſterus *lib. 2. de juriſd. c. vlt.* non ἁπλῶς ſed ſecundum quid accipit. Ergò non ſolum Imperatorem vt Imperij caput, ſed & membra, Principes atque Reſpublicas hoc exulceratiſſimum litigij malum tangit, vt litigaturientes moneant, moveant, lites removeant, IVSTITIAM reducant, quietem, & tranquillitatem reparent, quod ab officio divinitus conceſſo minimè alienum, cùm rationibus, tùm exemplis illuſtrioribus convincemus.
Cuius enim eſt leges condere, eius & lites tollere. At Imperatoris 8.
proprium leges conſtituere. E. & lites tollere. *l. 2. §. 18. C. de V. I. E. l. fin. C. de ll. l. 1. de conſt. princ. Tiraq. in tr. retract. in praf. num. 73. Vaſq. lib. 1. illuſt. contr. c. 1. num. 10. Lancell. in templ. om. jud. lib. 1. c. 1. §. 4. Menoch. conſ. 604. num. 2.* Ratio connexionis, quòd leges ferantur vt lites tollantur. Deinde, propria confeſſio inter omnia probationum genera eſt fulgentior Regina, quemadmodum luna inter ſtellas. *Vult. 2. I. R. c. 2. nu. 39. ex Burs. conſ. 340. num. 12. lib. 3. & Ioſep. Lud. Dec. Luc. 5. num. 56.* At Imperator ipſe in prooemio Inſtitutionum confitetur & aſſerit: quòd Princeps Romanus non ſolum in hoſtilibus prælijs victor exiſtat; ſed etiam per legitimos tramites calumniantium iniquitates ſive lites expellat, quod & ſummæ religioſitati tribuit, ſubdens: Et fiat tam juris Religioſiſſimus, quàm victis hoſtibus Triumphator Magnificus. Ergò &c. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck *p. 1. & ſeqq.* Quæ enim maior religioſitas, quàm curare, vt piè & juſtè vivatur in hac humana ſocietate remotis omni fraude, dolo, lite atque malitiâ, quæ publicam lætitiam exturbant. *Ioh. Ordel. ad l. fin. nu. 27. de R. V.* Vnde Paul. *1. Timoth. 2.* rogat pro Regibus & in ſublimitate conſtitutis, vt vitam quietam & tranquillam agamus.

Denique Imperatoris proprium eſt IVSTITIAM exercere, cu- 9.
jus omne ſtudium, ratio atque oratio in eo ſit, vt crediti ſibi, ſubiectique benè vivant *l. 1. de I. & I. Auth. vt non li. cont. c. Regum 23. q. 5.* At quomodo vivent benè litibus atque malitijs onerati? Imperator ergò, Reges atque Principes vnà cum Rebuspublicis publico ſtudio eò contendent, vt litigioſum illud Reipub. malum abbrevie-

tur,

tur,minuatur,tollatur. Quia nullum æquè convenit Regi ac Ivsti-
tiæ munus. *Theod. Zwing. vol. 18. theat. hum. lib. 1. tit. Reges, principes.* Et tantò principes Chriſtiani diligentius in hanc, quàm in aliam rem invigilare, ac oculos habere defixos debent, quantò nocentior eſt hæc peſtis proceſſuum, & cauſarum procraſtinatio, vt exclamat *Iac. Gauder. de conſt. imp. lib. 2. c. 4. circ. f. Adam. Kell. lib. 2. de off. iur. pol. c. 26.* Rationum ratio prima, quia ex dilatione Ivstitiæ litigatores af-
10. fliguntur laboribus & expenſis, adeò vt compellantur vel jure ſuo renunciare, vel litem componere. *c. nulli. ext. de haret.* Vnde princeps qui litem differt, eiusq; exequendæ celeritatem retardat, dicitur exceſſum committere, nec aliter atque ſoleant privati, ad id quod intereſt, conveniri poteſt. *Par. de Put. in tr. Synd. tit. de reg. princ. & duc. c. 1. num. 38. Zanat. de pr. Mediol. nu. 11. & ſeqq.* Secunda: quia Reges
11. & Principes creati ſunt Ivstitiæ gratiâ, vt malitijs hominum obſtarent, è quibus lites proveniunt. *Fr. Top. in rep. l. princeps. §. 1. de L. Cavalcan. in tr. de brach. Reg. p. 1. num. 124. Matth. Steph. lib. 2. de juriſd. c. 1. m. 1. num. 43. Bened. in c. Raynut. verb. cond. 1. nu. 29. Ex. de teſtam. Leonin. con. 56. nu. 1. Garz. de Exp. c. 21. num. 32.* Et hoc argumento princeps dicitur debitor Ivstitiæ *c. ex tenore de for. comp. Caball. milleloq. 43.* E contra ſi Princeps non adminiſtrat Ivstitiam, dicitur regnum vacare de jure *c. tranſm. de for. comp. Knich. in com. iur. Sax. verb. jus. c. 3. p. 261. vbi ait. principes rarò conſiderare.* Nec aliter Ivstitiam conſervari, nec paci, tranquillitati aut ſaluti civium conſuli poſſe ait Heig. *p. 1. q. 10. num. 6.*

12. Deniq; ratio tollendarum vel abbreviandarum litium reſpicit publicam utilatem, quam principes maximè curare & procurare debent, *Ioh. Pet. Surd. deciſ. 120. num. 8. per l. ſicut. C. de temp. appell.* Litium ſiquidem immortalitas maximum Reipub. eſt detrimentum, cuius ſtatus & potentia civium litibus diminuitur, odia & diſſenſiones oriuntur, omnia in maximas anguſtias reducuntur, præcipuè cum cives membra Reipub. ſint, & ex eorum ruina non parum etiam damni Reipub. accedat. *Morla in emp. jur. p. 1. t. 4. q. 2. num. 9.* Et hæ ſunt rationes, quæ principes atq; Reſpub. maximè movere atque monere poſſunt, ne deſint ſuo officio, ſed in litiũ multitudine abbrevianda, minuenda, tollenda. vti Rerumpub. peſte omnium nociuâ multum
13. inuigilent. Quoad exempla, quibus, licet nudè loquantur & non adfirment *Plat. in Phæ, p. 466.* res tamen cum valdè illuſtretur: *l. præter. §. Iulian.*

§. Iulian. de coll. bon. primò ſe offert Iſocrates, qui admonebat Regem
Cypri Nicoclem, vt eas leges ferret, quæ vel nullius litis haberent
ſeminarium, vel exortas controverſias ſtatim dirimerent. Sic Ivsti-
tia evexit Ariſtidem: Sic egregiè Cicero laudabat Servium Sulpi-
tium, non tàm ob admirabilem juris ciuilis ſcientiam, quàm quod
ſemper maluerit litium anfractus tollere, nec actiones ad eas
conſtituere, *Ioh. Ordelaph ad l. fin. num. 96. de R. V.* Pompeius in cœlum
laudibus evehitur, quod aliquando Romæ legem tulerit, de ineunda
ratione, quâ lites forenſes facilè citoq́; componi & ſopiri poſſent.
Obrecht. de jur. cal. c. 11. num. 2. Sed ad Imperatores Romanos, quo- 14.
rum priori Iulio Cæſari propoſitum fuit, & legum copiam reſecare,
& lites retundere, *vt ex Suetonio refert Schonborner. lib. 3. pol. c. 7. p. 203.*
& Antimachiavellus *lib. 3. com. theorem. 35.* idem propoſitum refert
de Auguſto ex Suetonio *c. 33.* de Claudio *c. 15.* de Galba *c. 7. 8. 9.* de
Domitiano *c. 8.* qui laudabiliter dixit & edixit, vt exilio perpetuo
mulctaretur, qui litē aliquā Romæ vltra annū protraxiſſet. Alexander
Severus ad componendam Rempub. vitio ſuperiorum Principum
labefactatam & litibus repletam, animum adjecit, juſtitiamq́; ita co-
luit, vt nemo unquam de illata ab eo injuria queſtus ſit *Theod. Zwing.
vol. 18. theat. hum. lib. 1.* Iuſtinus & Veſpaſianus operam non collo-
carunt inutilem, vt lites celeriter expedirentur. *Giov. Botero. lib. 1 del-
la ragione di ſtato. p. 38.*

Titus propter deſiderium abbreviandi lites, prohibuit de eadem
re pluribus legibus agi. Valentinianus à Iuſtititia minimè alienus
fuit: ſicut & Iulianus apoſtata, qui judicialibus cauſis intentus, & liti-
bus implicitus ſummam judicij exercuit & legum ambages correxit,
teſte Cuſpiniano, *quem allegat. Theod. Zwing vol. 18. theat. hum. lib. 1.*
Trajanus, ſub quo Reſpub. Romana potiſſimum floruit *Bodin lib. 1.* 15.
de Rep. c. 9. num. 60. Pruckm conſ. 50. num. 453. vol. 1. laudatur à Plinio
in Panegyr. quod inter alia ſaluberrimis legibus, omnem anſam ca-
lumnijs, litibus atq; malitijs tollere quæſierit, malitioſos fori pro-
fanatores penitus evellendo. At tu cæſar, inquit, quam pulchrum
ſpectaculum pro illo nobis execrabili reddidiſti: vidimus delatorum
judicium quaſi graſſatorum, quaſi latronum: non ſolitudinem
illi nouiter, ſed templum, ſed forum inſederant: nulla jam teſtamen-
ta ſecura, nullius ſtatus certus, non orbitas, non liberi proderant;
ſubdens, auxerat hoc malum Principum avaritia. Advertiſti oculos,

atq; ut ante caſtris, ita poſtea pacem foro reddidiſti: excidiſti inteſtinum malum, & providâ ſeveritate cavisti, ne fundata legibus civitas everſa litibus videretur. *Ioh. Ordelaph. ad l. fin. num. 69. de R. V.* Vnde juſtitiæ, ac juris humani diviniq; tàm repertor noui, quàm inveterati
16. cuſtos dicitur ab Aurel. Vict. *Schonb. lib. 2. pol. c. 30.* De Adriano affirmatur, quod 100. Ictos, quócunq; iret, ſecum habuerit, quorum conſilio & auxilio juſtitiā omnib⁹ adminiſtrarit & lites diminuerit. Hunc tranſeuntem cum mulier rogaret, vt ſe audiret, illiq; reſponderet: otium non eſſe: clamans dixit: Noli ergo imperare. Similiter vidua Philippo Macedonū Regi cauſam litigioſam audire detrectanti: O Rex, ait, cauſam meam audire oportet, aut non regere. *P. Frid. Mind. lib. 1. de proc. c. 5. num. 2.* Tantæ juſtitiæ Marcus Antonius Pius fuit, vt multi Reges, multæque nationes, poſitis eius juſſu armis, ad hominem controverſias ſuas litesq; deferrent, ac eiuſdem ſententiæ ſtatim parerent. *Platina ex Capitolino. Theod. Zwing. vol. 18. theat. hum. lib. 4. p. 32. 77.*

Hi laudatiſſimi Impp: laudabilem operā collocarunt in multitudine litium abbrevianda, minuenda, tollenda, Et quidem Baſilius Conſtantinopol ſumptus litigādi ſubminiſtrauit & edixit *M. Iacques*
17. *Faije la 5. remon. p. 214.* Solus Caligula lites alere volupe duxit, vt quadrageſima ſumma, de qua litigabatur, vectigalis nomine impenderetur, ita vt nec liceret impunè litem motam componere, ſic ille omnes litigatores mulctabat, nō publico bono, ſed fiſco ſuo conſulens. *P. Greg. Thol. lib. 3. de Rep. c. 6. Ioh. Ordelaph. ad l. fin. num. 102. de R. V. Cyro*
18. *Spont. lib. 9. del governo di ſtato. c. 4. p. 250.* Licet nonnulli ex politicis vectigal hoc de litigijs ſumptum Gerichtszoll. non adeò improbent, quòd litigantium temeritas eo corrigatur. *Bodin. lib. 6. de rep. c. 2. Ware.*
19. *de Erenb. de Reg. ſubs. & oner. c. 5. num. 53.* Sic Athenienſes in litis exordio certam pecuniæ quantitatem deponebant, nempè decimam partem eius ſuper quo litigabatur, quâ mulctabatur temerarius litigator. Apud Romanos idem ferè obſeruabatur. *Ioh. de Deo in tr. de caut. ſeu cavill. lib. 1. c. 6. nu. 5. & lib. 6. c. 5. num. 1.* Hoc abbreviandi lites deſiderio cū principes Ethnici flagrarint, quantò magis Chriſtiani efflagitare debent, vt lites brevi compendio ſopiantur, tollantur?
20 Nam cum viderint membrum aliquod laborare vel ex avaritioſâ litium melancholiâ, quæ peſtes in corpus Reipub. ſeminavit varias, vſuram, fraudes, furta, deceptiones, rapinas: vel ex cholericis diſſidijs, bellis,

bellis, litibus, controverſijs: aut ſanguineis pompoſitatibus, luxu-
rijs, commeſſationibus: aut phlegmaticis Honorum acedioſitati-
bus: quærent medelam, audient libros & conſilia peritiſſimorum
quondam Reipub. medicorum Remedia conficient, vt optimè
monet Nic. Cuſan. *lib. 3. de conc. cath. c 41. in f.* præſtat enim morbo
occurrere quam depellere *Goth. in not. ad l. vlt. C. in quib. ca. reſt. in int.*
l. 1. C. quando lic. vnic. ſine iud. Spec. Sax. art. 69. num. 1. in f. lib. 2. &
art. 75. num. 9. in gl. lib. 3. Pruck. conſ. 10. num. 116. vol. 2. & quidem oc-
currere in tempore, quam poſt exitum demum vindicare *Gail. 1. de*
P. P. c. 3 num 8. At quotuſquiſq; eſt, qui de his & alijs Reipub. negotijs 21.
publicis, ſive articulis qui indigent reformatione, vt loquitur Clarus,
maturè cogitet, & prudenter deliberet? alter vino, alter venationib⁹,
alter Veneri, alter novis inventionibus ſtudet, *vt aiunt Camerar. lib.*
2. epiſt poſt pag. 148. & Warem de Erenb. lib. 1. de fœd. num. 70. & 72. I.
Cæſ. lib. 6 bell. Gall. p. 25. Germanorum, *inquit*, vita omni in venatio-
nibus atq; in ſtudijs rei militaris conſiſtit. Ovid. *lib. 1. de arte am. Sarisb.*
lib. 1. de nug. cur. c. 4.

Scit benè Germanus cervis vbi retia tendat.

Et Comin *lib. 1. com. pag. 342.* Sic hodie inſtituuntur complures,
quaſi ad ludum eſſent facti & iocum: in veſtitu & communi ſermo-
ne nihil moderatè faciunt aut prudenter: literarum nullam cogni-
tionem habent, viris bonis atque peritis non patet vllus ad eos adi-
tus, de NEGOTIIS, aut ſuis aut populi, non cognoſcunt ipſi, verùm
in familiares omnia reijciunt, qui per hanc illorum ignaviam atque
ſocordiam, ſuas facultates inſigniter amplificant. Hæc eſt huius ſe- 22.
culi infelicitas. Pauci ſunt, qui de litigiorum frequentia cogitant, &
publicæ ſaluti conſulunt, imò turpe ducunt, ſi Ruſticus more apud
Maiores recepto quæreret, princepsne iudex eſt, de patriæ ſalute ſolli-
citus? dignus imperandi honore? religionis cultor? *AEn. Sylv. in lib.*
de deſcript. Eur. Bodin. lib. 1. de Repub. c. 8. Sed cum ſit intutum in ta-
les nominatim ſcribere, qui poſſunt proſcribere, vt ait Aſin. Pollio
in Cæſarem Auguſtum iocans, vnica me coëgit neceſſitas, quod re-
medium abbreviandarum litium nec vnum adhiberi poſſit, multò
minus obtineri, niſi ſupremorum principum, ad quorum maximè
curam hæc res pertinet, auctoritas opem ferat *Anton. Fab. lib 9. Cod.*
tit. 22 Auct. diſc Vom Juſtitienwerck. *pag. 113.* Können den ſtein nicht he-
ben ohn beyſtandt der hohen Obrigkeit. Princeps enim ſapiens lites omni 23.

bus modis abbreviabit, illosq; coercebit, qui cauſas iniquas propter lucra tuentur & extrahunt. *Ioh. Lauterb. in Princ. Chriſt. c. 5. num. 28. in f.* Quod itidem præter ſuperiora partim ratione, partim exemplis illuſtrabimus. Ratio: quia Deus ſummè odit quidquid lites & diſſidia parit. Pacis enim Deus eſt. *Fran. Lamb. tr. 5. de cauſ. excac. ſec. c. 4.* At princeps Chriſtianus eſt Dei vicarius. *§. fin. Nov. quom. oport. Epiſc. Bl. conſ. 328. lib. 1. Alex. conſ. 76. p. 1. vol. 2. Cott. in mem. verb. emp. p. 40. Schneid. in. de feud. num. 44.* Vbi ait, quod imperator ſit tanquam corporalis mundi Deus & tanquam terreſtre numen, & ſtella matutina in medio nebulæ. Ergò & princeps quidquid lites & diſſidia parit,
24. odiſſe debet. Pacis enim princeps eſt. Sic OTTO M. pacis amantiſſimus, juriſperitos vbicunque potuit habere, cognoſcendis litibus adhibuit. *Mutius de mor. Germ. lib. 13. in f. Egnat lib. 3. Spangenb Chron. Sax. c. 129.* Sic poſt Henricorum bella Lotharius, ductore Wernero, ſive Irnerio; magiſtratus conſtituit, qui populo jus dicerent, & inter litigatores ſententiam ferrent. *Avent. lib. 6. Ann. Bojor. Peucer. lib. 4. chron. Mutius lib. 10. de mor. Germ. Spangenb. Chron. Querfort. c. 41. Heig. p. 1. q. 7. num 49.* Sic Fridericus I. in campeſtribus Roncaliæ tantâ dexteritate de jure dicitur reſpondiſſe, vt ex infinita querulorum multitudine vix vllus ſuperfuerit, qui non aut plenam de lite victoriam, aut competentem cum adverſario tranſactionem ſe gauderet repor-
25. tare. *Rademic. lib. 2. c. 5. Suffridus presbyter lib. 2. in pr.* Ita ferunt CAROLVM V. Imp: cum ſimiles querelæ de litibus ad eum deferrentur, aliquando reſpondiſſe, nihil ſibi gratius futurum, quam ſi quis modum compendioſum, viamq; breviorem lites definiendi hominibus oſtenderet, ſpemq; feciſſe, ſe auctoritatē ſuā illi libenter accōmodare velle. Sic iturus in Hiſpanias, exemplo Cyri apud Xenophontem, PHILIPPO ſuaſit, vt æquale jus perpetuò ſubditis adminiſtraret, quod idem Chriſtianus Danorum Rex feciſſe memoratur. *Lau-*
26. *terb. in pr. Chriſt. c. 5. num. 28.* Hinc PHILIPPVS rex Hiſpaniarum ſcripſit ad ſenatum Mediolanenſem, ſummum ſibi & officium & ſervitium fieri, ſi quis formam breviorem proponat expediendi lites. *Giov. Bot. lib. 1. della ragione di ſtato p. 38 Ioh. Ant. Zanatar. de praxi Mediolan. for. num. 14. 18. & 256.* vbi ait, illum omnes Reges provocare ad imitationem ſuam. Sub Ferdinando & Iſabella Catholicis principibus per omnes ditionis regiones, IVRIS dicundi causâ oberrantibus, IVSTITIA è cœlo poſtliminiò reverſa eſſe videtur: quorum
edicto

edicto armorum vſus interdictus, vigilantiâ & ſeveritate ſcelera omnia graviſſimè punita fuerê. *Marineus lib. 21. rer. Hiſp. Theod. Zwing. vol. 18. theat. hum. lib. 1.* Hæc avita prædeceſſorum exempla ſequeretur prudentiſſimus Hiſpaniarum Rex PHILIPPVS III. non tam litigiorum, quam pacis cupidiſſimus, vt induciæ Batavorum teſtantur, niſi inteſtina patriæ excrementa, malitiæ inſtrumenta, & litium fomenta impedirent, quę nihil aliud ſunt, quam mus in pera, ſerpens in gremio, & ignis in ſinu, vt inquit de ingratis Ripa. *in l fin. num. 19. C. de revoc. don.* Sic Carolus Emanuel dux Sabaudiæ non modò Remedium quæri voluit, ſed etiam auxilium præbere ad tantam litium materiam è Repub. profligādam *Ant. Fab. in præf. Cod for.* Sic Theod. Zvving. *vol. 3. theat. hum. lib. 7. verb. lites præcavere*, allegat Ferrarienſium principum exemplum, ita, vt Borſius, qui Herculem præceſſit, ſi qua interdum de finibus contentio litigioſa ſuborta eſſet, pauciſſimis comitatus, quaſi privatæ fortunæ homo, ad principem & patres veniret: ratus, ſuum in Venetos ſtudium nullâ aliâ ratione tàm facilè probari poſſe, quam ſi ſubitò ipſe principi & patribus coràm ſatisfeciſſet. Nihil vir ille, ex quo Ferrarienſium princeps fuit declaratus antiquitus habuit, quàm Venetum nomen colere, colendóque ſub illius vmbra PACIS ſtudia & otium fovere. *Sabell. lib. 1. dec. 4.* Sic Henricus II. Rex Galliarum, propter citiorem litium frequentiſſimarum decìſionem, in Regno ſuo peculiarem Codicem fieri, & de ſuo nomine Henricianum inſcribi curavit. Et Ludovicus XII. maximum beneficium ſe largiri ratus eſt, ſi ſubditis lites circumcideret. *in conſt. Lud. 12. pub. an. 1512. P. Greg. Thol. lib. 47. ſynt. iur. c. 1. num. 21. in f.* Sed quid exoticos allegamus Reges? nonne præteritis Comitijs, omnes ferè S. Rom. Imp. ſtatus ſtatuerunt, ante omnia ſublatis querelantium litibus Iuſtitiam in imperio reſtaurandam, & æqualiter diſtribuendam? Nonne ſacratiſſimus Imperator ſaluberrima litium remedia promiſit, convocatis aliquot Cameralibus? Sicut autem nemo exitu rei obligatur: ita nec Imperator. *Simmach. lib. 19. epiſt. 69. Plin. lib. 5. epiſt. vlt. Syd. Apol. lib. 6. epiſt. 6.*

TV DIVE Matthia Cæſar jam auguſtiſſime, ſucceſſor deſideratiſſime, anteceſſores Trajanos, Domitianos, Titos, Veſpaſianos, Iuſtinianos ſucceſſione cōiunctos tibi propone, ſanguine conjunctiores Carolos, Philippos, Maximilianos, Rudolphos, Imperij conſervatores maximos imitare: & ſicut vltimus bellum contra Tur-

eam per tria luſtra & vlterius, exemplo ante inaudito, vtcunq; obortis aliquot ſeditionib. litigioſis continuavit indefeſſus, TV quoq; partim iſti, partim alijs colophonem addidiſti invictus, bella itidem Reipub. civilia atq; litigia breuius leviuſq; expediri procura, IVSTITIAM vti juſtam Monarchiæ notam reſtaura, Religionis pacem confirma IVRIS & religioſiſſime, & hoſtibus victis triumphator Magnifice. Quod vt fiat ó DEVS, nec quod equo benè ſaginati corporis elegantiâ laſcivienti & geſtienti, qui ſi ſeſſore aut MODERATORE careat, vndiquaq; indecore excurrit, idem Germaniæ obveniat.

INDVPERATOREM, & ſanctum ſervato Senatum.

30. Sed quo medio aut remedio inquis? I. Medio poteſtatis condendi legem vniverſalem, & abrogandi quidquid lites ſeminat *l. fin. C. de ll. l. ſi quando. C. de inoff. teſt.* Imperator enim legum pater appellatur *Novel. 12. c. 4 & nov. 105. c. 2. inf.* quia Deus leges ſubiecit Imperatori, legem animatam eum mittens hominibus *Bodin l. 1. de rep. c 8 p 144.* & judex ἔμψυχον δίκαιον. h. e. jus animatum. *Cal. lib. 12. lect. ant c. 64.* Vnde Nicol. Cuſan. *lib 3. de conc. cath. c. 40.* monet Imperatorem, vt quidquid canonibus obviaret in collatione beneficiorum, aut litib⁹, vnâ cum toto ſuo cōcilio tollendum decerneret. Papæ enim decreta non niſi litigia, rixas & diſſidia volunt, vt ait Fr. Lambert. *tr. 5. de cauſ. excæc. ſec. c. 3.* II. Medio Electorum, quorum conſilijs & auxilijs in profligandâ litium peſte vti poſſis, ſicut laudabiliter ad Fr. Mendoſam Tarraconenſem Amiralū reſcripſit laudatiſſimus Imp. Decori ſibi inſeruiendum, nec inconſultis principibus imperij rectè negotium peragi, *Rod. Boter. com. de. reb. in orbe geſt. lib. 5. Heimensfel. tom 3.*
31. *Conc. imp. p. 524.* III. Medio Iuriſprudentiæ in artis formam redactæ à varijs ſcriptoribus methodicis, ita vt ex omnibus omnium optimis collectis opus exſurgat pleniſſimum & vndiq; abſolutum, eiq; autoritas accedat ſupremi magiſtratus Cæſarei, tum demum vindicias Iuriſprudentia noſtra adverſus tot mala, quibus hactenus imperitè lancinata eſt, experietur. *Treutl. vol. 1. diſp. 1. th. 2 l. a.* vbi ait, optare quàm ſperare in præſenti rerum facie facilius. *Fichar in præf. ad Steph Fede. de Leg. interp. Heig. ad §. omne. num 6. in proæm inſt. Muſcul. de juc. conu. cl. 1. contr. 2. num. 4.* Deniq; medio Ictorum & Politicorum, quorum proprium eſt lites abbreviare, vt ait Portius *conſ. 142. num. 76 & Rutg. Rul. tr. de commiſſ. p. 1. lib. 2. c. 20. num. 2.* Vnde Lactantius *lib. 1. diu. inſt.* arbitros æquitatis appellat, qui inſtitutiones juris ciuilis compo-

ſitas

ſitas ediderunt, quibus civium diſſidentium lites contentionesque ſopirent. His & alijs medijs, de quibus lib. 2. latius, vtinam hodie fata aliquem animarent Iulium, qui jus civile ad certum modum redigeret, atq; ex immenſa diffusaq; legum copia optima quæq; & neceſſaria in paucilſimos conferret libros. Iulio Cæſari hoc propoſitum fuiſſe refert Suetonius. *Schönborn. lib. 3. pol. c. 7. p. 203.* Hucusque de 32.
Imperatoribus ſive Principibus & Ethnicis, & Chriſtanis vidimus, quomodo lites abbreviare, minuere, tollere, voluerint: nec minus otij hoc litigioſum negotiū Statibus Imperij faceſsere debet, monitore Rutg. Rul. *lib. 2. de proc. Cam. c 20. num. 2.* quod huic rei propter querelas miſerorum clientulorum, quos non judices tantum, ſed & pleriq; Advocati quotidiè non ſine magna compaſſione ſentiunt, eosq; ſine vlla ſpe deſolatos dimittere cogātur, meritò mederi deberent *arg. cor. quæ tradit Franc. Milanens. dec. 2. num. 16. Auct. disc.* vom Juſtitienwerck *p. 113.* Sed Electores, Palatinus, Saxonicus & Brandeburgicus conſtitutiones provinciales, etiam juri communi contrarias, absq; confirmatione Cæſarea facere & abrogare poſſunt, neq; lites ſubditorum ad Cameram Imperialem derivantur, quarum immortalitate aliquorum principum ſubditi ferè enecantur *Paurmeiſt. lib. 1. de jurisd. imp. Rom. c. 6. num. 11. in f.*

Ergo tandem vnanimi conſenſu, ò probi & providi Imperij pro- 33.
ceres, Rempub. veſtræ comiſſam fidei religioſè conſervate, bonos tuamini, malorum malitiam legibus ac pœnis coſtringite. Religioſè, quia pietas eſt fundamentum Reipub. cuius comes prudentia, quæ præterita recolligat, præſentia conſideret, in futurum proſpiciat. Pietatem & Prudentiam amplexetur IVSTITIA. Imperium nihil aliud eſt, quam cura ſalutis alienæ, inquit Am. Marcellin *lib. 29. hiſt.* Omnium domos, *ait Sen. de Cæſ. & Princip.* illius vigilia cuſtodiat: omnium delitias, illius induſtria: omnium vacationem, illius negotiū: ex quo ſe Cæſar orbi terrarū dedicauit, ſe ſibi eripuit *Seigneur de Pybrac. la. 2. remonſt. pag. 59. Otto Caſm. tr. de mundi immundi c. 42. p. 506.*

Nec minori curæ magiſtratibus aut jus dicentibus eſſe debet, vt 34.
quam ocyſſimè judiciales controverſiæ fine debito terminentur, nec minus elaborare debent, vt lites & cauſæ, quæ coram eis deferuntur, citum finem accipiant, quam principes ipſi modum & formam pro facili & cita litium diremptione præſcribere. *Ioh. Ordel. ad l. fin. num. 119. de R. V.* Ratio: quia magiſtratibus in multis l. l. e. è laxantur

h. benæ,

habenæ, lites, vt volunt, ex æquo & bono terminandi, magnæq́; eorum probitati atque præſtantiæ tribuitur celeris expeditio. *l. 1. in f. vbi Bl. de jure d. lib. c. in cauſa. vbi Panormit. de off. deleg. l. non poſſunt. de Ll. Cic. in orat. pro Fronteio, ibi: non minimam partem judicis ſapientia te-*
35. *n. t.* Ex his cùm rationibus, tùm exemplis ſatis ſupérq; conſtat, publicum Principum & Rerumpub. officium in litium multitudine abbrevianda, minuenda, tollenda, requiri; ſed vtriq; ſicut in rebus alijs, ita in hoc litigiorum articulo ſuos & conſiliarios & Advocatos adhibere debent. *Warem. de Erenb. lib. 1. de fœder. c. 1. nu. 80. & ſeqq. ex. Herod. lib. 7. Hiſtor. pag. 377. num. 169 Dion hiſt. lib 53. p. 510.* Magna n. negotia, magnis adiutoribus egent, inquit Vel. Pater. *lib. 2.* Non quidem eos, qui cauſas agunt, lites tractant, aut ſuo aut alieno nomine rationibus præſunt, arma ſciunt, Oratores & legatos agunt, imò medicum, mathematicum, opificem & omnia repreſentant, Die zu allen ſatteln gerecht ſein/ inſtar nobilium equis ſuis vtentium, modò ad plauſtrum & eſſedum, modò ad iter, modò ad bellum, vt de Germania
36. conqueritur Warem. de Erenb *d. l. 1. de fœd. c. 1. nu. 88.* Hi enim qui litibus ipſi ſunt impliciti, litium finem ad alterum ſeculum relegant, & qui ex litibus aliquid lucelli ſperant, minus adſpirant citiori litium deciſioni, & ita conſultatio illa cum litigioſis aut lucrifacientibus non erit fructuoſa, vti concludit Auct. diſc. Vom Juſtitienwerck *in f. & pag. 79.* Quis enim tam inops à conſilio princeps aut legiſlator, qui ll. vſurarias abrogaturus, fœneratores conſulat? lites ſublaturus, litigioſos adhibeat? incontinentiam & luxum moderaturus, prodigorum ac meretricum greges ad conſilium admittat? inquit in ſimili Ioh. Bodin. *lib. 6. de Repub. c. 1. num. 628.*

37. Iccircò eligendi erunt viri boni, probi, induſtrij, pacifici, & jurium & conſuetudinũ peritiſſimi, qui ſingulis in judicijs ſingularia litiũ remedia facilè ſubminiſtrabunt, dabunt. Siquidem abbreviationes litium & reformationes civitatum faciendæ ſunt cum conſilio eiuſmodi juriſperitorum, *Br. in tr. de reg. civ. num. 6. l. 2. vbi Br. ad SCT. Vell. arg. l. human. C. de ll.* qui non tàm jura & injurias norint, quam præcepta juris tanquam regulas ſui ordinis diligenter obſervent, & ipſi bono exemplo ſervent: honeſtè vivant: alterum non lædant: ſuum cuiq; tribuant. *§. juris. 3. Inſt. de I. & I. l. 10. ff. eod. Rober. 3. cen. 12. Donel. 2. comm. c. 1. Vacon. 1. decl. 30. num. 4. Auct. diſc.* vom Juſtitienwerck
38. *p. 81.* Turpe enim Doctori, cum culpa redarguit ipsũ. Sic I. Cæſar commiſſit

miſit excellentioribus ICtis, vt leges magis neceſſarias & vtiles colligerent. Idem fecit Alaricus Rex Gothorum, operâ Aniani. Sic Lacedæmonij non prudentes tantum ſed & IVSTOS conſiliarios, habere volebant. *Fulgos. lib. 6. c. 4. ex Plutarcho.* At noſtro ſeculo quotvſquisq; eſt, qui ſaluberrima litium abbreviandarum remedia dedit? nullus ferè; nec eſt privatorum meâ cenſurâ litigioſum hoc malum è repub. tollere, niſi accedat auctoritas ſupremorum principum. Sed quomodo accedet, niſi politica ICtorum remedia præcedant? Verum hi vt plurimum jus privatum tractant, vt contractus, obligationes, connubia, dotes, tutelas, teſtamenta, actiones, delicta, pœnas, etiam ſtillicidia & cloacas: nullus eſt, qui de publicis religionum & regionum litibus componendis cogitat. Agite igitur Germani Phi- 39.
loſophi & Hiſtorici, Cæſarē, Saluſtiū, Suetonium, Tacitū, Vegetiū cū Platone, Ariſtotele, Xenophonte, Plutarcho, Dione, Themiſtocle, Appiano, Dione Siculo, Probo, probè conjungite, vim doctrinarum enucleate, in ordinem redigite, Reipub. noſtræ accommodate: monente *War. de Erenb. lib. 1. de fæd. c. 1. num. 51.* nec eſtote amplius vmbratiles in huius ſeculi vmbra, ſicut hodie multi, qui ſplendorem & ſpeciem huius vitæ intuentur; ſollicitudinem & laborem perſpicere non poſſunt. Ciuiles *inquit Lactant. ex lib. Cicer. de Gloriâ amiſſ.* Ciuiles viri, qui Rempub. gubernāt, qui vrbes aut nouas conſtituunt, aut conſtitutas æquitate tuentur, qui ſalutem ciuium vel bonis. ll. vel ſalubribus conſilijs, vel judicijs grauib⁹ conſeruant, Philoſophiæ Doctoribus præferamus: Etenim omnis illorum diſputatio, quanquam vberrimos fontes virtutis & ſcientiæ contineat, tamen collata cum horum actis, perfectisq; rebus, vereor ne tantum videatur oblectationem otij attuliſſe. *Seigneur de Pybrac. la. 2. remonſt. pag. 78.* 40
Agite inquam, ICti, Reſponſa, Senatuſconſulta, Prætorum edicta, Impp. reſponſa, cum conſtitutionibus Imperij, conſuetudinibus & proceſſu Camerali conjungite, ſuperflua reſecate, omnia noſtro foro accommodate, litigiorum remedia communicate, & ad verum Iuris prudentiæ finē contendite, vt jus ſuum cuiq; tribuatur, alias veretur Vigelius *in parad. 9. in f.* ne ICtorū, quem & clericorū auctoritas exitum ſit habitura. Exhibentur enim in hoc litigioſo & malitioſo ſeculo, ſicut in comœdijs larvæ; pro ICtis leguleι: pro militibus latrones: pro politicis nebulones: pro oratorib. procuratores, rabulæ: pro *hiſtoricis* pueri, pro philoſophis ſophiſtæ: pro medicis circum-

foranci: pro theologis, ſubſannatores: quot boves in quadriga argentea! *exclamat Eberh. à Weihe med. de van. gl. mun. h p. 36.* Quid faciunt tot muli in Clytemneſtrâ? odioſa res eſt Circenſibus pompa *inquit*
41. M. Iacques Faye *la 4. remonſtra. pag. 191.* Et hæc de publico principum & Rerumpub. officio in litiũ multitudine abbrevianda, minuenda, tollenda. Cuius memor illuſtriſſimus Pomeranorum Dux PHILIPPVS 2. non ſolum illuſtre Dicaſterium fundauit, & ornauit, ſed etiã eliganti inſcriptione tam judices, quam Advocatos, monuit, vt lites abbreuiarent, minuerent, tollerent, ſequenti tenore, neq; minori laude quam ſupradicti Impp. Reges, Principes.

DEO TRINO ET VNI SACRVM.
DIVÆ IVSTITIÆ.

Quæ voluntatis diuinæ adminiſtra, æquilibrio ſuo, ad normam ſanctę legis Ius & AEquum per ſacerdotes ſuos mortalibus diſpenſat, AEdem hanc, ſacram, quam Illuſtriſſimus Princeps ac Dominus, Dominus BOGISLAVS XIII. Dux Stetini, Pomeraniæ &c. paulo ante renovatam, Tribunali juri dicundo deſtinato, novo, eleganti, auxerat, Illuſtriſſimus Princeps ac Domin⁹, Dominus PHILIPPVS II. Dux Pomeranorum, I. C. Primogenitus & ſucceſſor hoc quo vides modo, exornavit. Vobis hanc primum faciens, delecti Iudices, gratiam, vt eò lubentius Ius & Iuſtitiam, quam DEO non hominibus vos adminiſtrare ſcitis, ita incorrupti adminiſtretis, vt nec præmijs nec lacrumis ſontũ, nec metu potentis adverſarij, nec ſanguinis vllo vinculo vos vinci patiamini. Ad hoc ergò Aſylum, omnes injurijs, cladibusve oppreſſi, confugite. Hic enim diva Iuſtitia jus ſecundum Romani Imperij leges, & jura Civilia ſcripta ex aſſe diſpertit: Hic eadem æquum & bonum ſine fuco & fraude dimetitur: Hic eadem gladio ſuo à bonis vim & injuriam omnem arcet; punit malos. At vos, qui cauſas clientum Advocati & Procuratores agitis, admonitos Princeps vult, vt ſementem litium veſtræ meſſis causâ longam facere, & protrahere lucri gratiâ proceſſus nolitis: ſed pacifici potius concordiam inter litigantes ſancire ſtudeatis. Quod vt præſtetis, ante limen hoc vna cum clientibus veſtris, calumniam, fraudem, dolum, malevolentiam & mendacium exuite: veritatem verò, candorem, animum æquum, modeſtiam, patientiam comites vobis adjungite. Nam qui ſecus faxit, ſibi cudet malum, & voto ſuo fruſtrabitur. Pœnæ enim

enim malis conſtitutæ ſunt, Boni vero vt paſſim, ita hic quoq; laudem & præmia invenient ſua.

AEtatis Optimi Principis XXXVI.
Anno Gubernationis III.
Chriſti nati M. DC. IIX.

CAPVT III.

DE

Privato collitigatorum officio in litibus fugiendis, deteſtandis & execrandis. Vbi ſimul examinatur quæſtio: Vtrum homini Chriſtiano litigare liceat?

SVMMARIA.

1. *Bella & litigia fugienda, quia cauſa malorum.*
2. *Athenienſes abhorrebant litigatores.*
3. *Romani non exiſtimabant viros bonos frequenter litigantes.*
4. *Qui in litibus verſantur omnia mala norunt.*
5. *Homines naturâ amant lites, vt Parnus, & anus Ptolemaïs.*
6. *Qui lites amant ſunt legibus exoſi.*
7. *Imperator & Papa execrantur lites.*
8. *Commendantur in jure qui lites execrantur.*
9. *Viri boni lites execrari debent.*
10. *Lite carere eſt vita beata ſecundum poëtas.*
11. *Filius litigioſam hereditatem repudiat propter moleſtias litis.*
12. *Muliebre eſt litigiare, litiumq; redemptores execrandi.*
13. *S. ſcriptura ad deciſiones litium allegatur.*
14. *Chriſtus deteſtatur lites, & Apoſtolis cauſam litis ſubtraxit.*
15. *Alia ſcripturæ loca, quæ lites execrantur.*
16. *Eſaias & Iacobus graviter in litigatores invehunt.*
17. *Chriſtianus litigiquus inter 12. mundi abuſus eſt.*
18. *Litium execratione non tolluntur judicia.*
19. *Q. Vtrum Chriſtianis litigare liceat.*
20. *Negatur. ſc. privatim ad talionem.*
21. *Litigare apud infideles prohibitum.*
22. *Litigare ſub judice ſuſpecto graviſſimum.*
23. *Perfecti non litigant. quia nihil habent.*

24. *Prohibetur quis litigare captando lucrum.*
25. *Litigia non ſimpliciter prohibentur, ſed temeraria, modica.*
26. *Iudicium in quo lites tractantur eſt ordinatio Dei.*
27. *Litigia potius jubentur, quam prohibentur.*
28. *Vbi leges & judices, ibi etiam lites.*
29. *Iudicium finem litibus imponit.*
30. *Chriſtianis licet belligerare & litigare.*
31. *In judicijs ſalus eſt Reipub.*
32. ἐκχειροδίκη Fauſt und Kolbenrecht *improbatur.*
33. *Chriſtiani ne ſint faciles ad litigandum.*
34. *Ex rebus leviſſimis magna litigia ſunt nata.*
35. *Lites modicæ quæ dicantur. judex arbitratur.*
36. *Nobiliores ob res modicas litigare pudeat.*
37. *In prælium iturus, quomodo ſe præparet.*
38. *Iuſta litigandi cauſa quæ dicatur.*
39. *Lis injuſta, & bellum damnatur.*
40. *Cogitandum an expediat lites ingredi.*
41. *Litigaturi factum Advocato diligenter confiteantur.*
42. *Litigatores ſuam perſonam, vires & judicem conſiderent.*
43. *Litigaturi de probationibus ſint ſolliciti.*
44. *Collitigaturi quoad probandum comparantur.*
45. *Collitigaturi modeſtè procedant, ne ſe decipiant.*
46. *Chriſtianus ne ſit fax aut tuba litis.*

1. SIcut bellum communiter improbamus, deteſtamur, execramur, vt litigium publicum, omnium immanitatū & feritatum epitomen, omniumq; malorum cauſam, Mornæus *de ver. rel. Chriſt. c. 16. f. 361.* Roterod: *in orat, de bello poſt* Iſocrat. *in or. de pace. & AEsch. in orat. de falc. leg.* Demoſth. *de Cherſon.* Damh. *in pr. crim. c. 151. nu. 23.* Exod. *17. &* Deut. *20.* quia ex bellis etiam juſtiſſimis, multa; imò infinita oriuntur mala: Aug. *lib. 19. de C. D. c. 7.* Polyb. *lib. 5. hiſt.* War. de Erenb. *lib. 1. de fœd. c. 2. num. 55.* ita multò magis inteſtina privatorum bella, h. e. litigia improbare, fugere, deteſtari & execrari debemus, exemplis tum Ethnicorum, tum Chriſtianorum laudatiſſimis, moni-
2. tis ICtorum, & SS. ſcripturâ. Iſocrates in Areopag. priſcos laudat Athenienſes, quod forum fugerint, nec illud acceſſerint, niſi coactè & magno pudore, ita litigatores abhorrebant. Cic. in off. ait: VIRVM

BONVM

BONVM eſſe non debere in exigendo acerbum, ſed æquum & facilem, multa multis de IVRE ſuo cedentem, à litibus quantum licet, & paulò plus etiam quàm liceat, abhorrentem. Ordel. *ad l. fin. nu. 105. & ſeq. de R.V.* Martialis miſerum judicat & dementem Gargilianum quendam, qui diutius litigaret cùm poſſet cedere & vinci, ſic inquiens *epigram. lib. 7.*

Lis te bis decimæ numerantem frigora brumæ
Conterit vna tribus Gargiliane foris.
Ah miſer & demens viginti litigat annos
Quiſquam, cum vinci Gargiliane licet.
Deridetur.

Romani enim cum Chriſtum adhuc ignorarent, lumine naturali, atque honeſtatis imbuti præceptis, litigioſas judiciorum moleſtias abhorrere ſolebant, nec bonum virum exiſtimabant eum, qui frequenter in his verſaretur ſuo nomine. Oldendorp. *vol. 1. conſ. Ac. Marp. 5. num. 7.* Vnde laudatur illud Catonis, qui optavit forum judiciale muricibus ſterni. Gallicè *de chauſſe trappes.* Quod etiam Budæus de Baſilica Pariſienſi optavit, loco lapidum nigrorum & alborum, quibus alternatim pavimentata eſt. Sic enim Cato roganti cuidam, vt fora perinde ac theatra linteo velamine tegerentur, quò collitigantes cauſas commodiùs, abſque ſanitatis ſuæ præjudicio (ſolis quippe radijs in capita eorum Romæ ferientibus) perorarent: Nequaquam reſpondit: Nam quod me ſpectat, optarem potius, vt quà ad forum iter eſt, ferreis muricibus inductum eſſet, vt ferramentis illis acuminatis tàm dolerent pedes, quàm caloribus ardeant capita. Otioſos nimirum omnes arbitratus ardeliones, & reipub. infeſtos, qui contentionibus adeò ſtuderent. Nam qui laboribus & paci ſe darent, lites domi magis vicinorum & cognatorum arbitrio extinctas mallent, quàm pecunias procuratoribus dare. Thom. Smith. *lib 2 de Rep. Angl. c. 12.* 3.

Ratio: qui in litibus verſantur omnia mala norunt, nec mala duntaxat, ſed etiam bona, ſine quibus illa conſiſtere & percipi nullo modo poſſunt. Bodin. *in meth. hiſt. c. 4. fol. 50.* Reyg. *in theſ. jur. lit. L. num. 156.* Vnde jura lites abhorrent *vt ait* Ant. Piagg. *de tut. & cur. q. fin. num. 12.* & Ludov. Gomez. *in c. diſpendia. num. 12. de reſcr. in 6.* ait, lites in tantum fugiendas, quod ſatius ſit rem totam petenti 4.

 dimidiam

dimidiam partem dare, quàm pro tota litigare. Hier. Gonzalez *ſup. reg. 8. Cancell. §. 7. proœm. num. 18.* Homines verò naturâ lites amant. *l. item ſi vnus. de Rec. arbit. c. per prud. de off. deleg.* Calvin. *in pr. jud. c. 5.*
5. *in coron. num. 25.* Nam ſicut diverſitas corporum diverſitatem animorum indigetat, ita nec vnum velle omnibus, *l. quia pot. ad SCtum Treb. l. 2. §. deinde quia diff. de R. I.* ſed ad diſſentiendum naturalis facilitas. *l. item ſi vnus. §. fin. de R. A.* Hyperbolus tantò litigioſus erat, vt proverbium inde naſceretur, vltra Hyperbolum. Et Parnus: vt ob amiſſam naviculam cum obvijs quibusque litigaret. Vnde natum proverbium, ob Parni ſcaphulam h. e. ob res minutulas multum movere litium & querelarum. Magon. *de recta patroc. rat. c. 20. nu. 10.* Herodot. de duob fratrib. Euriſthene & Procle ſcribit, quod toto vitę tempore invicem litigarint, & hæredum hæredes litigantes reliquerint. Thom. Garzon. *diſc. 12. della piaz. vni. p. 938.* Sic anus illa Ptolemais, cuius meminit Suidas, tantâ animi pervicaciâ ac tamdiu litigavit, vt animam prius efflaverit, quàm à litibus deſereretur. Bodin. *l. b. 6. de Repub. c. 6. num. 756.* Thol. *lib. 47. Synt. c. 1. num. 6.* ait, multos eſſe ſuperbos, qui neque ad horam ſine contentione vivere queant. Gorgias Leontinus cum in olympijs de communi Græcorum concordia inſigniter peroraret, à Melantho ludibrio habitus eſt, dicente, fruſtra Gorgiam de Græcorum concordia agitare, cum ſe, vxorem & ancillam concordes habere neſciret, quæ ob Zelotypiam irata quotidiè
6. diſſidium faceret. Alex. *lib. 5. c. 18.* Atqui lites amant, dicuntur calumnioſi, & legibus exoſi. Barbat. *conſ. 7. lib. 2.* qui dictum ſuum amplians ſubiungit quod qui de levi litigat, non ſit admittendus in teſtem nec in accuſatorem. *Barb. lib. 4. cont. 32. col. 2. Spec. tit. de præp. jud. vbi* miſſam comparat litibus. *pag. 1. num. 2.* Econtra Vlpianus prodidit, verecundam cogitationem eius qui lites execratur, non eſſe vituperandam. *l. item ſi res. 4. §. 4 ibi: verecunda cogitatio eius qui lites execratur. de alien. mut. jud. cau. fact. Et* Paulus *l. in ſum. de cond. indeb.* hoc ipſum, quod à lite diſceditur, in cauſam legitimam tranſactionis eſſe ait, licet nulla res ſit intermedia. Ant. Guib. Coſt *lib. qq. jur. c. 5. nu. 6. facit text. cum gl. verb. laudabile. in c. 2. §. ſtat. de V. S. in 6. c. 1. ext. de Synd.* Mar. Cala *tr. de modo art. & prob. nu. 1. 2. 3. & 4.* Camil. Borel. *tr.*
7. *de comprom. §. 1. gl. 1. num. 22.* Hering. *tr. de fideiuſſ. c. 1. nu. 26.* Ex quo etiam Papa & Imperator execrantur lites, vt ait Hoſt. *in Auth. vt diff. jud. in pr. Blanc. de comprom. q. 1. num. 1.* Iuſtinianus, Nunc admonen-

di

di ſumus, ait, magnam curam egiſſe eos, qui IVRA ſuſtinebant, ne faciłè homines ad litigandum procederent, quod & nobis ſtudio eſt. *Inſt. de pæ. tem. lit. in pr.* Oldend. *vol. 1. cons. Ac. Marp. 5. num. 8.* Vnde commendantur in jure, qui lites in tantum execrantur, vt malint jus ſuum indiſcuſſum relinquere, quàm in judicio contendere *c. nihil. 2. vbi Pan.* & Felin. *in pr. de præſcript.* Iaſ. *in l. filio pater. 87. num. 3. de legat. 1.* Weſemb. *cons. 23. nu. 39. num. 1.* Airer. *p. 1. pr. jud. c. 2. obs. 3. nu. 18.* vbi ſacris literis convenire demonſtrat. Ergo litigatores tanquam viri boni lites execrari debent. Blanc. *de compr. q. 1. num. 1.* Nevizan. *in ſyl. nupt. lib. 6. n. 12.* Auct. Nav. Stultif. *char. 81.* Tiraq. *de jur. retract. p. 1. §. 8. gl. 7. num. 20. & ſeq.* Iaſon. *in l. fil. nu. 1. de leg. 1.* Felin. *c. vlt. de præſcript.* Pinel. *in l. 1. p. 3. num. 45. C. de bon. mat.* Montic. *in tr. de inut. hered. c. 90. num. 30.* Capifer. *tr. de no. teſt. p. 1. c. 3. nu. 48.* D. Pruck. *cons. 2. num. 145.* Hoc etiam ſuadent Poëtæ. 8. 9.

Eſte procul lites, & amara præmia linguæ, inquit Ovid. Martialis inter ea quæ faciant vitam beatiorem, ponit, vt ſit lis nulla, toga rara, mens quieta. *lib. 10. epigr. 47. Et lib. 5. epigrammate. 21.*

Nec nos atria, nec domos potentum,
Nec LITES tetricas, forumq́; triſte
Noſcemus, nec imagines ſuperbas.

Nam lite carere, certè pars beatæ vitæ mortalis eſt *inquit* P. Greg. 10.
Thol. *lib. 40. synt. c. 11. num. 3.* Et malitioſus litigator opponitur homini bonæ fidei, qui dolum non habet *l. non debet. de dolo.* Sic idem Mart. *lib. 2. ad Sext.* ſuadet, potius ſolvendum quam litigandũ: *Solvas cenſeo Sexte creditori.* Hinc filius à patre hæres inſtitutus, ſi 11.
damnoſam hereditatem & litibus implicitam deprehenderit, eam repudiare, & nihilominus legata acceptare poteſt. *l. filius. vbi* Ias. *n. 11 de leg. 1.* vbi rationem allegat: quia BONI VIRI eſt lites execrari. *l. apud Celſum. §. ſi quis. de exc. dol.* Hinc Papinianus laudat fratres, quos pietatis officio functos aſſerit, vt arbitro quẽ ceperant derelicto, & lite renunciata, vltroneam tranſactionem communis eorũ hereditatis inierint *l. fin. ff. fam. herciſc.* Et Vlpianus refert, Prætorem exiſtimaſse, inijſſe æquitatem in ceſſione Domini de peculio ſervi, à quo merces accipiendo obligatur, ne contribueret diſquiſitione facta: vt ſe à moleſtia LITIS liberaret. *l. illud. §. quod tamen de tribut. act.* Thol.

lib. 47.

12. *lib. 47. ſynt. c. 1. num. 7.* Econtra muliebre eſt litigare, præſertim de re minuta, quam nec operæ precium eſt extra judicium petijſſe, ac ſine vllo litis incommodo obtinuiſſe Ant. Fab. *lib. 6. Cod. for. tit. 22.* Magon. *de recta patroc. rat. c. 20. num. 10.* Senec. *de 4. virtut.* Ordel. *ad l. fin. n. 94 de R V.* Pari ratione rem litigioſam vendi prohibitum fuit. *l. 1. ff. & C. de litig.* Talesq; alienatarij, litium redemptores dicuntur, interq; excrandos à jure ponuntur. Ordel. *ad l. fin. num. 89. de R. V. tex. in l. 22. & 23. C. mand. vbi* Dd. *c. ſuſpectus 3. q. 5. Roman. ſing 318. vbi ad d.*
13. peſſimum genus hominum qui lites quieſcere non patiuntur. Denique ſicut jura lites abhorrent; ita etiam SS. ſcriptura, quæ ad deciſiones cauſarum etiam in civilibus allegari poteſt. *c. cum cauſa. vbi* Panorm. *n. 5. de elect. c. 1. diſtinct. 25. c. ſunt nonnulli. 16. q. 1. c. 5. Roman. diſt. 15. gl. in c. noli. diſt. 11.* Pan. *in c. ne imitaris. num. 2. de conſt. Bl. in Auth. ad hoc. n. 2. C. de vſur.* Ias. *in l. 1. num. 33. Br. num. 20.* Alex. *n. 31. Dec. num. 23. ff. ſi cert. pet.* Maſc. *vol. 1. concl. 191. Zas. lib. 2. ſing reſp. ci. in f.* vbi reſtringit, ſi lis jure poſitivo non fuerit decisa aut Dd. opinio in contrarium. And. de Iſern. *in præl. feud. n. 4. vbi* Matth. de Afil. *n. 101.*
14. Everard. *loc. ab auctor num. 6.* Vbi primum ſe offert verenda atq; tremenda Salvatoris noſtri auctoritas, qui lites deteſtando dicit Matth. *c. 5. ver. 40.* Quj vult tecum judicio contendere & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. *c. *. §. 1. 14. q. 1.* Hier. GonZal. *ſuper 8. reg. cancell. §. 7. proœm. num. 18.* Roder. Zamoren. *in ſpec. vit. hum. lib. 1. c. 18. ibi: ſervos Dei non oportet litigare.* At magis oportet obedire Deo liti-
15. gia prohibenti, quam hominibus contendentibus *Act. c. 5. verſ. 29.* Vnde Chriſtus apoſtolos ſine auro miſit ad prædicandum, vt ipſis ſubtraheret cauſam litis *teſte* D. Ambros. *& habetur c. ira 11. q. 3.* Ordelaph. *ad l. fin. n. 118. de R. V. 1. Cor. 6.* ſi ſecularia judicia habueritis peccatum eſt. *c. clericum. §. ex his. 11. q. 1. c. 1. 23. q. 3. Eccleſiaſt. c. 28.* abſtine à lite & minues peccata. Et Chriſtus ipſe: Niſi abundaverit Iuſtitia veſtra plus quam ſcribarum & Phariſæorum h. e. legiſtarum & juriſperitorum, non intrabitis in regnũ cœlorum. Roder. Zamoren. *lib. 1. ſpec. vit hum. c. 18.* Magon. *de rect. patr. rat. p. 1. c. 11. n. 10. Prov. c. 16.* Perverſi ſuſcitant lites. Item. qui abſtulerit tua, noli repetere. It. facilè ſpernunt terrena, qui cæleſtia ſperant; qui autem terrena magnoperè
16. complectuntur, neſcio, ſubijcit B. Chryſ. ſi firmiter cæleſtia credunt promiſſa. Eſaias graviter invehit in moroſos litigatores. Iacobus Pauli coapoſtolus, populum ſuum litigatorem eo nomine increpat

c. 4.

c.4. Vnde, *inquit*, bella & lites in vobis, niſi ex concupiſcentijs veſtris, quæ militant in cordibus veſtris. Agnoſcentes vtriq;, forenſes lites vt plurimum à malo proficiſci, & ſignificantes aliquem eſſe victum, & ſuperatum odio poti⁹ vel avaritia, vel alio ſimili corrupto & vitioſo litigandi affectu, qui nos agit præcipites, quam IVSTITIA. Ordelaph. *ad l. fin. n. 101. de R. V.* Deniq; litigioſus ordinari prohibetur, quia nunquam ceſſabit ſeminare diſcordiam & lites *arg. 1, ad Timoth. 3. ibi. non litigioſum. c. 1. diſt. 46. c. 66. & 90. diſt.* P. Greg. *lib. 47. ſynt. c. 1. num. 7.* imo inter 12. mundi abuſus ponitur Chriſtianus litigioſus, quod no- 17.
men Antiochiæ ipſi datum eſt anno 6. poſt aſcenſum Chriſti *Act. 11. c. ſacros diſt. 22.* Ordel. *ad. l. fin. n. 113. de R. V.* Et Roder. Zamoren. *in ſpec. vit. hum. lib. 1. c. 17.* ait, quòd cauſarum, & litigatorum, atq; Advocatorum copiâ charitatis ordo pereat, quæ in litigando minimè ſervari poſſit. Qui plura deſiderat, vnionem Budij perluſtret. Nos ex prædictis Ethnicorum exemplis, ICtorum reſpõſis, & SStâ ſcripturâ ſatis ſuperq; conſtare exiſtimamus, quodnam ſit privatum litigatorum officium, vt lites fugiant, improbent, deteſtentur & execrentur, nec tantum ent illis ipſis judiciorum neceſſitatem tolli. Quò enim 18.
magis lites execrabimur, eò magis neceſſaria judicia judicabimus, vt litium capita & perniciem hanc portentoſam, quæ graſſatur inter homines, ſi non poſſint omninò extrudere, ſaltem quantum fieri poterit emendare. P. Greg. *lib. 47. ſynt. c. 1 num. 14.* Hinc inter ſcrupulo- 19.
ſiores quæſtio ſuboritur dubia, carptim & quaſi ſaltuatim nobis explicanda: *Vtrum Chriſtianis, novi fœderis fidem profitentibus, ſaluâ conſcientiâ litigare & lites pertractare liceat?* Puritani purè putè negare videntur, & orbem chriſtianum ἀταξίᾳ confundere nituntur, numeris argumentorum penè innumeris, ſed hoc præſertim pernitioſo & litigioſo:

In Chriſtianiſmo maior requiritur perfectio,
Ergò ceſſabunt litigia & magiſtratus.

Hanc erroneam opinionem tollendo, reſpondebimus primò ad prædicta SS. ſcripturæ loca, & poſtea eâdem ſcript. & alijs confirmabimus, honeſtum ſive modeſtum litigiorum vſum eſſe conceſſum. Reſpondebimus autem diverſimodè.

Primò, quòd Chriſtianis nec à Chriſto ipſo Matth. 5. ſimpliciter 20.
prohibeatur litigare, ſed potius Iudæorum opinio taxetur, qui judicium talionis exindè colligebant, vt indigetant verba, oculum pro

F oculo,

forancĩ: pro theologis, ſubſannatores: quot boves in quadriga argentea! *exclamat Eberh. à Weihe med. de van. gl. mundi p. 36.* Quid faciunt tot muli in Clytemneſtrâ? odioſa res eſt Circenſibus pompa *inquit*
41. M. Iacques Faye *la 4. remonſtra. pag. 191.* Et hæc de publico principum & Rerumpub. officio in litiũ multitudine abbrevianda, minuenda, tollenda. Cuius memor illuſtriſſimus Pomeranorum Dux PHILIPPVS 2. non ſolum illuſtre Dicaſterium fundauit, & ornauit, ſed etiã eliganti inſcriptione tam judices, quam Advocatos, monuit, vt lites abbreuiarent, minuerent, tollerent, ſequenti tenore, neq; minori laude quam ſupradicti Impp. Reges, Principes.

DEO TRINO ET VNI SACRVM.
DIVÆ IVSTITIÆ.

Quæ voluntatis diuinæ adminiſtra, æquilibrio ſuo, ad normam ſanctę legis Ius & AEquum per ſacerdotes ſuos mortalibus diſpenſat; AEdem hanc, ſacram, quam Illuſtriſſimus Princeps ac Dominus, Dominus BOGISLAVS XIII. Dux Stetini, Pomeraniæ &c. paulo ante renovatam, Tribunali juri dicundo deſtinato, novo, eleganti, auxerat, Illuſtriſſimus Princeps ac Domin⁹, Dominus PHILIPPVS II. Dux Pomeranorum, I. C. Primogenitus & ſucceſſor hoc quo vides modo, exornavit. Vobis hanc primum faciens, delecti Iudices, gratiam, vt eò lubentius Ius & Iuſtitiam, quam DEO non hominibus vos adminiſtrare ſciris, ita incorrupti adminiſtretis, vt nec præmijs nec lacrumis ſontũ, nec metu potentis adverſarij, nec ſanguinis vllo vinculo vos vinci patiamini. Ad hoc ergò Aſylum, omnes injurijs, cladibusve oppreſſi, confugite. Hic enim diva Iuſtitia jus ſecundum Romani Imperij leges, & jura Civilia ſcripta ex aſſe diſpertit: Hic eadem æquum & bonum ſine fuco & fraude dimetitur: Hic eadem gladio ſuo à bonis vim & injuriam omnem arcet; punit malos. At vos, qui cauſas clientum Advocati & Procuratores agitis, admonitos Princeps vult, vt ſementem litium veſtræ meſſis causâ longam facere, & protrahere lucri gratiâ proceſſus nolitis: ſed pacifici potius concordiam inter litigantes ſancire ſtudeatis. Quod vt præſteris, ante limen hoc vna cum clientibus veſtris, calumniam, fraudem, dolum, malevolentiam & mendacium exuite: veritatem verò, candorem, animum æquum, modeſtiam, patientiam comites vobis adjungite. Nam qui ſecus faxit, ſibi cudet malum, & voto ſuo fruſtrabitur. Pænæ

enim

enim malis conſtitutæ ſunt, Boni vero vt paſſim, ita hic quoq; laudem & præmia invenient ſua.

Ætatis Optimi Principis XXXVI.
Anno Gubernationis III.
Chriſti nati M. DC. IIX.

CAPVT III.

DE

Privato collitigatorum officio in litibus fugiendis, deteſtandis & execrandis. Vbi ſimul examinatur quæſtio: Vtrum homini Chriſtiano litigare liceat?

SVMMARIA.

1. *Bella & litigia fugienda, quia cauſa malorum.*
2. *Athenienſes abhorrebant litigatores.*
3. *Romani non exiſtimabant viros bonos frequenter litigantes.*
4. *Qui in litibus verſantur omnia mala norunt.*
5. *Homines naturà amant lites, vt Parnus, & anus Ptolemais.*
6. *Qui lites amant ſunt legibus exoſi.*
7. *Imperator & Papa execrantur lites.*
8. *Commendantur in jure qui lites execrantur.*
9. *Viri boni lites execrari debent.*
10. *Lite carere eſt vita beata ſecundum poëtas.*
11. *Filius litigioſam hereditatem repudiat propter moleſtias litiũ.*
12. *Muliebre eſt litigiare, litiumq; redempores execrandi.*
13. *S. ſcriptura ad deciſiones litium allegatur.*
14. *Chriſtus deteſtatur lites, & Apoſtolis cauſam litis ſubtraxit.*
15. *Alia ſcripturæ loca, quæ lites execrantur.*
16. *Eſaias & Iacobus graviter in litigatores invehunt.*
17. *Chriſtianus litigiquus inter 12 mundi abuſus eſt.*
18. *Litium execratione non tolluntur judicia.*
19. *Q. Vtrum Chriſtianis litigare liceat.*
20. *Negatur. ſc. privatim ad talionem.*
21. *Litigare apud infideles prohibitum.*
22. *Litigare ſub judice ſuſpecto graviſſimum.*
23. *Perfecti non litigant. quia nihil habent.*

24. *Prohibetur quis litigare captando lucrum.*
25. *Litigia non ſimpliciter prohibentur, ſed temeraria, modica.*
26. *Iudicium in quo lites tractantur eſt ordinatio Dei.*
27. *Litigia potius jubentur, quam prohibentur.*
28. *Vbi leges & judices, ibi etiam lites.*
29. *Iudicium finem litibus imponit.*
30. *Chriſtianis licet belligerare & litigare.*
31. *In judicijs ſalus eſt Reipub.*
32. ἐκχειροδίκη Fauſt vnd Kolbenrecht *improbatur.*
33. *Chriſtiani ne ſint faciles ad litigandum.*
34. *Ex rebus leviſſimis magna litigia ſunt nata.*
35. *Lites modicæ quæ dicantur, judex arbitratur.*
36. *Nobiliores ob res modicas litigare pudeat.*
37. *In prælium iturus, quomodo ſe præparet.*
38. *Iuſta litigandi cauſa quæ dicatur.*
39. *Lis injuſta, & bellum damnatur.*
40. *Cogitandum an expediat lites ingredi.*
41. *Litigaturi factum Advocato diligenter confiteantur.*
42. *Litigatores ſuam perſonam, vires & judicem conſiderent.*
43. *Litigaturi de probationibus ſint ſolliciti.*
44. *Collitigaturi quoad probandum comparantur.*
45. *Collitigaturi modeſtè procedant, ne ſe decipiant.*
46. *Chriſtianus ne ſit fax aut tuba litis.*

1. SIcut bellum communiter improbam⁹, deteſtamur, execramur, vt litigium publicum, omnium immanitatũ & feritatum epitomen, omniumq; malorum cauſam, Mornæus *de ver. rel. Chriſt. c. 16. f. 361.* Roterod: *in orat, de bello poſt* Iſocrat. *in or. de pace. & AEſch. in orat. de falc. leg.* Demoſth. *de Cherſon.* Damh. *in pr. crim. c. 151. nu. 23.* Exod. *17. &* Deut. *20.* quia ex bellis etiam juſtiſſimis, multa; imò infinita oriuntur mala: Aug. *lib. 19. de C. D. c. 7.* Polyb. *lib. 5. hiſt.* War. de Erenb. *lib. 1. de fœd. c. 2. num 55.* ita multò magis inteſtina privatorum bella, h. e. litigia improbare, fugere, deteſtari & execrari debemus, exemplis tum Ethnicorum, tum Chriſtianorum laudatiſſimis, moni-
2. tis ICtorum, & SS. ſcripturâ. Iſocrates in Areopag. priſcos laudat Athenienſes, quod forum fugerint, nec illud acceſſerint, niſi coactè & magno pudore, ita litigatores abhorrebant. Cic. in off. ait: VIRVM

BONVM

BONVM eſſe non debere in exigendo acerbum, ſed æquum & facilem, multa multis de IVRE ſuo cedentem, à litibus quantum licet, & paulò plus etiam quàm liceat, abhorrentem. Ordel. *ad l. fin. nu. 105. & ſeq. de R.V.* Martialis miſerum judicat & dementem Gargilianum quendam, qui diutius litigaret cùm poſſet cedere & vinci, ſic inquiens *epigram. lib. 7.*

Lis te bis decimæ numerantem frigora brumæ
Conterit vna tribus Gargiliane foris.
Ah miſer & demens viginti litigat annos
Quisquam, cum vinci Gargiliane licet:
Deridetur.

Romani enim cum Chriſtum adhuc ignorarent, lumine naturali, atque honeſtatis imbuti præceptis, litigioſas judiciorum moleſtias abhorrere ſolebant, nec bonum virum exiſtimabant eum, qui frequenter in his verſaretur ſuo nomine. Oldendorp. *vol. 1. conſ. Ac. Marp. 5. num. 7.* Vnde laudatur illud Catonis, qui optavit forum judiciale muricibus ſterni. Gallicè *de chauſſe trappes.* Quod etiam Budæus de Baſilica Pariſienſi optavit, loco lapidum nigrorum & alborum, quibus alternatim pavimentata eſt. Sic enim Cato roganti cuidam, vt fora perinde ac theatra linteo velamine tegerentur, quò collitigantes cauſas commodius, absque ſanitatis ſuæ præjudicio (ſolis quippe radijs in capita eorum Romæ ferientibus) perorarent: Nequaquam reſpondit: Nam quod me ſpectat, optarem potius, vt quà ad forum iter eſt, ferreis muricibus inductum eſſet, vt ferramentis illis acuminatis tàm dolerent pedes, quàm caloribus ardeant capita. Otioſos nimirum omnes arbitratus ardeliones, & reipub. infeſtos, qui contentionibus adeò ſtuderent. Nam qui laboribus & paci ſe darent, lites domi magis vicinorum & cognatorum arbitrio extinctas mallent, quàm pecunias procuratoribus dare. Thom. Smith. *lib 2 de Rep. Angl. c. 12.* 3

Ratio: qui in litibus verſantur omnia mala norunt, nec mala duntaxat, ſed etiam bona, ſine quibus illa conſiſtere & percipi nullo modo poſſunt. Bodin. *in meth. hiſt. c. 4. fol. 50.* Reyg. *in theſ. jur. lit. L. num. 156.* Vnde jura lites abhorrent. *vt ait* Ant. Piagg. *de tut. & cur. q. fin. num. 12.* & Ludov. Gomez. *in c. diſpendia. num. 12. de reſcr. in 6.* ait, lites in tantum fugiendas, quod ſatius ſit rem totam petenti 4

dimidiam partem dare, quàm pro tota litigare. Hier. Gonzalez. *ſup. reg. 8. Cancell. §. 7. proœm. num. 18.* Homines verò naturâ lites amant. *l. item ſi vnus. de Rec. arbit. c. per prud. de off. deleg.* Calvin. *in pr. jud. c. 5.*
5. *in coron. num. 25.* Nam ſicut diverſitas corporum diverſitatem animorum indigetat, ita nec vnum velle omnibus, *l. quia pot. ad SCtum Treb. l. 2. §. deinde quia diff. de R. I.* ſed ad diſſentiendum naturalis taciltas. *l. item ſi vnus. §. fin. de R. A.* Hyperbolus tantò litigioſus erat, vt proverbium inde naſceretur, vltra Hyperbolum. Et Parnus: vt ob amiſſam naviculam cum obvijs quibusque litigaret. Vnde natum proverbium, ob Parni ſcaphulam h. e. ob tres minutulas multum movere litium & querelarum. Magon. *de recta patroc. rat. c. 20 nu. 10.* Herodot. de duob fratrib. Euriſthene & Procle ſcribit, quod toto vitę tempore invicem litigarint, & hæredum heredes litigantes reliquerint. Thom. Garzon. *diſc. 12. della piaz. vni. p. 938* Sic anus illa Ptolemais, cuius meminit Suidas, tantâ animi pervicaciâ ac tamdiu litigavit, vt animam prius efflaverit, quàm à litibus deſereretur. Bodin. *lib. 6. de Repub. c. 6. num. 756.* Thol. *lib 47. Synt. c. 1. num. 6.* ait, multos eſſe ſuperbos, qui neque ad horam ſine contentione vivere queant. Gorgias Leontinus cum in olympijs de communi Græcorum concordia inſigniter peroraret, à Melantho ludibrio habitus eſt, dicente, fruſtra Gorgiam de Græcorum concordia agitare, cum ſe, vxorem & ancillam concordes habere neſciret, quæ ob Zelotypiam irata quotidiè
6. diſſidium faceret. Alex. *lib. 5 c. 18.* At qui lites amant, dicuntur calumnioſi, & legibus exoſi. Barbat. *conſ. 7. lib. 2.* qui dictum ſuum amplians ſubiungit quod qui de levi litigat, non ſit admittendus in teſtem nec in accuſatorem. *Barb. lib. 4. conſ. 32. col. 2. Spec. tit. de præp. jud. vbi* miſſam comparat litibus. *pag. 1. num. 2.* Econtra Vlpianus prodidit, verecundam cogitationem eius qui lites execratur, non eſſe vituperandam. *l. item ſi res. 4. §. 4 ibi: verecunda cogitatio eius qui lites execratur. de alien. mut. jud. cau. fact. Et* Paulus *l. in ſum. de cond. indeb.* hoc ipſum, quod à lite diſceditur, in cauſam legitimam tranſactionis eſſe ait, licet nulla res ſit intermedia. Ant. Guib. Coſt. *lib. qq jur. c. 5. nu. 6. facit text. cum gl. verb. laudabile. in c. 2. §. ſtat. de V. S. in 6. c. 1. ext. de Synd.* Mar. Cala *tr. de modo art. & prob. nu. 1. 2. 3. & 4.* Camil. Borel. *tr.*
7. *de comprom. §. 1. gl. 1. num. 22.* Hering. *tr. de fideiuſſ. c. 1. nu. 26.* Ex quo etiam Papa & Imperator execrantur lites, vt ait Hoſt. *in Auth. vt diff. jud. in pr. Blanc. de comprom. q. 1. num. 1.* Iuſtinianus, Nunc admonen-

di

di ſumus, ait, magnam curam egiſſe eos, qui IVRA ſuſtinebant, ne facilè homines ad litigandum procederent, quod & nobis ſtudio eſt. *Inſt. de pœ. tem. lit. in pr.* Oldend. *vol. 1. conſ. Ac. Marp. 5. num. 8.* Vnde 8.
commendantur in jure, qui lites in tantum execrantur, vt malint jus ſuum indiſcuſſum relinquere, quàm in judicio contendere *c. nihil. 2. vbi Pan.* & Felin. *in pr. de præſcript.* Iaſ. *in l. filio pater. 87. num. 3. de legat. 1.* Weſemb. *conſ. 23. nu. 39. num. 1.* Airet. *p. 1. pr. jud. c. 2. obs. 3. nu. 18.* vbi ſacris literis convenire demonſtrat. Ergo litigatores tanquam viri boni lites execrari debent. Blanc. *de compr. q. 1. num. 1.* Nevizan. *in ſyl. nupt. lib. 6. n. 12.* Auct. Nav. Stultif. *char. 81.* Tiraq. *de jur. retract. p.* 9.
nu.38. Valaſc. *ad l. imperium. nu. 262. de juriſd.* Cald. *ad l. ſi curator. vers. ſine curato. num. 120. C. de reſt. in int.* Pruckm. *con. 18. nu. 25. vol. 2.* Sed rara in tutore fides, vt in Anglia Wardes, ſecundum prover. Es war nie kein trewer vormundt gefunden / quod nimis generaliter & injurioſiè allegat Cypræ. *de jur. conn. c. 6. §. 9. num. 19.*

Denique ſicut iturus in prælium prius conſiderat, vtrum juſta belli cauſa ſit, vel injuſta, pecuniam colligit, militem conſcribit, & conſerit: Dn. Obrecht. *diſp. 1. de bello. θ. 764.* Thucyd. *lib. 1.* Giov. Boter. *della agilità delle forze. lib. 1. cap. del denario. pag. 64.* vbi pecuniam vocat ventriculum belli. Scip. Anmir. *diſc. in Tac. 9. p. 430.* che i denari ſono il nervo della guerra. Sicut etiam pecunia nervus litigiorum eſt, vt ſtatim diſcurremus. *Vid.* Frachet. *lib. 1. de prin. c. 14.* Mancin. *lib. 5. de ſtat. prin. c. 1. pag. 159.* Ita Chriſtiani litigaturi prius advertere debent, an juſtam litigãdi cauſam habeant h. e. duo ICtorum conſilia ſigillata. *Dd. in l. properandum. 13. §. ſive vbi.* Sich. *nu. 8. & 9. C. de jud.* Konig. *p. 4. c. 52.* Lanfr. *in pract. c. 11. num. 3.* Althus. *2. I. R. c. 33.* Ioh. à Reber. *lib. 2. top. c. 15. in f. Gail. 1. obs 152. num. 6.* Harpr. *diſp. 5. proc. jud. concl. 178.* Reyg. *diſp. 9. concl. 13.* Iniuſtum enim bellum culpatur ſicut lis iniuſta. *c. 23. q. 5.* Lactan. *lib. 6. c 9. & 19.* Ariſtot. *3. Eth. c. 7.* Plat. *4. de Repub.* Gail. *2. obs. 52. num. 3.* Alex. *2. παρ. c. 21.* Bellin. *de re mil. 2. part. tit. 1. nu. 11.* Fab. *lib. 2. ſemeſt. c. 2.* Danæ. *lib. 2. Eth. c. 13.* Paul. ab Eiz. *lib. 4. Eth. c. 7.* Nec in juſtis facilè litigent, nec turpe ducant cedere, quaſi quid de jure ſuo diffidere videantur, quia ſalubris eſt deteſtatio litium. Felin. *in c. illud. col. 5. de praſcript. Nov. 1. c. 3. ibi:* oportet ante actionem cogitare, an ſcilicet expediat litem ingredi. *l. n. deeden. c. 1. vers. Iudas. de pæn. diſt. 6. c. induciæ. 3. q. 3. c. 1. ne cler. vel monach. c. monachi. 16. q. 1. l. ſi aviam. 3. C. de ing. man. l. 2. C. de acq poſſ.* Nec cogitatio ſufficit, ſed peritorum & amicorum præambula litis futuræ conſultatio & vtilis & neceſſaria videtur. Ioh. Bap. Magon. *de rect. patroc. rat. c. 7. num. 9.* Io. Damhou. *in pr. rer. civil. c. 27. num. 10.* 37. 38. 39. 40.

II. Chriſtiani litigaturi de bono chriſtiano, & conſcientioſo non litigioſo, ſibi prævideant Advocato, cui veridicum facti ſtatum diligenter exprimant, ſi optato litium fine gaudere velint. *c. 1. vers judicia de pæn. diſt. 6. Ioa. à Graſſ. in arb. jud. 2. pr. num. 12. Iod.* Damh. *in pr. rer. civ. c. 27. num. 19.* Magon. *d. c. 7. num. 5.* Confeſſori enim, Medico & Advocato dicenda eſt veritas. Vnde dici ſolet, cum litigatoribus melius agi ſi habeant bonum Advocatum, quàm bonum judicem. 41.

Fulg.

Fulg. *in l. quod ſi. §. mancip. de AEdil. ed. vbi* Cæpol. *n. 14.* Ioh. Pet. Ala. *tr. de adv. & cauſ. chriſt. p. 1. q. 44.* Et quidem in ſcripto, vt congruum litigaturo reſponſum dari poſſit. *c. de muliere. de ſponſal. l. vt reſpon. C. de tranſact.*

42. III. Litigatores fatui ſunt, qui lites intentare cogitant, nec prius deſpiciunt, an legitimæ ſtandi in judicio perſonæ ſint. Dd. *in l. 1. & 2. C. qui leg. pers ſt. in jud.* 2. an judex competens nec, nè? Gilh. *in ar jud. c. 1. num. 3. c. at ſi cler. de judic.* 3. an vires & facultates liti ferendæ ſufficiant. Magon. *d. c. 7. num. 10.*

43. IIII. Deniq; litigaturi de probationibus ſint ſolliciti, quibus intentionem confirment, Sollen ſich mit beweiſung zuzulaßen bitten / ne ſumptibus inanibus divexent ſese, litigando cum illis, contra quos obtinendi ſpem habere non poſſunt. Fr. Pfeil. *cons. 19. num 28. per l. 1. de inoff teſt.* Actoris enim intentio prius probanda eſt, quàm exceptio Rei. Soc. *in l. qui accuſa. nu. 3. C. de edend. c. accuſator. 6. q. 5. c. ad noſtram. 12. ext. de prob. l. ſi ſuperatus. 3. §. 1. de pignor. l. actor. 23. C. de probat.* Hipp. de Mars. *in l. de min. 10. §. tormenta. nu. 2. & 6. de qq.* Wesemb. *cons. 19. num. 44. lib. 1.* Ratio: quia probatio eſt anima proceſſus. *Damboud. in pr. civ c. 157. nu. 1.* Et paria ſunt, non eſſe id quod intenditur, aut non probari quod aſſeritur. Hen. Goden. *cons. 93. nu. 2. Omph. lib. 6. de vſur. ll. c. 1. n. 2.* Ergò boni viri potius tacere debent, nec in litem vocare, quod probare non poſſunt. *c. plerumq. 2. q. 7.* Goden. *de cons. 93. num. 2.* Hinc illud:

Conturbare cave, non eſt placare ſuave:
Diffamare cave, namq; probare grave.

refert Curæ. *in. Ann. Sil. p. 185.* Masc. *de pro. q. 1. n. 13.* probationis titulum vocat difficilimum.

Actoris intentione fundatâ, ſi collitigaturus eam elidere velit, probare tenetur id, quod excipiendo ſuæ intentionis fundamentũ eſt. *l. in excep. de Except. l. etiam. de don. int. vi. & vx. l. pen. §. decere. ne quis. eum.* Ang. *l. actor. 23. C. de prob. Dd. com. in l. in illa. de V. O.* Ceph. *con. 301. nu. 54 lib. 3.* Et quidem in forma ſpecifica, vt concludat effectum exceptionis. Ang. *cons. 61. col. 2. vol. 2.* Dec. *cons. 534 col. 3.* Crav. *con. 218. lib. 2.* Vultei. *vol. 1. cons. Acad. Marp. 22. n. 5.* Ratio: quia Reus & Actor

44 comparantur quoad probandum. *l. judicet. 17. C. de fid. inſt. c. 2. ext. d. teſt. l. 14 de probat.* Airer. *p. 1. prec. jud. c. 2. obs. 5 nu. 4.* Hercul. *tr. de prob. neg. num 30.* Bl. *conſ. 270. num. 1. lib. 1.* Mar. Socin. *conſ. 34. nu. 80.* Wes.

Wes. *cons. 19. num. 44. lib. 1.* Et malitioſè excepiſſe dicitur, qui probare nequeat exceptionem. Cravett. *con. 262. nu. 7.* Ratio vtriusque: quia quilibet collitigatorum fundamentum intentionis ſuæ probare debet. *l. actor. C. de prob.* Rol. à Valle. *conſ. 58. nu. 72.* Ioh. Pet. Surd. *conſ. 24. nu. 8. vol. 1.* Et quidem ita, vt per neceſſe & poſſibile ſimul probatum concludat. Bl. *in l. ad proban. 22. C. de prob.* Dec. *conſ. 321. n. 3.* Wes. *cons. 20. num. 5.* Ioh. Pet. Surd. *cons. 5. num. 46. vol. 1.* Gœd. *vol. 1. cons. Ac. Marp. 28. num. 193.*

His ita inſtructi litigatores Chriſtiani forum Rei ſequantur, & à ferendo dictum experiantur. *c. experientia. 11. q. 1. c. ſanè 3. 5. 8. de for. comp. l. 2. C. de juriſd. l. fin. C. vbi in rem act. l. quia 3. de alien. jud. mut. cau. fact.* Weſemb. *conſ. 30. num. 6. lib. 1.* Socin. *reg. 15.* Matth. de Afflict. *dec. 268. nu. 1.* Cacher. *decis. 15. num. 2.*

Litigij telam pertexant Chriſtianè, honeſtè atq; modeſtè, nec 45.
ſe invicem decipiant collitigando, memores proverbij: Der Sachen feindt/ Der Perſonen freundt/ licet rari ſint, in quos illud Germanicum cadat, vt ait Keller. *lib, 2. de off. jur. pol. c. 7. p. 327.* in plures hoc Italicum: Duro con duro, non fa un muro. Hanc litium execrationem christianis digniſſimam rythmicâ Iohan: Mattheſij admonitione concludemus, quâ Theologum, & per conſequens omnem Chriſtianum alloquitur:

Simplex, brevis & honeſtus,
Vultu, geſtu, ſis modeſtus.
Nec vtaris locis mille
Aut verbis, aulæ, fori, villæ.
Non ſis fax aut tuba LITIS
Sed pacificus & mitis.

Ioach. à Beuſt. *dom. 3. adv. pag. 655. vbi integrè recitat.* Melius 46
enim eſt dubitare de occultis, quàm litigare de incertis, inquit Aug. Et Iſocrates interrogatus ab amicis, quare non in forenſibus litigijs verſaretur, reſpondit: Quæ locus hic callet ego neſcio, quæ ego calleo locus hic neſcit.

CAPVT IIII.

DE

Diſpendijs, ſumptibus, moleſtijs, incommodis, damnis & publicis & privatis, infamia, & alijs, quæ lites, adferunt & litigatores ſufferunt.

SVMMARIA.

1. *Lites ſunt receptaculum omnium malorum.*
2. *Nemo ſine pecunia litigare poteſt.*
3. *Ne litigantes ſumptibus vexentur Reipub. intereſt.*
4. *Litium ſumptus ſunt immenſi.*
5. *Litigare eſt res moleſta & damnoſa.*
6. *Litigator vincendo plus inſumit, quàm ſumit.*
7. *Litigatores ad paupertatem rediguntur, vbi Nov. 1. explicatur.*
8. *Chymiſtarum & litigatorum præmium paupertas.*
9. *Moleſtiæ, quas litigatores devorant vti pillulas.*
10. *Expectatio moleſta in omni rei, etiam lite.*
11. *Litigator capiat potius reculam, quàm rem litigioſam.*
12. *Comes æris alieni & litis eſt miſeria.*
13. *Litigantes perpetuâ animi anxietate conficiuntur.*
14. *Lites ſunt quartum Dei flagellum.*
15. *Lites ſunt impedimentum rerum agendarum.*
16. *Iactura temporis in litibus expediundis.*
17. *Crebra juramenti præſtatio in litibus exigitur.*
18. *Litis eventus dubius etiam in optuma cauſa.*
19. *Litigantium ſtultitia breviter taxatur.*
20. *Lites ſunt ſeminarium doli, diſſidij, delicti. &c.*
21. *Inimicitia capitalis ex lite pecuniaria.*
22. *Lites ſunt ſempiternum bellum inter homines.*
23. *Reſpublica litigijs plena eſt infelix.*
24. *Reſpub. per lites conquaſsata læditur.*
25. *Litigioſorum brevis deſcriptio ex gl.*
26. *Litigioſus præſumitur auctor rixæ.*
27. *Litigatores ſunt ſancti, non peccatores.*
28. *Litigantes non poſſunt ſuperbire.*

29. Superbia

29. *Superbia & faſtus, nobilitatis pediſſequæ.*
30. *Litigatores non ſunt avari, ſed liberales.*
31. *Litigantes non arguuntur pigritiæ, aut luxuriæ.*
32. *Ira, livore, obmurmuratione, peccant litigantes.*
33. *Litigatores continui notantur infamiâ.*
34. *Felix judicatur qui lites fugit.*
35. *Prætorij Mediolanenſis inſcriptio.*

PRæmiſsâ litium multitudine, & origine, ſuperius explicavimus, 1.
tàm publicum Principum, & Rerumpub. officium, in litibus abbreviandis, minuendis, tollendis; quā privatū privatim collitigantium debitū in litib. fugiendis, deteſtandis & execrandis: Nunc ſequuntur diſpendia, ſumptus, moleſtiæ, incommoda & damna, quæ litigaturientes deterrere meritò deberent, & ſuadere vtilius eſſe brevi negocia expediri compendio, quam per exactam quandam ſubtilitatem judicialem longo diſpendio prorogari. *c. Abb. de rejud. in 6. l. 10. §. planè. de reb. dub.* Barth. Muſc. *de ſucc. com. cl. 1. menb. 3. n. 46.* Quod ſi fieret hoc depravato ſeculo, & magis compēdioſa quā diſpondioſa litium tractatio ſuſciperetur, non opus eſſet in ſcenam producere,

Monſtrum horrendum, immane, ingens, variabile, LITES.

omnium litigaturientium terriculamentum, portentum. Monſtrū: quia vt hydra Lernæa, reſecato vno capite recipit ſeptem alia; ita lite vnâ finitâ ſurgunt plures aliæ, & vitilitigatorum turba

vires acquirit eundo.

Vnde Suid. in verb. κρατὴρ ait proverbium vſurpatum κρατὴρ δικῶν h. e. *crater litium forenſium*, pro receptaculo malorum. P. Greg. Thol. *lib. 47. ſynt. c. 1. n. 11.* Ant. de Guev. *in inſt. vit. aul. c. 10.* Hoc vt paucis demonſtremus, & collitigaturis anſam demus lites fugiendi, deteſtādi, execrandi, graviſſima videbimus incommoda, quæ litigator ſubire cogitur, & numero penè innumera, & magnitudine intolerabilia, vt indies experientia docet, *inquit* Ioh. Pet. Ala. *tract. de adv. & cauſ. Chriſt. p. 1. q. 14.* Primùm ſe offert ſumptuum neceſſitas, & pe- 2.
cunia, ſine quibus nemo litigare poteſt. *l. eum quem 79. de judic. arg. l. alias. 18. de jurej. l. perdiu. 22. C. mand. Auth. & qui jurat. C. de bon. auct. jud. poſſ. Bl. in c. cum delecti. n. 10. ext. de reſt. ſpol.* Sicut quoq; in bello pecunia non ſufficit: Giov. Bot. *lib. 1. c. del denar. p. 64. vbi inquit: ogni teſoro è limitato, mâ le ſpese della guerra, ſono ſenza miſura, & la neceſſità*

 ſenza

ſenza fine. nobiliſs. Dn. Warem. de Erenb. *lib. 1. de fed. c. 2. nu. 57.* Ita litiganti incumbit, vt jure Duce, comite pecuniâ, telam judicij pertexat. Simoncell. *de in tell. vlt. vol. lib. 5. intell. 2. dec. 2.* And. Knich. *in*
3. *com. jur. Sax. c. 3. f. 260.* Quamvis autem Reipub. interſit ne colligaturi fruſtrà laboribus, impenſis, inanibus ſumptibus, & fruſtratorijs probationibus vltra modum vexentur, graventur, debilitentur; CCtæ. *in c. 1. de lib. obl.* Dec. *in c. dilecti. not. 4. ext. de except.* Menoch. *cons. 2. num. 362.* Maſc. *concl. 1177. n. 5.* Vran. *tom. 1. con. 17 n. 17.* Hercul, *tr. de attent. c. 2. n. 3. Cacher. dec. 22. n. 8.* Covar. *pr. qq. c. 23. n. 6.* Chal. *ad l. ſi curatorem n. 37. C. de reſt. in int.* Capifer. *tr. de no. teſtium p. 1. c. 3. n. 47.* Ser. de Seraph. *de jure princ. 33. n. 142.* Pruckm. *cons. 16 n. 2. vol. 2.* & jura quidem eas lites, quæ plus ſumptum requirunt, quàm emolumenti inde ſperari poſſit, ſuſcipiendas non eſſe ſuadeant. *L. mediterranea. vbi* Bar. *&* Luc. de Pen. *C. de ann. & trib. lib. 10.* Mar. *tr.*
4. *de ord. jud. p. 4. diſt. 9. num. 73.* Pruck. *c. 19. num. 56. vol. 2.* Attamen iſtud communiter fieri ſolet, vt ſumptus litium ſint immenſi, quibus ſplendida patrimonia citò devorantur, revocatis à lucro exercendo litigantibus, jamq; quæſitis ſubtili ingenio exortis, aut evaneſcentibus in ſalaria & mercedes pragmaticorum, ſi Doctori 10, procuratori 6, notario 4, ſollicitatori 2, officiali vnus ſolvatur florenus, ſportulæ dentur, acta currum implentia ad ſuperiores judices mittantur, viatica tribuantur, & omnia tendant ad rodendum litigatoris os, ac ſi canibus proiectum eſſet. Garz. *diſc. 12. della piazz vniver. p. 136.* Hier. Gonzalez. *ſuper Reg. 8. Cancell. §. 7. proœm. nu. 14.* P. Greg. Thol. *lib. 47. Synt. c. 1. nu. 12.* D. Gædd. *vol. 3. conſ. Ac. Marp. 32. nu. 76.* Ioh. Gorop. Becan. *lib. 4. Hierogl. p. 53.* vbi ait: neminem melius nominis quo lites vocantur cauſam pervidere, & in imo corde ſentire; quàm eum, qui dorophagorum judicum, vel cauſidicorum confertiſſimas quasq; bulgas exenterantium tricis & cavillis ſemel aut iterum ceciderit lite.

5. Litigare igitur eſt res moleſta & damnoſa circa ſumptus, & ipſius cauſæ periculum, ait Tynd. *de compr. art. 2. num. 2.* quia hæc eſt prima, media, & vltima cautio litigiorum, de expenſis ſolvendis & inſumendis. *Auth. offeratur. C. de lit. conteſt. §. ſancimus. de exhib. Reis. in auth. col. 5. §. ne aut.* Vt verè dictum videatur, ſatis lucrari eum qui à li-
6. te diſceſſerit; Panorm. *in c. Quintacallis. de jurejur.* Thol. *lib. 47. Synt. jur. vn. c. 1. num. 12.* & ſæpiſſimè vſuveniat, litigatores, qui victoriam

cum

eum ſumptuum quoque adiudicatione reportarunt, tàm longis anfractibus vexatos, ac tot ſumptibus fatigatos ita affligi, vt lugendum potius ſibi eſſe putent, quod bonæ alioquin litis aut inſtituendæ, aut ſuſcipiendæ conſilium ab initio non abiecerint, quàm gratulandum, quòd tanto precio nudam victoriæ gloriam compararint: Ant. Fab. *lib. 9. Cod. tit. 22. p. 1150.* Pollet. *lib. 5. hiſt. for. Rom. c. 17.* vbi ait, maius compendium reportare, qui tempeſtiuè liti ceſsit, quàm ſi ſeculari potiretur victoriâ. Ioh. Pet. Ala maximo dolore quandoq; intellexit, vnum ex litigatoribus durante lite deceſsiſſe, ſuperſtitibus pupillis, qui propter imbecillitatem & imperitiam tota lite ceciderunt. Vnde multi litigatorum ad extremam paupertatem redacti, atque coacti ſunt patriam deſerere, vt inquit Hoſtien. *in Auth. vt diff.* 7.
iud. in pr. Blanc. *de comprom. q. 1. nu. 1.* quia propter lites efficitur quis pauper. *p. text. ibid. §. 1. vers. hac autem omnia.* Hier. Gonzal. *ſup. reg. 8. Canc. proœm. §. 7. nu. 12.* Et teſtatur commune Italorum proverbium:

Chi ſe vuol ben toſto impouerire,
Metteſi al murare, è piaitire.
Litiget, ædificet, qui vult citò pauper haberi.
Wer will ins Poure geſchlechte/
Der Maure viel/ vnd rechte.

Quod igitur leges neminem in paupertate vivere, neq; in anxietate mori permittant, *Nov. 1. cap. vlt.* hoc credendum, quoad Aſſeſſores, Advocatos & procuratores, nō verò litigatores. Chriſt. Ohem. *in diſc. jur. pol. c. 5. n. 106. l. non in arb. 4. §. ſin autem. C. de arbit.* Iaſ. *in l. quidam. 21. nu. 3. ſi cert. pet. Airer. p. 1. pr. jud. c. 1. obſ. 6. num. 12.* Vnde Vbertus Folieta Italus in quadam de cauſis Imperij Turcici ſurgentis, & Chriſtianorum occumbentis, diſſertatione; Iudicia, inquit, apud nos maioribus contentionibus maioreq; eloquentia, & longiore temporis tractu exercentur. Quare magnus ICtorum, oratorum, cauſidicorum; ſcribarum numerus, quibus ampliſſima prœmia & magnæ mercedes ſunt conſtitutæ, forenſiſq; opera & induſtria haud exiguam Chriſtianarum opum partem vtilius aliò convertendam ad ſe trahit. Non abſimili ſpe chymiſtarum, qui laborioſè quærunt lapidem, donec omnia dilapidaverint: Ita litigantes & ſe, & opes conterunt, donec triſtiſſimum litis eventum experiantur, & chymiſta- 8.

rum prœmium, nimirum extremam paupertatem ſentiant. *l. quod debet. ſi. de pecul. Vſyll. in conſt. Reg. ad cur. præs. c. 1. ſ. 19.* And. Knich. *in comm. ad jus Sax. c. 3. fol. 260.* Hering. *in tr. de fidei. c. 1. nu. 25.* vbi adducit Nov. *86. in pr.* quòd multi propter lites ad inopiam & egeſtatem redacti ſint. Auct. diſc. Vom Juſtitienwerck. *p. 16.* Das ſie gar an den
9. Bettelſtab gerathen. Hæc de ſumptibus, qui licet ſufficiant, nec quidquam faciunt ad terrendos litigatores improbos: Nihilominus terreant, moleſtia, labor, repulſæ, anfractus, cura faciens canos, etiamſi homo non habet annos, & alia, quæ litigantes devorare neceſſum eſt, non aliter atq; pillulas. Bodin. *lib. 4. de Rep. c. 6. num. 464.* Ayrer. *p. 1. proc. jud. c. 2. obſ. 3. nu. 4. per l fin. C. vbi in rem act. adde* Lemn. *lib. 2. de complex. c. 2. &* Schenck. *lib. 1. obs. med. rar. c. 1. c. nonnulli. 28. pr. ibi: vt Reus fatigatus laboribus & expenſis liti cedere, vel importunitatem Actoris redimere compellatur. de Reſcript.* Hier. Gonzalez *ſup.*
10. *reg. 8. Cancell. §. 7. prœm. nu. 11.* Omnibus in rebus moleſta eſt ſemper Expectatio. Polyb. *lib. 3. pag. 271.* Hering. *in eleganti & abſoluto tract. de fidei. c. 25. nu. 46.* At vbi magis expectare oportet, quàm in litigijs, teſtatur cotidiana litigantium querela, innuit *l. etiam. 15. vt legat. nom. cau. ibi: nonnullas moras exercitatio judicij habet. l. quod deb. 51. de pecul. l. fin. ad SCt. Turpil.* Ayrer. *p. 1. pr. jud. c. 2. obs. 3. nu. 3.* Ant.
11. Mar. Corat. *lib. 2. com. op. nu. 160. vbi ait, lites effici penè perpetuas.* Litigator igitur ſtatuat, melius eſſe habere reculam, quàm expectare rem litigioſam: potius ſumat pecuniolam oblatam repentè, quam expectantiam litigij plenam lentè, *vt in ſim. ait.* Duro di Paſc. *in aul. θ. 109. & innuit* Ant. de Guev. *c. 10.* im Hoffleuthwecker. quia ſecundum Accurs: melius vnum tene tene, quam centum cape cape, ſc. per litigium. Scot. Placent. *lib. 1. annal. p. 19.* Et hodierna ova ſunt craſtinis pullis meliora. *gl. in l. cum hi. de tranſact.* Neviz. *in Syl. nupt. lib. 4. num. 130.* quia futura, imprimis litigioſa, ad eſſe & non eſſe ſe habere poſſunt. Iaſ. *in l. Stich. nu. 2. de leg. 1.* Vnde veriſſimum eſt dictum Chilonis Lacedæmonij, aſſerentis: Comitem æris alieni LITISQVE eſſe MISERIAM cum aceto, vt ita loquar, Ein Mandat vber das ander/ ein Citation auff die ander/viel Botten im Hauß vnd vor dem Hauß/acht aber acht. Keller. *lib. 2. de off. jurid. pol. c. 8. p. 329.* Diog. Laërt. *de vit. Phil. lib. 1. p. 54. &* Plin. *lib. 7. c. 32.* Tholoſ. *lib. 2. de Rep. c. 6. nu. 14. & lib. 3. c. 1.* D. Hering. *tr. de fidej. c. 1. nu. 24.* Cic. pro Cæc. vſucapionem vt finem litium, finem ſollicitudinum vocat, quia litigatores turban-

tur

tur innumerabilibus ſollicitudinibus. Iuſtin. *in l. omnes. C. de Epiſ. & cler. ibi: turbulentam obſervationem prætorij, quæ immineat litigantibus.*

Vn litigante ha ogn' hora pene infinite
Viuendo e in purgatorio anzi viuendo
E Cittadin de la citta di Dite. h. e.

Litigans ſubjectus eſt pœnis infinitis,
Vivus in purgatorio, fit civis in civitate Ditū.

Ant. Mar. Spelt. *lib. 2. della pazz. dilett. c. 10.* P. Greg. Thol. *lib. 47 ſynt. c. 1. num. 12. & 13.* vbi litibus addit crucem, quod qui litigant, perpetuâ animi anxietate conficiuntur, quamdiu certant de victoria. Litigare enim nihil aliud eſt, quàm ſemper occaſionem dare ori ſuſpirandi, oculo plangendi, linguæ querulandi, menti ſe affligendi, pedibus ſe inquietandi, modò advocatum, modò procuratorem, modò notarium inviſendo, famulis imperandi, marſupio ſe exenterandi, adcò vt litigantes omnis vitæ tempus in tormento perpetuo conterant, nec exoptent quietem, licet videant poſſeſſiones vendi, mobilia oppignorari, tunicam pro pane dari, expenſas fruſtrà fieri, verba ventis committi, deniq; ſe in Noſocomia ferri, & deſperatos mori, vt emphaticè ait Ant. Mari. Spelta. *lib. 2. della pazz. dillett. c. 10.* Ita pulchrè Artemidorus, referente nobiliſs. politico. Dn. Eberhardo à Weyhe. forum judiciale & Advocatos viſos in ſomnijs, anxietates denunciare exiſtimabat. *alleg.* D. Hering. *tr. de fidej. c. 7. n. 597.* Thom. Garzoni. *diſc. 12. della piazz. vniu. p. 136.* Guevar. *in inſt. vit. aul. c. 10.* Ant. Sola. *ad conſt. Duc. Sabaud. & principatus Pede. rubr. de jud. gl. 1. verb. ob cauſarum civilium abbreviationem. nu. 4. & 5.* judicat lites eſſe 14.
quartum flagellum Dei, quod divitibus applicetur, qui peſtem fugiunt, fame ditescunt, bello triumphant; ſed ex litibus redduntur pauperes, ex pauberibus mendici. Barth. Muſc. *cl. 1. de ſucc. conv. memb. 3. num. 47.* Rebuff. *in pr. reg. de ſubrog. coll. gl. 1.* vbi lites vocat flagella omnium duriſſima. Hier. Gonzalez *ſup. reg. 8. Cancell. §. 7. proœm. n. 17.* quia litigium omnia afficit membra, marſupiū exēterat, è divitib. pauperes, ex hilarib. melancholicos, ex liberis ſervos, ex liberalib. & generoſis avaros & ſordidos, ex pacificis inquietos reddit. Spelta. *dict. li. 2. della pazz. dilletteu. c. 10.* Toma. Garzo. *diſc. 12. della piazza vniu. pag. 136.* Ant. de Guev. *in inſt. vit aul. c. 10.* Nullum homini maius im- 15.
pedimentum ad rectum rerum agendarum curſum ab rumpendum afferri

afferri poteſt, quàm lites & contentiones forenſes. Ioh. Gorop. Becan. *lib. 4. hierogl. p. 53.* Semper enim occupati ſunt litigatores notando accuſationes, notando terminos ad probandum, negando petitionem, recipiendo probationem, examinando teſtimonia, probando poſſeſſionem, ſignando relationes, citando partes, fabricando proceſſus, allegando judicem ſuſpectum, appellando à ſententia. Ant. Mar. Spelta. *lib. 2. della pazz. dilett. c. 10.* Tamaſo Garzoni *diſc. 12. della piazza vniu. p. 137. ibi: tutti loro intrichi.* Ant. Guib. Coſta *lib. qq. jur. c. 5. nu. 6.* vbi lites moleſtias & angores parere ait. Qui enim litigant, rapiuntur nonnunquam in profundiſſimas juris indagines, & exemplo Socratis philoſophantis ſunt in receſſu quodam mentis à corpore, atque anxij de aleâ litis ſuæ, ſpe metuq; ipſi ſibi ſuum cor edunt, quibus vt eſt apud Pacuuium: Lapit cor cura, ærumna corpus conficit. Fr. Pollet. *lib. 1. hiſt. for. Rom. c. 4.* Hinc aliud litium incom-
16. modum ſequitur, IACTVRA temporis, cum lites hodiè inter homines mortales, immortales eſſe ſoleant, vt ſupra diximus, & in ſpecie petitionis hereditatis libellum Anno 1555. 4. Sept. in Cam. exhibitum, Anno 1602. 10. Decemb. poſt 47. Annos, 3. menſes, concluſum, necdum judicatum eſſe, teſtatur auctor diſc. Vom Juſtitienwerck *p. 15.* Frid. *in præf. proc. Cam. lib. 1. §. at verò clamitant.* Dn. Pruckm. *cons. 15. num. 120.* At nulla major jactura eſſe poteſt quàm temporis.
17. Supereſt aliud litium incommodum, crebra juramenti præſtatio, cuius conditiò turpis dicitur. *l. non dubitamus. 20. de cond. & demonſt. l. quæ ſub. cond. 8. pr. de cond. inſt. L. illud. 25. §. 1. de conſt. pec.* Hen. Godē. *con. 85* At in litigijs jurandum de calumnia, malitia, veritate, credulitate & alijs, quæ cupiditate victoriæ facilè perjuria parturiunt, *vt inquit* Ant. Palazz. *p. 3. delgoverno. c. 23.* Ergò nec facilè jurandum, nec
18. temerariè litigandum. Litis enim eventus dubius, etiam in optima cauſa. *l. quod debetur. 51. vbi Caſtr. n. 2. de pecul. Iud. c. 4. gl. in l. Lucius 78. §. fin. ad SCT. Treb.* Soc. *in l ſciendum 15. §. ſi fundum. n. 3. qui ſatiſd. cog.* Paul. de Caſtr. *in l. in tempore n. 3. de pecul.* Ias. *in l. ſi filius. num. 39. de lib. & poſth. facit l. 1. de tranſact.* Lup. *in c. per veſtros. not. 4. §. 27. n. 33. ext. de don. int. vir. & vx.* Cæs. Contard. *ad rubr. n. 18. C. ſi de mom. poſſ. fuer. appell.* Wes. *con. 7. n. 6. & cons. 23. nu. 39. lib. 1.* Morla. *in emp. jur. p. 1. t. 4. q. 2. num. 8.* ait futurum litis eventum eſſe precio æſtimabilem. Et propter talem dubium litis eventum, & incertitudinem aliquid judicatur juſtum, quod alioquin injuſtum cenſeretur. *l. ſi eâ lege.*

lege C. de vſur. Alex *conſ. 42. vol. 1. nu. 10.* Dn. Reyger. *in theſ. jur. lit. L. n. 159.* Magna igitur litigantium ſtultitia eſt, quam deſcribit Ant. Mar. 19.
Spelta *lib. 2. della pazz. dilette vole. c. 10.* æquiparando luſorem & litigatorem, quia vterq; ſpem vincendi habet. Hac ſpe vanâ ducti litigatores, ſtultè vivunt, nec curāt adverſitates, rigorem judicum, ſuperbiam advocatorum, ambitionē procuratorum, ſordes notariorum, & avaritiam omnium qui lites tractant, inſtar ſanguiſugarum lucrū ſpectant, rodunt, devorant vſq; ad oſſa. Lites ſunt veluti ſeminarium 20
doli, inimicitiarum, diſſidiorum, calumniarum, & ſæpè delictorum. *c. dudum ext. de ſepulch. l. ſervus. 20. vers. ſed ſi aliqua. de O. & A.* Dec. *in l. quidam. 21. num. 3. ſi cert. pet.* Panor. *in c. cum ſuper. nu. 3. de off. de leg.* Neviz. *lib. 6. ſyl. nupt. num. 8.* Oct. Veſtr. *in pr. lib. 3. c. 1. n. 4.* Ant. Mar. Corat. *lib. 2. com. op. tit. 9. nu. 170.* P. Follet. *in pr. crim. verb. recipiantur. vers. etſi inimicitia.* Inimicitia enim capitalis præſumitur ex lite 21.
mota de omnibus bonis, aut majori parte bonorum. Maſc. *de prob. concl. 898. nu. 7.* Br. *in l. 3. §. vlt. nu. 4. & lib. 5. præſumpt. 43. n. 5.* Cravet. *conſ 31. n. 3.* Gram. *dec. Neap. 28. num. 5.* Anchar. *conſ. 26.* Barb. *conſ. 3. collat. 11.* Sic inimicitia capitalis inducitur ex lite ſeu causa pecuniaria magnæ quantitatis. Gram. *dec. Neap. 86. n. 11.* Et inimicitia ex lite orta præſumitur durare lite finitâ. Blanc, *tr. de ind. n. 133.* Hipp. de Mars. *ſing. 179.* Tib. Decian. *in pr. crim. lib. 3. c. 25. num. 25.* Proſper Farinac. *in pr. crim. q. 49. num. 6.*

Deinde lites ſunt maxima iræ, odij, & vindictæ incendia, quæ præparant homines ad arma, & effuſionem ſanguinis humani, vt ait Ant. Palaz. *p. 3. del gouer. c. 2.* Dio. Pru. *lib.* περὶ ἀπειστίας dicit, lites eſſe
bellum ſempiternum inter homines, quod gerunt inter ſe perpetuò 22.
omnes, neque indictum, neque ullis conditionibus aut fœderibus dirimendum. P. Greg. Thol. *lib 47. ſynt. c. 1. n. 10.* Et vt aiunt Græci, expedit μὴ κινεῖν ουκ εἰ μενον καμαρίναν ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων, μὴ κινεῖν κακὸν. h. e. vndam eſſe Camarinam, non enim tangere præſtat: nec movendum eſſe malum benè conditum. Quemadmodum enim Camarinæ fruticis rami commoti & cōcuſſi tetrum quendam odorem edunt: *vt notant. Steph. & Suidas.* ſic ex litibus. quò magis agitantur, eò majores inimicitiæ, odium capitale, & ſæpè cædes naſcuntur, multumque lucratur qui à lite diſcedit. Thol. *lib. 28. ſynt. c. 3. num. 3.*
Lites igitur cum ſint inteſtinum totius orbis bellum, impoſſibile 23.
eſt, vt Reſpublica litigijs plena dicatur felix, quin poti⁹ mille miſerias

patiatur, diſpendium temporis, paupertatem populi, maleficia, & alia incōvenientia, quæ lites vbertim adferūt, Palaz *d p 3. del governo. c. 23.* Plat. *de ll dial. 5.* Lites vbi multæ, & injuriæ multæ vbi ſunt, cives
24. inter ſe non ſunt amici. Reſpublica enim per lites conquaſſata læditur, & inſolubilium cauſarum, rixarum, & criminum occaſione moleſtatur. *l. 21. de capt. & poſtlim. revers. Nov. 18. c. 7. in f. l. ſervus 20. de O. & A.* Dn. Knichen. *de jure Sax. prou. neſc. verb jus. c. 3. n. 56. & ſeqq.* Barth. Muſc. *in tr. de ſucc. conv. claſ. 1. mem. 3. num. 49.* Heſiod. *in pr.* ἔργων teſtatur, per lites interpellari quietem, felicitatem, ſive pacem mortalium [ἡ μὲν γὰρ πόλεμόν τε κακὸν καὶ δῆριν ὀφέλλει] σχέτλιη. Hæc quidem bellum, malum & litem auget pernitioſa. Etſi vinculū publicæ concordiæ per lites non diſſolvatur protinus, ſaltem relaxe-
25. tur, & debilitetur. Ant. Fab. *lib. 9. Cod. tit. 22.* Vnde litigioſi ſunt in morib. diſtemperati, adulatores, proditores, detractores maledici, ſcurriles, ad ſuas inimicitias vilciſcēdas prōpti, vt eos deſcribit gl. *in pr. 46. diſtinct.* Ant. Piagg. *de tut. & cur. q. ult. n. 13.* Ariſt. *lib. 4. Eth. c. 6.* Litigioſi & moroſi ſunt, qui nullam ſibi rationem habere putant, ne
26. moleſti ſint. Sic auctor rixæ præſumitur, qui naturâ contentioſus eſt, & communiter lites excitare conſuevit, Der ſtenckiſch vnd zenckiſch iſt. Dd. *in l. 1. de qq.* Maſc. *vol. 2. concl. 1005. num. 55.* Gail. *1. obs. 109. num. 4. & ſeq.* Litigioſus homo, *ut ſcribit Plato lib. de Ente*, varium eſt animal, atque vt fertur proverbio, non alterâ manu duntaxat, ſed vtraq;
27. apprehendendus. Tol. *lib. 28. Synt. c. 3. nu. 2.* Sunt aliqui, qui putant litigatores omnium maximos eſſe peccatores, alij ſanctos putant, quibus SC. Sanciatur, quia inter 7. peccata mortalia litigantes tantum tria committunt. Ant. de Guevar. *in inst. vit. aul.* Tomaſo. Garzoni. *diſc. 12. della piazza. univerſ. pag. mihi 137.* Inter ſuperbos ſemper ſunt jurgia, *inquit Sal. prov. 15.* quia ſuperbus inſolita geſtit, conſuetâ faſtidit, magnum reputat ſi loqui dignetur, maximum ſi ſurgat, & amplexetur, amat primos diſcubitus in convivijs, ſalutationes in foro, non nomine perſonæ, ſed nomine fortunæ vult appellari, non vt homo, ſed vt Dominus vult honorari, ſed & ſublimis, incedit excelſus, vult ſibi omnes aſſurgere, ſingulos inclinare *inquit* Innoc. *3. in opuſc. de cont mund. lib. 2. c. 34. & 36.* Keller. *lib. 1. de offic. jurid. pol. c. 17.*
28. At quotum eſt inter hæc omnia, quod miſeris litigantibus accommodari poſſit? nonne prius aſſurgere, prius loqui, prius inclinare, prius ſalutare tenentur & judices & advocatos? nonne vt homines

nudi,

nudi, minimè vt Domini honorantur? nonne fortunam amplexantur. Superbia & faſtus perpetuæ quaſi nobilitatis pediſſequæ ait 29.
Bl. *l. per adopt. lect. 1. num. 2. de adopt.* Luc. de Pen. *in l. militum. pr. C. de decur. lib. 10.* Tiraq. *de nobil. c. 23. num. 2* Pruckm. *con. 2. num. 439.* At nobiles litigatores nonne Advocatos expectare coguntur, donec crapulam edormiverint, veſtiti aut pranſi ſint? nonne comitantur ad templum & curiam? nonne ſcrinia literarum portant? nonne coram ſcribis nudi ſtare coguntur, quibus in platea mendicantibus ne obulum ad reſtim darent. *inquit* Ant. Mar. Spelta. *lib. 2. della pazz. dilett. c. 10.* Hæc eſt litigantium ſuperbia, ne dicam ſuperlativa inſania, vexandi potius proximum, & vexari ab omnibus, quàm lite ſuperſedendi. Diſcant humilitatem & patientiam: ſic gratiam ſervabunt, & invidiam effugient. Dur. di Paſc. *b. 146.* quia ſuperbiâ hominum odium & invidia maximè conflatur. Fr. Senen. *de reg. & reg. inſt. lib. 7. tit. 9.* II. Illiberalitas excedit virtutem in avaritia, quæ eſt idolorum ſervitus, & omnium malorum mater. *§. 1. Auth. vt jud. ſine quoque ſuff coll. 2. c. avarit. ext. de prab. & dign.* Fr. Senens. *de reg. lib. 7. tit. 11.* H pp. de Marſ. *ſing. 190.* Neviz. *lib. 5. Syl. nupt. nu. 94.* In avaro enim ſimul concurrunt cordis duritia, inquietudo mentis, violentia, fallacia, perjurium, fraus & proditio. *Dur. di Paſch. reg. 160.* At litigantes non poſſunt dici avari, quia liberaliter nummos expendere 30.
& prehenſare coguntur h. e. Den furth zuvor privatim bereiten/munuſculis, honorarijs, vt interdum ne obulus pro ſolvendis vitæ neceſſarijs ſuperſit. Ant. de Guevar. in dem Hoffleuthwercker. *c. 10.* Tomaſo Garzoni. *diſc. 12. della piaz. vniu. pag. 137.* Keller. *lib. 2. de off. jurid. pol. c. 3.* Menoch. *lib. 2. arb jud. qq. cent. 5. caſ. 401. num. 2.*

> i Litiganti fanno la ſpeſa graſsa,
> Poi vn bezzo per ſcudo al fin ſi taſſa. h. e.
> *Litigantes magnos impendunt ſumptus,*
> *Sed in taxa obulum pro aureo reportant.*

Ant. Mar. Spelta. *lib. 2. della pazz. dilett. c. 10.*

III. Litigatores non poſſunt argui pigritiæ, quia pervigiles ocu- 31.
los, oculatas manus, inſomnes noctes, & curas admodum duras habent, modò ad hunc, modò ad alium circumcurſitando, ſollicitando. Ant. de Guev. *d. cap. 10.* Tomaſo Garzoni *diſc 12. pag. 137.*

Nec etiam luxuriæ, per quam Dæmones coluntur, *vt inquit*

Hieron. *c. in eo for. 32. q. 4.* quia tantum impenduntin jura, vt ex heſterno jure vix bolum edant absq; dolore. Ant. Spelta *lib. 2. della pazz. c. 10.* Guev. *c. 10. inſt. vit. aul.*

32. Litigantes maximè peccant irâ, livore, obmurmuratione. *Impedit ira animum, ne poſſit cernere verum.* Nam iſthæc ſi ferocius excanduit, hominem præcipitem rapit, adeò vt ab inſano & furioſo paululum quid abſit. Oculi, color, vultus, geſtus, vox, clamor, verba propè furentis atq; inſanientis hominis eſſe videntur. *Fr. Senenſ. lib. 4. tit. 16.* Ejusmodi ſunt litigioſi. Iraſcuntur judici, inſaniunt contra adverſarium, maledicunt advocatis, imprecantur leges, quoties reſcripta ex voto non correſpondent: ſi alterius litem dirimi vident, ſtatim invident & obmurmurant, quaſi judex collitigatori magis faveat, advocatus cauſam non rectè foveat, referēs minus diligenter legat, intelligat. Guev. *d. c. 10.* Tom. Garz. *diſc. 12. pag. 137.* ita vt murmuratio, & litigij tractatio conveniant.

33. Hæc ſunt litigantium peccata, quæ non raro infamia comitari ſolet, cum litigator continuus & redemptor litiū nequeat eſſe teſtis. *c. ſuſpect. c. nullus. 3. q. 5.* Steph. Aufrer. *de reprob. teſt. nu. 85.* Gilhaus. *in arb. jud. c. 6. q. 2. art. 1. n. 100.* AEgyptij decem plagis caſtigati fuerunt; ſed miſeri litigantes mille ſubijciuntur: quæ litigantium miſeria, non atramento, ſed ſanguineis lachrumis deploranda eſt, maximè inter Chriſtianos ipſis ethnicis litigioſiores. Ant. de Guev. *in inſt. vit. aul. c. 10.* Tomaſo Garzoni *diſc. 12. della piazza vniuer. p. 137.* Ant. Fab. *lib. 9. Cod. For. tit. 22.* Litigia enim apud nos nihil aliud quàm veſtigia mendacij, falſitatis, cupiditatis & avaritiæ, quibus inducti litigatores, aut totū factum negant, aut mutant, aut alterant, & ita lites accumulant. Palazz. *p. 3. del gouerno. c. 26.* Si non ob aliud, ob hoc ſaltem Heſiod⁹ ſemper nobis vel in manibus, vel in memoria habendus eſſet, quòd tàm inſigniter forenſium litigiorum damna depinxerit, cui qui non credit, is dignus eſt vt audire mereatur: παθὼν δὲ ὁ νήπιος ἔγνω.

Stultus poſtquam paſſus eſt cognoſcit.

34. Verum enim iſtud: ἴξον φεύγειν μὴ ζήλει δίκην.

Fugiens picem, quærat litem.

Quod Germani dicunt:

Der eyn Zimlichs außkommen hat /
Nicht gehet zu Recht / Gericht / noch rath /
Der weiß nicht wie wol ſein ſach ſtaht.

Adam Keller. *lib. 3. de offic. jurid. pol. c. 3. p. 646.* Litem namque incipere temerarium eſt: perſequi oneroſum, ſollicitudinibus & ſumptibus refertiſſimum opus, & cum poſsis, nolle pedem inde retrahere ſtultiſſimum aut impium. P Greg. Thol. *lib. 28. ſynt. c. 3. n. 2.* Maximè cum pari litigare ſive contendere anceps, cum ſuperiore furioſum, cum inferiore ſordidum. Sen. *lib. 2. de Ira. c. 34. quem ref.* Bl. *conſ. 218. n. 1. vers. quoad perſonas.* Vnde rectè Thom. Smith, *lib. 2. de Rep. Angl. c. 12.* eos cives Reipub. vtiles dixit, qui domeſticis negotijs invigilent, non qui formulas ſectantur, & textendis litibus incumbunt, homines quantâvis miſeria & incommodo digni.

Hæc de ſumptibus, moleſtijs, incommodis, damnis & publicis 35.
& privatis, peccatis, infamia, & alijs quæ lites adferunt, & litigatores ſufferunt paulò liberius dicta ſunto, vt prædicti litigia eò magis fugiant, execrentur, & deteſtentur, Alia plura damna vid. *p.* Rebuff. *in pr. in Reg. de ſubr. collitig. gl. 1.* Lud. Gomes. *in c. diſpendia. à num. 6. vsque 17. de Reſcript. lib. 6.* P. Montan, *de jure tut.* quæ omnium graphicè deſcripta videntur in Prætorio Mediolanenſi, his verbis: In controuerſijs cauſſarum capitales inimicitiæ oriuntur, fit amiſſio expenſarum, labor animi exercetur, corpus quotidiè fatigatur, multa & inhoneſta crimina indè conſequuntur: bona & vtilia opera poſtponuntur: & qui ſæpe credunt obtinere, frequenter ſuccumbunt, ac ſi obtinent, computatis laboribus, & expenſis nihil acquirunt. Nath. Chytræ. *in delit. itin. pag. 244.*

CAPVT V.

DE

Notatione, Definitione, Diſtributione & ſubdiſtributione litium.

SVMMARIA.

1. *Omnis doctrina à vocabulorum cognitione & definitione.*
2. *Vocabulorum neglectus rerum incertitudinem parit.*
3. *Definitio duplex, Nominis & Rei.*
4. *Litem alij à licet, alij à licio derivant.*
5. *Litem nonnulli à limite deducunt. Germ.* Marckſtein.
6. *Litem à Saxonico* Liden *dici coniecturatur.*

7. *Forum à ferendo, quod litigantes paſſivè habent.*
8. *Vaſallus à* Vaſelen / *Ligius q:* Lidigman *dicitur.*
9. *Etymologia non magnoperè attenditur.*
10. *Litigium formæ & pudicitiæ.*
11. *Controverſia dicitur ante litem conteſtatam.*
12. *Controverſia eſt moleſtia de facto.*
13. *Litis ſignificatio laxa & adſtricta.*
14. *Lis & actio pro eodem dicuntur.*
15. *Inſtantia incipit à litis conteſtatione.*
16. *Cauſa dicitur ante & poſt litem conteſtatam.*
17. *Lis mota & accepta quomodo accipiantur.*
18. *Lis ante conteſtatam litem catachreſticῶs.*
19. *Lis propriè dicitur conteſtatâ lite.*
20. *Lis conteſtata & judicium acceptum pro eodem.*
21. *Litis exordium eſt conteſtatio ejuſdem.*
22. *Synonima litium vocabula.*
23. *Cauſa à caſu dicta eſt facti ſpecies.*
24. *Iurgium & quæſtio quid ſignificent.*
25. *Vſus harum vocularum duplex.*
26. *Lis eſt jus quo perſequimur delictum.*
27. *Litium publicarum deſcriptio.*
28. *Litium forenſium diſtributio.*
29. *Lites feudales ſecundum ll. Lombard. deciduntur.*
30. *Litium civilium definitio & diſtributio.*
31. *Præjudiciales lites quæ dicantur.*
32. *Realium litium definitio & diſtributio.*
33. *Lites criminales an dicantur, & quæ ſint.*
34. *Litibus pluribus concurrentibus criminales terminandæ.*
35. *Lites temporales, ſpirituales, mixtæ.*

HVic litigioſo noſtri ſeculi malo, vt conſtituti Rerumpub. Medici & mollius & melius occurrant: operæ precium nos facturos eſſe exiſtimamus, ſi vocabulorum cognitionem & litium cauſas præmittamus, quibus cognitis ſecurior erit mali litigioſi cura.
1 Omnis enim doctrina ſive inſtructiva, ſive reformativa à vocabulorum cognitione & definitione incepit. Bl. *in l. libertinum. num. 5. C. de oper. liber.* Mant. *tr. de conject. ult. vol. lib. 1. tit. 1. nu. 1.* Ariſtot. *lib. 1. de cœlo.*

cælo.c.11. & lib.2. Soph. Elench. c.2. Cùm quia turpe eſt prius determinare, quàm terminos intelligere; tùm qu a natura ab elementis incepit. ergo & Ars. Angel. *conſ. 110.* Proſp. Farinac. *l.1.proc.crim.q. 36.num.1.& 2.* Ioh. Bapt. Mag. *de rect. patr. rat. p.1.c.2.nu.1.* Scalig. *exerc.359.ſect.1.* vbi ait, à nominibus auſpicandum, quia ſunt notæ paſſionum animi. Muret. *in orat.8. lib.1.* Bl. *in l. reprobari. de exc. tut.* Alex. *conſ.1.n.29.vol.3.* Oldr. *conſ.53.col.2.* Burſat. *conſ.258.n.1.vol.3.* Et neglectus vocabulorum, rerum parit incertitudinem, ſicut econtra intelligentia cognitionem. Oldend. *clas. 4 act. man.* Iac. Rick. *tr. de vni. prol. c.1. num. 1.* Rutg. Rul. *de Commiſſ. lib. 1.c.2.* War. de Erenb. *lib.1. de fæd.c.3. num.2. ex Plat. in Crat. l.1. de reb. cred. l.1. de furt. l.1.de I.& I.* Verba enim mentis conceptum ſignificant. Corn. *conſ.272. n.1.vol.4.* Alciat. *reſp.104.* Curt. jun. *cons.63. num.6.* Cravet. *con.161. num.12.* niſi nomen rei ſciveris, cognitio rei perit, *inquit* Neviz. *in Syl. nupt.rub. non eſt nub. num.171.* Iſ[illegible]r. *lib. 1. etym.* Sicut autem defi- 2.
nitio primum in omni arte præceptum; ita duplex: ὀνοματώδης Nominis, & πραγματώδης Rei, quorum illa continet etymologiam, & polyſimiam vocabulorum; hæc proprietatem rei oſtendit. Piccol. *in Com.pol.pag.1023.* Ariſt. *lib.2.poſt cont.72.* ἀρχὴ ἐςὶν πάντων. *Cic.1.off.* Muſc. *de juriſd. num.3.* Dd. *in l.2.§. app. de reb. cred. & conſulendo.* Decian. *cons.123.n.81.vol.3.* Pet. Fab. *2.ſemeſt. c.2.* Spann. *tr. de nov. op. nunc. num.136.* Nomen litium diverſi diverſimodè derivant: alij 4.
enim litem quaſi licet dicunt, mediâ literâ in T. mutatâ, eò quòd omnis concertatio ad licitum & illicitum ſe habet, vt effectus ad cauſam. Dn. Vultei. *lib.1. I.R. c.31. num.2.* Goed. *ad l.36. no.4. de V.S.* vbi ait Iſidorum à vero aberrare. Sed hac eâdem notationis ratione lis à licio derivari poſſet, quòd litis eventus ſit æquè dubius ac fragilis atq; licium, h.e. filum ſive ſtamen. Gell. *lib.16. noct. Att. c.10.* Adr. Turneb. *lib.3. adverſ. c.23.* Coras. *lib.7. miſcell. c.3. n.2. per l. quod debetur. ff. de pecul.* Alij litem à limite deducunt, quòd antiquiſſimæ & pri- 5.
mæ lites de limitib. ſive terminis in agro poſitis fuerint. *Germ.* Marckſtein/ qui foſſis etiam diſtingui ſolebant. Frontin. *de qualit. agror. c.1.* Montan. *de fin. reg. c.2.* Heig. *p.1. q.2. n 46.* Iſidor. *l.18.Etymol.* Borch. *tr. d. tranſ. c.3. no.3.* Gilhaus. *in arb jud. c.6. p.2. §. 10. n. 5. per c. forus. 80. § lis. de V.S. Auth. habita. C. ne fil pro pat. vbi Dd. l. arbor. 19. com. divid.* Vnde prima legum latrix Ceres fuit, quæ primò de finibus litigare incepit, vti refert Ioh. Oldelaph. *ad l. fin. n.88. de Rei vind. & alludit Virgil. 12. AEneid.*

Limes.

Limes agris poſitus litem vt diſcerneret arvis.

6. Nos litem à Saxonico Liden non incommodè dici conjecturamus, ſecundum vulgare apud Saxones litigantium veriverbium: Liden war ordell vnd Recht mitbringt. *Pſal. 9. verſ. pen.* in verſione Lobwaſſ. commendatâ à Sleidano *lib. 15. comm.*

Forder für dein gericht die Heyden /
Das Sie da recht vnd Vrtheil leiden.

fac. l. diem. 27. §. 2. ibi: æquo animo ferre debet. *de Rec. arb.* quia poſt litis conteſtationem à judicio recedere non licet, ſed ferendum. *l. 3. §. idem ſcribit. ff. de pecul.* Sic Itali:

Nel palagio, ogni perdita, ogni affanno
Sopporta in patienza vn litigante
Quando che ſia riſar credendo il danno.

In palatio omne damnum, omnem laborem
Fert litigans patienter per ſudorem,
Modò credat damni reſtituendum odorem.

Ant. Mar. Spelta. *lib. 2. della pazzia dilett. c. 10.* Ioh. Gorop. Becan. *lib. 4. Hierogl. p. 53. ait.* Latinos litem hoc concertationis genus vocare, tametſi ejus ſignificationis cauſam prorſus ignorent. Cimmerijs Lit, dolorem & tormentum notat: qua de re factum, vt graviſſimum hominis tormentum litem vocarint, quod qui neſcit, is
8. neſcit quæ vis ſit illius ſententiæ: ἐξὸν φυγεῖν οὐκ ἐθέλω δίκην. Hinc forum à ferendo dictum, quod habent magiſtratus activè, & litigantes paſſivè. Vult. *in l. 1. num. 7. C. de jurisd.* Gilhaus. *in arb. jud. c. 1. nu. 2.* Sic Iulianus apoſtata de Chriſtianis ὑμέτερον τὸ κακὸν παθεῖν: veſtrum eſt injurias perferre. Marcell. *lib. 22.* P. Greg. Thol. *lib. 47. ſynt. jur. vn. c. 1. n. 9.* Deniq; in ſimili, Vaſallum à Weſtphalico Vaſelen / Vnrecht guth vaſelt nicht / & Ligium qauſi Lidigman h. e. patientem ſibi dictum videri aiunt. Lud. Grempius. & D. Roſenthal. *tr. F. c. 2. concl. 4. num. 7.*
9. Bocer. *d. 4. diſp. feud.* Etſi verborum etymologia, vt ait Valla, plerumque ſit fallax & frivola, niſi fideli fundamento nitatur: attamen quoties interpretatione res de qua quæritur eget, aliquando, vt Quintil. ait, vſum neceſſarium habet. Parlador. *lib. 1. rer. quot. c. 14.* Ergò eligat, quam ſibi quiſque velit, notationem litium, quia non ſemper magnoperè conſideratur. Vasq. *lib. 3. illuſtr. controv. c. 3. n. 20.* Warem. de Erenb. *lib. 1. de fæd. c. 3. 39.* Non enim puerorum Reges, ſed leges ſequendæ, in quibus aſſequendis aliquando divinare licet. Zas. *in l. ſi*

duo.

duo.§. Marcel. *de jurejur.* Mar. Monter. *dec. 1. num. 48.* Bl. *in l. quoniam. C. de teſt.* vbi leges non ſubjacere Priſciano glorìatur. Hæc de notatione nominis litium.

Polyſimia & ſignificatio vocabuli litis duplex eſt, vna vulgaris, 10.
altera juridica. Vulgariter & frequentius litis vocabulum ſumitur pro rixa, jurgio, controverſia inter duos pluresve extra judicium mota. *l. ſervus. 20. ibi: rixa ex litibus & contentione nata. de V. O. l. 1. de jurej. l. 21. in f. de reb. cred. l. 1. §. 1. de litig. l. 25. §. ſin aut. 7. de petit. hered.* Gœd. *ad. l. 36. num. 3. & 4. de V. S.* Ovid. *lib. 2. de arte am. Dos eſt vxoria lites.*

Qui capit vxorem, litem capit atq; dolorem,
Qui caret vxore, lite caret atq; dolore. prov. 21.

Sic Romæ inſcriptum legi: Heu vxor etiam mortua litigas. Felicior Macrinus, qui cum vxore 39. annis vixit ſine jurgio, lite & offenſâ. Plin. *lib. 7. epiſt. ad Gemin. Camerar. cent. 1. medit. hiſtor. c. 51. in f.* Ovid: *Lis eſt cum forma magna pudicitiæ.* Cujus litigij dubitationes & deciſiones refert Henr. Kornmã. *tr. de jure virg. c. 99.* And. Schoeffer. *in diſp. Ienæ hab. de hoc. vers. c. 1. num. 7.* Ovid. *1. Metam.* Hanc Deus & melior litem natura diremit. Cic. *lib. 4. de Republ.* Non. Marcell. *lib. 5. de indi. gen.* Iurgium levior res eſt, ſiquidem inter propinquos diſſenſio, inter inimicos lis appellatur. Controverſia eſt, quando ali- 11.
quis moleſtatur ſive agendo, ſive excipiendo, ſive de jure, ſive de facto, ſive in judicio ſive extra judicium, etiam ante litem conteſtatam Dd. *in l. ſed ſi lege. §. ſi ante litem de pet. her. l. non ſolum. §. ſi ſtatum. de procurat.* Bl. *in l. cum poſtea per. text. C. de pact.* Alex. *con. 177. col. 1. vol. 5.* Corn. *cons. 65. vol. 4.* Caſtr. *cons. 25. col. 1. vol. 1.* Blanc. *de compr. q. 1. n. 8.* Vsq; adeo, 12.
vt & controverſiæ nomen moleſtiã, quã de facto quis alicui exhibet, complectatur. *gl. &* Dd. *in l. Lucius. §. tres. ad Trebell.* Alex. *l. clam. 6. n. 6. de acq. poſſ.* Dec. *reſp. 57. nu. 11. vol. 1. & reſp. 67. nu. 17. vol. 2.* Menoch. *rem. 1. recup. poſſ. num. 282.* Aldobrand. *§. item. ſi. nu. 6. Inſt. de exc. tut.* Bl. *l. cauſas. C. de tranſact.* Mar. *tr. de ord. jud. p. 5. nu. 68.* Mich Teuber. *q. 28. num. 6.* Dn. Pruckm. *cons. 41. num. 36. & cons. 50. nu. 215.* Hæc de 13.
vulgari litis ſignificatione. Iuridica iterũ duplex eſt, laxa & adſtricta, Laxa ſive generalis, eſt res quælibet controverſa in judicio vel extra. Varro. *lib. 4. de ling. lat.* Cujac. *obs. 9. c. 21.* Ferrar. *in præexcer. lib. 2. c. 1.* Adſtricta ſive ſpecialis ſignificatio litis, de quâ in judicio tantùm agitur. *l. liber. 31. §. litem. de neg. geſt. l. 3. §. ſi per. de act. empt.* Borch. *tr.*

14. *de jure j c. 1. nu. 23. & de tranſact. c. 3. n. 4.* Hæc ſignificat aut actionem ſive cauſam tam perſonalem, quàm realem. *l. 36. de V. S. l. 15. §. ſi prope. ad Turpil.* Vnde lis & actio pro eodem dicuntur. *l. lis. 4. de judic. l. cum ſervus. 104. de re jud.* Ferrar. *in form. lib. compr. verb. occas. n. 1. Addit. ad* Lanfranc. *rub. de caus. poſſ. & prop. pr. n. 2. & 3.* Bocer. *claſ. 5. diſp. 19, θ. 10.* Confer phraſes, litem eſse *l. 4. de judic.* litem audire, litem in judicium deducere. *l. ſi mater. 11. §. hoc. de except. rei jud.* litem æſtimare. *l. ſemper. 15. § hoc. 7, quod vi aut clam.* Litem inferre & liti ſe offerre quis dicatur, *vid* Myns. *4. Inſt. tit. 13. n. 1. & 2.* Cujac. *14. obſ. 30. pr.* Coſtal. *ad*

15. *ver. p. 2. ad l. 7. de R. V.* Aut lis ſignificat inſtantiam ſive judicium, quæ eſt actionis exercitatio à litis conteſtatione incipiens, in definitivam certo triennij tempore coarctata. *c. forus. de V. S. l. properandum. 13. C. de jud.* vbi vtraq; ſignificatio. *l. 2. C. de jur. cal. l. vn. C. vt in cert. temp. crim. quaſt. termin.* Donel. *l. 4. num. 6. C. de pact.* Zanger. *tr. de except. c. 1. n. 20.* Donel. *lib. 28. com. c. 3. pag. 433. lin: 21.* Bocer. *d. cl. 5. diſp. 19. θ.*

16. *11. & 12.* Vnde litis conteſtatio eſt initium inſtantiæ. Bl. Sal. Paul. Caſt. Alex. & Ias. *in l. properandum. 13. §. 1. C. de jud.* Franc. Pfeil. *conſ. 160. num. 78.* Sic cauſa accipitur pro inſtantia cum lis completa & ſopita eſt. *arg. l. 4. C. de pact.* Bl. *conſ. 105. n. 2. vol. 2.* Bartol. opinatur cauſam nominari ante & poſt litem conteſtatam, litem verò poſt litem conteſtatam tantum. Bt. *in l. cauſas. 16. C. de tranſact. per text. ibid. cauſas vel lites. l amplius. 15. Rem rat. hab. l. vinum. 22. de reb. cred. arg. Auth. qui ſemel. C. quom. & quan. jud.* Rob. Mar. *in Sp. p. 5. nu. 6.* Sed malè, quod pace tanti viri dictum ſit, & reſpondendum, particulas disjunctivas interdum copulativè proferri, vt hîc & *l. 4. C. de V. S.* ſicut è contra copula ET reſolvitur etiam in disjunctivam VEL *l. pen. C. de V. S.* Dec. *ad rubr. C. de ſent: quæ. pro eo quod inter. nu. 18.* Felin. *c. 2. n. 34. ext. de reſcript.* Ayrer. *p. 1. proc. jud. c. 6. obs. 1. nom. 7.* Zang. *de except. c. 1. num. 3.*

17. Deinde lis interdum dicitur mota; interdum accepta. Mota ſive controverſia, quando Reo in jus vocato libellus conventionis offertur. *l. 4. C. de pact. l. 1. C. de jud. §. vlt. Inſt. de pœn. tem. litig. l. non ſolum. 39. §. ſi ſtatim. 5. de procur. Nov. 112. §. 1. Auth. lit. C. de litig. l. pen. & vlt. C. de except.* Donel. *l. poſtquam lites. 4. num. 5. C. de tranſact.* Lanfr. *in rub. text. de cauſ. poſſ. & prop. num. 2. & 3.* Mar. *p. 5. nu. 64. p. 269.* Cujac. *9. obs. 21.*

18. At hoc facto lis nondum conteſtata, Ergò & ante conteſtationem

nem lis dicitur catachriſticῶs. Zang. *tr. de exc. c. 1. nu. 3.* Ferrar. *in form.*
lib. comp. verb. occaſione. n. 1. P. Greg. Thol. *lib. 47. Synt. c. 1. n. 20.* Dn.
Goed. *ad l. 36. n. 7. de V. S.* Bocer. *cl. 5. diſp. 19. θ. 9.* vbi ait, litem dici, an-
tequam collitigator in jus vocetur. Verius tamen eſt, litem propriè 19.
dici, cum facta ſit litis conteſtatio, & judicium acceptum. *l. vn. C. de*
lit. cont. l. 16. rem rat. hab. l. 1. C. de jud. Blanc. *de compr. q. 1. n. 6: c. ex*
parte. cl. 3. de V. S. Dd. in l. cauſas. C. de tranſact. vocant magis commu-
nem. Mar. *in Sp. p. 5. n. 64.* Cujac. *lib. 11. obs. 2.* Gail. *1. obs. 74.* Socin. *reg.*
295. Teuber. *q. 28. n. 7.* Frider. *de cont. cauſ. c. 5. n. 3.* quicquid dicat. Al-
ciat. *2. diſp. 24.* Lis enim tùm primùm moveri dicitur, quando con-
teſtatur. *c. ex parte. 2.* quo velut ad anchoram recurſus eſt. *de V. S. vbi*
gl. Ab. *& alij com.* Antea verò non quidem lis eſt, ſed potius præpara-
menta quædam ad litem ſunt. Abb. *in c. ſuper quæſtione. de off. deleg.* in
quam ſen. Bl. venuſtè loquitur *in l. vn. §. ſimili modo 3. C. de Lat. lib. toll.*
figuram judicij propriè dici à litis conteſtatione incluſivè, ſed ante
litis conteſtationem propriè non dici figuram judicij, quia nondum
ſit judicium, ſed judicij præludium. Fr. Pfeil. *con. 160. nu. 18.* Ratio II. 20.
quia lis conteſtata, & judicium acceptum pro eodem dicuntur. *l. cum*
31. pr. de reb. cred. l. 2. de vſur. l. 40. pr. de pet. hered. l. propter. 20. de R.
V. l. 1. C. de jud. l. 15. rem rat. hab. At judicium à litis conteſtatione in-
cipit, & nullum judicium ante litis conteſtationem. Ergò etiam lis
propriè dicitur poſt judicium cœptum ſive litem conteſtatam. *l. 1. C.*
de judic. Nov. 112. c. 1. pr. Gail. *1. obs. 74. nu. 2.* Cujac. *lib. 14. qq. Papin. p.*
364. col. 2. Donell. *lib. 23. commen. c. 1. p. 2. lin. 34. & lib. 24. c. 3. p. 49. &*
ad l. 4. n. 2. C. de pact. Deinde litis conteſtatio à ICtis vocatur litis ex- 21.
ordium. *c. ſuper. 27. vbi gl. verb. litis. de off. & pot. jud. deleg. & ibid. Felin.*
num. 6. quod communiter approbatur à Legiſtis. *in l. properandum. C.*
de judic. l. vn. C. de plus pet. ibiq. gl. verb. inchoatam. l. cum fundus. 31. de R.
C. l. ædiles. 25. §. item ſciendum. de AEdil. ed. Non quod ab eo controver-
ſia, ſed lis primum incipiat. *arg. c. ex parte. 30. de V. S.* Dn. Obrecht. *diſp.*
3. de R. V. θ. 151. & tr. de conc. & form. lib. c. 18. no. 22. Fr. Pfeil. *cons. 160.*
num. 18. Donel. *in l. edita. no. 17. C. de edendo.* And. Kohl. *exer. 14. nu. 5.*
Hæc de polyſimia.

Synonyma litium vocabula ſunt cauſa, quæſtio, actio, jurgium, 22.
diſcordia, controverſia. Zang. *tr. de excep. c. 1. num. 1.* Itali contraſti,
piati: Galli *plaidories:* Batavi platen: Germani Rechtshändel/Streit/oder
ſachen vocant: Angli Pleas, & placitare pro litigare Thom. Smith. *lib.*
2. de Rep. Angl. c. 9.

23. Cauſa à caſu dicta, negotium controverſum ſignificat, & à nonnullis facti ſpecies nuncupatur, aut materia judicij, ſuper qua judicium radicatur. *l. poſtquam. 3. C. de pact. t. t. C. ne lic. in vna. ead. ca. c. forus. 10. ext. de V. S.* Schwartzenthal *lib. 1. proc. jud. c. 4. n. 3.* Lancell. *lib. 3. inſt. can. Mar. p. 2. num. 14.* Calvin. *lib. 1. proc. jud. c. 5. in coron. num. 2.* vbi tot cauſarum diſtributiones facit, quot ſunt ſpecies rerum in judicium deductarum. *l. petitor. de lib. ca.* Br. *in l. imperium. de juriſd.* Schwartzenthal *d. l. 1. c. 4. n. 4.* aliàs cauſæ vocabulum πολύσημον. Briſs. *in Lex. lib. 3. de V. S. verb. cauſa.* Zanger. *d. c. 1. n. 2.* Sed hic cum Cicerone cauſam definimus rem ipſam, in judicium deductam, tàm ante, quàm poſt litis conteſtationem, vbi tenent communiter ſcribentes *teſte* Dec. *in rub. de jud. n. 4.* Curt. jun. *in l. more. no. 83. de juriſd.* Mandos. *ad cons. Rom. con. 412.* Hinc cauſidici, qui cauſas ſive lites tractant in judicio *l. quisquis. 6. C. de poſtul.*

24. Iurgium dicitur quaſi juris garium, eò quod qui cauſam dicunt, jure diſceptant. *c. forus. gl. verb. jure diſcep. de V. S. Cic. 4. de Rep.* Si jurgant, *inquit*, benevolorum eſt concertatio, lis inimicorum, & non jurgium dicitur eſſe. Ioh. Bap. Magon. *de recta patr. rat. p. 2. c. 46. n. 4.* Quæſtio hic accipitur pro dubitatione. Nam ante dijudicationem, cauſa & lis in judicium deducta dubia eſt. *arg. l. quod debetur. 51. de pecul. & l. Lucius 78. §. fin. ad SCt. Trebell.* Zanger. *de except. c. 1. nu. 4.* vbi

25. omnia litis, cauſæ, quæſtionis vocabula generaliter accipit. Vſus in his ſynonymis litium voculis eſt ſingularis, vt ſi ſtatuto caveatur, quod cauſæ ſuſpendi debeant, ſi advocati ex cauſa publica abſint: aut ſi quis pro auctore promittat refundere expenſas, ſi in cauſa, lite, quęſtione aut controverſia ſuccumbat: an ſtatuto vel ſtipulationi locus ſit, ſive ante ſive poſt litis conteſtationem advocatus abſit, aut abſolutio fiat vel à tota cauſa, vel ſaltem ab inſtantia? certè ſtatutum vtroque caſu obtinebit ex ſuperiori litigioſarum vocum enucleatione. Ioh. Bapt. Aſin. *in pr. jur. civ. §. 1. c. 1. num. 16.* Zanger. *de except. c. 1 n. 6.* vbi alium ſubijcit vſum, vt dijudicetur, quando inducatur vitium litigioſi, & litis pendentia. Felin. *in c. ſuper. 27. col. 4. num. 6. de off. deleg.* Sic quæſtio cum ſit prolata à lege, dicitur tantùm lite conteſtatâ: ſecus, ſi proferatur ab homine. *l. 2. & 3. C. fin. reg.* Br. *in l. amplius. ff. rem rat. hab.* Blanc. *de compr. q. 1. num. 7.* Vnde infertur, ſi illa verba, lis vel quæſtio reperiantur in ſtatuto, non poſſe quem arctari ad compromittendum, niſi lis eſſet conteſtata, cum de proprietate illorum verborum.

borum non dicatur verificari ſtatutum niſi lite conteſtatâ. Cuman. *conſ.17. Blanc. d. q.1. nu.7.* Hæc de Synonymis, nunc ad definitionē.

Lis eſt Ius, quo perſequimur id quod nobis debetur. *uti definit* 26.
Marcell. Cala. *tr. de mod. art. & prob. gl.1. num.13. per l. litis nomen.36. de V.S.* vbi lis ſignificat actionem, *& dicit ibid. gl.* ſive intentatam, ſive intentandam *h.e.* ante litem conteſtatam, & poſt. Reig. *in theſ. jur. lit. L. num.158.* At actio eſt jus perſequendi id quod nobis debetur. Ergo iiſdem verbis quibus deſcribitur actio, lis definienda erit. *§. 1. inſt. de act. l. nihil aliud. de obl. & act.* Cic. *lib. Rhet. ad Heren.* Oldelaph. *ad l.f.n.312. de R.V.* quia vtraque eſt filia obligationis, quæ litem parit. Bl. *in l. edita.n.7. lect. 1. C. de edend. l. licet. §. ea obligatio. de O. & A.* Setzer. *tr. de juram. lib.5.c.7. num.4.* litem vocat rem in judicium deductam, vel id quod intereſt. *t.t. de in lit. jur.* Sic ll.12.tab. Rei vel Litis arbitrorum tres dantur. Hæc de definitione, ſequitur diſtributio.

Sicut autem lites ſunt variæ, ita etiam variè & diverſimodè di- 27.
ſtribuuntur. Nos omnium primò lites in publicas & privatas partiemur. Lites publicæ ſunt, quæ ſtatum Reipub. potiſſimùm concernunt extra forum: non eo modo quo judicium publicum dicitur, in quo de causâ publicâ, publicæ vtilitatis tuendæ, ac conſervandæ gratiâ in foro diſceptatur. Vult *lib.2. I.R.c.25.n.1. l. infamem.7. & t.t. de publ. jud. l.1. & 3. de prævar.* aut jure canonico, quo omnia litium judicia dicuntur publica. *Clar. lib.5. ſent. §.1. vers. hæc tamen. gl. in c. infames.6. q.1.*

Lites privatæ ſive forenſes, quæ in judicio tractantur. Eæq; feuda- 28.
les, civiles, criminales, mixtæ. *§. in ſumma.11. ibi: criminaliter agere vel civiliter. Inſt. de injur. l. fin. C. eod.* Ang. *conſ.257. c.3. q.11. can.3. §. hoc autem.* Maſcar. *vol.1. de prob. concl.463. num.2. & vol.2. concl.898. nu.10.* Borch. *lib.4. l. tit.4. fol.339.* Schneid. *lib.4. I. tit.1. num.8.* Accurs. *in l.3. de ſepulch. viol. vbi* Ias. *num.11.* Seb. Sapia. *ad l. imp. num 17. de jurisd.* Curt. jun. *ad rub. de jud. num.18.* Dec. *in l.2. num.41. C. de edend.* Clar. *§. fin. q.1 num.2.* Vult. *vol.1. con. Ac. Marp.15. num.38.* Mar. *in ſpec. diſt.1. num.3.* Afflict. *conſt. Neap. lib.3. num.33.* Concen. *lib.1. qq. jur. c.7.* Menoch. *de arb. jud. quaeſt. cas.265.* Kirch. *cent.1. com. op. concl.58.* Soc. jun. *conſ.99. lib.2.* Bertach. *conſ.247. lib.3.* Zas. *conſ.29. lib.1.* Delrio *in rep. l. tranſigere. num.13. C. de trans.* Myns. *reſp.20. num.2. & ſeqq.* vbi 29.
mixtas addit, participantes de civili & criminali. Lites feudales à merè civilibus diſtinguuntur, quia ſecundum conſuetudinem Longobar-

 dorum,

dorum, & mores Italiæ decidi debent. Laur. Sylva. *de feud. cogn. q. 2. num. 57.* Heig. *p. 1. q. 1. num. 66. 2. Feud. 1.* vbi textus feudalis pro lege in ſua litium materia. Weſem. *cons. 93. num. 2.* Vigel. *in meth. feud. c. 1. reg. 3.* Obrecht. *diſp. feud. 1. θ. 58.* Fachin. *lib. 7. cont. c. 2.* Menoch. *in tr. recup. poſſ. rem. 15. nu. 562.* vbi ait, has conſuetudines per multa ſecula approbatas, & longo vſu obſervatas eſse: Mich. Graſs. *lib. 2. com. op. verb. feud. q. 11.* ſecundum quas extra imperium Romanum in Italiâ, Galliâ & alibi lites deciduntur. Guid. Pap. *dec. Grat. 180.* Boer. *in cons. Bitu. de feud. §. 3. gl. 1.* Weſemb. *in proœm. feud. num. 4.* Vult. *lib. 1. de feud. c. 1. num. 6.*

30. Lites civiles ſunt, quando per viam actionis ad commodũ privatum parti litiganti applicandum agitur. *l. licita §. quod illicitè. de pub. & vectig.* Mar. *diſt. 1. num. 2. p. 4.* Sapia *in l. imperium. nu. 17. de jurisd.* Boer. *dec. 309. n. 2.* Rob. *4. ſent. 9.* Gail. *1. obs. 65.* Zang. *de except. c. 1. n. 8.*

Lites civiles ſubdiſtribuuntur diverſimodè, in ordinarias: quæ ſecundum ordinarium juris proceſſum tractantur. Et extra ordinarias quæ ſine longo litis ſufflamine peraguntur. Zang. *de except. c. 1. n. 17.*

31. Lanfr. *in pr. jud. c. 12. nu. 16.* Perſonales & Reales. Perſonales: quando quæritur de alicujus ſtatu aut obligatione, quæ dicuntur etiam præjudiciales, ne liti jam motæ per novam & alteram litem præjudicium fiat. *gl. in l. 1. §. 1. de R. V. l. 1. §. 1. fam. erciſc. l. fin. C. de pet. her.* Reyg. *diſp. 4. proc. jud. θ. 24.* Konig *in pr. c. 43. num. 4.* Major enim lis ſive quæſtio minorem ad ſe trahit, ſeu prius judicandum de lite ſive quæſtione majore, quàm ad minorem perveniatur. *l. ſcio. 4. de in int. reſt. l. rei mai. 21. de except.* Crav. *cons. 280. vol. 2.* Fulv. Pacian. *lib. 1. de prob. c. 58. nu. 73.* P. Frid. *lib. 3. de cont. cauſ. c. 10. nu. 14.* Zang. *de except.*

32. *p. 2. c. 9. n. 4.* Reales ſunt: quæ ratione dominij intenduntur. Suntq; rurſum petitoriæ, quando res vindicatur, aut poſſeſsoriæ, quando de nuda & ſola rei poſſeſſione litigantes diſceptant. *l. locatio. 9. alias incipit licitatio §. quod illicitè. de pub. & vectigal.* Vult. *lib. 2. c. 25. n. 11.* vbi notandũ, quod lites in petitorio inchoatæ abſorbeant poſſeſsorium nunc movendum. Aldobran. *int. dec. Rot. Rom. omniũ. noviſſime. p. 2. dec. 269. n. 5. per. c. cum dilectus. ext. de cauſa prop. & poſſ.* Ioh. Vincen. Honded. *con. 9. num. 40. vol. 1.* Goed. *vol. 3. cons. Marp. 32. num. 22.*

33. Lites criminales minimè dici dicit Muſcor. *tr. de jurisd. n. 76. & 139.* Sed contrarium nobis eſt verius, lites etiam criminales dici. Goed. *ad. l. 36. num. 5. de V. S.* Cujac. *lib. 9. obs. 21.* Heig. *p. 2. q. 11. n. 8.* Germ. Peinliche ſachen.

Suntq;

Suntq; lites criminales, quæ delicta vindicant publicè, h. e. quoties pæna corpori delinquentis atq; litigaturientis infligitur: vel pecuniaria fiſco applicatur. *gl. in l. 2. pr. de ſepulch. viol.* Duar. *1. diſp. c. 35.* Charon. *lib. 3. πιθ. c. 9.* Robert. *lib. 4. ſent. jur. c. 9.* Zang. *de except. c. 1. nu. 8.* Vult. *2. I. R. 19.* Mar. *diſt. 1. nu. 2. p. 4.* Blanc. *in pr. crim. p. 5. nu. 158.* Boer. *dec. 349. nu. 2.* Menoch. *2. de A. I. Q. caſ. 265. nu. 4. Myns. reſp. 7. nu. 9.* Gail. *1. obs. 65. & 1. de P. P. c. 15. nu. 24.* Rulant. *p. 1. de commiſſ. lib. 2. c. 3. nu. 7.* priores explicat lites, ſo leibſtraff auff ſich tragen / poſteriores welche keine leibſtraff auff jhn tragen. Cammerger. Ord. *p. 2. tit. 28.*

Vſus hujus diſtinctionis, quòd ſi plures lites in vnum judicium coincidant, prius criminales quàm civiles ſunt terminandæ. *l. pen. & ult. C. de ord. jud.* Cujac. *2. obs. 25.* Fachin. *1. cont. 43. in f.* Sicut & lites poſſeſſionis prius decidendæ quàm proprietatis. *l. 37. de jud. l. 3. C. fin. regund.* Myns. *§. præjudiciales nu. 17. Inſt. de act.* Treutl. *vol. 1. diſp. 12. §. 13.* Sic lites civiles, quando graves & arduæ ſunt, ſapiunt naturam litium criminalium, quibus æquiparantur Bl. *in l. parentes. C. de teſt. per l. propter litem. 21. §. 1. de excus. tut.* Zang. *tr. de except. c. 1. nu. 15. & ſeq.* vbi explicat quæ lites ſint arduæ ex Ioh. Bapt. Aſin. *in pr. cr. §. 1. c. 6.* 34

Vtræq; lites civiles & criminales, rurſum ſubdiſtribuntur in temporarias, & ſpirituales. Spirituales dicuntur: quandocunq; agitur de aliqua re ſpirituali vel annexa ſpirituali, vt eſt jus patronatus, Das Kirchen lehen. Ab. Pan. *in c. conſulere. 38. de Simon.* Mar. *p. 3. diſt. 3. nu. 7. per. c. quanto. 3. de judic.* Zang. *d. c. 1. n. 14.* Deniq; lites mixtæ dicuntur, in quibus quilibet litigator & Actor & Reus eſt. *l. judicium 10 ff. fin. reg. l. inter cohered. 44. §. familiæ. ff. fam. erciſc.* Zang. *d. c. 1. nu. 9.* vbi tres alios litium mixtarum modos refert. Hæc de notatione, definitione, diſtributione & ſubdiſtributione litium. 35

CAPVT VI.

De cauſis litium publicarum.

SVMMARIA.

1. *Vt morborum cauſæ, ſic & litium cognoſcendæ.*
2. *Lites publicæ quæ: ſeditio publicæ quietis perturbatio.*
3. *Querela de Europa litium publicarum pleniſſima.*
4. *Rebellio, conjuratio, factio, conſpiratio & c. quid.*

Cauſa

5. *Cauſæ litium publicarum ex parte magiſtratus & ſubditorum.*
6. *Religionis diſsidium præcipua litium Europæarum cauſa.*
7. *Litium publicarum exempla in Galliâ, & Belgijs.*
8. *Speciales litium theologicarum causæ.*
9. *Dominari conſcientijs peccatum, vbi de pace Religionis, an ſublata.*
10. *An politici Chriſtiani, & litium publicarum auctores?*
11. *Theologi diſputando intempeſtivè lites publicas movent.*
12. *Monachi magis fisci, quàm Chriſti officiales.*
13. *Iurisdictio eccleſiaſtica litium publicarum cauſa.*
14. *Imperium Romano-Teutonicum Deum & Enſem agnoscit.*
15. *Pontifex reges exauctoravit, & publicis litibus occaſionem dedit.*
16. *Iesuitæ litium publicarum tubæ, quod exemplis probatur.*
17. *Pontificis poteſtas Methaphyſica in opinione.*
18. *Romanenſium intentio vt omnia litibus publicis involvant.*
19. *Proteſtantes non excusantur à litibus publicis.*
20. *Criminandi licentia publicas lites gignit.*
21. *Litium publicarum cauſa mala juſtitia adminiſtratio.*
22. *Avari, inopes, obærati, delinquentes, ſubiecta litium publicarum.*
23. *Sicut & ambitioſi, Vbi belli incommoda attinguntur.*
24. *Encomia pacis, quam juſtitia operatur.*
25. *Subditorum oppreſsio & exactio litium publicarum causa.*
26. *ICti principibus nimis exigentibus abblandiuntur.*
27. *Princeps nec ex plenitudine ſubditis quid auferre poteſt.*
28. *Novæ inventiones extorquendi damnantur.*
29. *Brevis exactorum malitioſorum deſcriptio.*
30. *Litium publicarum cauſa indulgentia, negligentia, æmulatio &c.*
31. *Invidia, ambitio, diſcordia, litium publicarum cauſa.*
32. *Clades pub. & contemptus plerumq; lites movent.*
33. *Conciliabula occulta ſunt litium publicarum initia.*
34. *Hanseatica ſocietas defenditur contra quosdam.*
35. *Excellentia paucorum inter multos litem parit.*
36. *Sententia 4. Philoſophorum de Regni mutatione.*
37. *Converſationes Italo Gall Hiſpan. fructus.*

1. SICVT medicorum eſt malos humores è corporibus expellere & evellere: ita Regentium iniquos rerumpub. morbos tollere, & provincias in ſtabili tranquillitatis ſtatu continere. *l. congruit de off.*

aſſ.praſ. Ioh. Ant. *Zauat. de prax. Medio.nu.19.* Scip. Am. *lib. 3. diſc.2.* vbi politicum cum medico comparat, & ait: la prima ſufficienza del valente medico è conoſcer il MALE del infermo. Galen. *2.meth.* medicorum proximum, vt cauſas malorum cognitas habeant. Galen. *2. nat.fac.c.9.* Ariſt. *10.Meta.c.1.* Lucret. *lib.3.* negat rectè curari affectus animi,

propterea, cauſas morbi quia non tenet æger.

Ergò præmiſſis litium præambulis, exemplo medicorum prius veras litigioſi morbi cauſas indagemus, & exemplo agricolarum, antequam de remedijs litium diſcurramus, peſſima earundem ſemina averruncemus, vt fertilior ſit tractationis ager. Hoc niſi fiat, Reformatio litium & litigioſorum proceſſuum æquè procedet, ac cura vlceris, antequam corpus integrum purgetur, & principalis cauſa curetur, vt loco vnius duo reſurgant: ita invētâ lege inveniatur fraus legis, & durante cauſa proceſſus vt brevior fiat, verendum ne duplo plus longior reddatur, vti ex receſſib. viſitationum & memorialibus conſtat, procuratores in Camera feciliter damno litigantium attentaſſe. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p.21.*

Diſtribuimus autem lites in publicas & privatas. Publicæ ſunt, 2.
quæ ſtatum Reipub. potiſſimùm concernunt, & evertunt; vt bella civilia, ſeditiones, conſpirationes, conjurationes, factiones, proditiones hoc malitioſo ſeculo frequentiſſimæ; ſecundum illud.:

Verretherey / Krieg / Auffruhr / Zanck /
Geht durch die Welt in vollem ſchwanck.

Ideoq; cauſæ earundem litium publicarum, definitione præmiſſa, diligentius indagandæ, & præmittendæ, vt optumis medijs atque remedijs præcaveri poſſint. Seditio dicitur, quaſi ſeorſum itio, quia per eam homines in diverſum vadunt, & alios trahunt ad lites, & malitias in populo excitandas. CCræ. *in c.decet.de immun.eccl.* Boſs. *tit.de crim.Leſ.maieſt.num.19.* Decian. *tr.crim.lib.7.c.7.num.16.* Vnde nihil aliud eſt quàm publicæ quietis perturbatio. *l. 1. & 2. C.de ſedit.* Foller. *in pr.crim.num.20.* Decian. *d.lib.7.c.7.num.16.* vbi ſeditioſum vocat, qui diſſenſiones animorum facit, & diſcordias gignit, ſeu qui tractat facere novitatem vel proditionem, aut mutationem civitatis, faciendo rumorem in populo. Bl. *conſ.59.vol.1.* Der im Volck ein auffruhr/oder aufflauff machet. Atrociſſimum certè delictum, & tyrannide nihil inferius: imò crimen læſæ maieſtatis, quod paulatim veluti 3.

tabes quædam totam infecit Europam. *v. l. 1. §. 1. ad Iul. maieſt.* Dec. *in tr. crim. c. 19. num. 2.* Gig. *de crim. læſæ maieſt. lib. 1. q. 44. num. 1.* Damh. *in pr. crim. c. 62. num. 2.* Sicut eiusmodi motus ſeditioſos, proditorios litigioſos, hoc vltimo ſeculo, & quidem noſtrâ memoriâ ſenſit & adhuc ſensit Succia, Polõia, Moſchovia, Dania, Vngaria, Bohemia, & dulciſſima noſtra Germania, ſeditionum & litium publicarum pleniſſima. O homines iniquos, qui Reipub. ſtatum interturbare, quietem inquietare, milites ad tumultum concitare, & turbulenter clamare audent, arma, arma. Boſs. *tit. de crim. læs. maieſt. num. 17. in f.* Decian. *tr. crim. lib. 7. c. 7. n. 21.* Farinac. *p. 4. opin. crim. q. 113. n. 184. & ſeq. per l. capitalium. §. ſolent. ibi: turbulentis populi acclamationibus ſe*
4. *accommodant. de pæn. l. 2. C. de ſeditios.* Huic conjuncta eſt vt plurimum Rebellio, conjunctio, & confœderatio hoſtiliter facta. Tib. Dec. *lib. 7. c. 6. n. 24.* Bocer. *diſp. 11. th. 15.* Eſtq; Rebellio ſubditorum adverſus eos qui jurisdictioni præſunt ſeditioſa contumacia. *l. 1. C. de ſeditios.* Nebel. *diſp. 29. th. 2.* Vult. *r. I. R. c. 47.* Rebellis dicitur qui rebellionis opera facit, & principi reſiſtit. Br. *in extrav. qui ſint rebell. n. 1. & 4.* Socin. *conſ. 121. n. 2. lib. 4.* Decian. *lib. 7. c. 32. nu. 1.* Fab. Anna. *conſ. 67. n. 9.* vbi, quod rebellis eſt iſte, qui imperio aut reipublicæ reſiſtit in pertinentibus ad ſtatum. *Germ.* Mütemacher / quaſi reliquis animum addens. Conjuratio eſt plurium contra aliquem in vnum juratio. Zabarel. *clem. paſtoral. num. 2. de ſent. & re jud.* Gig. *de crim. læſæ maieſt. lib. 2. q. 22. n. 2.* Decian. *d. lib. 7. c. 7. n. 1. & 2. Germ.* Eydtgenoſſenſchafft. Conſpiratio eſt confœderatio inter aliquos in præjudicium principis vel alterius. Mart. Laud. *tr. de cr. læſ. mai. q. 16.* Gig. *d. q. 22. n. 5.* Hodie communiter factio dicitur, quæ nihil aliud eſt quàm conſpiratio. *l. quisquis. C. ad l. Iul. maieſt. vbi gl. verb. factionem. c. ſi quis. vbi* CCræ. *6. q. 1.* Farinac. *p. 4. op. crim. q. 113. per tot.*

5. Cauſæ eiusmodi publicarum vel ſunt à parte magiſtratus, vel ſubditorum. Ex parte magiſtratus pullulat illud malitioſum litium, & litigioſum ſeditionis malum, quoties aut Religio violatur, aut regimen Reipub. ILSTATO non rectè gubernatur. Georg. Schonborn. *lib. 7. pol. c. 13.*

Nihil tàm voluntarium quàm RELIGIO: in qua ſi animus aversus eſt, jam ſublata, jam nulla eſt. Lactant. *lib. 5. c. 14. idem Luth. tom. 3. fol. 303.* Gott gefallen gezwungene dienſt nicht. Cromer. *lib. 2. hiſt. Polon.* nihil æquè valere ait ad moderandas ſtabiliendasq; republicas quàm

Religionem

Religionem. Divos caſtè adeunto, pietatem adhibento, jubet L. XII. tabb. Aym. Reval. *lib. 2. hiſt. jur. p. 36.* Lancell. *de off. præt. c. 1. num. 4:*

Religionis ergò diſſidium, prima & præcipua litium publicarum cauſa eſt, quâ omnis Europæorum regnorum ſeditiones ab annis 65. & circiter originem traxerunt. *Anct. conſ. de recup. in reg. Pol. pace. p. mihi 3.* Sic ob religionem violatam ſæpiſſimè hoc exulceratiſſimo ſeculo exulcerantur hominum animi ad ciendam ſeditionem atq; litem publicam, vti plebs Conſtantinopolitana ob impietatem Anaſtaſij, quaternitatem adorare præcipientis, ſeditioſa commovit arma.

Fit via vi, rumpunt aditus, loca milite complent.

Evagr. *lib. 3. c. 43.* Niceph. *lib. 16. c. 38.* Et contentiones de Religione, vulgò Religionsſtreit / proh dolor, veriſſimè ſunt funeſtiſſimorum bellorum, & motuum civilium occaſiones: dumque de religione certatum, regio: dum de cœlo, terra amiſſa. Barth. Muſc. *in diſp. de confratern. th. 57.* Hinc fit, vt quibus defendendis, illorum ſanguine diffundendo enſis exerceatur, & qui præſidium afferre, periculum denunciare malint: cum quibus pax eſſe debebat, pactio magis fit imminentis ſervitutis, vt *inquit* Chriſtoph. Varſcevic. *in paradox. p. 9.* Hoc Regnum liligerum teſtatur, vbi intra 22. annos vltra 40. millia hominum varijs pœnis, & bellorum turbinibus abſumpti fuerunt. Sim. Stein. *in reſp. ad apol. Iac. Grets. de vita Ign. Loiol. lib. 2. c. 6.* Schonborn. *lib. 3. pol. c. 11.* vt juxta vaticinium Mich. Memoti Sorbonici *dom. 2. quadrag. fol. 164.* pulchra illa roſa Franciæ in ſanguinem verſa videatur. De lanienâ Pariſienſi in qua triginta hominum milla bidui ſpacio occiſi fuerunt. Mat. à Matagon. *ad Italo-Gal. pag. 195.* Phil. Cammer. *med. hiſt. c. 83. de veſperis Siculis, & matutinus Pariſienſibus.* Thuan. *lib. 52. hiſtor. Auct. lib.* Wachet früh auff. *Cam. 1. med. 83.* In Belgijs ſub Albano ſolo 18600. vtriusq; ſexus homines trucidati. Georg. Mylius *in 5. conc.* oder Babſtpredigt. *Auct. lib. de jur. bel. Belg.* Vivo adhuc Carolo V. vltra quinquies centena millia hominum igne, gladio, ſuſpendio, perierunt. Iuſt. Spring. *tr. de pace relig. c. 7. p. 78.* Germania etiam huius litigij aculeos perpeſſa eſt: Deus gliſcentem quaſi hoc vltimo ſeculo religionis litem avertat: Deus diſſipet conſilium olim Cardinalis Farneſij ad bellum Smalcaldicum profecturi, aut alterius, ſe tantam per Alemanniam ſtragem daturum, vt in hæreticorum cruore vel ipſius equus natare poſſit. Sleidan. *lib. 17.* Quid dicam de 7.

Indijs,aut Hiſpanorum inſidijs,niſi quod Lipſius Hiſpanicola *lib. 2. de Conſt. c. 22.* dicat: Pauculi Iberi ante annos 80. in vaſtas illas, & novas terras delati,quæ funera,bone DEVS,dedere,quas ſtrages? Nec de cauſis aut jure belli diſſerit,quas vide apud Lopez. *c. 112.* Benzon. *lib. 3. nou.hiſt.c.3.* Bartolom. de las Caſſas. vbi de mille millionib: Indorum occiſis teſtatur αὐτόπτης. Ant. Polan. *in Daniel fol. 334.* Benbello. *in ſuſc. prin.* Ita diſparitas Religionis eſt cauſa omnium malorum, litiũ, ſeditionum, bellorum, Darauß alles mißvertrawen kombt / imò totus mundus hodiè eſt diffidentia & perfidia,quod ſi quis reperiat hominem integrum,& religioſum; ſe inveniſſe corvum album,rectè quis dicere,& hoc amplius cum illo Spartano: ἔῤῥη τὰ καλὰ h.e. perierunt honeſta,exclamare poſſit,vt exclamat Hering. de fidej. *c. 1. n. 47.* Imo Seculum eſt theatrum,in quo comœdiæ aguntur vt rideamus,& tragœdiæ, vt ploremus, quod Schönborn. *lib. 3. pol. c. 33.* ad Aulicos transfert, qui comicam faciem præ ſe ferunt, & tragicam perſonam agunt.

Eſt commune malum.

8. Et hæc de generalibus litium cauſis. Speciales religioſi litigij cauſas Theologi conijciunt in politicos, & politici in Theologos, & hi rurſum Catholici in Evangelicos, imò ſacram ſcripturam ipſam, quaſi ſit materia litis. Colloq. Wormat. *Anno 1557.* Lutherani & Turcæ à pontificijs ſcribis in eodem prædicamento collocantur. Sleidan. *lib. 6. comm. it. lib. 2. 5. 13.* An. Poſſevin. *in caut. 3. theor. cont. Novem.* vbi dicit Lutheranam hæreſin vbiq; tumultus, factiones, cædes, rapinas, ſacrilegia, pub. inceſtus atq; euerſiones excitare: quidquid ſacrum & ſanctum cõculcare. Et Evangelici in catholicos,quod totum terrarum orbem litibus repleant, & ad inteſtina bella belliſſimas occaſiones ſuppeditent. Sie ſolten Seelſorger ſein / ſo ſeind ſie Leib vnd Seelworger dixit Tilem. Spangenb. ante 100. annos. Cat. teſt. verit. *lib. 19.* Et Georg. Mylius. in den Babſt Predigen das der Babſt zu Rom auffs aller wenigſt wol 23. tauſent mahl tauſent/vnd 85. mahl 100 tauſent Seelen / auff ſein kerff genommen hat. Benbellon *in ſuſc. prin. par. 1. c. 16.* Ita gentiles mala Reipub; hoſtium irruptiones; limitum invaſiones, defectiones populorum, bella civilia; breviter omnes lites publicas novæ Chriſtianorum ſectæ imputabant. Melch. Goldaſt. Heiminsf. *in repl. ad Grets. c. 10. p. 92.*

9. Nullum certe gravius peccatum eſt, quam velle dominari conſcientijs.

cientijs. Ioh. Crato *in orat. fun. Max. 2.* Lambert. Floridus Plieninger. *tr. de emend. an. p. 75.* Gilm. *p. 1. ſupp. Cam. Imper. tit. 3. vot. 1. num. 26.* vt prudentiſſimè dixit ſapientiſſimus Imperator Maximilianus II. & Henricus III. rex Galliæ. Hiſtoir. Des dern troubl. *lib. 5. fol. 193.* Cujus ſucceſſor Stephanꝰ Batoreꝰ Rex Pol. ſolitus eſt dicere: Deũ 3. ſibi reſervaſſe, nempe ex nihilo aliquid facere, ſcire futura, & dominari conſcientijs. Benbellon: *in ſuscit. prin. par. 2. c. 12. p. 94.* Sed hic inſurgunt & litigant Autonomiſtæ, Wegen freyſtellung der gewiſſen / cujus auctor Ernſtenberger / aut quisquis ille fuerit, impudentiæ accuſatus à Warem. ab Erenb. *tract. de fœd. lib. 1. c. 2. n. 49.* Impudentiores novelli Pontificis Ianitzari, inteſtinæ litiũ hirudines, atq; inguinales, quibꝰ ſaluberrima Religionis pax eſt ſudes in oculis, quã funditꝰ everſam atq; extorſam cupiunt dicentes: Es ſey der Religionfrid ein Tolerantz vnd gezwungen werck. Georg. Eder. im Evangeliſchen Wegweiſer. Barth. Muſc. *de ſucc. con. & anom. clas. 1. memb. 2. concl. 5. num. 161.*

Omnium impudentiſsimi, qui pacem Religionis per concilium Tridentinum omninò ſublatam eſſe clamitant, & plures in Germania lites excitant; non chartis, ſed lacertis, non atramento, ſed armamentario decidendas.

Vi procerum ſupplent, cum verba probantia deſunt,
Textaq; cum debent ſolvere, crura ligant.

Non enim Religiones diſcrepantes ad conſonantiam redigerunt, ſed errores craſſiſſimos ab orco revocarunt, & lites truculentas ſeminarunt, vt multis prob. Chemnit. *tr. de Conc. Trid.* Schonb. *lib. 4. polit. c. 6.* P. Frider. *lib. 1. de proc. Cam. c. 29. num. 6.*

Duriusculum ergò quod Theologi litium ſuarum cauſas in poli- 10.
ticos conijciunt, & quęrunt: An Politici noſtri ſeculi ſint Chriſtianorum numero habendi? Quod impudenter negant Thom. Stapleton *in orat.* Ioh. Mercat. *2. opi. 26.* Chriſt. Varſevi. *in paradoxo: Extremum libertatis eſt initium ſervitutis.* Ioh. Lud. ab Hagen. *diſp. de fid. hær. ſerv. c. 10.* Num propterea Chriſtianorum numero expellendi, quòd in Repub. diverſitatem Religionis tolerandam eſſe ſtatuant? vti Bodin. *3. de Rep. c. 7.* Lips *4. polit. 3. & 4.* Danæ. *2. Eth. Chriſt. 7.* Ioh. Gerhar. *cent. 1. qq. pol. in f.*? Minimè vero. Quia cum Divinitas patiatur multas religiones eſſe, nos vnam non audeamus imponere, *inquit* Theodohadus Rex Goth. *conſtit. 48.* Heiminsf. *p. 3. conſt. imp. p. 113.* Interim Laz. Schvvend. im bedenckẽ von Regierung des Römiſchen Reichs

à num. 15. ad num. 22. cauſam litium publicarum omnem imperante Carolo V. adſcribit conſiliarijs exteris & privatis cupiditatibus in-
11. dulgentibus. Goldaſt. *tom. 1. conſt. imp.* Benbello. *in ſuſc. prin. p. 2. c. 1.* vbi Granvellum & Perenottum nominat. Rectius politici cauſas earundem litium ad Theologos referunt, qui otioſis diſputationibus infinitas lites publicas movent, fovent.

Sæpè ſcelus cælum Zeli velamine texit:
Cui Zelus cælum eſt, non facit ille ſcelus.

Vnde Alciat *in 1. orat in laud. jur civ.* Quæ jam Theologi propria habent, qualia ſunt infinita altercationum volumina, innumeræque ineptæ quæſtiones, vulgò Schulgezänck/ id in divino cultu poſſunt, quod canis in balneo. Aul. pol. *6.277.* Vbi diſputationum copia & intemperantia, tùm perſecutionum acerbitas, & fides coacta, ibi frigida Religio, vacua, inanis, vana gloria, quot in Eccleſiâ peperit lites ſanguinolentas, cruentas, & gladiatorias λογομαχίας! inquit Eber. à Weyhe. *in medit. de van. glo. mund. pag 15.* O litigia publica omniũ pernitioſiora! S. Thom. *2. q. 186. art. 4.* Illi vivendi modi, *inquit*, quibus homines neceſſariò vtũtur, nõ ſunt ſimpliciter & abſolutè loquẽdo religiones, ſed ſecundum quid, & in quantum participant quædam, quæ ad ſtatum Religionis pertinent. *Fr. Sarmien. de red. ſep. 4. c. 1. num. 13.*

Rectè catholicorum Religiones vivendi modos appellat, quia Bruſchius teſtatur de monaſt. German. vſq; ad annum Domini 850. Abbates epiſcopos factos, optimas Abbatias cepiſſe ad ſe rapere, ſimulque Abbates & epiſcopos ob VENTREM. Conſuetum pro voto valdè *inquit Zabarel. cons. 123.* vt monachi ſe à mundanis vel ſecularibus negotijs abſtinerent, & ardentius jejunio, orationi, & lectioni-
12. bus ſacris vacare poſſent, nec magis FISCI, quàm CHRISTI officiales, quemadmodum conqueritur de ſui ævi monachis Pet. de Aliaco *refert* Srumph *lib. 5 chron c. 3.* Ferrar. *in pr form. reſp Rei conv §. tanquam pub. n. 10.* Et ſic nota, *inquit*, quot modis iſti clerici illaqueant laicos, & ſuam jurisdictionem ampliant. Sed heu miſeri Imperatores & principes ſeculares, qui hoc & alia ſuſtinetis, & vos ſervos eccleſiæ facitis, & mundum per eos infinitis modis vſurpari videtis, nec de Remedio cogitatis. Vasq. *lib. 1. controv. c. 6. n. 2.* ait. in chronicis legi: Eo tempore, quo Italiam Pontifici donatum ferunt, de cælo auditam vocem: Hodiè eſt infuſum venenum Eccleſiæ Dei.

Quamvis

Quamvis enim Eccleſia ſit mater Religionis, cujus patrimonium intactum conſervare omninò convenit: Redoan. *tr. de reb. eccl. non alien. q. 3. num. 44.* Pruckm. *con. 50. num. 580. vol. 1. per l. jubemus in f. C. de SS. eccl.* : Attamen eccleſiaſtici pedetentim omnia ad ſuum molendinum trahere ceperunt, vt ex Bl. hanc querelam refert Gil. *1. obs. 25. num. 3.* Fachin. *lib. 3. cont. c. 13.* Neq; idipſum omnino diffiteri poteſt Ioh. Paul. Windeck. *in Theolog. ſua ICto. lib. 1. loc. 7. priv. 10.* Adam. Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 24.* Hinc primùm lites, hinc quæſtio de MEO & TVO, hinc jurisdictio eccleſiaſtica, primitus circa cultum divinum verſata, poſtmodum ferè omnium ſecularium jurisdictionem abſorpſit. Nic. Boer. *dec. 69. nu. 3. &* Ferrar. *in form. lib. quo agit ex ſubſt. gl. 9. nu. 4. add.* Alicat. *in c. cum non. col. 2. de jud.* Molin. *in add.* Alex. *cons. 8. vol. 1.* Alv. Valasc. *dec. 100. nu. 8.* Hort. Cavalcan. *p. 1. de brach. reg. nu. 75.* vbi monet, ne deveniatur ad contentionem jurisdictionalem, alioquin, chi troppo la tira, facilmente la rompe, ſecundum illud: ſunt certi deniq; funes. Iurisdictio ſiquidem eccleſiaſtica toto cælo à ſeculari differt. Hier. de Cævall. *lib. 3. com. op. q. 739. num. 18.* & illa in Spiritualibus tantum conſiſtit. Gylm. *2. rer. jud. dec. 59.* nec à pontifice Romano Germanicum imperium & omnia regna dependent, vt opinantur Lancell. *in temp. omn. jud. lib. 1. c. 1. §. 2. q. 2.* Oldrad. *cons. 90. nu. 7. vol. 2.* Salic. *in l. bene. nu. 7. C. quod præs.* Hinc inter reliquas recuſationum cauſas, quas proteſtantes contra Tridentinum concilium exhibuerunt, & hæc fuit, ex confuſione cauſarum ſecularium & Spiritualium lites eſſe ortas, & totum judiciorum ordinem à pontificijs perverſum. *vid. lib. de caus. rec. con. Trid. à prot. caus. 8. p. 173. & ſeqq.* Barth. Muſc. *cl. 1. ſucc. conv. memb. 2. concl. 5. num. 164.* 13.

Hæc mala jurium Imperialium vſurpatio, & jurisdictionum confuſio, maxima litium publicarum cauſa, quam cæpit infauſti nominis Hiltebrandus ſeu Hellebrandus, titio inferni, fax & origo totius mali, & alij potius per poſticum, quàm per oſtium ſubintrantes. *Auct. rum. jur. de pontif. mut. confirm. p. 30.* Wilhelm. Archiepiſc. Tyrius *lib. 1. de bel. ſac. c. 13.* Waltram. Epiſc. Naumburg. *lib. 2. apolog. pro Henr. 4 c. 2.* Hildebrand papa, *inquit*, miſcuit ſe plurimorum mortibus Chriſtianorum, ſuccendens vbiq; incendia bellorum, per totum penè Romanum imperium. Hæc de jurisdictionis confuſione litium genitrice. Altera litium publicarū cauſa circa religionis diſ-

ſidium

ſidium, eſt irregularis dominandi libido, obfirmata Pontificum ambitio atque vnctio, quæ diſſenſiones, turbas, tumultus & clades publicas peperit. *Auct. rum. jur. de mut. pont. conſ. pag. 42.* Phocas ejusmodi litium focus fuit primus. Rudolphus 1. Habspurg. Bononien. tractum largiens, qui quotannis millia drachmarum ſeptingenties penſitaret. Paul. Diacon. *lib. 4. de geſt. Lomb. c. 11.* Quem ſequutus Lotharius Saxo pedes exoſculans, & alij. Rectius Henricus auceps: Sit penes eos vnctio, qui meliores eſſe cupiunt: hac ſumus appellatione contenti. Ab. Vrſper. & Cuſpin. *in vit. Henr.* quia imperialis poteſtas ex electione, nō vnctione confertur. Dec. *conſ. 194. lib. 1.* Matt. Laud. *tr. de prin. not. 25.* Ioh. And. & Dd. *in c. 1. de conſt.*

14. Ergo falſa hæc malitioſa, & litigioſa pontificum ſuperioritas: vnctio, functio, quia invictiſſimus Imperator præter DEVM, ELECTORES, & ENSEM agnoſcit neminem.

Deum: quia à cæleſti maieſtate imperium Cæſari traditum. *l. 1. C. de V. I. E. Nov. 28. c. 4. inf. Decretum Anno 1338. Benedicti 12. tempore art. 2.* pronunciat, S. Romanum Imperium, ſummum eſſe vniverſi orbis magiſtratum, & à nullo niſi DEO recognoſci. Dei enim gratiâ Reges regnant. *prov. 8. verſ. 15. c. quo jure. diſt. 8.* & omnis poteſtas à DEO. *Rom. 13. v. 1. Sap. 6. v. 4.* Vnde titulus. Wir von Gottesgnaden. Electores, quia Imperatoris creatores, vti vocat Bodin. *1. de Repub. c. 10. n. 116.* ſecundum verſus. *Moguntinus, Trevirenſis, Colonienſis.*

Quilibet imperij ſit Cancellarius horum
Et Palatinus dapifer, Dux portitor enſis,
Marchio præpoſitus Cameræ, pincerna Bohemus.
Hi ſtatuunt Dominum cunctis per Secula ſummum.

Enſem: quia, vt Mar. Meier Cancell. Mogunt. ad AEn. Sylv. Card. ſcribit, Germanica natio quondam inclutâ ſuâ virtute ſuoq; proprio ſanguine Romanum imperium coëmit. Secundum illud:

Sanguine Romanum ſibi regnum Carolus aptè
Aſſociat proprio, proprio quoq; ſanguine ſervat.

Hos Auctores DEVM, Electores, & Enſem quamdiu Cæſares ſecuti, gloriam & victoriam ſunt aſſecuti: ſed poſtquam pontificis aſtu & faſtu ſeducti deviarunt, nihil aliud quàm lites, ſeditiones, tumultus, factiones in territorijs habuerunt, imò pontifex ſolio Regali Imperatores deturbavit, vt exempla Friderici 2. Ludovici Bavari, Henrici 4. & Othonis 4. docent. Naucler. *gen. 40.* Platin. *in vit. Alex. 3.*

Brut.

Brut. fulm. *fol. 71.* Bellarm. *de pont. Rom. lib. 5. c. 8.* Boter. *lib. 4. coſ-*
mogr. p. 2. Duaren. *lib. 1. de ſac. eccl. min. c. 2.* Sixtus V. Eliſabetham 15.
Angliæ Reginam & Navarræum Regem exauctoravit, & totam Gal-
liam tumultib' & publicis litibus pleniſſimam reddidit. Chytr. *in Sa-*
xon. Quorum fulgetrorum tamen nulla poteſt eſſe vis, & poteſtas.
Fr. Tolet. Card. *in ſum. caſ. conſc. lib. 1. c. 15.* Veſica turgida quæ tribus
piſis iniectis reſonat. Quicquid ſit, omnium Regum atq; principum
lites Papa terminare, imo angelos judicare voluit *c. venerabilis. v. Pau-*
lus. ext. qui liberi ſint legit. Bemb. *lib. 1. ep. 5.* Boter. *p. 2. Coſmogr.* Bo-
din. *lib. 1. de Repub. c. 9.* Paurmeiſt. *lib. 2. de juriſd. c. 3. n. 32.* quaſi verò
cœleſte arbitrium, ac poteſtatem infinitam habeat ſupra omnia, &
contra omnia. *vt inquit* Socin. *con. 164. n. 4.* Card. Tuſch. *pr. cond.*
tom. 6. cond. 64. Papa in temporalibus Eccleſiæ Romanæ eſt impera-
tor, & ſupra imperatorem. *c. patet. c. ſeq. cauſ. 9. q. 3. ibi*: Papa eſt judex
omnium, ſed nemo ipſius. *c. ſi papa. 6. diſt. 40. c. Domino. 5. diſt. 50. ibi*:
Imperator ex Papæ judicio pendet. *c. non novit. §. 2. ext. de jud. c. vene-*
rab. de elect. vbi totius orbis Chriſtiani regna conferendi poteſtatem
ſibi aſſignat. *c. quo jure. diſt. 8. c. Regum. caus. 23. q. 5. c. nemo. 9. q. 3.* Me-
noch. *lib. 2. præſumpt. c. 14. n. 2.* Soar. *lit. C. n. 94.* Covar. *rub. de Sponſ.*
p. 2. c. 6. §. 9. n. 4. & in c. peccatum. §. 9. de R. I. in 6. vbi diſtinguit: vt ha-
beat ad vtilitatem & regimen eccleſiæ, aliàs non. Mar. *p 3. n. 79.* Alex.
conſ. 63. lib. 3. vbi ait jusjurandum ſufficere ad tribuendam pontifici-
bus juriſdictionem, & alij infiniti. Verum hæc omnia ſunt pontifi-
cum ac pontificiorum *h. e.* domeſticorum in propria ſua cauſa teſtiū.
At nullus in propria cauſa idoneus eſt. Ergò. *c. omnibus. 4. q. 3. l. omni-*
bus. 9. C. de teſt. Hip. de Mars. *in l. 1. §. ſervum. n. 10. de quæſt.* Burs. *cons.*
135. n. 48. vol. 2. Hinc Cic. *in orat. pro Ros. Amer.* inquit: Itaq; more
majorum comparatum eſt, vt in minimis rebus homines ampliſsi-
mi teſtimonium de ſua re non dicerent. *Id. lib. 4. ad Att. ait*: Ponti-
fices religionis judices fuiſſe, & ne minimam quidem juriſdictonem
habuiſſe, teſtatur Aug. *ep. 69.* Niceph. *lib. 7. c. 43.* Damaſus *in Burchar.*
reg. 117. & 118. vbi poſt 5. rationes, & aliquot textus contra juriſdictio-
nem eccleſiaſticam adductos, ita concludit: quomodo Papa vtrum-
que gladium, imò cœlum & terram à Deo inſolidum acceperit, Deus
novit. Similiter Alber. de juramento, quòd Papa ab imperatore exi-
git. Deus ſciat, an id jure exigatur, *teſte* Coras. *in præl. l. adm. n. 10. de*
jurejur. & Beuſt. *in rubr. d. t. n. 250.*

Ex quibus conſtat, quod hæc pontificum ſuperioritas, & præſumpta Imperatorum abdicatio ſit vera litium publicarum cauſa, & hominum opinio, quâ totus regitur mundus, & auctoritas pontificis conſiſtit, vt inquit Iovius *lib. 2. hiſt.* Mundus enim vult decipi. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p. 87. & 94.* Prout Caraffa Pauli IIII. nepos Pariſias ingrediens, & ſignum crucis edens, populus in genua proſtratus, ſecretò dixit: quandoquidem populus iſte vult decipi, decipiatur. Thuan. *lib. 12. hiſt. fol. 298.* Sed hac opinione ſpretâ & mundi deceptione detectâ, pulchrè Philippus pulcher Rex Galliæ Bonifacio 8. reſpondit: ſciat tua maxima fatuitas in temporalibus nos nemini ſubeſſe. M. Iean de Serres *n. 2. partie d hiſtoir gener. de Franc.* Bodin. *lib. 1. de Rep. c. 9. n. 139.* Ita Græci Iohanni XXII. reſcripſerunt. Potentiam tuam ſummam circa tuos ſubditos firmiter credimus: ſuperbiam tuam ſummam tolerare non poſſumus: avaritiam ſatiare non valemus: Diabolus tecum, Dominus nobiſcum. Ioh. de Mandevilla *lib. 1.*

16. His accedit tertia litium publicarum cauſa inſtrumentalis ſub vltimo huius ſeculi excremento nimis actualis, Ieſuitarum turba, Quæ bonæ Deus quas turbas dedit! quæ centaurica ſeditioſorum hominum ingenia aluit! quos emiſſarios litium publicarum buccinatores per totum terrarum orbem miſit! & adhuc flabellis ſuis litium incendia longè lateq; ſeminat, excitat! aperta mendacia & perjuria æquivocationem mentalem vocitando, modò amplificandæ ſedis Romanæ gratiâ fiat. Eman. Metteranus *lib. 25. hiſt. f. 185.* Iuſt. Spring. *tr. de pac. rel. c. 7. p. 79.* Myſteria & cabalam Ieſuitarum toti orbi apetiunt & proſtituunt, Auct. cathec. Ieſuit. Steph. Paſquier. *lib. 4. ep. vlt. & lib. 3. des recherches c. 36. & ſeqq.* Molin. *in conſ. 6. ſect. Ieſuit.* Auguſt. Thuan. *lib. 37. hiſt.* P. Matthieus *des der troubl. f. 244.* Laz. Von Schwendi im bedencken vom Römiſchen Reich. *n. 58.* Patav. Acad. *quæſt. de novis Ieſuit. an. 91. in tom. 6. des memoires de la ligue. fol. 287.* Sed ne litem injuſtam movere videamur, præcipua litium publicarum ſemina hoc noſtro ſeculo recenter jacta videamus. Sigiſmundus Batoreus Tranſylvaniæ princeps, Alfonſo Camillo auctore, fęd⁹ pacis violavit, & inextricabili bello ſe implicuit: quid litium publicarum Garnetus in Anglia? Guinardus & Cotonus in Gallia? Laterna in Suecia? Petrus Scharga in Polonia? Paulus Erichitonius in Scotia? Demetrius in Moſchovia? omnes Ieſuitæ, litium publicarum tubæ infenſiſſimæ, moverunt! evomuerunt?

En agros, & quam technis Ieſuita petiſti
Moſchoviam, metire jacens, hac præmia, qui me
Fraude auſi tentare, ferunt, hac ſceptra reportant.

Nic. Vignier de Venet. excommun. pag. 50.

Cauſa cauſarum latet in myſterio, quod Ieſuitarum Generales aut Hiſpani, aut Hiſpano addicti, qui conſcientiam in caputio portant, quo abiecto conſcientia abijcitur, *vt innuit* Ferrar. *in pr. in form. reſp. Rei conv. n. 28.* Benbellon. *in ſuſc. prin. par. 2. c. 13.* Illud ſcim⁹ quod Hiſpana gens bellicoſa, cuius proprium, vt eos, quos ad ſervitutem aut cædem deſignarit, humaniter initio tractet, Bodin. *lib. 1. de Repub. c. 5.* De la Noije *diſc. 9.* vbi de Hiſpanis prov. La guerre eſt in patrie, Mon harnois ma maiſon, Et en toute ſaiſon, Combattre c'eſt ma vie. Benbellon. *in ſuſc. prin. par. 1. c. 16. p. 253.* Et expreſſius ſcribit Caſtellio *part. 5. c. 13.* Omnes catholici cum Hiſpano, ſeu potius catholico & vniverſali Rege ſe ſuasq; vires conjungere debent, contra omnes ſectarios & politicos, ad illos opprimendos & extirpandos, ſecundum illud Pſal. 71. à mari ad mare, à flumine ad flumen. Arrigite aures ò principes Chriſtiani & Politici!

Sed quid, proh dolor, hoc exulcerato ſeculo majori contentionis nixu, & renixu inter Theologos agitatur, quàm vt alter in alterũ turbatæ Reipub. cauſam transferat? Ita & Pontificij omnem litium publicarum cauſam & turbulentorum motuum culpam in Lutherum & Proteſtantes reijciunt. Theo. Graminæ⁹ *in myſt. Aquil. part. 2. pag. 73.* Et hi rurſum inter ſeipſos litigant, pacem religionis excludunt, criminantur, ſcribunt, proſcribunt cauſâ inauditâ. Secundum illud Cicer. *lib. 2. de nat. Deor.* Veſtra ſolum legitis, veſtra amatis, reliquos cauſâ incognita condemnatis. Alber. Gentil. *diſp. 2. de vn. reg. Brit. pag. 50.* tres P. cauendas ait, Puritanos, proteſtantes, proditores Papiſtas. Magnus ille Luth. *tom. 2. fol. 66.* Die tollen Pfaffen/ ob ſie gleich wiſſen was recht iſt/ſeind eyne vrſach alles vnraths. Benbello. *in ſuſc. p. 2. c. 12.* Nullos accuſamus, nullos excuſamus, quia verum, quod Vbertinus Chemnenſis Episcopus *ſ. 33. c. 16.* dixit: poſtquam aliquis veritatis Zelator verbum, ſuperioritatem eccleſiaſticam mordens, profert, hæreticus accuſatur, igni deputatur, & morte dignus condemnatur, penitusq; opprimitur. Interim illimitata illa & planè metaphyſica

Iovis Capitolini poteſtas, & catholicæ religionis reformatio, primam Europæis tumultibus, ſeditionibus atq; litibus occaſionem præbuit. Ratio, quia omne imperium politicum ex ſpontanea & imperandi & parendi conventione. Ariſt. *1. pol. c. 1. 7. & 12. lib. 5. Eth. c. 11.* At poteſtas pontificia non ex ſpontanea & liberâ Chriſtianorum ſubjectione, ſed contra naturam, ex callidâ & doloſâ de commentitio mandato & ordinatione divinâ, ad ſolius pontificis commodum & libidinem comparatâ, herilis & tyrannica eſt dominatio. Ergò illegitima, & per conſequens publicas in Europa lites excitavit, propter quas Angli, Scoti, Dani, Helveticorum pagi, forſan & Veneti, abjectâ pontificis opinione in libertatem ſe vindicarunt. Tob Paurm. *lib. 2. de jurisd. c. 3. n. 49. & ſeqq.* Quid nos ſperemus amantes Libertatis Germanicæ? Haut leve decus, *inquit Tacitus*, Druſus quæſivit, inliciens Germanos ad diſcordias, vtq; fracto jam Maroboduo vſque
18. in exitium inſiſteretur. Hæc Romanenſium, hæc Ieſuitarum, hæc pſeudo-Germanorum intentio, omnia turbari, & ſub ligâ litigioſa ad Hiſpaniæ monarchiam deferri. *Auct. cons. de pace in Reg. Pol. ſtabil.* De la Nue *diſc. 2.* Neuiz. *in ſyl. nupt. lib.* 4. Benbellon. *in ſuſc. prin. p. 1. c. 16.*

Sumite nunc gentes accenſis mentibus arma;
Tu legem Calvini tene, tu concute plebem
Lutherio: tu fortem ne Papa ſupprime Martem.
Quid porrò tu Hiſpane tuis cunctaris in armis?
Non frangis portas? non muris oppida ſolvis?
Theſauroſq; rapis? neſcis tu Galle tueri
Germanas arces? Saxa atq; palatia quæro
Rhenanoſq; ſinus humano ſanguine tingi.

Sicut autem lilio, myrrhæ oxali, croco, plantagini, ea eſt natura, vt calcatæ magis magiſq; virescant. M. Myl. *in hor. phil. pag. 291. 407. & 622. jta* Religiónis veritas premitur, non opprimitur, oppreſſa longè lateq; diffunditur: vt hæc proteſtantium Religio vires acquirit eundo, donec generali concilio vel provinciali conventu lis dirimatur.
19. tur. Georg. Schonb: *lib. 4. polit. c. 6.* Neq; proteſtantes propterea excuſandi, quod inter ſeipſos litigent, cùm in Gallia & Belgijs tùm Germania, quia verè Carolus M. & Ludovicus Pius in capitul. Si nos ipſos comedim⁹, citò deficiemus. Multò verius Optatus Afer Mileu. ad Donatiſt. NOBIS & VOBIS Eccleſiaſtica vna eſt converſatio, etſi

Hominum

Hominum litigant mentes, non litigant ſacramenta. Pares credimus & vno ſigillo ſignati ſumus, nec aliter baptizati, quam vos, nec aliter ordinati quam vos. Teſtamentum divinium legimus pariter. Vnum Deum rogamus. Oratio Dominica apud Nos, & Vos vna eſt, ſed ſciſſura facta eſt, partibus hinc indè pendentibus, ſartura fuerat neceſſaria. Anti. Clapp. *pag* 49. nobis vtriſque pro concordiâ eſt diſcordia, pro veritate mendacium, pro candore calumnia, pro ſimplicitate ſuperciliosa arrogantia, pro eruditione pompoſa oſtentatio, & otioſi δοξοσοφιςομαχοσοφιςων grunnitus, vt in noſtri ſeculi pſeudo-thelogos acriter invehit. Schonborn. *lib. 7. pol. c. 6.* & veretur, ne criminandi tàm publicè quàm privatim erumpens licentia, ſeditiones rebellionesq; vndequaq; parturiens vniverſæ Reipub. trahat ruinam. Idem ferè ſentit Auct. diſc. Vom Juſtitienwerck, *pag. 76.* quod Religio quæ olim fuit in corde ac moribus, hodie tantum ſit in ore & contentionibus, in libris, non in fibris. Guldene Kirchen / höltzerne Hertzen / olim höltzerne Kirchen / güldene Hertzen / *vt ex Bonifacio innuit* Hoſpini. *in hiſt. de re Sacram. lib. 2. c. 1. in f. refert* Pruckm. *cons. 50. n. 570.* Benbello *in ſuſcit. prin. p. 1. c. 13.* vbi poëma Clementis Marot. hoc ſeculo veriſſimum refert.

Qu' on ne void point vn bon Papiſte
Dire jamais been de Luther
Car ſ' ils venoient à diſputer
L' vn de deux ſeroit heretique.

Mon. de la Noue. *diſ. pol. lib 2. pag. 63.*

Melius igitur eſt, vt doceant, quàm noceant, & proximi peccata protinus ex cathedra in publicum ſpargant, contra reg. Chriſti. *Matth. 18. vers. 15.* admonitionem Syrac. *c. 19. vers. 6. 10. & ſeqq.* ne vel injuriarum conveniantur, & litem ſuam faciant. Clar. *lib. 5. ſentent. §. iniur. n. 1.* Alex. *de Nevo. cons. 82.* Harprecht. *ad §. non ſolum. 11. n. 31. Inſt. de injur.* vbi latè explicat, & diſtinguit inter delinquentes corrigibiles, & incorigibiles quibus cor eſt ἀμετανόητον, quiq; notoriâ vel doctrinæ impuritate, vel vitæ improbitate eccleſiâ Domini ſcandalizant, & litigandi occaſionem ſuppeditant. 20

Tantum Religio potuit ſuadere malorum.

Et hæc de litigioſo Religionis diſſidio, litium publicarum cauſa prima.

21. Altera litium publicarum cauſa conſiſtit in ſtatu principum, quoties regimẽ Reipubli. il ſtato, malè adminiſtratur. Hoc fit diverſimodè: intenſius, aut remiſſius: inæquali Iuſtitiæ diſtributione, & negligentiâ, vel oppreſſione, aut indulgentiâ. Vt IVRIS æqua & recta adminiſtratio, Germ. Das Juſtitienwerck eſt pacis: ita corrupta, ſeditionum cauſa eſt. Antimachiav. *lib. 3. comm. theor. 35. pag. 675.* vbi non ſolum Galliæ exemplo probat oriri ex juris judiciorumq; corruptelâ lites publicas, ſed & L. Quintio Cincinnato conſule, qui ſimul atq; magiſtratum inijt, nihil prius aut antiquius habuit, quàm vt tumultu ſedato, benignè Ius ſummis & infimis ex æquo redderet; quod cum ſucceſſores non ſequerẽtur, ſeditio fuit exorta. Dion. Halycarn. *lib. 10. & 11. De German. Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 104.* quod ex mala juſtitiæ adminiſtratione infinita ſequantur mala. Demoſthen. IN IVSTITIAM VOCAT *πηγὴν τῶν ϛάσεων: ἡ Ἀδικία ἐν ἀλλήλοις παρέχει ϛάσεις, καὶ μῖση καὶ μάχας.* Plutar. de Legib. INIVSTITIA eſt cauſa efficiens ſeditionum, odij, litigij, homicidij.

22. Inſtrumenta ejusmodi litigioſi mali ſunt homines, avari, inopes, obærati, delinquentes, ambitioſi, qui tàm potentioribus quàm inferioribus perſuadent, vt vel hanc, vel illam litem moveant, motam quibuscunq; homuncionibus, ſimplicitate, metu, malitiâ, pretio, gratiâ adductis probent, quaſi à parentibus aut avis audiverint: intervenientibus litium concinnatoribus, poſſeſſionem vel quaſi vt gaudium arripiunt, gaudent poſſidentes, *c. quod au. 5. & 29. de jur.* Pau. Fulg. *in l. omne quod 1. n. 11. I. R. D.* Ful. Dacianus *lib. 1. prol. c. 39. n. 20.* Toloſan. *lib. 29. c. 11. n. 11.* Hinc vulgus, poſſes, poſſes, & ita ſecundum Palingen. *lib. 10.* Cui Vis eſt, IVS non metuit jus obruitur vi. Wer den andern vbermagt/der ſteckt jhn in den Sack. Iusrecht/curuum Schlecht/ Eins iſt wie das ander inquit Luth. *in coll. mens. c. 39. fol. niſi 528.*

Quod adverſarius litis bonitati fidens cũ videat, invidet, atq; reſiſtendi occaſionẽ quærit, aut per ſe, aut potẽtiores, & ita litis ex ſcintillula, ſeditionis, imò belli ſuboritur incendiũ. Hìc cõmoda litigioſarũ ſeditionum ſubjecta Inopes & obærati, qui poſſeſſionibus lite diſtractis, pecuniâ & fide deficiente, rapto vivere, prædari, latrocinari non dubitant, ſed quod poſtremum eſt, omnia innovare ſatagunt, mutationibusq; ſtudent, & perturbatâ civium quiete ſuam inopiam Reipub. ruinâ ſarcire intendunt, rebus turbatis alacres, & per incerta tutiſſimi.

tiſſimi. Tac. *1. hiſt.* Ariſt. *lib. 3. pol.* Bodin. *lib. 5. de Repub. c. 2.* Phil. Melancht. *in Cordiali* Abrah. Bucholtzer *pag. 112.* Hering. *de fideiuſſ. c. 7. n. 215.* Im trüben Waſſer iſt gut fiſchen. Exindè orta eſt Corcyrea illa ſeditio apud Thucyd. *lib. 3.* & Panormitana. Camerar. *1. med. hiſt. 40. p. 192.* Schonborn. *7. pol. c. 13.* Poſtea delinquentes, qui perpetratis maleficijs, litem & pœnam metuunt, commovendo ſeditiones prævenire volunt, & priusquam lis moveatur, & pœna inferatur Ariſt. *5. pol. 3.* P. Greg. *lib. 23. de Rep. c. 5.* Aret. *2. prob. 156.* Timor enim efficit, vt cum gravius quid quisquam veritus, res novas moliatur. *Auct. dial. de Reg. inſtitut. lib. 2. p. 39.*

Deniq; ambitioſi, & ventoſi quidam vehementer ad turbandam litigioſis ſeditionibus Rempub. accenduntur, honoresq́; quos quietâ Repub. deſperant, perturbatâ conſequi ſe poſſe arbitrantur. Cic. *2. in Catil.* Tac. *11. Annal.* vt in nonnullis civitatibus videre eſt. Origo penes auctores, reliqui contagione inſaniunt. Liv. *lib. 28.* querelas inſerunt, & ambiguos de principe ſermones, quæque alia turbamenta vulgi. Tac. *1. hiſt.* En, *inquit* Catilina, illa quam ſæpius optaſtis libertas: præterea divitiæ, decus, gloria, in oculis ſita ſunt: fortuna ea omnia victoribus præmia poſuit. *Sal.* Sed proh dolor bello inſequente & perſequente, Vita periculo exponitur, vxores vitiantur, violentæ contributiones indicuntur, bona diripiuntur, vaſtantur agri, vici exuruntur, oppida evertuntur, commercia impediuntur, ſubditi ad paupertatem rediguntur, cæteri in ſervitutem & perpetuam miſeriam abducuntur, non faciam vt enumerem miſerias omnes, *inquit* Warem. de Erenb. *de Reg. ſubs. & on. ſub. c. 7. n. 35. Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p. 104.* Sicut exundatio non ſolum agros & valla abripit, ſed & ſaxa atque arenas relinquit: ita bellum colluviem depopulatorum, graſſatorum & ſeditioſorum offentliche ſtreiffer vnd Landtzwinger/ qui multum damni inferunt. Hering. *de fidej. c. 7. n. 162. Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p. 106.* Vnde affectus ſubditorum ita miſerè afflictorum refrigeſcit, exacerbatio animorum & diffidentia incrudeſcit, pecunia rerum agendarum nervus exhauritur, oratio impeditur, conſcientia lœditur, deniq; mille incommoda lites eiusmodi publicæ in Rempub. invehunt. 23.

Econtrariò recta & directa Iuſtitiæ adminiſtratio, Pacis & tranquillitatis publicæ conſervatio, quâ coluntur agri, vernant horti, ædificantur villæ, extruuntur oppida, inſtaurantur collapſa, ornantur & augentur 24.

augentur exſtructa, creſcunt opes, aluntur voluptates, vigent leges, floret Reipub. diſciplina, fervet Religio, valet æquitas, pollet humanitas, calent artes opificum, vberior eſt quæſtus pauperum, ſplendidior opulentia divitum, effloreſcunt honeſtiſſimarum diſciplinarū ſtudia, eruditur juventus, tranquillo fruuntur otio ſenes, bonis auſpicijs nubunt virgines, laudantur ſimili prole puerperæ, florent boni, minus peccant mali, vt ex Eraſmo *in chyliade refert* Gail. *lib. 1. de P. P. c. 1. n. 4. & allegat.* Bl. *in tit. de pace Conſtant. verb. hæc ſunt nomina. n. 1. Virg. lib. 11. AEn.*

Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes.

Auct. diſc. Vom Juſtitienwerck. *p. 108. & ſeq.* vbi aſſerit, poſt Deum ſolam Iuſtitiæ adminiſtrationem operari pacem, ſecundum votum Pſalmiſtæ. *85. verſ. 9. & ſeq.* Quod ſi compendioſior juſtitiæ adminiſtratio inſtituatur, non ſolum diſpendioſis litium concinnatoribus occaſio adimetur, quâ & imos & primos, imò Dominos & ſubditos, vti hoc ſeculo proh dolor videmus, ad litigandum incitant. Sed vno & altero litigaturientium exemplo fruſtrati facilè abſtinebunt, ſecundum illud

Nam me veſtigia terrent:

Imò alter litigaturientium, Der Leider/ aliquid patietur, nec invocabit potentiorem ad lites publicas, propter faciliorem litis privatæ expeditionem. *Auct. diſ.* Vom Juſtitienwerck. *p. 108.* Hæc de mala juſtitiæ adminiſtratione, ſecunda litium publicarum cauſa. Duæ enim præ cæteris eximiæ virtutes, quæ ingentes imperiorum moles, tanquam Atlantes humeris ſuffulciunt, nempè IVSTITIA & benivolentia *vt inquit aut. de jur. bell. Belg.* Benbello *in ſuſc. prin. par. 2. c. 1.* His ſublatis quid aliud ſupereſt, quam Lis atq; malitia?

25. Tertia litium publicarum cauſa eſt, publica ſubditorum oppreſſio, ſeu violenta exactio. Sicut enim balſamum, ſi vim ferri adhibeas, læſum emoritur, Tac. *5. hiſt. c. 2. pr.* Socin. *c. 38. p. 308.* Freig. *lib. 28. phy. p. 782.* aut Ozimon Baſilienkraut: ſecundum Maiorem:

Ozimon eſt fragrans ſi lene pollice tractes,
Plus æquo preſſum, ceu grave virus olet.

Ita ſubditi ſi nimis rigidè habeantur, aut deficiunt, aut grave rebellionis virus exhalant. Schonb. *lib. 6. pol. c. 35.* Temperata cohibent animos: aſſidua verò & acria, extremaque in audaciam jacentes excitant, & omnia experiri ſuadent. Sen. *1. de clem. c. 12. Cam. in embl.*

Officium

Officium vt facias, nimis ò Rex ne preme plebem,
Suavius vt ſpirent, ozima ne terito.

Sic populus conqueritur de nimia oppreſſione à Salomone facta *1. Reg. 12. vers. 4.* Sic Auguſto infenſi erant propter immodicas tributorum exactiones. War. de Erenb. *de Reg ſubs. & oner. ſub. c. 7. n. 33. & in med. pro. fœd. c. 2. p. 193.* vbi affirmat acerbum tributum movere ſubditos ad rebellionem & ſeditionem. Tac. *annal. 3. 4. & 13.* Plut. *in vita M. Anton.* Georg. Buchan. *lib. 13. hiſt. Scot. p. 465.* Cranz. *lib. 4. Vand. c. 6. & 25. lib. 3. metrop. c. 31.* vbi ſcribit, tributorum acerbitatem, Vandalos à religione amplectenda deterruiſſe. Arn. Clapm. *lib. 4. de arc. imp. c. 25. p. 150.* violentam exactionem multis nomnibus nocere docet.

Exemplis lector pro multis ſerviat Embda.

Antiquitus etiam Friſij ob nimia tributa defecerunt. Tac. *4. annal. n. 72.* Thucyd. *lib. 1.* Schonb. *4. polit. c. 23.*

Huic litium publicarum cauſæ cauſam adminicularem præbent 26. exactores malitioſi Germano-Iudæi, Mammoniſtç & ipſi Iuriſtæ, ſicut Angelus, minus angelicè nimium principum, qui alias ſua potentia facilè abuti ſolent, voluntati tribuens, docuit, principem citra omnem cauſam ſubditis bona ſua adimere & avertere poſſe, & vt verba ejus ſonant, qui contrarium dicunt, mentiuntur. *in l. item ſe verberatum. §. 1. de R. V. quem ſequntur* Dec. *cons 191. n. 4.* Barb. *con. 64. vol. 2.* Curt. jun. *cons. 1. n. 19.* Nic. Bellon. *cons. 2. n. 7.* Iac. de Leonh. *con. 114. nu. 43.* Et rationem addunt, principi non poſſe dici, cur ita facis? Spec. *de locat. §. nunc oſtend. v. 89. l. qui in pro. 57. §. domos. de rit. nupt. c. cum ſuper. 4. ext. de cauſ. prop. & poſſ.* Ratio irrationalis. Non enim amplius eſt princeps, ſed tyrannus, qui naturæ leges, & limites juſtitiæ transgreditur. *c. ſcelus 21. cau. 2. q. 1.* At naturæ lex æquiſſima, ne ſine culpa quis rei ſuæ dominio privetur. *l. 11. de R. I.* Et vt vi prin- 27. ceps hoc facere poſſit, non tamen hoc poteſt vt princeps, cui juſta & honeſta tantum ſunt poſſibilia, à quo cum jura naſcantur, non debent litigia, aut injuriarum naſci occaſio. *l. 6. in pr. C. vnde vi.* ſed vt tyrannus, cui pro lege eſt libido, & pro ratione voluntas. Niel. *diſp. feud. 11. th. 3. lit. D.* Probat hoc exemplum notabile punitionis Achab Regis, ob ereptam Nabotho vineam ſuam. *3. Reg. 21. & 4. Reg. 9. & ſeq. Ezech. 46. vers. 18. Sequuntur D d.* Gail. *2. obs. 55.* Covar. *3. var. res. 6. nu. 6.* Pruckm. *tr. de regal. §. ſoluta poteſtas. c. 4. eff. 5. num. 4. vbi nec in*

caſu neceſſitatis admittit. An. Gabriel. *lib.3. tit. de ju. quaſ. concl. 1.* Tiraq. *de pæn. in proœm. nu. 38.* Vaſq. *1. contr. c. 2. & 5.* Car. Tapia. *ad rubr. de conſt. princ. c. 11. n. 77.* Antimach. *lib. 1. pag. 36. & ſeqq.* quos Angelus inverecundè mentiri dixit. Nonnulli diſtinguunt inter principis poteſtatem abſolutam, & ordinariam, vt de communi calculo teſtatur Piſtor. *2. q. 40. nu. 16.* Sed reverâ plenitudo poteſtatis principis non efficit, quin iniqua adhuc ſint, quæ iniqua ante fuerunt. Pinell. *ad rubr. p. 1. c. 2. n. 20. C. de reſcind. vend.* Menoch. *de aa. ij. qq. lib. 1. q. 48.* Myns. *reſp. 21. & cent. 5. obs. 97.* Wes. *cons. 45. n. 17. p. 1.* vbi iſtos ſubditorum deglubitores, vt vix precarium ipſis dimittāt ſpiritum, tyrannellos vocat, ejusmodi plenitudo poteſtatis eſt plenitudo tempeſtatis. Dec. *1. con. 25.* Et qui potentiorum blandiuntur emolumentis, non ſunt ICti, ſed iniquitatis miniſtri, non ſacerdotes, ſed apoſtatæ, non philoſophantes, ſed hypocritæ improbiſſimi. Mar. Sala. *in l. 1. n. 6. de I. & I.* Rol. à Valle. *cons. 91. n. 55. vol. 2.* qui cum Mammone indiſſolubili vinculo conjuncti, credunt non poſſe Deo & Mammoni ſerviri; ſed hunc ambiendo Deum relinquunt, & artificium manuale exercent, quæ manus ſunt oculatæ, & illud tantum credunt quod vident. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 97.* War. de Erenb. *de Reg. ſubs. & on. ſubd. c. 15. n. 16.* dubitat, an ab homine vel diabolo ſint pro-
28. lata plenitudinis jura. Cuius mali vel avaritia imperantium, vel proprium commodū aliquod, vel invidia vel arrogantia, malitia, aut aliæ fortaſſis cauſæ eſſe poſsunt, vt præter conſuetos acquirendi modos NOVAE inventiones extorquendæ & conquirendæ pecuniæ ſuboriantur. Ad. Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 8.* Conſtat enim inter omnes, principum vel quæſtorum potius avaritiam non contineri finibus, ſed vires jubendo extendere latius, onerant populos tributis *inquit.* Nat. *lib. 7. pag. 249.* quibus certè malitia quorundam ita invigilatur, vt potius ad opprimendum, quàm relevandum populum nati videantur. Greg. Thol. *lib. 3. de Rep. c. 6. in pr.* vbi aliquot modos financiarum non imitandos refert: Sed reverera atrum ſordidumque eſt
29. aurum, quod ex lacrymis oritur, Philoſtr. *lib. 5. de vit. Apollon.* Hic incipit, Proximus ſum egomet mihi, & Arithmeticorum regula falſi practicatur, quod ſi tegatur, artificium: Sin innoteſcat, erratum vocatur, ſed revera furtum, & ad 7. pertinet præceptum. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 98.* Exactores debent ſe habere paternali modo, vt *inquit* Ruin. *conſ. 116. n. 5. vol. 4.* ne ærarium fiat ſpoliarium, cruentarumq;

rumq; prædarum receptaculum, *vt loquitur.* Alth. *c. 8. pol. p. 87.* Exod. *22. vers. 25.* War. de Erenb. *de oner. ſubd. c. 7. nu. 20. & ſeq.* vbi ait, in ruſticis non ſervari, à quibus leonina fit exactio. Interdum Domini connivent, vt mali officiales ex raptu vivant, per fas ac nefas diteſcant, quos poſtea vt ſpongias exprimunt. Greg. *lib. 4. de Rep. c. 6. nu. 4. & 9.* ſecundum illud: Villa mea me perdidit, vt Agrippina Statilia Tauru̅ opibus illuſtrem evertebat, quia.

Lis eſt cum forma magna pudicitiæ;
Divitibus major ſtruitur ſed techna potentum.

Dur. di Pasc. *in aul. pol. reg. 224.* præcipuè moribus hujus ſeculi *et addit* Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 8.* Veruntamen ejusmodi exactores & oppreſſores vt plurimum ſunt aſtutiores, & hanc malitiā ſapientiam putant, geſchwindigkeyten. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p. 98.* Contractus vt plurimum innominatos celebrant, do vt des, facio vt facias, do vt facias facio vt des. *l. 5. §. 1. de præſ. l. 7. de pact.* quicquid corradunt, minimè produnt, ſed aliorſum fortè mutuo dant in exotica loca, eousq; donec officio defungantur, vivi aut mortui. In cuius eventum promovent aliquem amicum, qui veſtigijs ſuis inhærendo fucum tegat, eiq; ſimulatè debita, & reliqua quædam, ſive retardata relinquunt, quibus aſtutijs ac Dominis, ac multis alijs callidè imponunt. Kell. *d. lib. 2. c. 8. alleg.* Eccleſ. *prov. 5.* vidi ſervos in equis, & principes ambulantes ſuper terram quaſi ſervos. Neq; prodigi ſunt; vt quid elargiantur ad cauſas pias, aut juſtitiæ adminiſtrationē, ne ſpem precio emere, atq; ita cum his qui hoc faciunt, vel alijs id ſuadent & ipſorum judicio delirant, illi quoq; delirare videantur. Non enim ignorant, quod parſimonia, auctore Cicerone, magnum ſit vectigal. Sera tamen tacitis pœna venit pedibus, & ſolet tarditatem gravitate compenſare, Mahometh in agone ad amicū conqueſtus eſt, quod ſemel injuſtum tributum exegerit. Arniſæ. *lib. 1. doct. pol. c. 11. p. 271.* Hæc de tertia litium publicarum cauſa, oppreſſione ſubditorum, & violenta exactione.

Quartò, nonnunquam Indulgentia ſeditionem parit, ſecun- 30.
dum Appium apud *Liv. lib. 2.* Non miſerijs ſed licentiâ tantum concitum turbarum, & laſcivire magis plebem, quam ſævire. Typot. *lib. 5. de ll.* Meliorum perniciem quærere, dare nutriculas ſeditionis, plebis eſt libertate pereuntis. Sanè negotium nomine horridum, civitatis Romanæ mores in ſuo ſtatu continuit, blandæ appellationis

quies, plurimis vitijs reſperſit. Val. Max. *lib. 7. c. 2.* Nonne hæc libertas & indulgentia multas lites publicas tàm in Polonia, quàm Germania excitavit, & adhuc excitat? *confer.* P. Greg. Thol. *lib. 23. de Repub. c. 7. & 23.* Schonborn. *lib. 7. pol. c. 13.* Adam. Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 10. in fin.* vbi monet cavendum, ne libertas nimia ſit, quæ diſſoluta eſſet vagandi & rebellandi licentia. Arn. Clapm. *lib. 2. de arc. Reip. c. 2. & lib. 5. c. 19.* Sic negligentia litium publicarum cauſa, cum vulgus iniuſtè fieri multa cernit, cum leges negliguntur, cum Regni privilegia vileſcunt ſtudio & largitione: *Auct. dial. de Reg. inſt. lib 2 p. 19.*

31. Sic æmulatio ζηλοτυπία, obtrectatio, invidia, ambitio, & perverſa quorumdam magiſtratuum opinio, ſubditos propter ſe natos, publicis litibus occaſionem præbent evidentem. Magiſtratus enim non ſunt territoriorum Domini, ſed clientes vniverſę Reipub. quando civium omnium negotia omnia, curas, labores, pericula, egeſtates, moleſtias, diſſidia, bella, ſimultates, contentiones, lites, crimina, pondus deniq; rerum omnium humeris ſuſtineant: nec poſſint, etiamſi velint, ex animi ſui ſententia vivere, vt verè inquit *Auct. dial. de Regn. & Reg inſt. lib. 1. pag. 13. poſt. Scip. Amir.* Hoc ſi diligenter cogitarent, multi litibus publicis abſtinerent. Sed æmulatio exurgit, invidia accedit, lis publica movetur, & honoris causâ alter alteri invidens tumultuatur, quæ res litem publicè movit inter Pompeium & Cæſarem. De Philippo Macedone Iuſtin. *lib. 8. in pr.* refert, quòd velut è ſpecula quadam libertati omnium fuerit inſidiatus, alendo civitatum contentiones, auxilium inferioribus ferendo, victos pariter victoresque ſubire Regiam ſervitutem cogendo. Hoc Magni noſtri ſeculi Philippi, pater & filius tentarunt, & lites publicas ſeminarunt, ſed infeliciter. War. de Erenb. *de fœd lib. 1. c. 2. n. 142. 220. 221. Dreſ. in orat. de pontif. inſ. per Germ.* Et exempla in Imperio Romano paſſim obvia, quod civitatibus opulentis vicini principes vehementer invideant, Schonb. *lib. 1. pol. c. 13. n. 2.* & per conſequens lites publicas moveant. Hic in promptu ſunt ambitio & diſcordia, ordinum venenum, præcurſor ruinæ, omnia opportuna inſidiantibus faciens. Liv. *lib 3* Bodin. *4. de Rep c. 1. n. 339.* Pet. Greg. *23. de Repub. c. 3. n. 13. vbi* ex B. partialitatem in Repub dicit eſſe, tanquam vermem in caſeo. Chriſt. Warſer. *in parad. Chriſtianorum diſcordiâ non creſcet Turcica potentia* Dn. de la Nove. *diſc. mil. 2. Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p 107.* vbi conqueritur inter circulos atq; ſtatus imperij nullam eſſe cohærentiam,

tiam, ſed ſcopas mere diſſolutas, quæ licet recolligantur, parum roboris propter fracturas obtinebunt. Verum .n. illud Cam. in embl.

Damna dat atq; facit VIS VI colliſa potentum,
Ramorum attritu vt flamma reſultat edax.

Schonb. *lib. 7. pol. c. 3. de Rebuspub. ob diſcordiam everſis.*

Hæc de litium publicarum cauſis ex parte Magiſtratuum, Subditi plerumq; reſpectu cladium publicarum divinitùs immiſſarum, qualia ſunt Dei flagella, annonæ gravitas, bellum, peſtis, litigium, etiam ſeditioſi concurrere ſolent, cauſam malorum in homines conferentes, quæ vel ipſis ſignis Deus portendit, vtpote Cometis, terræmotu & eclypſibus. Freig. *lib. 25. phyſ. p. 645.* Peucer. *de divin. p. 358.* Garzæ *in Meteorol. p. 34. & 411.* Camer. *lib. 2. de Oſt. pag. 345.* P. Greg. *lib. 21. de Repub. c. 6.* Mezal. *lib. 2. Cometogr.* Deus enim exterioribus litium publ. immiſſionibus oſtendit, quæ interioribus vitiorum, depopulationibus, peccatorum vrticis, & vanitatum ſpinis cõmeriti ſumus, vt olim dixit Carolus 2. *in Comit. Piſt. c. 1.* Heiminsfeld. *tom. 3. conſ. imp. p. 613.* Talis ſeditio fuit ſub Tiberio vt Tac. *6. annal. 3.* iiſdem, *inquit*, conſulibus gravitate annonæ juxta ſeditionem ventum. *adde* Scip. Amir. *lib. 12. diſc. pol. c. 3. de annona caritate, eiusq; remedijs. ex* Ioſeph. *lib. 9. ant. jud. c. 2.* Paul. Diac. *lib. 16. c. 47.* Dio Sic. *c. 14.* 32.

Secunda litium publicarum cauſa ex parte ſubditorum, eſt contemptus & contumelia quorundam, vt olim populus Romanus à patricijs diſſidens graviſſimas ſeditiones concitavit. *Auct. dial. de Reg. & Reg. inſt. lib. 1. p. 39. poſt Scip. Amir.* Plerumq; ſeditiones ex conci- 33.
liabulis occultis initia ducunt, Sicut in factione Manlij. *Liv. lib. 6.* quando homines litigioſi & malitioſi congregantur, per quandam viam concilij, ſectæ, vel fœderis in aliquem finem non approbatum. Corn. *con. 216. col. 2. n. 3. lib. 3. per l. 1. §. 1. ibi: conveniantve adverſus Rempub. ad l. Iul. maieſt. l. conventicula. c. 1. §. conven. de pac. jur. firm.* Capic. *dec 130.* Decian. *tr. crim. lib. 7. c. 20. n. 3. vbi* dicit, nullam in Repub. capitaliorem eſſe peſtem, quàm vt ſinguli pro libito poſſint inter ſe coire, cum ex his coitionibus & factiones, & ſeditiones, & tumultus, & maxima adverſus Remp. pericula oriantur. Menoch. *de arb. jj. qq. lib. 2. caſ. 597. n. 1. con. vlt.* Boſs. *de crim. læſ. maj. n. 23.* vbi decretum Mediolanenſe explicat, Vnionem corporaliter puniri, etiamſi fuerit facta ad bonum finem: quod vix admittendum, quia eo caſu

dicitur potius concordia, quàm conſpiratio. Rol à Vall. *conſ 17. n 31. lib. 3.* Sicut vnio nupertimè facta Zu Schwäbiſchen Hall pro defenſione Religionis & Regionis eſt licita, vt in ſpecie innuit Menoch.
34. *conſ. 28. n. 7. & 20. lib. 1.* Bertaz. *con. 146. n. 27. lib. 1.* Nec Anſeaticarum civitatum fœdus ſpeciem conſpirationis ſapit, aut publicas minitatur lites, eò quod multæ civitates in eo contineantur, quæ Regalia à Cæſare non habent, & mediatè ſubjectæ imperio, vt exiſtimat Warem. de Erenb. *tr. de fœd. c. 2. n. 44.* & And. Knichen. *in quæſt. an civitat. imp. hab. jura territ. n. 475.* vbi bonum putat, quod ſua potentia vti neſciant. Veruntamen ſicut initio magna ſocietatis Hanseaticæ vtilitas contra Danos & Suecos, qui in Holſatiam, Lunæburgũ, & Saxoniam regiones irruebant. Crantz. *lib. 1. Vand. rer. c. 1.* Ita reviviſcente eorundem lite publicâ, occaſio datur vires, & potentiam experiundi; nec enim facile in diſputationem vocandum illud, quod de jure non valet, ſi de facto fiat. Cagn. *in l. ſi quis maior. n. 216. C. de tranſact.* Ioh. Kopp. *dec. 21. n. 18.* Imò fœdus hoc à Carolo IIII. confirmatum, & in receſſibus imperij Anno 1542. §. Demnach v. vergleichen auch die Hains vnd Seeſtätt. It. Anno 1548. 1566. 1576. 1594. §. Dergleichen. v. zu ſambt den Hainſe vnd Seeſtätten. War. ab Erenb. *in med. pro fœd. c. 2. n. 44.* Ergò nullam conſpirationis ſpeciem ſapit aut capit, Sed obſervandum interim quod olim dixit bruder Heinrich von Kottenbach / Anno 1523.

Ihr Reichsſtätt / vnd Stätt merckt mich eben
Eynen guten Rath wil ich euch geben /
Legt euch nicht zwiſchen Fürſten vnd Adel /
Sonſt werdet jhr euch machen eynen tadel /
Dadurch jhr werdet kommen in ſtreit /
Welchs euch wirdt bringen Hertzenleid /
Dan Fürſten vnd Adel nicht lang
Vneins ſein / ſondern im Zwang
Euch wol können halten / gleubet das
Wann jhr euch wider ſie ſetzet baß /
Darumb zu beyden theylen fürchtet Gott /
So bleibt jhr wol auß angſt vnd noth.

Tertia litium publicarum cauſa ex parte Subditorum eſt excellentia paucorum, quibus cum reliqui ſe inferiores videant, invident,

magnaſque contentiones excitant: vnde diſſimilitudo morum eſt cauſa litium publicarum. *Auct. dial. de Reg. inſt. lib. 2. pag 39.* Bodin. *in meth. hiſt. c. 5.* vbi innuit ex varietate morum, varias LL. oriri, quia mores animi temperaturā corporis vt plurimum ſequuntur. Galen. *tom. 1. pag. 994.* Peucer. *de diuin. p. 364.* Menoch. *de aa. ij. qq. lib. 2. caſ. 57. 10. 45.* Bonifac. *tr. de furt. §. eſt. n. 32. & ſeqq.* Plures litium publicarum cauſas qui cupit, præter allegatas: conſulat. Plat. *lib. 8. pol.* Ariſt. *5. pol. c. 1.* Melch. Iun. *p. 1. q. 5* Zecch. *lib. 1. c. 4. nu. 4.* Caſman. *in polit. c. 61.* Dom. della Nove. *diſc. pol. 1.* Warem. de Erenb. *lib. 1. de fæd. c. 1. n. 29.* vbi ſcribit infinitas eſſe converſionum, & conſequenter litium publ. cauſas, quæ nec Europæ, nec Aſiæ, nec Africæ, nec Americæ, limitibus contineri queant. Vnum coronidis loco ſubjungam auctuarium de Rege quodam regni mutationem vidente, qui 4. ad ſe Philoſophos vocavit ad inquirendam mutationis cauſam, quorum ſententias portis adſcripſit ſequenti modo.

1.

Vnum Amicus Bonum	eſt	duo inimicus malum	ideò Regnum eſt ſine	Veritate Fidelitate Pietate	36.

2.

Potentia Dies Fuga	eſt	juſta nox pugna	ideò Regnum eſt ſine	Lege Vita Honore

3.

Ratio parit licentiam Credituarius eſt fur Cornicula vult eſſe aqla	ideò	Regnum eſt ſine Nomine Terra eſt ſine pecunia nulla eſt diſcretio in patria.

4.

Voluntas eſt conſiliarius Denarius eſt judex Deus eſt mortuus	ideò	Regnum malè adminiſtratur. Terra malè regitur. Regnum eſt plenum peccatorib⁹.

Hæc

27. Hæc de cauſis litium publicarum: Sequuntur cauſæ litium forenſium quibus accedunt converſationes Italo-Gall-Hiſpano-Germanicæ fructus proditionis, perfidiæ, poltronismi, atheiſmi, magiæ, negromantiæ paſſim relinquentes, quia omne quale adueniens quali, facit ipſum tale, quale ante fuit. *Matag. de Matagon. ad Italo-Gall. p. 195.* Sicut hoc vltimo, & malitioſo ſeculo ejusmodi fructus & litigia publica, paſſim in Colligatione 5. LiGę videmus, invidemus; cujus ſpiritus eſt ventus meridionalis, ſive Hiſpanicus, per quem non Pax, non Charitas regnat in hoc ſeculo, ſed bellum, clades, ſtrages, diſſidium, parricidium, rapinæ, lanienæ, furores, Erynnides & quicquid crudele excogitari poteſt. Anti-Choppin. *pag. 14. & ſeqq.*

Tu quaſi Romanas voluiſti ſpernere leges,
Hiſpano diſcas ſubdere colla jugo.

Benbellona *in ſuſcit. prin. par. 2. c. 15.* Sed nunc de litium priuatarum cauſſis.

CAPVT VII.

De cauſis Litium remotis, imperfectitudine humanæ natutæ, cupiditate, rerum communione & diviſione, legum multitudine.

SVMMARIA.

1. *Remota litium cauſa imperfectitudo rerum.*
2. *Cauſæ causa lapſus Adam, & avaritia ejus dem.*
3. *Cupiditas omnium litium cauſa & mater.*
4. *Res humanæ mutationibus & litigÿs ſubjectæ.*
5. *Regnandi cupiditas regna evertit, lites parit.*
6. *Habendi cupiditas penes eccleſiaſticos.*
7. *Exempla & effecta litigioſa cupiditatis.*
8. *In angelis pravitas naturæ non gratiæ.*
9. *MEVM & TVVM ſunt occaſio litium.*
10. *Communio eſt litium & diſcordiarum cauſa.*
11. *Incommoda communionis Platonicæ.*
12. *Iure gentium à Communione receſſum.*
13. *Rerum diſtinctio probatur S. ſcripturâ.*
14. *Eadem facit ad tollendas rixas & lites.*
15. *Rerum proprietas non eſt litium cauſa.*

Ambitionis

16. *Ambitionis magnitudo reprehenditur.*
17. *Vicinia rarò ſine litibus & jurgijs.*
18. *Vicinos invadere, & lites movere intutum.*
19. *Exemplum Regis Bornenſis ne bellum moveatur.*
20. *Diviſio bonorum lites parit, & patrimonium confuſum.*
21. *Multitudo legum eſt litium forenſium cauſa.*
22. *Legum humanarum imperfectio & varietas.*
23. *Legum Iuſtinianearum multitudo & numerus.*
24. *Legum Gallicarum numerus & Academiarum vbertas.*
25. *Legum novitate nihil pernitioſius.*
26. *Legum Germanicarum varietas & multitudo.*
27. *Iuriſprudentia an ſit litium mater.*
28. *Invectiva in Iuriſprudentiam.*
29. *Encomium & neceſſitas juriſprudentiæ.*
30. *Iuriſprudentia lites pellit, non generat.*
31. *Sophiſtica eſt litigandi ſcientia.*
32. *Nonnulli ex ICtis ſophiſticantur.*
33. *Theologi in ICtos debachantur.*
34. *Vita ſine literis hominis ſepultura.*
35. *Abuſus non tollit rei ſubſtantiam.*
36. *Religioſi Bartoliſtæ litium buccinatores.*
37. *Sapiens quis dicatur verè.*
38. *Legum paucitas commendatur.*
39. *Iacobus Rex Angliæ paucitatem LL. commendat.*
40. *Ius ad priorem exilitatem reducere difficile.*

CAVSAS litium publicarum præmiſimus, quia publica ſunt anteferenda privatis: ſequuntur cauſæ litium privatorum ſive forenſium, eæq; duplices, remotæ & proximæ. Remota litium tàm publicarum quàm privatarum cauſa communis, eſt imperfectitudo omnium rerum, & imbecillitas humanæ naturæ, quæ tàm caduca, mutabilis atq; variabilis eſt, vt facilè ſuis erroribus atq; cupiditatib⁹ abrepta moveat lites injuſtas. Ant. Palaz. *p. 3. del governo di ſtat. c. 24. p. 210.* Ott. Casm. *in tr. de mund. immund. c. 42. p. 485.* Scire vltima eſt hominis perfectio. At hæc à mortalibus vix attingi poteſt. Quid enim mortalis ſibi promittere poteſt ad finem perfectum ducere. Hominum cogitationes & arbitria perficiendæ rei cujuslibet ſtudio cogitata, 1.

gitata, à temporis veloci curriculo conſumuntur. Cam. Borell. *in præf. tr. de Compr. no. 2.*

2. Hujus cauſæ primaria eſt lapſus priorum parentum à Dei imagine omnium perfectiſſima, ad carnis imaginem imperfectam, malitioſam, cupidam, litigioſam. *Gen. 5. vers. 1. ibi: ad ſimilitudinem Dei.* Heygius *par. 2. q. 38. n. 3.* Ratio, quia ob divinæ imaginis præſentiam Homo illuſtratus; ob illius verò amiſſionem excæcatus eſt. Franc. Lamb. *tr. 2. de ca. excæc. mult. ſec. c. 1. pag. 19. & per tot.* vbi tres lapſus cauſas adſignat. 1. quod ſcrutator majeſtatis ſit, de quod. prov. 25. quod opprimatur. 2. avarus ſcientiarum. 3. dæmoniorum doctrinæ adhæſit. Vnde Bernhard. *ep. 18.* Appetitus vanitatis, & contemptus

3. veritatis, cauſa noſtræ cæcitatis. Hæc avaritiæ radix, & effrenatarum ſcientiarum deſiderium naturæ humanæ innatum eſt, & in dubio omnes præſumuntur avari. Bertrand. *con. 59. vol. 3. p. 2.* At mens avari ſemper cupiditatis ſtimulis imbuta, ſemper aurum, ſemper argẽtum ſitit, ſemper reditus computat, ac gratiùs intuetur aurum quàm ſolem, *c. ſicut hi. diſt. 47.* Divitias enim litium primitias per fas & nefas congerit, poſſidet, lites movet. *c. nonne velis. diſt. 37.* Coler. *de pro. exec. p. 1. c. 10. n. 119.* De litibus publicis Heig. *p. 1. q. 6. n. 6.* quod Homines alioquin imperij cupidi, monſtratâ etiam tenui occaſione, regnandi gratiâ à pietate & Iuſtitia ad diſſidendũ & litigandum ſint proclives. De privatis. Seignieur de Pibrac. *la. 1. remonſtr. p. 41.* que le Litige procedoit, & eſtoit engendre des CVPIDITES des reiglees. *h. e.* quòd litigiũ cupiditatibus inordinatis procedat, quæ non modò ſingulos, ſed vniverſas familias evertunt, in animis noſtris incluſæ inter ſe diſſident atq; diſcordant. Hæc eſt illa ingluvies, magna tyrannis, aviditas inſatiabilis, irrationabilis exactio, & AVARITIA crudelis, quæ, vt *inquit* Tullius, eſt amor inordinatus habendi. Ioh. Bapt. Mag. *de patr. rat. p. 2. c. 57. n. 31.* & Ioh. Sarisberiens. *lib. 3. de nug. Curial. c. 3.*

4. Concupiſcentia eſt lepra generalis, quæ omnes inficit. Sicut enim totus terrarum orbis more navis ſusq; deq; ambitione ac Regnandi cupiditate jactatur marinis fluctibus, nunc ſecundis, nunc adverſis: Ita res humanæ omnes, oppida, flumina, imperia, viciſſitudini, mutationi, alterationi, litibus atq; malitijs hominum ſunt expoſita, vt *inquit.* Warem. de Erenb. *lib. 1. de fœd. c. 1. n. 2. 3. & ſeqq* Krantz. *lib. 1. Wandal. c. 1* Ferd. Vasq. *in præf. lib. 1. ill. qq. n. 35. per. Nov. 7. §. vlt. ibi: ſub perpetuo motu.* Manil. *lib. 4.*

Omnia

Omnia mutantur mortali lege creata.

Cum ſol deficiat, luna laboret, ſidera cadant. Lips. *lib. 1. de conſt. c. 16.* Victor. ab Avers. *de van. mund. pag.* 27. leges ipſæ mutentur, etiam in æs inciſæ, Manut. *in præf. lib. 2. de Rom leg.* deniq; volvant mortalia vices crebræ, & rebus omnibus fuga fiat, Symmach. *lib. 8. ep. 27.* Sylv. *lib. 1. ep. 155.* & per tal variar natura è bella. Ferd. Vasq. *ill. qq. c 21. n. 14.*

Sed ejusmodi innovationes atq; mutationes plerumque ſunt 5. matres audaciæ, ſuperſtitionis ſorores, litigiorum filiæ. Caſm. *de mund. immund. c. 42. pag. 508.* quia nouitates ſæpè pariunt diſcordias, & omnis novitas præſumitur mala. Dd. *ad. l. 2. de conſt. pr.* Alcia. *2. praeſ. 30.* Alb. Gentil. *diſp. 2. de vnio. Brit. pag. 41.* Sicut enim in publicis inſolens res, & propè intolerabiles nimia illa alijs imperandi & cupiditas & licentia, quæ comitata luxurie, avaritiâ, ſuperbiâ & amore ſui, lites procreat, & Regna con: & evertere ſolet. Iac. Omph. *lib. 1. civ. pol. c. 7. n. 5.* Speckh. *c. 2. q. 3. n. 2.* Liv. *lib. 8. dec. 4.* Polyb. *lib. 6.* Xenoph. *lib. 8. de Pæd. Cyr.* Polyb. *lib. 3. & 5.* Thucyd. *lib. 3.* Danæ *lib. 3. de pol pag. 251.* Greg. *lib. 22. de Repub. c. 6.* Ita in privatis effrenata hominum cupiditas, ſui prodiga, pacis æmula, mater litium & materia jurgiorum eſt, quæ cotidiè nova litigia generat. Oliban. Hiſpa. *in præf. tr. de act. n. 5. inf.* Adam. Keller. *lib. 1. de off. jur. pol. c. 16. pag. 136.* Ioh. Pratej. *reg. jur. lib. 5. tit. 4. c. 2.* Negoiorum enim compoſitio verſatur circa res acquirendas, amittendas, conſervandas, ex quibus non benè compoſitis ſequuntur lites, crimina & bella. Tolos. *in præf. lib. 3. ſyntagm.* Hæc CVPIDITAS ſenſus hebetat, & pervertit opiniones 6. litigantium, vt quæſtum pietatatem putent, & pecuniam quaſi mercedem litigioſæ prudentiæ: Hæc Eccleſiaſticos dementat, inſanâ mente dicentes hodiè: Nolumus martyres eſſe; ſed ſedium noſtrarum gloriam non dabimus alteri. Ioh. Sarisberien. in *συγχρόνῳ Imp.* Frid. Barb. *lib. 8. c. 23.* Conr. Rittersh. *in not. ad Gunth. lib. 10. c. 1. vers. 116.* Ardor ſiquidem, & ambitionis ſalsugo bibulam ſacerdotum animam occupat, *vt inquit* Cyprian. An. Robert. *2. rer. jud* Car. Molin. *de Abuſib. cur. Rom. ad SCtum Franc. gl. 15. n. 130. & in comment. C. ad. L 1 C. de SS. eccl. in pr. verb. concilio.* Divitias fidem & diſciplinam prælatorum ſuffocaſſe. Et vt Platina ait: Religione pro Regione ad arma converſi, habitu magis relinquentes ſeculum, quàm ſenſu, æſtuantes majori dominãdi ardore quàm laici. War. de Erenb. *de fœder. c. 1. n 44. & ſeq.* Nicol. ab Orem. *in concione habita coram Vrbano Pontifice &*

Cardinal. Anno 1346. Epiſt. Lucif. *ad malos princip. Eccleſiaſt.* Barth. Muſc.
7. *de ſucceſſ. convent. memb. 2. d. 1. concl. 4. n. 118.* Non minori litium ardore & Cupiditate ſeculares & antiquo, & hoc noſtro ſeculo accenduntur, quos Xenophon in ſympoſio πυδάρχας appellat, h. e. qui magiſtratui ſupra modum ſtudent. Sic Ninus Aſsyriorum Rex primus omnium veterem gentium morem novâ imperij cupiditate mutavit: bella finitimis intulit, & lites publicas excitavit. Iuſtin. *lib. 1.* Sabell. *lib. 1. Enn. 1.* Sic Abſolon regni paterni cupidiſſimus ſe benè regnaturum jactitavit. *2. Reg. 15.* Sic magna Alexandri Magni, Iulij Cæſaris, & aliorum cupiditas fuit.

Vnus Pellæo Iuveni non ſufficit orbis,
Æſtuat infælix anguſto limite mundi.

Inquit Iuvẽ. *Sat. 10. adde* Volateran. *lib. 8. c. 16* AElian. *lib. 4.* Sic Carolus Burgundię Dux ambitioſe jactavit, vnũ ſe futurum principem, qui ab Oceano Britannico ad ſuperum atque inferum mare, productis imperij finibus, chriſtianam Rempub. ab immani Turcarum tyrannide, exercitibus in Græciam & Macedoniam transportatis, vindicaret. Brut. *lib. 6. hiſt. Florent.* Lud. Viv. *de concord. & diſcord. lib. 1.* Theod. Zvving. *vol. 11. theat. hum. lib. 4.* vbi plura exempla refert, eorum qui propter regnandi cupiditatem, nec fratribus germanis pepercerunt, ſecundum tragicam exclamationem:

Fratres domum ſortiri acutis enſibus.

Adeò eſt inſociabile, & ferum cupiditatis inſtitutum, quod & Germanis, & Hiſpanis exemplis facilè illuſtrari poſſet, quorum induſtriam & altã mentem, quodq; ingenij præſtantiâ cæteros Europæ populos dicantur ſuperare teſtis eſt Livius & Bodinus *lib. 4. de Repub. c. 1. p. 777. & lib. 6. c. 5. n. 721.* vbi in individuo de molitione Caroli V. cui Franciſcus 1. Gallorum Rex dixerat, pacem non diuturnam fore. Nã nec ille parem, nec ego ſuperiorẽ ferre poſſum. Ægid. Corrocet⁹ *de dict. & fact. memorabil.* Hæc æmulatio, ambitio, & cupiditas ſacrilegia committit & furta: litigia invenit & diſceptationes: rapinas exercet & prædas: bella gerit & homicidia patrat: ſimoniarè vendit & emit: iniquè petit, & recipit: injuſtè negotiatur & fœcundatur: inſtat dolis & fraudibus: diſſolvit pactum, & violat juramentum: corrumpit teſtimonium, pervertit judicium. Innoc. III. *lib. 2 de cont. mundi*
8. *à c. 2. vſq; ad. 16.* Quid homines imperfectionis, cupiditatis, malitiæ, pravitatis, arguimus? cum Deus in angelis reperiat pravitatem; ſcilicet

naturæ,

naturæ; non gratiæ. Damaſc. & Dionys. *lib.4.c.7. art.30. Angelohierar. per. Iob. 4. vers. 15.* Warem. de Erenb. *lib. 1. de fæder. c. 1. n. 7.* nec aſtra ſint munda in conſpectu Dei, vt de his & Angelis aſſerit Ioan. Sarisber. *lib. 5. de nug. cur. cap. 9.* Ergò creaturæ ſunt imperfectæ, inſtabiles, malitioſæ; litigioſæ, vitioſæ, reſpectu creatoris ſolùm perfectiſſimi: Hæc *ἔνδεια* ſecundum Stoicos, h.e. libido quædam inexplebilis, & 9.
cupiditas immoderata ſi ceſſaret, & vnusquisq; ſuâ ſorte contentus liti potius cederet, quàm contenderet, nunquam tanta extarent litigia de MEO & TVO, nec vlla dominiorum diſtinctio eſſet. Hinc benè Philoſophus dixit, quod quietè viveretur in mundo, ſi duo hæc auferentur è medio, MEVM & TVVM, tanquam occaſio omnium litigiorum. *c. dilect. ſim. 72. q. 1.* Arn. Reyg. *in theſ jur. lit. M. n. 208.*

Sic Anaxagoras agrum ſuum omnibus compaſcuum eſſe voluit. Sic Pericles ex prædijs macerias ſuſtulit, vt ad fructus inde percipiendos liber omnibus pateret acceſſus. Sic Lycurgus in Laconica ſua repub. inſtituit, quod Plato ad vxores etiam extendit. *c. dilectiſſ. §. & 12. q. 1.* licet gl. ibidem declaret non intelligi, reſpectu vſus carnis, ſed quoad honoris protectionem. Sic legem Agrariam, & C. Licinij plebiſcitum, quæ de agris æquè populo dividendis ferri intendebat, exploſam, Grachumq; ipſum ob id cæſum fuiſſe, teſtis eſt Cic. *in orat. de l. agraria* Ordelaph. *ad l. fin. n. 77. & ſeqq. de R. V.* Hic exſurgit altera litium forenſium cauſa remota, rerum communio atq; diviſio.

Sed prædicta intelligenda ſunt de jure naturæ primævo, quo o- 10.
mnia fuerê communia, & tandem ex communione litigia promanarunt. *c. jus nat. dist. 1.* Non minima enim litium & diſcordiarum cauſa eſt communio. *l. cum pater. §. cum dulciſſ. de leg. 2.* Balb. *de præſcript. p. 4. q. 13. n. 5.* Curt. Sen. *conſ. 52. n. 8. &* Iun. *conſ. 112. n. 1. allegatus à Villal. lit. D. n. 81.* Soar. *n. 82.* Clar. *§. teſtam q. 67. verſ. quæro.* Vult. *vol. 1. conſ. Ac. Marp. 22. n. 100.*

Incommoda communionis bonorum Platonicæ ſunt, labo- 11.
res inæqualiter diſtribui: æquè enim illi, qui plurimum operæ impendunt, participant de fructibus, quàm illi, qui manum admovere nolunt. Vnde litium & diſcordiarum ſemina, liberalitatisq; neglectus, quæ de proprijs erogare præcipit. *Ar. 2. pol. 3.* Nec frugalitas ibi eſſe poteſt, vbi nihil proprij habetur. Lactant. *lib. 3. divin. inſt. c. 27.*
Idcircò ab eadem litigioſâ communione jure gentium oportuit re- 12.
cedi, creſcentib⁹ hominum cupiditatibus, & neceſſum fuit dominia

rerum diſtingui, vt maioribus malis occurreretur, nec homines obſoleſcerent, ſed ſolertes fierent. *§. jus autem Inſt. de I. N. G. & C.* Vaſq. *lib. 2. ill. contr. 51. n. 11.* Bodin. *lib. 6. de Republ. c. 8.* Ordelaph. *ad l. fin. n. 81. de R. V.* Nec eſt, quod quiſquam tegerat, ob MEVM & TVVM, vt inquit Plato, invehi, & ali contentiones atq; litigia, quibus eradicandis magiſtratus curam adhibere debet. Litigiorum enim cauſa non eſt *ἀκοινωνησία τῶν κτημάτων*, ſed *πλεονεξία* & perverſitas hominum, quorum cupiditates in acquirendis bonis ſunt inexplebiles, vt
13. optumè reſpondet Georg. Schonborn. *lib. 1. pol. c. 15.* Et tantum abeſt, vt Dominus promiſcuam rerum omnium communionem exigat in hoc litigioſo ſeculo, vt apertè rerum proprietatem & dominiorum diſtinctionem confirmet, furtum prohibendo, quod non niſi rei alienæ eſſe poteſt. *Pſal. 61. Exod. 20. v. 15.* Eamdem probat Chriſtus in novo teſtamento. *Matth. 18. verſ. 23. & 19. verſ 22. Marc. 12. verſ. 41. Luc. 12. verſ. 16. 1. Cor. 1. verſ. 26. 1. Tim. 2. verſ. 1.* Eamdem rerum diviſionem rationabiliter propter tria factam fuiſſe aſſerit Scot. *in 4. Sent. 15. diſt. art. 2.* 1. ad excludendum negligentiam, quia ſi communes eſſent agri, in ſolitudinem reducerentur, & neceſſaria hominum ſuſtentatio deficeret, cum commune communiter negligatur. *l. 2. C. quando & quib. 4. pars.* 2. ad tollendum rixas, lites & controverſias, ne cum prompti ſint homines ad litigia, vnus plus quàm
14. alius ex terris occupare contenderet. Vnde Nemrod robuſtus venator fuit dictus. *h. e.* Oppreſſor aliorum. *c. non eſt peccatum. §. his itaque diſt. 6.* Zvving. *vol. 11. the. hum. lib 4. §. regnandi libido* Bodinus *lib. 2. de Republ. c. 2. n. 189.* Satisb. *lib. 1. de nug. cur. c. 4. vbi tyrannum vocat.* 3. ad tollendam ipſam malitiam, quia malitioſi puniri non poſſent, quod plus quàm alij occupaverant, ex quo litigare & dicere poſſent, non capere alienum, ſed commune. Hinc Ariſtot. *lib. 2. pol.* reprehendit Socratem & Platonem, quòd promiſcuum rerum vſum con-
15. ceſſerint, & litibus occaſionem dederint. Ex his conſtat, litium & diſcordiarum cauſam non eſſe rerum proprietatem, ſed hominum improbitatem, h. e. avaritiam, *πλεονεξίαν*, fraudes &c. Quod confirmari & perſpici ex eo ait Plat. *lib. 5. de ll.* quia cernere liceat, non minores eſſe lites, & diſſidia inter eos, qui rem aliquam communem teneant, quàm qui ſeparatim & privatim, quin etiam ſupra docuit, ex communitate plures lites & diſſidia exoriri, quàm ex rerum proprietate. Quid ergo, licet aliquis, cur tamen vulgò plura videntur eſſe diſſidia

rerum

rerum propriarum, quàm communium? Cauſam affert Ariſtoteles ἀλλὰ θεωροῦμεν ὀλίγους. &c. quia præ ijs qui res privatim tenent, pauciſſimi ſunt qui habeant communes, atque ita paucos cum multis comparantes hallucinamur, exiſtimantes propterea ex proprietate plura exiſtere diſſidia, quàm ex communitate. Giph. *comment. in pol. Ariſt.*

At poſitis agrorum limitibus, quibus meum & tuum diſcerneretur, litigia non ceſſarunt, ſed magis magisq; pullularunt, adeò magna putamus facimusq; omnia, quæ non alio precio, quàm immoderatâ vel aviditatis, vel ambitionis noſtræ magnitudine æſtimamus. Fab. *9. Cod. for. tit. 22.* quam vt turpem & odioſam meritò jura execrantur. *l. 4. C. fin. reg.* Keller. *lib. 1. de offic. jur. pol. c. 16. & lib. 2. c. 7.* ſecundum ſcripturam dicentem, ne quęſo jurgium ſit inter te, & me, & paſtores noſtros. *Gen. 13.* Nihilominus Vicinia rarò ſine jurgijs, litibus & rancore. Petrarch. *de remed. vtr. fort. dial. 31. lib. 2.* quia ſemper vicinus invidet vicino. P. Greg. Thol. *lib. 21. de Repub. c. 12. n. 3.* Et licet alter bonus ſit, tamen ab altero malitioſo quoque diſcit fieri malitioſus, & litigioſus, ſecund. Iuvenal. *Satyra 12.* 16. 17.

dedit hanc contagio labem,
Et dabit in plures. Sat. 15.
Inter finitimos vetus atq; antiqua ſimultas,
Immortale odium. & nunquam ſanabile vulnus.

Chi hà mal vicin, ha mal matin.

Stultum equidem & inſolens, facilè lites movere, & ſine cauſa invadere vicinos, quod vitium fere ſemper fallit dominos, vt cum habeant plebeculam obſequentem, Heiduccios, Wallones, Coſacos, Mutinerios, Cappelletas, & ejusdem farinæ ſanguinolentos ſocios, jam exiſtiment, pro arbitrio alijs omnibus poſſe ſine contradictione imperare: & proindè inconſultò res aggrediuntur plures, quæ vel illos apud vtrumq; videntes, & benè iudicantes reddit omminò cum ſera pænitentiâ confuſus. P. Greg. Thol. *lib. 6. de Rep. c. 3. n. 4.* 18.

Vt nunc, proh dolor, inſano DISCORDIA motu,
Omnia conturbat, terret, repletq; tumultu.
Nunc juvat eſſe trucem, & leges diſcindere ferro,
Iuſtitia eſt potuiſſe magis, nunc mille colubros,
Mille faces quatiunt, toto & bachantur in orbe,
Eumenides, populosq; agitant, Regesq; ſuperbos.

Teſtis

Teſtis eſt Polonia & Moſchovia ; Hiſpania & Gallia ; Dania & Suecia ; Germania & Turcia ; imò Germaniæ meditullium litibus atque malitijs pleniſſimum.

19. Sed fertur inter Moluchas inſulas vnam Borneſem reliquis ditiorem, cujus incolæ juſtitiam & pietatem colentes, bellum & lites maximè deteſtantes, Regem ſuum, dum paci ſtudet, vt Deum adorant, & laceſſiti manus fortiſſimè conſerunt : ſin verò Rex belli movendi appetentior, lites quærat, hoc in more habent, vt ſemper Regem in primâ acie collocent, vbi maximum eſt periculum, neque ſtrenuè hoſtem invadant, donec Regem occiſum intelligant. Guil. Roſs. *lib de juſt. Reipub. Chriſt. auct. c. 1. §. vt autem. 3.* Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 7.* Hoc Dominos territoriorum terreat, nè facile de vicinis limitibus lites moveant, bella parent, ſed potius amorem civium ſibi concilient. P. Greg. *lib. 11. de Repub. c. 13. n. 2.* Hæc de litibus quas vicinitas parere ſolet.

20 Sic magna crebrò ratione diviſionum bonorum lis atq; avaritia inter fratres, quos raro ſe amaſſe teſtis eſt Tiraqu. *de temp. pæn. cauſ. 22. n. 3.* Accurs. *in l. fin. de rer. div.* Fr. Munnotz. *tr. de ratioci. c. 10. nu. 64.* Licet de jure naturæ veriſimile ſit, quod alter alterum diligat. *c. literas. de præſump.* Afflict. *dec. 129. n. 3.* tamen hoc jus litium injuria diſſolvit. Deniq; diverſa patrimonia per ſubſequens matrimonium confusa, inexplicabiles pepererunt lites, cum poſt obitum parentum ſeparatim ſingula ſingulis heredibus ſint dividenda. Barth. Muſc. *de ſucc. conv. cl. 1. memb. 3. n. 44.* Hæc de rerum communione & diviſione.

21. Tertia litium forenſium cauſa remota eſt multitudo legum, novitas & diverſitas opinionum, quæ jus dubium & obſcurum reddit. *l. 1. noſtram. C. de V. I. E.* Br. *in l. qui Romæ. §. duo fratres. n. 9.* Soc. *jun. n. 53. de V. O.* Imo. *in clem. ne. Rom. pr. n. 1. de elect.* Alex. *cons. 142. n. 12. vol. 5.* Socin. *cons. 115. n. 8. vol. 1.* Neviz. *cons. 73. n. 11.* Corat. *de com. op. in præf. n. 18.* Aiter. *p. 1. pr. jud. c. 9. obs. 9. n. 5.* Par. de Put. *tr. ſynd. verb. judicare. c. 3. n. 6.* Ab. *c. at ſi clerici. col. 8. ex. de jud.* Nat. *cons. 478. n. 15. vol. 3.* Vasq. *tr. de ſucc. creat. pr. n. 2.* Cacher. *dec. Pad. 54. n. 8.* & litium abbreviationem, & ſtudioſæ juventutis intentionem, remoratur atq; impedit. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 72.* imò totum jus evertit Dec. *in l. 1. n. 4. de rejud.* Ergo multitudo Legum nocet & viam litibus aperit. Lud. Vives. *lib. 7. de caus. corrup. art.* & ipſe Iuſtin. *L. 1. §. 1. 4. 6. 8. 12. & L. 2. §. 21. C. de emen. Cod.* conquæritur ex multitudine

Legum ἀντινομίας, variaſque interpretationes eſſe natas quod etiã aſſerunt Budæ. & Zas *ad l. 2. de orig jur.* Duar. *de rat. do. & dis. jur.* Vigli. *in epiſt. ad Carol. V.* Alex Piccolom. *lib. 8. inſt. moral. c. 8. & 9.* Arniſæus. *lib. 1. doct. pol. c. 18.* Hæc remota litium forenſium cauſa eſt duplex, 22.
prior: veterum legum informis, atq; inordinata diſpoſitio, earumq; varia ac multiplex interpretandi tradendique ratio. Altera: factorum novorum, ex quibus jus naſci ſolet, enaſcentes controverſiæ. P. Corn. Brederod. *in praef. tract. de appell.* Quoad primam, tanta eſt legum humanarum varietas, imperfectio & inſtabilitas, vt ſingula penè jam non ſecula, ſed luſtra ferè novas leges, reſtrictiones, ampliationes, modificationes novas, quin & varias textuum lectiones, & interpretationes, à quibus ad opiniones poſtea receptus fit communes, communiores, communiſſimas, vt inquit Wilhelm Zepper. *de ll. Moſai. lib. 1. c. 10.* Quoad poſteriorem, quod ſi velis novis cotidiè emergentibus caſibus novas ponere leges, proinde feceris, *inquit Caſtell. lib. de in. reg. c. 24.* ac ſi tentes reſecare hydræ capita, quibus reſectis nova ſemper pullulant: & ex novarum legum non tàm verbis, ſed & diſputatiunculis novæ oriuntur controverſiæ. Nam, vt Plato ajt, vbi plurimæ leges, ibi & lites, itemque mores improbi Schonborn. *lib. 7. pol. c. 7.* Multi. n. Medici, vt ait Scip. Amirat. *lib. 4. diſc. 7.* & ICti multi ſunt malæ Reipub. ſigna; Hi quod litigioſos, illi quod guloſos, & in temperantes homines deſignant. Eleganter Strabo lib. 6. refert, 23.
Zaleucum illum Thurijs olim pauces & ſimplices leges dediſſe, in ſecutos alias per ſubtilitatem, & nimiam curam addidiſſe, ex ijs factũ ſit, vt celebres magis quàm boni redderentur, Lips. *pol. c. 10.* Sic ante Iuſtinianũ 2000. libri, trecenties decem millia verſuum fuerunt, *§. 1. Conſt. omnem. §. pijſ. Conſt. ded.* Duar. *lib. 2. diſp. anni. c. 6.* Cont. *lib. 1. lect. c. 8.* quos Iuſtinian. redegit in ff. vbi 6. partes. 50. libri. 440. tituli, 919 8. leges, & Cod. vbi 12. libri. 804. tituli. 4. 54. leges, ſumma legum Iuſtin. 13752. ne dicam de novellis conſtitutionibus, commentarijs, & alijs theſium fabris, quorum finem qui ſatagit, ille tanquam ruſticus AEſopicus

expectat dum defluat amnis, at ille
Labitur, & labetur in omne volubilis ævum. Hor. *1. ep. 2.*

Vnde Ias. *in l. 1. de ini. rup.* ſine cauſa querelatur adverſus Iuſtinianum, quod ita deanguſtaverit jus civile. Morla. *in emp. jur. p. 1. tit. 1. n. 9.* Nam juris & diſciplinæ in ſana eſt commentatio, cuius incre-

mento neceſſe eſt reſpondere litium Iliadem, quæ cousq; proceſſit ingeniorum ſtyliq; contentione, vt ea quæ Iuſtitia dicitur, non ſuum jam magis vnicuiq; tribuere, quàm alienum videri poſſit. *Budæ. in foren.*

24 Sic legiſlatores Gallici centum mille factorum ſpecies, & 100000 leges invenerunt, teſte Mich. Montan. *lib. 3. des eſſais politiq. c. 13.* quod in Gallia plures ſint leges, quàm in toto mundo, & exclamat: Vt olim flagitijs, ſic nunc legibus laboramus. Idem teſtatur Bodin. *lib. 6. de Repub. c. 6. n. 756.* & ait judicem quendam promulgatâ novâ lege in hanc erupiſſe vocem: Hem præſto ſunt lites, & aureorum cumuli. Sanè corruptiſſima eſt Reſpublica, in qua plurimæ leges *inquit* Tacit. *4. annal.* Schonborn. *lib. 3. pol. c. 7.* Sed quid de legum multitudine conquerimur? Academiarum vbertate laboramus, quarum 25. in ſolâ Germaniâ, & vltra centum profeſſores legum ordinarij, ne quid dicam de extraordinarijs & theſium fabris. Schonborn. *lib. 4. pol. c. 4.*

25. At nihil legum novitate periculoſius earundem mutatione, inquit, Plato *lib. 7. de ll.* quia inventâ lege invenitur fraus legis, & legum multitudo litium infinitatem parit. Vnde Boter. *lib. 2. della ragione di ſtat. p. 340.* teſtis eſt lites eſſe longiores, vbi ſecundum formam legum Romanarum proceditur. Et Socrates ait, eas leges maximè probandas eſſe, quæ quàm paucisſimas lites gignunt inter cives, & quibus fit, vt quàm citiſſimè litibus finis imponatur, *ref.* Ierem. Setzer. *lib. 4. de juram. c. 3. n. 13.* Iſocr. *ad Nicocl.* Obrecht. *de jur. cal. c. 11. n. 2.* vbi addit, Pompeium laudibus in cœlum evehi, quod aliquando Romæ legem tulerit, de incundâ ratione, qua lites forenſes facilè citoq; componi & ſopiri poſſent. Ergò non iniuſte homines querelantur adverſus tot leges & canones, vt exiſtimat Aug. Morla. *in emp jur. p. 1. t. 1. n. 10.* allegàns Hieron. ep. 2. ad Nepot. Nec de lege conqueror, ſed doleo cur meruimus hanc legem: Bonum eſt cauterium vulneri. Sed quò mihi vulnus vt indigeam cauterio?

Apud Locrentes collum in funem mittere cogebatur, qui novam vellet introducere legem, vt ſi non acceptaretur à populo, contracto laqueo ſtrangularetur. Stob. *ſerm. 42.* quod de Thurijs etiam refert Dio Siculi *lib. 12. Vid.* Cas. *3. pol. 6.* Dan. *3. pol. 4.* Lips. *4. pol. 9.* Ariſt. *2. pol. 8.* Tholos. *10. pol. 5.* Bodin. *4. de Repub. 4.* Vaſq. *1. ill. contr.*
26. *c. 8. n. 50. de ll. mutatione differentes.* Sic & legum & litium multitudinem apud Germanos teſtantur, multa & diverſa jurium vocabu-

la,.

la, Algemeln Keyſer recht/Armrecht/Barrecht/Burgrecht/Cuſmiſchrecht/Erbſtallenrecht/Heig. *p. 1. q. 13. n. 52.* Jauſtrecht/Kell. *lib. 2. c. 20.* Forſtrecht/Fuchsrecht/die Haut vber den Kopff ſtreiffen/Erbgangsrecht/Muſc. *cl. 1. de ſucc. conv. memb. 2. concl. 6. n. 283* Gaſtrecht/Hoffrecht/Haubtrecht Knich. *de veſtit. pact. c. 4. n. 219.* Jahrrecht/Jägerrecht/Kampffrecht Kriegesrecht/Lehenrecht/Lübiſchrecht/Marckrecht. Heig. *p. 1. q. 2. n. 52* Magdeburgiſchrecht/Maleſitzrecht/Nothrecht/Sachſenrecht/Schweriniſchrecht/Spießrecht/Stöckerrecht/Städrecht/Stickerecht/Theilungsrecht/Verſangerecht/Kell. *lib. 2. cap. 22.* Zugrecht/vt vna civitas apud aliam conſilium quærat, von Vberlingen gehn Rotweil/von Steckach gehn Zell/von Ach gehn Mengen/von Mengen gehn Freyburg in Brißgaw/von Stralſundt nach Lubeck. Kell. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 27.* Ne quid dicam de ijs, qui Legum Codicem in Germanicam linguã transferre cupiunt. Zas. *ad l. 2. pag. 126.* O felix Tuiſco Germanus, qui tàm paucis LL. contentus fuit, vt cantulenis includeret. Auent. *lib. 1. Chron.*

Hæc cum ita ſint, vulgus, & nonnulli ex peritioribus imperitè judicant, Iurisprudentiam eſſe genitricem litium & altercationum. Sanctè jurare auſim, *inquit* Frid. Fur. Ceriol. *de conſil. c. 1.* ex centum litibus, nonagenta quinque non aliunde naſci, quam ex ipſis Legibus. Mich. Montan. *lib. 3. exp. pol. c. 13.* Roder. Zamor. *in ſpec. vit. hum. lib. 1. c. 17. cujus verb. refert.* Magon. *de patr. rat. c. 6. n. 24.* quaſi leges, & ll. interpretes cauſam darent litigijs. Bernar. ad Eugen. Quotidiè, *inquit*, perſtrepunt in tuo palatio leges, ſed Iuſtiniani non Domini, juſténe etiam? iſtud tu videris, nam Lex Domini immaculata, convertens animas, eæ aûtem non tàm leges quàm lites ſunt, & cavillationes ſubvertentes judicium. Guil. Roſsæ. *de auct. Reip. Chriſt. c. 11. §. 11. fol. 20.* refert, in ſynodo Cabillonenſi popularem factionem, Beza etiam approbante, clamaſſe, exterminandas eſſe è Repub. Chriſtiana tres illas orbis terrarum peſtes, & quisquilias, Pontificiam ſc. eccleſiam, Nobilitatem, & Iurisprudentiam. Ad. Kell. *lib. 1. de off. jur. pol. c. 25.* Sic C. Cæſar Caligula in hanc erupit vocem: ſe effecturum, ne ICti amplius leges enuclearent, & ſequacibus explicandas delegarent, ac ne quid in poſterum præter ſe, h. e præter quod ipſe conſtituiſſet, reſponderent. Cujac. *lib. 7. obs. 19. ex* Suet. *in vit. Calig.* alij domeſticum detrimentum vocant: Plat. οἰκείαν ζημίαν. Siegneur de Pibrac. *1. remonſt. p. 7.* Dn. Pruckm. *in præf. cons. vol. 1. pag. 1.* multos etiamnum reperiri teſtatur in aula Siculi, qui partim dicant, partim 27.

cogitent jurisprudentiam tanquam litium matrem Republ. expel-
28. lendam.

Nonnulli jurisprudentiam artem Gnathonicam docent, vt refert Balduin. *1. inſtit.* qui ſemper in vita hominum & aſſertione morum Thraſonianæ ſubeſt. Sarisb. *lib. 8. de nug cur. c. 1.* & ICtos accuſant, quaſi ſapientiores Deo; qui ipſa eſt ſapientia *Rom. 16. vers 27.* cen vultures in ſcripturam involarunt, aliud approbarunt, aliud reprobarunt. Zepper. *tr. de Leg. Moſai. lib. 1. c. 2. & ſeqq.* Magnus ille Luther? *in coll. mens. c. 39. p. 530.* ICtos vocat viperas Theologorũ, quia Iuriſtæ inquit ſunt Chriſti aduerſarij ſecundum pſal. 2. Principes conuenerunt in vnum; vbi Hebraica verſio Roeſen; quod non principes, ſed qui regnant per ſapientiam indigetat, *ibid. fol. 528.* ſtudium juris vocat ſordidum, vtpotè quod non veri cognoſcendi cauſſa, ſed lucri gratia ſuſcipitur. Ioh. ab Affelen. *in Vir. pol. p. 299.* *Spe. aul.* jurisprudentiam mulæ comparat, quæ bis ſaltem peperit, ſemel apud ſapientem perfectum in repub. Platon: civem, deinde apud aurigam qui non rexit, magnis tamen excidit auſis.

Reſp. Virtute abvti nemo poteſt. At quid aliud juris prudentia; quam IVSTITIA & prudentia? quid aliud jus quam recta ratio ſummi Iovis? Pollet. *lib. 2. hiſt. for. Rom. c. 3.* vbi rectè diſtinguit inter leguleios, & ICtos.

29. Falluntur ergo hi miſeri, & ſolem terra eijcere cupiunt, quaſi medicina eſſet cauſa morborum; S. ſcriptura hæreſium; ita jurisprudentia litium. Minimè gentium:

Vſus habet laudem, crimen abuſus habet.

Iurisprudentia enim in ſacratiſſimo juſtitiæ templo conſtituta: *l. 1. §. cumq; hæc. C. de V. I. E.* neq; precio nummario æſtimanda. *l. 1. §. proinde. de var. & extr. cogn.* eſt vitæ humanæ Dux, ſocietatis civilis ἀρχιτεκτονική, legum inventrix, magiſtra morum & diſciplinæ, cuius finis οὐ γνῶσις, ἀλλὰ πρᾶξις Cic. *lib. 1. Tuſc. qq.* Ariſt. *1. Eth. c. 2 & 3. & 10. Eth. c. 9.* Govean. *lib. 1. var. c. 18.* Vacon. *lib. 1. diſp. jur. c. vlt.* ἡ ἐπιστήμη βασιλικὴ καὶ τῶν βασιλέων, vt Socrates apud Xenophontem ait. & pulchrè deducit Seigneur de Pybrac *lá. 2. remonſt. pag. 68.* Aliarum enim artium & diſciplinarum carere princeps facile poteſt ſcientiâ, judicandi ſcientia non poteſt, quæ ipſa Regalis eſt, & Regum maximè propria. Bodin. *lib. 4. de Republ. c. 6.* qui propterea Iuſtitiæ Sacerdotes, ſatellites, gubernatores, imò celſiores viros & S. R. I. milites, humana-

rumq;

rumq; fortunarum, rei, ſpei, vitæ, poſteritatisq; defenſores ſecum habent. *l. 1. de l. & l. l. 2. C. de off. div. jud. l. adv. C. de ad. diu. jud.* Fr. Pfeil. *conſ. 197. n. 6.* Hæc rerum Regina minimè lites generat, ſed potius in controverſijs & litibus diſceptandis ac dirimendis, ſive finiendis ac minuendis poſita eſt, qui vſus tàm latè patet, vt tota ferè jurisprudentia in campo verſetur judiciario, & à multis ipſa juris ſcientia, ars quædam judiciaria appelletur, Græcè *δικαςικὴ*, quam Plato in Polit. ſcientiæ civilis velut adminiſtram vocat, juris ac legum cuſtodem. Sed vera & plena jurisprudentia eſt ipſa civilis ac politica ſcientia *Vlp. l. 1. de extr. cogn.* cuius non parva eſt pars res judiciaria: eius finem Cicero jus eſſe ait in Top. ex quo etiam nomen judicis, h. e. in litibus minuendis, & controverſijs civium diſceptandis, & inter litigantes ſententia judicis jus facit, vt eleganter Giphan. *in proleg. tr. de jud. n. 5. pag. 3.* 30

Ergò non vera Iurisprudentia, ſed mera Sophiſtica ſive ſimulata Philoſophia litium mater eſt, quam Sophiſtæ olim venditarunt *μαθημάτων, κάπηλοι. πάντα ὑπὲρ ἐπιδείξεως ποιοῦντες* h. e. ſcientiarum venalitiarij, ad ingenij oſtentationem & quæſtum otioſas argutias profeſſi lites generarunt. Plat. *in Soph. & Gorg.* Iſoc. *in Soph.* Cic. *lib. 1.* A. Gell. *lib. 10. c. 22.* P. Faber. *in l. 1. de I. & I.* Dn. Dan. Rung. Cancellarius Pomeraniæ digniſſimus. *diſp. 1. θ. 16.* Plato ait, Sophiſtam eſſe genus hominum artis litigioſæ, contradictoriæ, contentioſæ, pugnandi & acquirendi ſtudioſum: athletam ad litigioſam artem deſtinatum: Alibi: Sophiſtarum ſcientiam eſſe litigandi Sapientiam. Otto Caſm. *tr. de mund. immund. c. 42.* *ἐν τοῖς ὀνόμασιν, οὐκ ἐν τοῖς νοήμασι*, vt inquit Lucian. 31

Licet nolentes volentes fateamur, nonnullos Iurisprudentium Sophiſtas in litibus protelandis imitari, quod indignum eſt ICtis Chriſtianis, vt alant, quæ debent extinguere litigia, aut ſanctiſſimam æqui & boni artem profeſſi, ſordidam quandam litigandi artem edoceant. Ordel. *ad l. fin. n. 115. de R. V. c. quia Epiſcopus 5. q. 3. vbi* Anacletus vocat artem laudabilem. Vnde hoc poſteriori ſeculo nata apud nos diverbia Iuriſconſultis. Iuris Conſultus, juris tumultus. Juriſt/böſer Chriſt. *μωροσόφοι μωρόκακοι*, quia mali juris interpretes, qui per calumniam lites agunt, peſſimi hominum habendi ſunt in omni populo; & maiorē invidiam contrahunt, quando juſtitiam profiteri videntur; ac deindè ſub ſpecie recti, hominibus quos tueri debent, callidè imponunt. Fr. Patrit. *lib. 8. de Rege. & Reg. inſt. tit. 5.* 32

Eſt aliquis legum, juris vtriusq; peritus,
Sed vafer, iniuſtus, cupidus, contemptor honeſti.
Quid ſua quæſo illi prodeſt doctrina? boni quid
Inde habet? heu miſeros fallit ſpoliatq; clientes.

Keller. *lib. 1. de off. jur. pol. c. 25.* Nico. Reuſn. *Symb. 33. clas. 3.* Sed ejuſmodi Legulei ſunt mangones IVSTITIAE, *vt ait.* Knich. *in com. jur. Sax. p. 11.* Non Doctores, ſed Legum Dolores, vti de bullatis ait Zaſi. *l. 2. de orig. jur. p. 174.* qui privilegijs Doctorum minimè gaudent. Menoch. *con. 126. n. 18.* Rutg. Rulant. *de Comm. par. 11. lib. 1. c. 14. n. 8.* Coler. *tr. de proc. exec. par. 2. c. 3. n. 129.* quicquid exercitij aut placentiæ gratiâ ſcribat Matt. Steph. *lib. 2. de juriſd. p. 1. c. 6. n. 82.*

33. Nec obſcuri ſunt Stentorei Pſeudo-Theologorum quorundam ſeculi noſtri ἱεροπληγῶν imò θεολαβιῶν clamores, quibus ex jurisperditorum non peritorum, corruptorum, non conſultorum, dolorum, non doctorum, jurgiſtarum, non juriſtarum, ſuffocatorum, non advocatorum quorundam vitijs, venerabile Iuriſprudentiæ nomen publicis pro concionibus, & privatim calumniosè proſcindunt, traducunt, coinquinant templum juſtitiæ, & plebeculam jugi politici impatientem ad litigioſas ſeditiones incitant, Monetarij, Fiſtularij, Knipperdolli, Leydeni, & ſimilium fanaticorum exemplo, qui Gideonicos enſes contra juris & juſtitiæ ſatellites, deinde magiſtratus ipſos exacuunt, vt graviter invehit gravis ICtus Fr. Pfeil. *conſ. 197. n. 18.*

34. Sed illa calumnia non ſolùm de juriſprudentibus, ſed omnib. doctis circumferri ſolet, quò doctior eò perverſior, je gelehrter / je verkehrter / cum tamen docti ab indoctis paulò minus differant, quàm viviâ mortuis. Fr. Senens. *lib. 9. de inſt. Reip. tit. 2.* imò vita ſine literis vivi hominis ſepultura: & homine imperito nihil quicquam iniuſtius. Cuiuſmodi arrogantiâ complures idiotæ Doctorum aſtiges inflati tument, ea per temeritatem ſibi arrogantes, quæ neutiquam ſui juris, muneris ac dignitatis, ſed alijs debentur, imò leges ad ſlivam & lites ferro diſcindere tentant. Fr. Patr. *lib. 7. de Regn. tit. 9.* Keller. *lib. 1. de off. jur. pol. c. 4.*

35. Reſpondemus, propter aliquos litigaturientium ICtorum abvſus, artem ipſam, vel Doctores omnes non eſſe contemnendos, ſiquidem alias vtile per inutile non vitietur. Zas. *in l. ſtipulat. §. ſed ſi. de V. O.* Geil. *1. obs. 66. & obs. 88. n. 12. Doctores multos angulus omnis habet:*

Et licet

Et licet multitudo Doctorum graviter noceat, qui ſcribunt absque judicio, & vincunt non meliora dicendo, ſed plura citando, vtut veritas non auctoritate, ſed ratione dependeat: Giov. Boter. *lib. j. della ragio. di ſtat.* & tot abuſus jurisprudẽtiæ irrepſerint, tot cautelæ, & ſutelæ vt is primas in foro tenere videatur, qui ſycophãta legũ acutiſſimꝰ eſt, vt inquit Georg. Remus. *in conſt. Car. cap. 1. lit. C.* Tamen abuſus non tollit rei ſubſtantiã, nec jureconſulti dicendi, qui lites aut facilè movent, aut potentiorum blandiuntur emolumentis, ſed iniquitatis miniſtri, non boni & æqui artem exercentes, ſed perditiſſimi homines, non ſacerdotes, ſed apoſtatæ, non philoſophantes, ſed hypocritæ improbiſſimi, vt loquitur Mar. Salo. *in l. 1. vers. verum. n. 6. de j. & j. Rol. à Valle cons. 90. n. 55. vol. 2.* Quales litium buccinatores hoc 36.
noſtro ſeculo etiam inter religioſos iuveniuntur, & principes inſcij multos habent latrones in aula, Krantz. *lib. 12. Wand. c. 31. & lib. 9. Saxon. c. 37. pag. 256.* Dn. Camerar. *c. 7. med. hiſt.* Cl. Coteræus *de jure & privil. mil. c. 6.* Warem. de Erenb. *lib. 1. de fæd. c. 2. n. 164.* quia oratoria aularum, & cathedrarum mundi ingenia plerumque ſunt pugnacia, ambitioſa, contentioſa, & ſuis rixis atque litibus ſæpè involvunt Respubl. periculoſis bellis. Otto. Caſm. *tr. de mund immundi. c. 42. pag. 499. Et Vlric. ab. Hutten. eq. Germ. in ſuo Nemine,* ad Bartholiſtas redeo, *inquit*, qui nunc in aulis principum quaſi ſpongiæ hærent. Hi ſoli, & docti ſunt, & doctrinæ præmium inveniunt. At neſcio vbi vſpiam manifeſtius ſtultitiæ ſuæ documenta, quàm in demerendis rabulis præbeant, quos cum reddant purpuratos, ipſi aliquando egent, inepti homines. Imò totum orbem repletum proditoribus litigioſis dixit Ludov. Sfortia, Fulgos. *lib. 9. c. 6. Bemb. lib. 4.* & proditio nihil aliud eſt, che tirar il colpo, & naſcondotet' il braccio, *inquit* Hor. Cavalcan. *p. 1. de brach. Reg. num. 80.* quod vitium adeò viget, vt dici poſſit error communis. Exempla ejusmodi juriſtarum, qui pænas litigij graviſſimas luerunt ſuppeditabit. Ioh. Lauterbach. *tr. de arm. & lit. n. 136. & ſeqq.* Sapientes verò ſapientem nunquã illum judicarunt, qui ſapienter, ſed malitioſè, prætextu juſtitiæ diſſerere potuit; 37.
ſed virum bonum rectè, prudenter, & conſtanter ſentientem, & facientem, vt Duro di Paſch. *θ. 369.* Vnde cauſa ejusmodi proditorum res publicas & privatas litibus implicantium, non eſt jurisprudentia, ſed nimia confidentia, *ὕβρις*, injuſtitia, ſtudiũ privati cõmodi, & mẽs alligata vitio cupiditatis, quę cito ab æquo ad equum; vero ad ſeverũ;

limitibus

limitibus ad lites proſiliunt, deviant. *c. benè. in pr. diſt. 96. c. nihil. diſt. 83. c. niſi. junct. gl. diſt. 47.* Airet. *p. 1. pr. jud. c. 6. obs. 3. n. 11.*

38. Hæc de remotis litium forenſium cauſis, imperfectitudine humanæ naturæ, rerum communione atque diviſione, multitudine legum, quæ meritò corrigenda & reformanda eſſet, cùm paucis natura, paucis homines, paucis leges ipſæ contentæ ſint, & lex ſuprema dicatur ſalus populi, quæ conſiſtit in tribus, providendo, judicando, exequendo. *Cic. 3. de ll.* Gulcc. *pol. hypom. 64. Cic. 1. de orat.* ait, bibliothecas mehercle omnium philoſophorum, vnus mihi videtur XII. tabb. libellus, ſi quis legum fontes & capita viderit, & auctoritatis pondere, & vtilitatis vbertate ſuperare. Sic Oldendorp. *for. act. cl. 7.* ab initio dicit: vnicam ſe legem *reſpiciendum. ff. de pœn.* multò plus facere, quam totum, tamq́; ſæpè mutatam Caroli V. conſtitutionem
39. criminalem. Keller. *lib. 1. de off. jur. pol. c. 25.* Sic Solon pauciſſimas, & adhuc pauciores leges tulit Lycurgus, quia quo pauciores ſunt leges, dum modò ſtrenuè vires ſuas exercent, eò benè moratæ Reipub. melius conueniunt, vti ſentit prudenter Iacobus Britanniarum Rex laudatiſſimus *lib. 2. βασιλ. δωρ. ex Isoc. in Areop.* Nec eſt commodius Remedium obuiam eundi auaritiæ rabularum, qui ſinuoſis com-
40 mentarijs lites alunt. Arniſæ. *lib. 1. doct. polit. c. 18. p. 421.* Totum tamen jus noſtrum civile innumerum, numero 12. tabb. Legum ve Laconicarum aut Athenienſium velle includere, ejusdem foret inſtituti, quo quis 30. annorum pileum capiti, calceoſue pedibus, quos infans geſtarit accommodet. Plutarch. *in Polit.* Ioh. ab Affelen. *in viro ſuo pol.* Phyſicorum ſcholas Socrates irriſit, teſte Xenoph. *l. ἀπομν.* quia certi aliquid ſe profiteri dicendo, maximè contraria docent: de juris civilis præceptis quid dicendum? quorũ certitudinem, vt Leges invicem pugnantes non ſuſtulerint. Amian. *lib. 30.* Legum ſaltem interpretes tantis illas involverunt nebulis, quib. excutiendis nec ætas hominis ſufficiat. Ioh. ab Affelen *in Viro pol.* vbi de patriâ exclamat, quod lites non habeat infinitas, ſed rationem litium infinitam ad internicionem vſque publicam.

Multitudo ergo Legum præ reliquis præcipua, nutritiua & conſolidatiua eſt litium forenſium cauſſa: ſequuntur proximæ, & quidem primò MALITIA Litigaturientium principalium & adminiculantium.

CAPVT

CAPVT VIII.

De proximis litium forenſium cauſis, in ſpecie de MALITIA litigaturientium, & pravitate ejusdem.

SVMMARIA.

1. *Ignoratio L. C. litium cauſſa ſecundum Vigelium.*
2. *Faber. 2. litium cauſſas tradit.*
3. *Generales litium forenſium cauſſæ.*
4. *MALITIA LL. & litibus occaſionem dedit.*
5. *Litigantium vitium, & lites à Malitiâ.*
6. *Malus, & bonus litigator opponuntur.*
7. *MALITIA quid? cujus expultrix eſt jus.*
8. *Vir Bonus, & judex convertuntur.*
9. *Vir malus, & monachus fr. convertuntur.*
10. *Mundi oculus, lingua, aures malitioſæ.*
11. *Malitia hominum quomodo creuerit.*
12. *Vita eſt mera calumniatrix malitia.*
13. *Probra ſunt in MALITIâ, & Nequitiâ.*
14. *Malitia particulariter ſignificat Doloſitatem.*
15. *Malitia quaſi molitio ad lites dicitur.*
16. *Calumnia vnde dicatur, & quid ſit.*
17. *Summum jus, ſumma malitia.*
18. *Malitia, & lites à Diabolo.*
19. *Vitilitigator quis, & vndè dicatur.*
20. *Calumniæ malum deſcribitur.*
21. *Calumnia eſt duplex, pub. & priuata.*
22. *Malitia regulariter non præſumitur.*
23. *Omnia malitijs aguntur hoc ſeculo.*
24. *Malitia prudentiæ nomen aſſumit.*
25. *Actorum malitia in lite mouendâ.*
26. *Reorum eſt fugere, & lites morari.*
27. *Litigantes vt plurimum ſunt heterocliti.*
28. *Regio vna præ alterâ malitioſiores generat.*
29. *LL. coerceatur malitioſa audacia.*
30. *Malitia ex odio, amore, auaritiâ.*
31. *Decipere litigantibus quomodo liceat.*

32. Malitia litigantium in ſubtrahendis teſtibus.
33. Litigare ſuper liquidis temerarium.
34. Caſus, quibus debitor litigioſus excuſatur.
35. Litigantes factum non rectè narrant.
36. Litigantes abutuntur miſercordiâ Dei.
37. Litigandi quo quis doctior, tanto nequior.
38. Mali mores reprobantur, boni optantur.

1. NICOLAVS Vigelius ſolam, ſed minus ſolidam omnium litium cauſam ponit & exponit in Ignoratione litis conteſtationis, quam nullibi hodiè in judicijs veram eſſe aſſeverat. Vig. *in lib. ſing. de lit. Cont. c. 2. lib. 3. Dial. legal. pag. 459.* In dem Richterbüchlein. *& paſſim.* Sed illa demum ſapientia vera, nolle nimis ſapere,
2. *inquit Scalig. ex. 274.* Anton. Faber. *lib. 9. Cod. for. tit. 22.* animadvertit, præcipuas litigiorum cauſas ominò duas eſſe. Vnam, quod litigandi conſilium plerique ſuſcipiunt quaſi neceſſarium, qui ſi ad tranſigendum aut invitarent collitigatorem, aut ab eo invitarentur, facilè negotium ſine lite deciderent. Alterum, quòd litigantes ſic litem tractare ſolent, vt quaſi ad eos nihil pertineat, ſat citò ſe liti adfuturos arbitrati, ſi ad alia interim divertentes negotia tandem poſt trimeſtre id faciant, quod primo die, ſi vellent, præſtare, & poſſent, & deberent. At nihil ſtultius, quam eum qui ſic vivat, vt non aliam vivendi cauſam habere velle videatur, niſi vt litiget, ſic tamen litigare, quaſi nullum niſi poſthumam ſperare ſententiam, & breviorem vi-
3. tam quam litem eſſe velit. Nos plures litium cauſas, & proximiores animadvertimus, quas in Generales, & Speciales diſtribuemus. Generales litium forenſium cauſæ propinquæ ſunt; Malitia litigaturientium principalium. 2. Malitia Advocatorum, Procuratorum, Sollicitatorum, Notariorum, lites indiſcriminatim defendentium. 3. falſitas, mendacium, & ſimulatio. 4. ignorantia, paupertas & ebrietas. 5. Multitudo, negligentia, avaritia & imperitia tàm judicum, quam
4. officialium. Giov. Ant. Palaz. *par. 3. del governo di ſtato. c. 25. in pr.*

Quoad primā litium forenſiū cauſam, hominū malitia & legib. & litibus anſam dedit. Aug. Morla. *in emp. jur. p. 1. n. 9.* ſecundum proverbium: mali mores bonas leges pariunt. Vbi enim plures medici, ibi mortales ſunt morboſi, vbi plures lites, malitioſi, ſecundum. Plat. *dial. 5.* lites vbi multæ, & injuriæ multæ vbi ſunt, cives inter ſe non

ſunt

ſunt amici. Tom. Garzon. *diſc. 12. della piaz. vniv. p. 138. in annot.* Ant. de Guc. Jn dem Hoffleuthwercker. *c. 10.*

Ingenio ſiquidem magno, ſed improbo & malitioſo eſt opus ad improbam litem invitis legibus & magiſtratibus diu fruſtrandam protelandamq;. Ant. Fab. *lib. 9. Cod. for. tit. 22.* Sed naturale & com- 5.
mune omnium litigantium vitium eſt, vt alter contra alterum ſuam cauſam defendendo, excipiendo, duplicando, replicando, triplicando, quadruplicando, quantum poteſt ornando, vera celando, falſa ſuggerendo litem mirabiliter protrahat, multis labentibus annis antequam in causa concludatur. P. Frid. Mind. *in ep. ded. lib. 1. proc. §. & partes ipſas.* Vnde lites à malitia non incommodè derivari poſſent, cum vtriusque corvi malum ſit ovum. Quid enim malitiâ turpius? quid protervitate litigandi deterius? quid calumniâ pernitioſius? Malitia bonitati adverſatur, ſicut Iuſtitiæ iniquitas, & veritati mendacium. Ratio, quia bonum & malum, tanquam contraria in 6.
eodem ſubjecto ſimul eſſe non poſſunt, neque verum & falſum *c. omnes. de pœnit. diſt. 1. & l. ſi quis legat. ad l. Corn. de falſar.* Ioh. Ordelaph. *ad l. fin. n. 4. & ſeq. de R. V.* Bonus ſeipſum habet, malus autem litigator ſeipſo caret. AEgid. *de regim. princ. c. 4.* Et Sen. faciendo comparationem de vno ad aliud, per antitheſin dicit, in illo ſumma bonitas, in hoc extrema malitia. *lib. 4. de beneſic. c. 28.* ſatius eſt prodeſſe malis propter bonos, quàm bonis deeſſe propter malos. Hering. *de fidejuſſ. c. 1. n. 43.* Et Cicero *epiſt. fam. 19. ad Pap. Pæt.* ait: Tamen à malitia non diſcedis? Vnde Cardanus à cardine veritatis deviat, dum hominem propter id factum ait, vt eſſet animal fallax, quia belluæ fallaces eſſe non poterant ob ſtultitiam, Cardan. *lib. 11 de ſubtil. fol. 626.* Ioh. Gerhar. *dec. 3. qq. pol. c. 5.* Keckerm. *lib. 1. ſyſt. pol. c. 3.* vbi ridiculum vocat. Malitia igitur propriè eſt, cum quis datâ operâ malè a- 7.
git & litigat: jus verò boni & æqui ars dicitur. Et ſicut ante morbos neceſſe eſt cognitos eſſe, quam remedia eorum; ſic cupiditates prius natæ ſunt quàm leges, quæ ijs modum facerent. Liv. *lib. 4. dec. 4. pag. 85.* Schonborn. *lib. 3. polit. c. 4.* Ergò expultrix malitiæ, quæ bonitati & honeſtati contraria eſt: *l. 1. de I. & I.* Ordelaph. *ad l. fin. n. 12. & ſeq. de R. V.* quas conſervari Reipub. intereſt. Cacher. *dec. Pæd. 77. n. 18.* Ioh. Bapt. Coſt. *tr. de jur. & fact. ignor. cent. 2. diſt. 12. n. 55.* Pruckm. *conſ. 16. n. 4. vol. 2.* Vndè cum in litigando & judicando ſumma Bonitas 8.
requiratur, & malitia exulet, ab ipſa bonitate judex vir bonus & ho-

neſtus appellatur. *l. continuus. 137. §. cum. ita. 2. de V. O. l. vir bonus. jud. ſolu. l. pen. de procurat. l. ſed ſi vnus. §. præf. de injur. gl. in c. potant. verb. celer. de locat. l. 4. fam. herciſc.* Ratio: quia vir bonus & judex convertuntur, vt ait Bl. *in l. cæt. fam. heriſc.* ſecundum illud Horatij:

Vir bonus eſt quis?
Qui conſulta patrum, qui leges, juraq́ ſervat,
Quo multa magnaq́ ſecantur judice lites.

Sic Chriſtus de Nathaneele dixit: Verè hic Iſraëlita eſt, in quo dolus non eſt. Ioh. 1. Auff gutt alt Teutſch/ vt inquit Adam. Kell. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 6. arg. l. 7. §. dolo. de pact.* Ambros. *lib. 3 offic. c. 10.* antiquitus adeò ſanctam fidem fuiſſe dicit, vt fallere aliquos poſſe non

9. crederetur. Sed econtra Cyn. *in l. 15. n. 3. C. de contr. empt.* Vir bonus non eſt frater aliquis pœnitentiæ, qui diabolum ſub cappa habet: Schneid. *pr. inſt. de act. n. 21.* & monachis hodie nihil perverſius, nihil petulantius, magisq; plenum malitiæ. Corlas. *in lib. 3. miſcel. c. 7. in f.* allegans Bald. qui nec divum Thomam Cantuarienſem virum eximiæ ſanctitatis excipere voluit. *in c. 1. vt lite pendente.* Et vulgares ſunt verſus:

Non audet Stygius Pluto, tentare quod audet
Effrenis monachus, plenaq́ fraudis anus.

This is à frier, Ergo à lier *h. e.* frater eſt, ergò mendax *inquit Reinold. lib. 1. de Rom. idolat. c. 9. §. 9. Auct. ſuſcit. pro prin. par. 1. c. 7. in f.* licet ſtatus Monachorum ſit perfectionis acquirendæ. *Bellar. lib. de Monac. c. 2.* Exemplum Iacobini monachi qui Henricum III. interfecit, adhuc in recenti memoriâ.

10. Sed quid de ſolis monachis conquerimur? malitioſus eſt hodierni ſeculi oculus, qui non quæ bona, ſed quæ mala duntaxat ſunt, obſervat. Malitioſæ ſunt aures ejus, quæ ad bona ſui proximi ſurdæ: mala tantùm, & quidem avidè non invidè hauriunt. Malitioſa eſt lingua ejus quæ lites movet, laude digna ſubticet, mala & infirmitates proximi eloquitur. Otto. Caſm. *c. 24. de mundi immund. pag. 255.* Ioh. Ordel. *ad l. fin. n. 583. de R. V.* AElian. *lib. 10. var. hiſt.* nec Homo ſine fraude, nec piſcis ſine ſpinâ.

Quotus enim quisque eſt inter litigaturientes; qui Deum precatur; *ὡςε δικαιοσύνην ἀσκῆν ἔργω τε λογω τε* vt juſtitiam exerceat tàm opere quàm verbis, & non potius malitioſas Autolici mendici, preces cogitet in litis principio. *Dia Lauerna:*

Da

Da mihi fallere, da juſtumq́; videri.

M. Iacques Faye. *la.7. remonſtr. pag. 256. & 264.*

Imò malitia hominum à tempore quo leges conditæ fuere, vſq; in hodiernum diem adeo de tempore in tempus aucta eſt, vt nunc ad ſummum perveniſſe dicatur, *vti conqueritur* Cavalcan *par. 1. de brach. Reg. num. 124.* ſed ineptè exemplificat inventione Petardi, & alijs Gallico-Belgicis inſtrumentis. Quid, quod hominum malitia adeò creverit, vt actus humani tàm clarè explicari non poſſint, quin ſophismatibus obſcurari, & in alienum ſenſum aſtutâ aliquâ & ſubtili interpretatione detorqueri ſoleant, vt poſt Hoſtien. jam de ſuo ſeculo, quod noſtro fuit multò ſimplicius, conqueſtus eſt Anton. de Butrio. *in c. nimis. de excus. prælat.* Decian. *con. 11. n. 65. vol.* Marpp. *ICti int. Reſp. jur. pro civit. Brunſu. in form. 6. n. 152.* Barth. Muſc. *de ſucc. convent. cl. 1. memb. 1. concl. 1. n. 15.* Ah tempora! ah mores! Litigioſa malitia hiſcè malitioſiſſimis temporibus ita ſupprimit veritatem, morumq́; probitatem, vt non niſi in malitioſis litigijs, & litigioſis malitijs gloriemur, & is altero prudentior credatur, qui malitioſior & litigioſior. Via nihil aliud quam militia, dixeram ferè MALITIA, ſecundum Ariſtoph. qui vocat manè proficiſcentem meram calumniatricem VITAM τὸν ὀρθοφοιτοσυκοφάντοταλαιπωρον βίον, cujus Corda ſunt Cainitica, linguæ Semeiticæ, labia Doegetica, ſalutationes Iſabi, oſcula Iudæ, manus Sauliticæ. Caſm. *mun. immun. c. 36. pag. 384.* 11. 12.

13. Hoc malitiæ, ſeu potius mali nomen generale eſt, depravatrix bonarum actionum, quæ ſecundum naturam benè inſtitutam ſi fierent, omnia eſſent bona, quin imò egreſſus malitiæ virtutis operatur ingreſſum *c. cum renunc. 32. q. 1.* & Origenes: vbi benè, nemo melius: vbi malè, nemo pejus: quaſi malitia omne malum ſuperabundet, & tam deteſtanda res ſit, vt Africanus meritò dixerit: Probra & flagitia quæ homines faciunt, in duabus rebus eſſe, in MALITIA & NEQVITIA, & quæ ratione ſuæ protervitatis diverſis nominibus appellantur, vnico malitiæ nomine comprehenduntur. Et ſtatutum ſimpliciter reſponderi mandans, intelligitur ſine malitia. *l. 1. vbi* Bl. *not. 2. C. de AEdil. ed.* Ordelaph. *ad l. fin. n. 20. & ſeqq. de R.V.*

14. Malitia particulariter accipitur pro calliditate, verſutia & doloſitate, *teſt. Cic. 4. Tuſc. lib. 1. & 3. off.* non aperti, *inquit*, non ingenui, non juſti, non viri boni; verſuti potius, fallacis, malitioſi. *l. quisquis.*

C. de poſtul. l. 2. C. de Ʀ. confer. l. vend. ad l. Aquil. l. 5. de cond. furt. l. interdum. de vi & vi arm. l. ſi quis. de act. empti. vbi propter malitiam non adeuntis hereditas tranſmittitur. Sic in ſacris ſerpens callidior, h. e. malitioſior dicitur. *Gen. 3. v. 1.* & Phrinunda impurior de malitioſo aſſeritur. Ign. *in rep. Anto. ex conſi. col. 15.* malitiam vocat fallacem decipiendi rationem, & Pontif. *in c. cum oportet. de accuſat.* typum malitiæ ipſius veritatis adumbrationem appellat.

15. Nobis malitia dicitur quaſi molitio, cum moribus deceptoriis, veritate palliatà proprium commodum, vel alterius incommodum attenditur, veluti lites quaſi molitiones dici poſſent, eò quod qui damnum atq; lites contra aliquem molitur, dolum adhibeat. Bl. *in l. quæ fortuna. C. de pign. act.* Ordel. *ad l. fin. n. 43. de R. V. ex. D. Auguſt.* Sed heu quam miſerum eſt ex agro homines traduci in forum, ab aratro ad ſubſellia, ab vſu rerum domeſticarum ad inſolitam litem atque judicium, à molis ad molitiones & malitias! Seign. de Pibrac. *la 1. remonſtr. pag. 41.*

16. Dicitur etiam calumnia, quæ Nonio eſt malitioſa, & mendax infamatio, ab antiquo verbo calvor, ſive calvis mimis, quod omnibus ſint fruſtratui. Non. Marcelli. *de prop. ſerm. c. 1. l. ſi calvitur. 233. de V. S. l. 1. §. 1. ad SCt. Turp.* Feſt. *lib. 3.* lex. Setzer. *lib. 2. de juram. c. 1. n. 2.* Sicut occaſio, quæ in occipitio calva pingitur, prætcritâ pœnitentiâ ductos fruſtrari, & decipere dicitur, quod miſeri litigatores diligenter obſervent.

Fronte capillata eſt ães, poſt Litigia calva.

D. Obrecht. *tr. de jur. cal. c. 1. n. 15.*

Ab hoc verbo calumnia deſcendit, quæ propriè eſt alicuius in litibus per fraudem & fruſtrationem vexatio. *l. ſi calvitur. 233. de V. S.* Paulus. *1. ſent. c. 5.* Briſ. *in Lex. verb. per calum.* Bod. *in lib. de ortograph.* vocat crimen falſum, cum nobis litigator adverſarius, aut malum, quod non fecimus, obiicit, aut bonum, quod feciſſe probamur, in contrarium interpretari conatur. *Caſiod. in Pſ. 117.* commentum litigioſum, periculoſæ falſitatis obiectum. *Cic. lib. 1. off.* callidam & malitioſam juris interpretationem. D. Obrech. *d. c. 1. num. 16.*

Hoc ſenſu ſummum jus, ſummam eſſe malitiam (quod pro-
17. verbium apud antiquos vſitatiſſimum refert Paul. Manu. *in adag. f. 584. col. 2. gl. in c. denuq. diſt. 4. c. niſi cum pridem. de renun.* Aug. Morla *in emp. jur. p. 1. t. 3. q. 2. n. 18.* & apud nos frequentiſſimè practicatur.)

Comicus

Comicus dixit. Vbi ſummum jus non accipitur pro eo, quod eſt ἀκριβοδίκαιον Strengerecht/ſed calumnia, ſive malitioſa juris interpretatione, cum ſalvis legum verbis ſententia circumveniatur, & τὸ ῥητὸν malitia vſurpatoris detorqueatur, Das dem Rechte eine Wächſene Naſe angedrehet wirdt/ſecũdũ illud: Bonorũ extortor legũ diſtortor. Setzer. *lib. 2. de juram. c. 1. n. 3.* Adam. Keller. *lib. 1. de off jur. pol. c. 25.* nusquã plus injuriæ, quàm vbi juris plurimum ſtricti, ſimulati, diſtorti ſc. quia ſimulata & contorta in litibus æquitas, eſt duplex iniquitas, quæ malum facit, & abutitur bono. *teſte Georg. quem cit.* Tolos. *lib. 13. de Repub. c. 1. n. 11.* Qnamvis vafri & malitioſi litium terminatores, conſiliarij, & officiales, coloratè excogitatis quibuſdam excuſatiunculis palliare & tegere conentur malitioſam & legum & litium diſtorſionem, Was ich thu/geſchicht Ampts vnd pflichten willen/ je vous baiſe les mains, inquit Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 2.*

Malitia Germanicè Boßheit/von dem böſen feind/ Græcè Διαβολὴ, quia litigaturientium malitia Diabolo attribuitur. Vnde Germanicũ Düuell Damaſ. Lindan. *in epla. ad Theod. Graminaum.* Plenus enim malitia Diabolus, ſerpentis venenati ſpecie ipſe venenoſior anguis primis parentibus apparuit. Franc. Lambert. *tract. 3. de cau. excæc. ſec. c. 2. & 8.* Serpentina vocat ſophiſtarum inventa. Et ſicut per Bonitatem DEO comparamur: ita per malitiam Diabolo ſimiles reddimur, cuius malitiâ peccatum atq; litigium intravit in mundum, & per peccatum mors. *Rom. 5.* Ioh. Ordel. *ad l. fin. n. 16. de R V.* Rodoan. *de Simon. 2. part. c. 31. n. 9.* vbi ait; nihil eſſe tam ſimile actibus Dæmonum quàm litigare, & quod litigatores mali viri à malitia appellantur. Hier. Gonzalez. *ſup. reg. 8. Cancell. §. 7. proœm. n. 18.* Sic malitia ſequitur ex adulatione. Luc. de Pen. *in l. quemadmodum. C. de agric. & cenſ. lib. 11. verſ. 127. & ſeq.* Maſcard. *vol. 1. de probat. concl. 56. n. 2.* Malitia Pontificum ex adulatione ICtorum. Hinc Vitilitigator, ſive 19.
improbus litigator, Diaboli mancipium dicitur, cui ratio litigandi defuit, quemq; viatica, & litis ſumptus collitigatori ſuo reddere oportet. *l. qui ſolidum, de legat. 2. l. eum quem temerè. de judic.* Ioh. Ordelaph. *ad l. fin. n. 138. de R. V.* Cato eleganter ex vitijs & litibus Vitiligatorem appellauit. Quid enim aliud agunt, quam litigare, aut litem quærunt? Fr. Pollet. *lib. 2. hiſt. for. Rom. c. 9. & lib. 5. c. 16.* vbi Iuremoras & jurifugas vocat. Calumniator dicitur omnis is qui adverſus ea agit, quæ manus ſuæ ſubſcriptione ſigilloq; confirmarat. Zaſ.

adl

ad l. 1. §. edit. n. 40. de eden. Wes. *con. 31. n. 22.* Cothman. *con. 30. n. 280.* Pruckm. *con. 50. n. 569. & 575.* vbi ait, calumniam ſemper turpitudinem, & inſaniam coniunctam habere. *l. 4. §. calumnia. de his qui not. inf.* Marq. Frch. *tr. de exiſt. lib. 3. c. 6. vo. 8.*

Calumniator in hoc Parthenio eſt protelator & fruſtrator, qui per fraudem & fruſtrationem alios vexat litibus. Ordel. *ad d. l. fin. n. 657. de R. V.* Mart. *lib. 11. in Vacer. Et delator es, & calumniator Et fraudator es, & negotiator Et Fellator es, & laniſta, miror Quare non habeas Vacerra nummos.*

20 Pernitioſus certè & peſtilens nocendi modus eſt malitia litigandi, calumniandi, diffamandi, obtrectandi, & ſugillandi, ſive in litibus ſive extra lites, vt aiunt etiam ethnici. Baſilius: Tribus perſonis eâdem operâ calumniator nocet. Nam & delatum iniuriâ afficit, & auditores, & ſemetipſum. Herod. in Polymn. Διαβολὴ ἐστι δεινότατον, ἐν τῇ δυό μὲν εἰσιν οἱ ἀδικεόντες, τις δὲ ἀδικεόμενος. Calumnia res eſt graviſſima in qua duo ſunt qui iniuriam faciunt, vnus qui afficitur. Dion. in Oeconom. calumniam κακὸν ἐπιβουλότατον h. e. malum inſidioſiſſimum appellavit. Thearidas cum gladium acueret, rogatus à quopiam num acutus eſſet? Reſpondit: acutus eſt, aſt acutior calumnia. Speckh. *cent. 2. qq. jur. cl. 3. q. 7. n. 8.* Germani dicunt, einen ſtul ſetzen/ Auct. *diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 99.*

21. Hæc litigioſa & exitioſa hominum malitia eſt duplex, pub: & priuata, quia non ſolum palàm, directò, & apertè committitur intendendo falſa crimina, & alios litibus vexando *l. 1. §. calumniari. ad SCt. Turpil. l. 1. §. per calumniam. ſi mul. vent. nom. in poſſ.* Harpr. *tr. crim. §. in ſumma. 10. n. 88. l. ſancimus. C. de pœn.* petendoq; indebita: *l. pen. ne quis eum qui in jus voc.* ſed etiam clam, obliquè & per indirectum, ſi quis malitioſè quid comminiſcatur, vel quaſi ab alijs audita muſſitat, & in aures aliorum ſuſurrat: Germ. Ohrenbläſer. Hoc vel illud audivi, non equidem credo, ſed audita refero. Peſtilentiſſimum ſanè, pernitioſiſſimum, & nocentiſſimum malignandi, diffamandi, obtrectandi & calumniandi genus eſt, quod adeò apud multos invaluit, vt pro peccato non reputetur, vti conqueritur Spech. *cent. 2. qq. jur. cl. 3. q. 7. in pr.* Sed & hodiè novus calumniæ modus malitioſè inventus eſt, non vituperando, ſed laudando, famæ ac commodis hominũ inſidiandi: quod vitium in aulis principum ortum vsq; adeò inoleviſſe, vt ea loca tanquam proprias ſedes videatur elegiſſe. P. Gregor. *in Synt. lib. 40. c. 27.* Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 6.* Hiſce

Hiſce ſuperſedendo ad litigioſam malitiam revertimur, quæ 22.
quidem regulariter non præſumitur *l. merito. ff. pro ſocio.* Fr. de Por.
tr. de invent. c. 6. nu. 8. Adeò vt in ſupplicatione falſum exprimens,
potius ex ſimplicitate, quàm malitiâ falſum expreſſiſſe cenſeatur. *gl.
in c. ſuper lit. v. priori. de reſcrip.* Barb. *cons. 77. pr. vol. 4.* Hip. de Mars.
cons. 2. n. 7. Maſcard. *vol. 2. concl. 1005. n. 8.* Sed qui inſtrumenta ad li-
tes facientia malitiosè occultat, falſi tenetur, & injuſtam litem fovere
dicitur. Affl. *dec. Neap. 13. n. 22.* Menoch. *1. praes. 91. n. 4.* Car. Pari *cons.
67. n. 27. vol. 3.* Crav. *cons. 6. n. 8.* Pruckm. *cons. 19. n. 89. vol. 2. per l. falſi.
ff. ad l. Cornel. de fals.* vbi Papinianus: Advocatum ordine motum
fuiſſe ex falſa recitatione, quod cognoſcente præſide falſum inſtru-
mentum recitaſſet. Attamen ea proh dolor, temporum noſtro- 23.
rum iniqua conditio, vt non, niſi malitijs atque litibus omnia aga-
mus, malitijs contraham⁹, litigemus, negotiemur, & malitijs cuncta
ad nos trahamus, vti conqueritur Ioh. Ordelaph. *ad l. fin. n. 65. de R. V.*
Die Boßheyt nimbt jetz vberhandt. Hominum ingenia litibus, & con-
troverſijs fundendis plus æquo feracia ſunt. Antimachiav. *lib 3. comm
theor. 35.* In juvenibus malitia ſupplet ætatem. *c. monachus. diſt. 70. c.
de illis. 2. de deſpon. imp.* Plerique enim, *vt* Ioh. Faber. *ait.* majoris in-
duſtriæ malitiæq; in 10. anno viſuntur, quàm cæteri in 14. Setſer. *lib.
4. de juram. c. 2. nu. 113.* In provectioribus cum vitioſa res ſit malitia, 24.
prudentiæ nomen aſſumit, vt malitiosè agens prudenter agere cen-
ſeatur. Malitia litigioſa placet, vitij nomen diſplicet. At ſi prudentia
eſſet, mala & turpis eſſet prudentia, malitijs ad honores aſcendere,
rurſus & malitijs alios depellere. Ordelaph. *ad l. fin. n. 51. de R. V. arg. c.
1. in Extrav. de auth. pall.* Br. *in l. 1. §. 1. ſi quis teſt. lib. juſſ.* Hoc vivunt
jam more, more omnium peſſimo, Theologi, Aulici, Medici, mer-
catores, milites, & inprimis litigantes hac noſtrâ ætate magis de calu-
mnia committenda, quàm evitanda jurant, vt conqueritur And.
Gail. *lib. 1. obs. 85. nu. 4. ex Socin. in c. cæterum in 8. de jur. cal.* quia facti
ſunt Dei opt. max. & chriſtianæ religionis contemtores, vt olim Bl. 25.
annotavit *in l. ſi poſt perfectum. n. 1. C. de evict.* vbi dicit, juramentum
calumniæ hodiè ne obulo quidem æſtimari. Mat. *de ord. jud. p. 6. n. 11.*
Gabr. Saray. *in add. ad Matt ſing. 64. n. 10. facit l. quæ ſub. cond. de cond.
inſt.* vbi dicitur, quod faciles ſint nonnulli hominum ad jusjuran-
dum contemptu religionis. Setſer. *lib. 3. de juram. c. 1. n. 4.*

Actores enim peccant frequenter, qui temerè alios malitijs &

litibus vexant, propterea q; ſe adjuramentum calumniæ adiguntur, quo litis diſpendio afficiuntur, ſi litem injuſtam moviſſe deprehendantur. *l. 1 & 2. C. de perjur. propter. calum. l. 1. & 2. t. de calumniat. l. cas. 34. §. 1. lib. cam. l. auxilium. de minor. c. calumn. de pan.* Sed quò ſeu plures, ſeu majores cauſarum Actores, eò lites plures accumulantur, eæq; ponderoſiores, pejores atq; diuturniores evadunt. Magn.
26. Pegel. *in thes. ver. ſelect. p. 10.* Reorum proprius ille mos eſt, vt perpetuis apertisq; fruſtrationibus, & tergiverſationibus actorem fatigando moretur litem, quod eâ ſolâ calliditate atq; malitiâ fieri vident, vt moreatur etiam condemnationem, & propterea Φυγόδικοι dicantur. Vnde proverbium, Reorum fugere. *l. proper. §. & ſi quid. ubi gl. verb. fugiente.* Las. *n. 3. & Dd. C. de judic.* Pruckm. *cons. 19. n. 76. vol. 2.* Ant. Fab. *lib. 9. Cod. tit. 22.* de quorum tergiverſatione atque malitioſa mora vide las. *in l. ſi cum. 10. §. qui injur. num. 9. & ſeqq. ubi* Caſtr. *n. 3. ſi quis caus. jud. ſol. per. l. edict. §. ſi u. ibi gl. verb. accipendo. de nox. act. l. ſed et. ex quib. caus. maj. in int. l. contr. verb. quaſi lite cont. de O. & A. l. 2. C. ubi in rem act.* Advocati ſive Patroni illorum ſæpè lites juſtas oppugnant, malas defendunt. Setſer *lib. 3. de juram. c. 1. n. 1.*
27. Denique omnes ferè litigantes ſunt heterocliti, vt neutra pars velit liti cedere, aut videri tranſactionem rogaſſe, ſed eſſe rogata, vt multum protrahendo litigium, multis adverſariũ fatiget, & tandem vltrò tranſactionem vrgeat, vt ait Guicciard. *pol. hypom.* & Germ. Jch will in wol mâd machen. P. Frider. *lib. 3. de cont. cam. c. 2. n. 1.* Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 7.* Vnde Themiſtius *in lib. de medio. off.* ait: nulla malitia alienior eſt ab hominum converſatione, quàm perfidia; Sed hæc eſt illa improbitas, ad verſus quam ſolum nulla datur cuſtodia, nam quod vnicum habeamus confugium, nempe jusjurandum, hoc maximè abutitur vir perfidus, qui malum facinus committit, & lites ex litibus ſerit inficiando. Ordelaph. *ad l. ſi. n. 497. & ſeq. de R. V.* Godelman. *lib. 3. de Mag. Lam. & Venef. c. 10. nu. 1.* vbi ait, omnes
28. antiquum illud obſervare: ſi feciſti; nega. Licet vna regio alterâ callidiores atque malitioſiores generet homines, ſicut de pueris Normannis & Longobardis notavit *gl. in l. ſequitur. § pupillus de vſucap.* Bald. *in l. dolum. C. de dol. malo.* Hiſpanos vocat verſutos & callidos. Sclavones omnium mortalium nequiores. Odofred. prodidit *in l. Julianus. act. empt.* & Gonuz. *in §. ſic itaq. n. 18 Inſt. de act.* captivos ſcilicet Schlavos, non veros, quos viros omnium probiores ipſa probatis,

batis, & ſimplicitas prodit, quorum linguam Imp. nec non electores ſcire debent, ex ordinat. aureæ bullæ. Summatim populi ita à cœlo formati, vt propriâ ſint morum vnitate perſpicui: Scythæ crudeles: Itali aſtuti, delitijs dediti, vindictæ cupidi, & ad lucra quælibet ſtudioſi: avari Syri: acuti Siculi: luxurioſi ſemper Aſiatici: Hiſpani elati, ſuperbi & jactabundi. Cathælani fædifragi: Galli leves, ad fallendum & litigandum proni. Vnde fit vt Germani plerumque non tàm iſtorum linguas, quàm pravos mores imbibant, vti dicitur: Vn Todeſco Italianato, è Diabolo incarnato. *Et, il n' eſt point francois de ſa neture, qui nè tromp point quend il aſſeure.*

Adam. Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 9.* P. Greg. *lib 18. de Repub. c. 1. nu. 19. ex* Iuſtin. *lib. 44.* P. Crinit. *lib. 4. de honeſt. diſci. c. 14.* Iuſt. Lips. *cent. 1. ep. 22.* Setſer. *lib. 4. de juram. c. 2. 14.* Chriſt. Ohem. *in diſcurs. jurid. pol. c. 2. n. 57.* In hoc tamen omnes conveniunt, vt malitioſis 29. litibus atque litigioſis malitijs ſtudeant, exceptâ ſolùm AEthiopiâ, quæ litium expers eſſe dicitur. Cum itaq; malitia ſic humanas actiones inficiat, & lites efficiat, conveniens erit, vt lex quæ moderatrix earum eſt, & à pravitate ad rectitudinem homines retrahit, tanto malo occurreret. Lex enim humana, quæ juſtorum & injuſtorum diſtinctio eſt, à divina derivatur, nec eſt in quoquam ei contraria. Auguſt. *Lib. 1. de lib. arbitr.*

Vnde leges punitivæ ſunt factæ, vt earum metu humana coërceatur audacia, tutaque ſit inter improbos innocentia. *c. factæ ſunt. diſt. 4. c. non fruct. 23. q. 1.* At quomodo humana coerceretur auda- 30. cia, tutaque eſſet inter improbos innocentia, ſi litigioſa malitia, & malitioſæ lites è mediò non tollentur? Malitia enim plurimum ex odiò, & amore vel avaritia prodit. Quod odia æquitatem judicij pervertant, notum eſt ex vulgari, vbi vel odium, vel amor in judicium venit, ibi cæcum eſſe judicium neceſſe eſt. Brederod. *de app. p. 1. t. 3. in pr.*

Sublatâ itaq; malitiâ, omnes hominum actiones vel bonæ ſunt, vel indifferentes exiſtunt, quas malitia differentes facit, Ordelaph. *ad l. fin. n. 26. de R. V.* quia malitia ſub apparenti vero prodit. *Id. ad l. fin. nu. 41. de R. V. per l. 1. de ſtill.* Nec patrocinatur axioma legiſtarum, 31. quo licet contrahentibus invicem ſe decipere. At hæc deceptiuncula nihil aliud eſt quàm malitia. Ergò. R. Illud axioma malè intellectum, detrudit multos in ignes ſempiternos. Obtinet enim duntaxat

taxat in foro exteriori contentioſo, quoniam jus civile, quod dirigit hominem ad bonum politicum, conſideravit ſolùm læſionem citra vel vltra dimidiam, ne infinitæ lites excitentur; ſed in foro conſcientiæ non attenditur. An. Burg. *in c. pen. de empt. & vend.* Thom. *2.q.27.art.1.* Ioh, Pet. Ala. *tract. de adv. & cauſid. Chriſt. q.87 arg.1.ad Theſſal.4.* Ne quis opprimat, aut circunveniat in negotia fratrem ſuum :/: multo minus Dominum ſuum cui juramento obſtrictus eſt in officio vel ſeruitio ſuo ‡ Nam VLTOR eſt Dominus omnium iſtorum *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 101.* Neceſt, quòd ſi lis bona ſit, aut virtute aut dolo vinci poſſit, vt inquiunt novelli litigaturientes. Omninò malè. Nam juſta juſtè exequenda ſunt litigia *inquit* M. Iac. Faye. *la. 6. remonſtr. pag. 229.*

32. Nonnulli litigatorum collitigatoribus ſuis meliores advocatos, inſtrumenta, & teſtes malitioſè ſubtrahunt, vt litem vincant. Ioh. Pet. Ala. *tr. de adv. & caus. Chriſt. p.1.q.44. & ſeq.* Quam ſanè malitiam deteſtantur omnes. Cyn. & Paul. *in l. providendum. C. de poſtul.* Cagnol. *in l. 2. n. 204. de O.I.* Navar. *in Manual. c. 25. n.28. vers. 4.* Graff. *dec. aur. lib. 3. c. 9. n. 3. p. 1. Ala. de p. 1. q. 45.* vbi defl**e**t conditionem infinitorum, qui ſolâ taciturnitate damnati malunt ad flammas inferni, quàm loquendo offendere voluntatem cujusvis homunculi, & juſto litigatori prodeſſe Navar. *in Manual. c. 25. n. 41.*

33. Temerarium equidem eſt ſuper re liquidâ & clarè debita, quæq; nullâ tergiverſatione celari poteſt, litigare ac contendere, non agnoſcendo bonam fidem. *l. quoties. §. nec vtiq. de admin. tut.* Rol. à Val. *conſ. 6. n. 48. lib. 1.* Hieron. à Laurent. *dec. Avin. 111. n. 8.* Attamen illud fieri cotidiè videmus, nec invidemus, quando debitor non poteſt ſolvere debitum, niſi incidat in extremam neceſſitatem, periculum vitæ, aut honoris, vt propterea ſibi eſſet famæ pereundum. D. Thom. *2. 2. q. 62. art. 8.* Covar. *in c. peccatum. pr. col. 3. de Reg. iur.* Sot. *de juſtit. lib. 4. q. 7. art. 4.* Navar. *in Manual. c. 17. n. 56.* Graff. *lib. 2. dec.*
34. *aur. c. 131. p. 1.* 2. Si debitor non poteſt ſolvere ſine totali mutatione ſui ſtatus juſtè acquiſiti, aut ſine magno detrimento rerum temporalium; ex diverſo verò Creditor non patitur ſimilem neceſſitatem, excuſandus erit. Mic. Salon. *cont. 3. concl. 1. v. ex hac doct.* Quod ſi prodigalitate factus ſit impotens, aut pro ſtatu iniuſtè acquiſito litem moveat atq; ſolutionem protrahat, non eſt audiendus. Ioh. Pet. Ala. *tr. de adv. & Caus. Chriſt. p. 1. q. 48.* vbi ait, impoſſibile huiusmodi

di lites tueri ſine mille mendacijs. Denique & hæc litigaturientium malitia eſt, vt Advocatis non narrent quæ reverà prodeſſe poſſint, ſed econtra multa inculcent, quæ nihil ad litem pertinent, quia neſciunt quantum momenti habeat minima facti mutatio. Graff. *lib. 3. dec. aur. c. 8. n. 8. verſ. 8. p. 1.* 35.

Interdum ſolent contrahentes confiteri ſe recepiſſe aliquam pecuniarum ſummam, quam non receperunt, vnde litigia oriri ſolent. Sed malitia eſt Creditorum litigioſa, quia non poſſunt in foro animæ exigere nummos non numeratos. Inn. *in c. quia pleriq. vbi* Ab. *n. 18. de immun. eccles.* Graff. *lib. 2. dec. aur. c. 10. n. 29. p. 1.* Fel. *in c. ſi cautio. n. 50. de fid. inſt.*

Deniq; deploranda eſt conditio & malitia multorum litigaturientium, qui malitiosè peccant, litigant, jurant, dejurant nimiâ fiducia miſericordiæ divinæ, quam experiri ſperant in Sacramento, ſed reverâ in Spiritum Sanctum committunt, qui eiusmodi vincendæ litis modis vtuntur, abutuntur. D. Thom. *2. 2. quæſt. 14. art. 2.* Navar. *in Manual. c. 23. n. 126.* Ioh. Pet. Ala. *tr. de adv. Chriſt. p. 1. q. 73.* 36.

Ad hanc litium tàm publicarum quàm privatarum malitiam accedit livor & obtrectatio, quæ pronis auribus arripiuntur, quippe malignitati falſa ſpecies libertatis ineſt. M. Iacq Faye. *la. 6. remonſtr. pag. 230.*

Ni fallor, fallitur quisquis litigandi officium aſſumit, & longè magis fallitur, qui artes litigandi & contendendi eligit, in quibus propter nocendi facilitatem quantò quis doctior, tantò nequior evadit, vt de aleatoribus Policrates ait. Vnde Auguſtinus: forma, inquit, in eis eſt litigioſa, hoc ipſo laudabilior, quo fraudulentior. Roder. Zamoren. *in ſpec. vit. hum. lib. 1. c. 18.* Ioh. Bapt. Mag. *de rect. partoc. rat. p. 1. c. 11. n. 10.* 37.

Hæc de litigantium malitia dicta ſunto, tanquam præcipuâ litium causâ: Sequitur altera Advocatorum, Procuratorum, & Notariorum quæ non minores excitat lites.

Faxit DEVS, vt pro litigioſâ noſtri ſeculi MALITIA, malaciam in pacato mari videamus, fidamus, credamus, vnumquemq; 38.

Hoſtem eſſe atq; inimicum hominum MORVMQVE MALORVM
Contra Defenſorem hominum, MORVMQVE BONORVM

Vt Attilius poeta cocinit. & Lactant. *lib. 5. inſtit. c. 12.* apud Ciceronem ait, Furius contra IVSTITIAM differens, ſenſit: Malle ſe ſa-

neſtus appellatur. *l. continuus. 137. §. cum. ita. 2. de V. O. l. vir bonus. jud. ſolu. l. pen. de procurat. l. ſed ſi vnus. §. praf. de injur. gl. in c. potant. verb. celer. de locat. l. 4. fam. herciſc.* Ratio: quia vir bonus & judex convertuntur, vt ait Bl. *in l. cat. fam. heriſc.* ſecundum illud Horatij:

Vir bonus eſt quis?
Qui conſulta patrum, qui leges, juraq́; ſervat,
Quo multæ magnaq́; ſecantur judice lites.

Sic Chriſtus de Nathaneele dixit: Verè hic Iſraëlita eſt, in quo dolus non eſt. Ioh. 1. Auff gutt alt Teutſch/ vt inquit Adam. Kell. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 6. arg. l. 7. §. dolo. de pact.* Ambros. *lib. 3. offic. c. 10.* antiquitus adeò ſanctam fidem fuiſſe dicit, vt fallere aliquos poſſe non

9. crederetur. Sed econtra Cyn. *in l. 15. n. 3. C. de contr. empt.* Vir bonus non eſt frater aliquis pœnitentiæ, qui diabolum ſub cappa habet: Schneid. *pr. inſt. de act. n. 21.* & monachis hodie nihil perverſius, nihil petulantius, magisq; plenum malitiæ. Corlas. *in lib. 3. miſcel. c. 7. in f.* allegans Bald. qui nec divum Thomam Cantuarienſem virum eximiæ ſanctitatis excipere voluit. *in c. 1. vt lite pendente.* Et vulgares ſunt verſus:

Non audet Stygius Pluto, tentare quod audet
Effrenis monachus, plenaq́; fraudis anus.

This is à frier, Ergo à lier *h. e.* frater eſt, ergò mendax *inquit Reinold. lib. 1. de Rom. idolat. c. 9. §. 9. Auct. ſuſcit. pro prin. par. 1. c. 7. in f.* licet. ſtatus Monachorum ſit perfectionis acquirendæ. *Bellar. lib. de Monac. c. 2.* Exemplum Iacobini monachi qui Henricum III. interfecit, adhuc in recenti memoriâ.

10. Sed quid de ſolis monachis conquerimur? malitioſus eſt hodierni ſeculi oculus, qui non quæ bona, ſed quæ mala duntaxat ſunt, obſervat. Malitioſæ ſunt aures ejus, quæ ad bona ſui proximi ſurdæ: mala tantùm, & quidem avidè non invidè hauriunt. Malitioſa eſt lingua ejus quæ lites movet, laude digna ſubticet, mala & infirmitates proximi eloquitur. Otto. Caſm. *c. 24. de mundi immund. pag. 255.* Ioh. Ordel. *ad l. fin. n. 583. de R. V.* AElian. *lib. 10. var. hiſt.* nec Homo ſine fraude, nec piſcis ſine ſpinâ.

Quotus enim quisque eſt inter litigaturientes; qui Deum precatur, ὥϛε δικαιοσύνην ἀσκῆν ἔργῳ τε λόγῳ τε vt juſtitiam exerceat tàm opere quàm verbis, & non potius malitioſas Autolici mendici, preces cogitet in litis principio. *Dia Lauerna:*

Da mihi fallere, da juſtumq́ videri.

M. Iacques Faye. *la.7. remonſtr. pag. 256. & 264.*

Imò malitia hominum à tempore quo leges conditæ fuerẽ, vſq; in hodiernum diem adeo de tempore in tempus aucta eſt, vt nunc ad ſummum perveniſſe dicatur, *vti conqueritur* Cavalcan *par. 1. de brach. Reg. num. 124.* ſed ineptè exemplificat inventione Petardi, & alijs Gallico-Belgicis inſtrumentis. Quid, quod hominum malitia adeò creverit, vt actus humani tàm clarè explicari non poſſint, quin ſophismatibus obſcurari, & in alienum ſenſum aſtutâ aliquâ & ſubtili interpretatione detorqueri ſoleant, vt poſt Hoſtien. jam de ſuo ſeculo, quod noſtro fuit multò ſimplicius, conqueſtus eſt Anton. de Butrio. *in c. nimis. de excus. prælat.* Decian. *con. 11. n. 65. vol.* Marpp. *ICti int. Reſp. jur. pro civit. Brunſu. in form. 6. n. 152.* Barth. Muſc. *de ſucc. convent. cl. 1. memb. 1. concl. 1. n. 15.* Ah tempora! ah mores! Litigioſa malitia hiſcè malitioſiſſimis temporibus ita ſupprimit veritatem, morumq; probitatem, vt non niſi in malitioſis litigijs, & litigioſis malitijs gloriemur, & is altero prudentior credatur, qui malitioſior & litigioſior. Via nihil aliud quam militia, dixeram ferè MALITIA, ſecundum Ariſtoph. qui vocat manè proficiſcentem meram calumniatricem VITAM τὸν ὀρθοφοιτοσυκοφάντοτα λαίπωρον βίον, cujus Corda ſunt Cainitica, linguæ Semeiticæ, labia Doegetica, ſalutationes Iſabi, oſcula Iudæ, manus Sauliticæ. Caſm. *mun. immun. c. 36. pag. 384.* 11. 12.

Hoc malitiæ, ſeu potius mali nomen generale eſt, depravatrix bonarum actionum, quæ ſecundum naturam benè inſtitutam ſi fierent, omnia eſſent bona, quin imò egreſſus malitiæ virtutis operatur ingreſſum *c. cum renunc. 32. q. 1.* & Origenes: vbi benè, nemo melius: vbi malè, nemo pejus: quaſi malitia omne malum ſuperabundet, & tam deteſtanda res ſit, vt Africanus meritò dixerit: Probra & flagitia quæ homines faciunt, in duabus rebus eſſe, in MALITIA & NEQVITIA, & quæ ratione ſuæ protervitatis diverſis nominibus appellantur, vnico malitiæ nomine comprehenduntur. Et ſtatutum ſimpliciter reſponderi mandans, intelligitur ſine malitia. *l. 1. vbi* Bl. *not. 2. C. de AEdil. ed.* Ordelaph. *ad l. fin. n. 20. & ſeqq. de R.V.* 13.

Malitia particulariter accipitur pro calliditate, verſutia & doloſitate, *ſeſt. Cic. 4. Tuſc. lib. 1. & 3. off.* non aperti, *inquit*, non ingenui, non juſti, non viri boni; verſuti potius, fallacis, malitioſi. *l. quisquis.* 14.

C. de poſtul. l. 2. C. de ll. confer. l. vnd. ad l. Aquil. l. 5. de cond. furt. l. interdum. de vi & vi arm. l. ſi quis. de act. empti. vbi propter malitiam non adeuntis hereditas tranſmittitur. Sic in ſacris ſerpens callidior, h. e. malitioſior dicitur. *Gen. 3. v. 1.* & Phrinunda impurior de malitioſo aſſeritur. Ign. *in rep. Auth. ex cauſa. col. 15.* malitiam vocat fallacem decipiendi rationem, & Pontif. *in c. cum oportet. de accuſat.* typum malitiæ ipſius veritatis adumbrationem appellat.

15. Nobis malitia dicitur quaſi molitio, cum moribus deceptorijs, veritate palliatâ proprium commodum, vel alterius incommodum attenditur, veluti lites quaſi molitiones dici poſſent, eò quod qui damnum atq; lites contra aliquem molitur, dolum adhibeat. Bl. *in l. quæ fortuit. C. de pign. act.* Ordel. *ad l. fin. n. 43. de R. V. ex. D. Auguſt.* Sed heu quam miſerum eſt ex agro homines traduci in forum, ab aratro ad ſubſellia, ab vſu rerum domeſticarum, ad inſolitam litem atque judicium, à molis ad molitiones & malitias! Seign. de Pibrac. *la 1. remonſtr. pag. 45.*

16. Dicitur etiam calumnia, quæ Nonio eſt malitioſa, & mendax infamatio, ab antiquo verbo calvor, ſive calvis mimis, quod omnibus ſint fruſtratui. Non. Marcell. *de prop. ſerm. c. 1. l. ſi calvitur. 233. de V. S. l. 1. §. 1. ad SCt. Turp.* Feſt. *lib. 8.* Ier. Setzer. *lib. 2. de juram. c. 1. n. 2.* Sicut occaſio, quæ in occipitio calva pingitur, præteritâ pœnitentiâ ductos fruſtrari, & decipere dicitur, quod miſeri litigatores diligenter obſervent.

Fronte capillata eſt Res, poſt Litigia calva.

D. Obrecht. *tr. de jur. cal. c. 1. n. 15.*

Ab hoc verbo calumnia deſcendit, quæ propriè eſt alicuius in litibus per fraudem & fruſtrationem vexatio. *l. ſi calvitur. 233. de V. S.* Paulus. *1. ſent. c. 5.* Briſs. *in Lex. verb. per calum.* Bod. *in lib. de ortograph.* vocat crimen falſum, cum nobis litigator adverſarius, aut malum, quod non fecimus, obijcit, aut bonum, quod feciſſe probamur, in contrarium interpretari conatur. *Caſſiod. in Pſ. 117.* commentum litigioſum, periculoſæ falſitatis obiectum. *Cic. lib. 1. off.* callidam & malitioſam juris interpretationem. D. Obrech. *d. c. 1. num. 16.*

Hoc ſenſu ſummum jus, ſummam eſſe malitiam (quod pro-
17. verbium apud antiquos vſitatiſſimum refert Paul. Manu. *in adag. f. 584. col. 2. gl. in c. deniq;. diſt. 4. c. niſi cum pridem. de renun.* Aug. Morla *in emp. jur. p. 1. t. 3. q. 2. n. 18.* & apud nos frequentiſſimè practicatur.)

Comicus

Comicus dixit. Vbi ſummum jus non accipitur pro eo, quod eſt ἀκριβοδίκαιον Strengerecht/ſed calumnia, ſive malitioſa juris interpretatione, cum ſalvis legum verbis ſententia circumveniatur, & τὸ ῥητὸν malitia vſurpatoris detorqueatur, Das dem Rechte eine Wächſene Naſe angedrehet wirdt/ſecũdũ illud: Bonorũ extortor legũ diſtortor. Setzer. *lib. 2. de juram. c. 1. n. 3.* Adam. Keller. *lib. 1. de off. jur. pol. c. 25.* nusquã plus injuriæ, quàm vbi juris plurimum ſtricti, ſimulati, diſtorti ſc. quia ſimulata & contorta in litibus æquitas, eſt duplex iniquitas, quæ malum facit, & abutitur bono. *teſte Georg. quem cit.* Tolos. *lib. 13. de Repub. c. 1. n. 11.* Quamvis vafri & malitioſi litium terminatores, conſiliarij, & officiales, coloratè excogitatis quibuſdam excuſatiunculis palliare & tegere conentur malitioſam & legum & litium diſtorſionem, Was ich thu/geſchicht Ampts vnd pflichten willen/ je vous baiſe les mains, inquit Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 2.*

Malitia Germanicè Boßheit/von dem böſen feind/ Græcè Διαβολὴ, 18.
quia litigaturientium malitia Diabolo attribuitur. Vnde Germanicũ Düuell Damaſ. Lindan. *in epla. ad Theod. Graminæum.* Plenus enim malitia Diabolus, ſerpentis venenati ſpecie ipſe venenoſior anguis primis parentibus apparuit. Franc. Lambert. *tract. 3. de cauſ. excæc. ſec. c. 2. & 8.* Serpentina vocat ſophiſtarum inventa. Et ſicut per Bonitatem Deo comparamur: ita per malitiam Diabolo ſimiles reddimur, cuius malitiâ peccatum atq; litigium intravit in mundum, & per peccatum mors. *Rom. 5.* Ioh. Ordel. *ad l. fin. n. 16. de R. V.* Rodoan. *de Simon. 2. part. c. 31. n. 9.* vbi ait, nihil eſſe tam ſimile actibus Dæmonum quàm litigare, & quod litigatores mali viri à malitia appellantur. Hier. Gonzalez. *ſup. reg. 8. Cancell. §. 7. proœm. n. 18.* Sic malitia ſequitur ex adulatione. Luc. de Pen. *in l. quemadmodum. C. de agric. & cenſ. lib. 11. verſ. 127. & ſeq.* Maſcard. *vol. 1. de probat. concl. 56. n. 2.* Malitia Pontificum ex adulatione ICtorum. Hinc Vitilitigator, ſive 19.
improbus litigator, Diaboli mancipium dicitur, cui ratio litigandi defuit, quemq; viatica, & litis ſumptus collitigatori ſuo reddere oportet. *l. qui ſolidum, de legat. 2. l. eum quem temerè. de judic.* Ioh. Ordelaph. *ad l. fin. n. 138. de R. V.* Cato eleganter ex vitijs & litibus Vitiligatorem appellauit. Quid enim aliud agunt, quam litigare, aut litem quærunt? Fr. Pollet. *lib. 2. hiſt. for. Rom. c. 9. & lib. 5. c. 16.* vbi luremoras & jurifugas vocat. Calumniator dicitur omnis is qui adverſus ea agit, quæ manus ſuæ ſubſcriptione ſigilloq; confirmarat. Zaſ.

adl

ad l. 1. §. edit. n. 40. de eden. Weſ. *con. 31. n. 22.* Cothman. *con. 30. n. 280.* Pruckm. *con. 50. n. 569. & 575.* vbi ait, calumniam ſemper turpitudinem, & infaniam coniunctam habere. *l. 4. §. calumnia. de his qui not. inf.* Marq. Frch. *tr. de exiſt. lib. 3. c. 6. vo. 8.*

Calumniator in hoc Parthenio eſt protelator & fruſtrator, qui per fraudem & fruſtrationem alios vexat litibus. Ordel. *ad d. l. fin. n. 657. de R. V.* Mart. *lib. 11. in Vacer. Et delator es, & calumniator Et fraudator es, & negotiator Et Fellator es, & laniſta, miror Quare non habeas Vacerra nummos.*

20 Pernitioſus certè & peſtilens nocendi modus eſt malitia litigandi, calumniandi, diffamandi, obtrectandi, & ſugillandi, ſive in litibus ſive extra lites, vt aiunt etiam ethnicj. Baſilius: Tribus perſonis eâdem operâ calumniator nocet. Nam & delatum iniuriâ afficit, & auditores, & ſemetipſum. Herod. in Polymn. *Διαβολὴ ἐςι δεινότατον, ἐν τῇ δυό μὲν ἐίσιν οἱ ἀδικεόντες, τὶς δε ἀδικεόμενος.* Calumnia res eſt graviſſima in qua duo ſunt qui iniuriam faciunt, vnᵘs qui afficitur. Dion. in Oeconom. calumniam *κακὸν ἐπιβουλότατον* h. e. malum inſidioſiſſimum appellavit. Thearidas cum gladium acueret, rogatus à quopiam num acutus eſſet? Reſpondit: acutus eſt, aſt acutior calumnia. Speckh. *cent. 2. qq. jur. cl. 3. q. 7. n. 8.* Germani dicunt, einen ſtul ſetzen/ Auct. *diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 99.*

21. Hæc litigioſa & exitioſa hominum malitia eſt duplex, pub: & priuata, quia non ſolum palàm, directò, & apertè committitur intendendo falſa crimina, & alios litibus vexando *l. 1. §. calumniari. ad SCt. Turpil. l. 1. §. per calumniam. ſi mul. vent. nom. in poſſ.* Harpr. *tr. crim. §. in ſumma. 10. n. 88. l. ſancimus. C. de pæn.* petendoq; indebita: *l. pen. ne quis eum qui in jus voc.* ſed etiam clam, obliquè & per indirectum, ſi quis malitioſè quid comminiſcatur, vel quaſi ab alijs audita muſſitat, & in aures aliorum ſuſurrat: Germ. Ohrenbläſer. Hoc vel illud audivi, non equidem credo, ſed audita refero. Peſtilentiſſimum ſanè, pernitioſiſſimum, & nocentiſſimum malignandi, diffamandi, obtrectandi & calumniandi genus eſt, quod adeò apud multos invaluit, vt pro peccato non reputetur, vti, conqueritur Spech. *cent. 2. qq. jur. cl. 3. q. 7. in pr.* Sed & hodiè novus calumniæ modus malitioſè inventus eſt, non vituperando, ſed laudando, famæ ac commodis hominũ inſidiandi: quod vitium in aulis principum ortum vſq; adeò inoleviſſe, vt ea loca tanquam proprias ſedes videatur elegiſſe. P. Gregor. *in Synt. lib. 40. c. 27.* Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 6.*

Hiſce

Hiſce ſuperſedendo ad litigioſam malitiam revertimur, quæ 22.
quidem regulariter non præſumitur *l. merito. ff. pro ſocio.* Fr. de Por. *tr. de invent. c. 6. nu. 8.* Adeò vt in ſupplicatione falſum exprimens, potius ex ſimplicitate, quàm malitiâ falſum expreſſiſſe cenſeatur. *gl. in c. ſuper lit. v. priori. de reſcrip.* Barb. *cons. 77. pr. vol. 4.* Hip. de Mars. *cons. 2. n. 7.* Maſcard. *vol. 2. concl. 1005. n. 8.* Sed qui inſtrumenta ad lites facientia malitioſè occultat, falſi tenetur, & injuſtam litem fovere dicitur. Affl. *dec. Neap. 13. n. 22.* Menoch. *1. præs. 91. n. 4.* Car. Pati *cons. 67. n. 27. vol. 3.* Crav. *cons. 6. n. 8.* Pruckm. *cons. 19. n. 89. vol. 2. per l. falſi. ff. ad l. Cornel. de fals.* vbi Papinianus: Advocatum ordine motum fuiſſe ex falſa recitatione, quod cognoſcente præſide falſum inſtrumentum recitaſſet. Attamen ea proh dolor, temporum noſtro- 23.
rum iniqua conditio, vt non, niſi malitijs atque litibus omnia agamus, malitijs contraham⁹, litigemus, negotiemur, & malitijs cuncta ad nos trahamus, vti conqueritur Ioh. Ordelaph. *ad l. fin. n. 65. de R. V.* Die Boßheyt nimbt jetz vberhandt. Hominum ingenia litibus, & controverſijs fundendis plus æquo feracia ſunt. Antimachiav. *lib 3. comm theor. 35.* In juvenibus malitia ſupplet ætatem. *c. monachus. diſt. 70. c. de illis. 2. de deſpon. imp.* Plerique enim, *vt* Ioh. Faber. *ait.* majoris induſtriæ malitiæq; in 10. anno viſuntur, quàm cæteri in 14. Setſer. *lib. 4. de juram. c. 2. nu. 113.* In provectioribus cum vitioſa res ſit malitia, 24.
prudentiæ nomen aſſumit, vt malitioſè agens prudenter agere cenſeatur. Malitia litigioſa placet, vitij nomen diſplicet. At ſi prudentia eſſet, mala & turpis eſſet prudentia, malitijs ad honores aſcendere, rurſus & malitijs alios depellere. Ordelaph. *ad l. fin. n. 51. de R. V. arg. c. 1. in Extrav. de auth. pall.* Br. *in l. 1. §. 1. ſi quis teſt. lib. juſſ.* Hoc vivunt jam more, more omnium peſſimo, Theologi, Aulici, Medici, mercatores, milites, & inprimis litigantes hac noſtrâ ætate magis de calumnia committenda, quàm evitanda jurant, vt conqueritur And. Gail. *lib. 1. obs. 85. nu. 4. ex Socin. in c. cæterum in 8. de jur. cal.* quia facti ſunt Dei opt. max. & Chriſtianæ religionis contemtores, vt olim Bl. 25.
annotavit *in l. ſi poſt perfectum. n. 1. C. de evict.* vbi dicit, juramentum calumniæ hodiè ne obulo quidem æſtimari. Mat. *de ord. jud. p. 6. n. 11.* Gabr. Saray. *in add. ad Matt ſing. 64. n. 10. facit l. quæ ſub. cond. de cond. inſt.* vbi dicitur, quod faciles ſint nonnulli hominum ad jusjurandum contemptu religionis. Setſer. *lib. 3. de juram. c. 1. n. 4.*

Actores enim peccant frequenter, qui temerè alios malitijs &

litibus vexant, propterea que adjuramentum calumniæ adiguntur, quo litis diſpendio afficiuntur, ſi litem injuſtam moviſſe deprehendantur. *l. 1. & 2. C. de jurejur. propter. calum. l. 1. & t. t. de calumniat. l. cui. 39. §. 1. lib. cauſ. l. auxilium. de minor. c. calumn. de pœn.* Sed quò ſeu plures, ſeu majores cauſarum Actores, eò lites plures accumulantur, eæq; ponderoſiores, pejores atq; diuturniores evadunt. Magn.

26. Pegel. *in theſ. rer. ſelect. p. 10.* Reorum proprius ille mos eſt, vt perpetuis apertisq; fruſtrationibus, & tergiverſationibus actorem fatigando morentur litem, quod eâ ſolâ calliditate atq; malitiâ fieri videant, vt morentur etiam condemnationem, & propterea φεύγοντες dicantur. Vnde proverbium, Reorum fugere. *l. proper. §. & ſi quid. vbi gl. verb. fugiente.* Iaſ. *n. 3. & Dd. C. de judic.* Pruckm. *conſ. 19. n. 76. vol. 2.* Ant. Fab. *lib. 9. Cod. tit. 22.* de quorum tergiverſatione atque malitioſa mora vide Iaſ. *in l. ſi eum. 10. §. qui injur. num. 9. & ſeqq. vbi* Caſtr. *n. 3. ſi quis caut. jud. ſiſt. per. l. edict. §. ſi is. ibi gl. verb. accipendo. de nox. act. l. ſed vt. ex quib. cauſ. maj. in int. l. conſt. verb. quaſi lite cont. de O. & A. l. 2. C. vbi in rem act.* Advocati ſive Patroni illorum ſæpè lites juſtas oppugnant, malas defendunt. Setſer *lib. 3. de juram. c. 1. n. 1.*

27. Denique omnes ferè litigantes ſunt heterocliti, vt neutra pars velit liti cedere, aut videri tranſactionem rogaſſe, ſed eſſe rogata, vt multum protrahendo litigium, multis adverſariũ fatiget, & tandem vltrò tranſactionem vrgeat, vt ait Guicciard. *pol. hypom. 88.* Germ. Ich will in wol müd machen. P. Frider. *lib. 3. de cont. cauſ. c. 2. n. 1.* Keller. *lib. 2. de off. jur pol. c. 7.* Vnde Themiſtius *in lib. de medio. off. ait:* nulla malitia alienior eſt ab hominum converſatione, quàm perfidia; Sed hæc eſt illa improbitas, ad verſus quam ſolum nulla datur cuſtodia, nam quod vnicum habeamus confugium, nempe jusjurandum, hoc maximè abutitur vir perfidus, qui malum facinus committit, & lites ex litibus ſerit inficiando. Ordelaph. *ad l. fi. n. 497. & ſeq. de R. V.* Godelman. *lib. 3. de Mag. Lam. & Veneſ. c. 10. nu. 1.* vbi ait, omnes

28. antiquum illud obſervare: ſi feciſti; nega. Licet vna regio alterâ callidiores atque malitioſiores generet homines, ſicut de pueris Normannis & Longobardis notavit *gl. in l. ſequitur. § pupillus de vſucap.* *Ead. in l. dolum. C. de dol. malo.* Hiſpanos vocat verſutos & callidos. Sclavones omnium mortalium nequiores. Odofred. prodidit *in l. Julianus. act. empt. &* Gonuz. *in §. ſic itaq. n. 18 Inſt. de act.* captivos ſcilicet Schlavos, non veros, quos viros omnium probiores ipſa probatis,

batis,

batis, & ſimplicitas prodit, quorum linguam Imp. nec non electores ſcire debent, ex ordinat. aureæ bullæ. Summatim populi ita à cœlo formati, vt propriâ ſint morum vnitate perſpicui: Scythæ crudeles: Itali aſtuti, delitijs dediti, vindictæ cupidi, & ad lucra quælibet ſtudioſi: avari Syri: acuti Siculi: luxurioſi ſemper Aſiatici: Hiſpani elati, ſuperbi & jactabundi. Cathælani fædifragi: Galli leves, ad fallendum & litigandum proni. Vnde fit vt Germani plerumque non tàm iſtorum linguas, quàm pravos mores imbibant, vti dicitur: Vn Todeſco Italianato, è Diabolo incarnato. *Et, il n' eſt point francois de ſa nature, qui nè tromp point quend il aſſeure.*

Adam. Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 9.* P. Greg. *lib 18. de Repub. c. 1. nu. 19. ex* Iuſtin. *lib. 44.* P. Crinit. *lib. 4. de honeſt. diſci. c. 14.* Iuſt. Lips. *cent. 1. ep. 22.* Setſer. *lib. 4. de juram. c. 2. 14.* Chriſt. Ohem. *in diſcurs. jurid. pol. c. 2. n. 57.* In hoc tamen omnes conveniunt, vt malitioſis 29.
litibus atque litigioſis malitijs ſtudeant, exceptâ ſolùm AEthiopiâ, quæ litium expers eſſe dicitur. Cum itaq; malitia ſic humanas actiones inficiat, & lites efficiat, conveniens erit, vt lex quæ moderatrix earum eſt, & à pravitate ad rectitudinem homines retrahit, tanto malo occurreret. Lex enim humana, quæ juſtorum & injuſtorum diſtinctio eſt, à divina derivatur, nec eſt in quoquam ei contraria. Auguſt. *lib. 1. de lib. arbitr.*

Vnde leges punitivæ ſunt factæ, vt earum metu humana coërceatur audacia, tutaque ſit inter improbos innocentia. *c. facta ſunt. diſt. 4. c. non fruct. 23. q. 1.* At quomodo humana coerceretur auda- 30.
cia, tutaque eſſet inter improbos innocentia, ſi litigioſa malitia, & malitioſæ lites è mediò non tollentur? Malitia enim plurimum ex odiò, & amore vel avaritia prodit. Quod odia æquitatem judicij pervertant, notum eſt ex vulgari, vbi vel odium, vel amor in judicium venit, ibi cæcum eſſe judicium neceſſe eſt. Brederod. *de app. p. 1. 1. 3. in pr.*

Sublatâ itaq; malitiâ, omnes hominum actiones vel bonæ ſunt, vel indifferentes exiſtunt, quas malitia differentes facit, Ordelaph *ad l. fin. n. 26. de R. V.* quia malitia ſub apparenti vero prodit. *Id. ad l. fin. nu. 41. de R. V. per l. 1. de ſtill.* Nec patrocinatur axioma legiſtarum, 31.
quo licet contrahentibus invicem ſe decipere. At hæc deceptiuncula nihil aliud eſt quàm malitia. Ergò. R. Illud axioma malè intellectum, detrudit multos in ignes ſempiternos. Obtinet enim duntaxat

taxat in foro exteriori contentioſo, quoniam jus civile, quod dirigit hominem ad bonum politicum, conſideravit ſolùm læſionem citra vel vltra dimidiam, ne infinitæ lites excitentur; ſed in foro conſcientiæ non attenditur. An. Burg. *in c. pen. de empt. & vend.* Thom. *2. q. 27. art. 1.* Ioh, Pet. Ala. *tract. de adv. & cauſid. Chriſt. q. 87. arg. 1. ad Theſſal. 4.* Ne quis opprimat, aut circunveniat in negotia fratrem ſuum :/: multo minus Dominum ſuum cui juramento obſtrictus eſt in officio vel ſeruitio ſuo ‡ Nam VLTOR eſt Dominus omnium iſtorum *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 101.* Neceſt, quòd ſi lis bona ſit, aut virtute aut dolo vinci poſſit, vt inquiunt novelli litigaturientes. Omninò malè. Nam juſta juſtè exequenda ſunt litigia *inquit* M. Iac. Faye. *la. 6. remonſtr. pag. 229.*

32. Nonnulli litigatorum collitigatoribus ſuis meliores advocatos, inſtrumenta, & teſtes malitioſè ſubtrahunt, vt litem vincant. Ioh. Pet. Ala. *tr. de adv. & caus. Chriſt. p. 1. q. 44. & ſeq.* Quam ſanè malitiam deteſtantur omnes. Cyn. & Paul. *in l. providendum. C. de poſtul.* Cagnol. *in l. 2. n. 204. de O. I.* Navar. *in Manual. c. 25. n. 28. vers. 4.* Graff. *dec. aur. lib. 3. c. 9. n. 3. p. 1. Ala. de p. 1. q. 45.* vbi deflet conditionem infinitorum, qui ſolâ taciturnitate damnari malunt ad flammas inferni, quàm loquendo offendere voluntatem cujusvis homunculi, & juſto litigatori prodeſſe Navar. *in Manual. c. 25. n. 41.*

33. Temerarium equidem eſt ſuper re liquidâ & clarè debita, quæq; nullâ tergiverſatione celari poteſt, litigare ac contendere, non agnoſcendo bonam fidem. *l. quoties. §. nec vtiq;. de admin. tut.* Rol. à Val. *conſ. 6. n. 48. lib. 1.* Hieron. à Laurent. *dec. Avin. 111. n. 8.* Attamen illud fieri cotidiè videmus, nec invidemus, quando debitor non poteſt ſolvere debitum, niſi incidat in extremam neceſſitatem, periculum vitæ, aut honoris, vt propterea ſibi eſſet famæ pereundum. D. Thom. *2. 2. q. 62. art. 8.* Covar. *in c. peccatum. pr. col. 3. de Reg. jur.* Sot. *de juſtit. lib. 4. q. 7. art. 4.* Navar. *in Manual. c. 17. n. 56.* Graff. *lib. 2. dec.*
34. *aur. c. 131. p. 1.* 2. Si debitor non poteſt ſolvere ſine totali mutatione ſui ſtatus juſtè acquiſiti, aut ſine magno detrimento rerum temporalium; ex diverſo verò Creditor non patitur ſimilem neceſſitatem, excuſandus erit. Mic. Salon. *cont. 3. concl. 1. v. ex hac doct.* Quod ſi prodigalitate factus ſit impotens, aut pro ſtatu iniuſtè acquiſito litem moveat atq; ſolutionem protrahat, non eſt audiendus. Ioh. Pet. Ala. *tr. de adv. & Caus. Chriſt. p. 1. q. 48.* vbi ait, impoſſibile huiusmodi

di lites tueri ſine mille mendacijs. Denique & hæc litigaturientium malitia eſt, vt Advocatis non narrent quæ reverà prodeſſe poſſint, ſed econtra multa inculcent, quæ nihil ad litem pertinent, quia neſciunt quantum momenti habeat minima facti mutatio. Graff. *lib. 3. dec. aur. c. 8. n. 8. verſ. 8. p. 1.* 35.

Interdum ſolent contrahentes confiteri ſe recepiſſe aliquam pecuniarum ſummam, quam non receperunt, vnde litigia oriri ſolent. Sed malitia eſt Creditorum litigioſa, quia non poſſunt in foro animæ exigere nummos non numeratos. Inn. *in c. quia plerig. vbi* Ab. *n. 18. de immun. eccles.* Graff. *lib. 2. dec. aur. c. 10. n. 29. p. 1.* Fel. *in c. ſi cautio. n. 50. de fid. inſt.*

Deniq; deploranda eſt conditio & malitia multorum litigaturientium, qui malitioſè peccant, litigant, jurant, dejurant nimiâ fiducia miſericordiæ divinæ, quam experiri ſperant in Sacramento, ſed reverâ in Spiritum Sanctum committunt, qui eiusmodi vincendæ litis modis vtuntur, abutuntur. D. Thom. *2. 2. quæſt. 14. art. 2.* Navar. *in Manual. c. 23. n. 126.* Ioh. Pet. Ala. *tr. de adv. Chriſt. p. 1. q. 73.* 36.

Ad hanc litium tàm publicarum quàm privatarum malitiam accedit livor & obtrectatio, quæ pronis auribus arripiuntur, quippe malignitati falſa ſpecies libertatis ineſt. M. Iacq Faye. *la. 6. remonſtr. pag. 230.*

Ni fallor, fallitur quisquis litigandi officium aſſumit, & longè magis fallitur, qui artes litigandi & contendendi eligit, in quibus propter nocendi facilitatem quantò quis doctior, tantò nequior evadit, vt de aleatoribus Policrates ait. Vnde Auguſtinus: forma, inquit, in eis eſt litigioſa, hoc ipſo laudabilior, quo fraudulentior. Roder. Zamoren. *in ſpec. vit. hum. lib. 1. c. 18.* Ioh. Bapt. Mag. *de rect. partoc. rat. p. 1. c. 11. n. 10.* 37.

Hæc de litigantium malitia dicta ſunto, tanquam præcipuâ litium causâ: Sequitur altera Advocatorum, Procuratorum, & Notariorum quæ non minores excitat lites.

Faxit DEVS, vt pro litigioſâ noſtri ſeculi MALITIA, malaciam in pacato mari videamus, fidamus, credamus, vnumquemq; 38.

Hoſtem eſſe atq; inimicum hominum MORVMQVE MALORVM
Contra Defenſorem hominum, MORVMQVE BONORVM

Vt Attilius poeta cecinit. & Lactant. *lib. 5. inſtit. c. 12.* apud Ciceronem ait, Furius contra IVSTITIAM diſſerens, ſenſit: Malle ſe ſa-

pientem malum eſſe, cum bonâ exiſtimatione, quam BONVM cum MALA. Quod ſi Litigantes plures lites habeant, aut bonæ ſunt aut malæ. Quod ſi bonæ ſint, victoriam litis ſibi pollicere poſſunt, & rectè pecuniam impendunt in Advocatos, alioſq; litis ſumptus faciunt, ſecundum Reg. qui ſentit commodum, debet etiam ſentire onus. *l. 15. qui 15. §. ſi extr. 4. de leg. præſt. l. ex qua. 149. de R. I.* Iacob. Concenn. *lib. 4. q. 9.* Mod. Piſtor. *vol. 1. con. 24. n. 15.* Pfeil. *con. 84. 10. 4. con. 11.* Quod ſi malæ ſint lites, abſtineant, neq; collitigantes in utilibus ſumptibus onerent, & conſcientiam lædant. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 91. & ſeqq.*

CAPVT IX.

De Malitiâ Advocatorum, Procuratorum, Sollicitatorum & Notariorum, quâ lites protelant.

SVMMARIA.

1. *Litium cauſſa penes Advocatos, Procuratores, Notarios.*
2. *Qui in litibus verſantur malitiam addiſcunt.*
3. *Advocatorum decipulæ non à jure, ſed Malitiâ.*
4. *Advocati non de lite, ſed pane lucrando cogitant.*
5. *Pauperibus litigantibus gratis inſeruiendum.*
6. *Verſantes in litibus omnia mundi mala norunt.*
7. *Canina facundia lites excitat.*
8. *Advocati Litigantes inſtruunt, deſtruunt, obſtruunt.*
9. *Nulla lis tam leproſa, quin habeat Advocatum.*
10. *Advocati locant operas non litigaturos litigare faciunt.*
11. *Litem injuſtam defendens peccat mortaliter.*
12. *Vigelius de noſtri ſeculi Advocatis, & ICtis.*
13. *Rabulæ* Gerichtsplauderer *diſtingvendi ab Advoc.*
14. *Lis litium mater, Advocatus pater eſt.*
15. *Iuuenes plerumq; litium confuſores.*
16. *Conuicia Advocatorum lites augent.*
17. *Advocati litigantes & judices conuitiantur.*
18. *Pactum de quotâ litis reprobatur.*
19. *Querela de pactis litigioſis in judicio.*
20. *Ambitio Advocatorum plures libros & lites habentium.*
21. *Advocatorum negligentiâ in protelandis litibus.*

22. *Advocati*

22. *Advocati Reſcriptis, & except. lites involvunt.*
23. *Advocati ab actu appellant, & lites protrahunt.*
24. *Injuſtitia contractus non ſervare, lites protelare.*
25. *Abſentia Advocati, & oppugnatio teſtium lites pertrahit.*
26. *Promiſsio litis litigatorem eludit.*
27. *Medici, & Advocati impune occidunt.*
28. *Prævaricatio Advoc. malitiæ cauſſa.*
29. *Advocati propter lites & malitias expulſi.*
30. *Diverſa procuratorum Epitheta.*
31. *Litigioſus procurator non eſt fidejuſſor.*
32. *Sext. Abutius cum Litigioſis revixit.*
33. *Sollicitatores litium trahendarum auctores.*
34. *Notarij litium protelatores inprimis indocti.*
35. *Vafrimenta litium protelandarum recenſentur.*
36. *Notarij picæ, & pſittaco ſimiles.*
37. *Et cætera Natoriorum litium cauſſa.*
38. *Advocati boni à malis diſtinguuntur.*
39. *Boni Advocati eſt, lites bonas defendere.*
40. *Mali lites malas meliores reddere ſatagunt.*
41. *Advocati litibus vt 4. Elementis nutriuntur.*
42. *Ars rabularia differt à juriſprudentiâ.*
43. *Numeroſa Advocatio, numeroſas lites facit.*

CONSTAT ex ſuperioribus non omnem litium cauſam in judices, advocatos, procuratores, quod à pleriſq; fit, detorquendam, ne quod aliquorum ſingulare vitium eſt, in vniverſi ordinis invidiam non minus temerè, quàm injurioſè deflectatur. Ant. Fab. *lib. 9. Cod. for. tit. 22. pag. 1150.* Aliqualem tamen, imò æqualem litigiorum protelationem penes Advocatos, Procuratores, & Notarios reſidere palàm eſt, multi teſtantur, ipſi fatentur. Nam pertinax litigantium vincendi ſtudium ſuâ pervicaciâ πλεονεξία, contentioſâ rabie, φιλονεικία, & vt verum dicam malitiâ ſæpè adjuvant, nec rarè agendo, fit vt bene agant, ſæpius agendo vt malè. Pet. Frid. *in ep. ded. lib. 1. proc. ex. §. & partes. ijsq.* 1.

Lites pendere diu vindemia quædam eſt.

P. Greg. Tol. *lib. 49. ſynt. c. 8 n. 11.* Sic Plinius junior ſcribens ad Nepot. *lib. 2. epiſt.* Nos, *inquit*, qui in foro, veriſq; litibus terimur, 2.

multum

multum malitiæ, quamvis nolimus, addiſcimus, Hering. *tr. de fidejuſſ. c. 7. n. 597. Cic. lib. 2. de Repub.* Vt Carneadi reſpondeatis, qui ſæpe optimas lites ingenij cauſa ludificari ſolitus, Iuſtitiam Reipub. minus vtilem exiſtimavit. 90. annos in ſtudijs conſumens. Sarisber. *lib. 7. de nug. cur. c. 13.* Setſer. *lib. 2. de juram. c. 1. n. 3.* Seign. de Pibrac. *l. 2. remonſtr. pag. 73. & ſeq.* Lactant. *lib. 5. & in epit. inſt.*

Hæc eò magis magisque obtinent, quo homines ſunt facti licentioſiores, & malitioſiores, ſecundum illud Sen. Turpes lites turpiores habere ſolent Advocatos. Spec. *tit. de Adv. §. 9. n. 11.*

Legicrepi ſtrident, latrant fora, clamor vbiq;
Vndique concurſus.

3 Acceſſoria Advocatorum, Procuratorum, Sollicitatorum Notariorum, malitia, potiſſimum conſiſtit in lucro, verboſitate, juventute, & inexperientia, convicijs, pactis illicitis, ſalarijs exceſſivis prævaricatione & multis alijs actib. litigioſis, doloſis, malitioſis, quos ordine recenſebimus, non vt ſequantur, ſed odio proſequantur, lites malitioſas & otioſas fugiant, juſtas & neceſſarias tueantur. Sed vt plurimum hoc malitioſo & litigioſo ſeculo evenit, quod Lucillus apud. Lucret. lib. 5. conqueritur:

Huic vni ſolent ſtudio ſe dedere & arti,
Verba dare, vt cautè poſſint pugnare, doloſè
Blanditiâ certare, bonos ſimulare viros ſe,
Inſidias facere, vt ſi hoſtes ſint omnibus omnes.

Iſtorum decipulæ non á jure, ſed à malitiâ improba, quæ juris ſpeciem ementitam prætexit. Fr. Pollet. *lib. 2. his. for. Rom. c. 3.*

4 Sunt enim hodiè ſancti juris everſores, veteratores, & forenſes rabulæ, qui in hoc legum vſum collocant, vt lucrum ipſi ſolum corradant, execrabilem illam vocem ſubinde eructantes: Hoc eſt de pane lucrando. Quo fit, vt nullam juris partem ſanctiorem, magisq; ſuſcipiendam putent, quam eam, quæ aureos plures reddere poſſit. Tantum abeſt vt de ſalubri hominum concordiâ, & tranquilla inter mortales converſatione vel ſemel cogitent, qui fas atque nefas juxta habent, *vt ait* Virg. Pingiz. *qq. Saxon. 58. n. 1. 2. & 3.* Apulej. multos Advocatum & Medicorum verè lucripetas nuncupari, qui etiam mercedes à mortuis plerumque expetunt, & faciunt reditus, dum tempus curationum extrahunt, ſuntque ipſis morbis grauiores.

M. Iacqu.

M. Iacqu. Faye. *la 7. remonſtr. p. 243.* Ita corruptio vnius eſt generatio alterius, advocatorum marſupia creſcunt, Litigantium corrumpuntur. Auct, *diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 94.* vbi Advocatum per ambages euntem comparat nuncio aberranti. Pauperibus gratis patrocinari deberent: Felin. *ad c. 1. n. 2. de off. jud.* Tiraq. *de nob. c. 39.* Royz. *dec. lit. 4. n. 298.* Gail. *1. obs. 43. n. 11.* Corn. Beninc. *de priv. paup. q. 7. n. 9.* Caccial. *de off. adv. q 3. n. 3.* Coler. *de alim. lib. 1. c. 14. n. 29. Frid. de proc. lib. 2. c. 53. n. 3.* Sed illi non militant gratis, adverbialiter, ſed in caſu dativo, litigatorum marſupia exenterando, & dicendo, Schicks tibi eſt caſus dativi. Horum ſi nares afflaverit cuiusquam rubiginoſi aura marſupij, confeſtim videbis illis oculos Argi, manus Briorei, Sphyngarum vngues, perjuria Laomedontis, Vlyſſis argutias, Sinonis fallacias, fidem Polymneſtoris adhiberi, vt ait Caſsiod. *ref. Schonborn. lib. 3. pol. c. 41.* Ratio: quia omnia mundi mala norunt, qui circa lites verſantur, & nihil curant præter burſam hydropicam *l. fin. §. 1. vbi gl. C. mandati.* Coler. *in dec. Germ. 115. n. 12.* Curt. Sen. *conſ. 55. n. 11.* Hier. de Laurent. *dec. Rot. Avin. 11. n. 4.* Hering. *de fidejuſſ. c. 7. n. 595.* Sicut Advocatorum avaritiam, & procuratorum αἰχροκερδίαν manifeſtè arguunt Cujac. *lib. 8. obs. 31.* Sich. *ad l. litem 15. n. 1. C. de procurat.* Mar. Freher. *tr. de Exiſtim. lib. 3. c. 13. n. 2. pr.* Ala. *d. tr. q. 96. de cauſidico exſorbente ſanguinem litigantium, & q. 42.* Mali cauſidici, qui cum magis aſsiduam operam in lites impendant, vſurpant ſibi atq; ambiunt tyrannicam autoritatem in litigatores, nihil penſi habent, vt cum à patre nihil acceperint, aliquod patrimonium conficiant, & poſteris relinquant, quod poſtremò à Diabolo diſſipatur. Lupis voraciores, docti legumq; Tyranni: crudeliores corvis, qui cum non niſi funus extincti lacerēt, iſti vivos ſcalpunt, & ſugunt animam, *nec miſſura cutem niſi plena cruoris hirudo.* Toloſ. *lib. 49. ſyntag. c. 8. n. 11.* Hæc de lucro, ſive ſpe lucelli, quâ ſæpius litigaturientes cum 7.
ſuis Advocatis fruſtrantur: Altera litium forenſium cauſa acceſſoria eſt malitioſa protervorum Cauſidicorum eloquentia, ſeu canina illa facundia, quæ Appio auctore apud Eraſmum & Cujacium *lib. 4. obs. vlt.* in proverbium abijt, quâ mutuis ſeſe latratibus impetunt, Deum & homines laceſſunt, maximè in litibus iniuſtis, quas iniquorum Advocatorum paſcua vocat. Cagnol. *in rep. l. 2. §. poſt originem. n. 213. de O. I. cum.* Zas. *ib. &* Camil. Borel. *ref.* Hering. *tr. de fidejuſſ. c. 7. num. 598.* quaſi verò eruditæ Iuriſprudentiæ ſignum ſit veritati fucum facere,

 cere,

cere, & mendacia certatim propugnare poſſe: cum hic improbitas, dolus, malitia, perverſitas animi, ad mentiendum decipiendumque lubricitas magis requiratur, quàm vera vero digna ICto doctrina.
8. Frid. Mind. *in epiſt. dedic. lib. 1. de proc. ext. §. & partes.* Hi ſunt qui docuerunt linguas ſuas, loqui mendacium, diſcreti adverſus juſtitiã, eruditi pro falſitate, qui ſapientes ſunt, vt faciant malum, eloquentes, vt impugnent veritatem: hi ſunt qui inſtruunt eos à quibus fuerant inſtruendi, aſtruunt non comperta, ſed ſuas ſtruunt calumnias innocentiæ, deſtruunt veritatis ſimplicitatem, & obſtruunt judicij vias. Fr. Ripa. *in tr. de peſte. c. 5. n. 218.* Setzer. *lib. 3. de juram. c. 3. n. 83.* Arniſæ. *1. polit. c. 18.* Hi ſunt patroni cauſarum, Germ. Schirmherren/ſeu potius Sturmherrn/vt alludit in ſimili Ad. Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 11.* Quia in omnibus ſe patrocinium tenere, & lites ſive juſtas, ſive iniu-
9. ſtas, defendere profitentur, infernalem eructando vocem, nullam fore litem tàm bonam, quam pervertere & laxare, nullamq; contra tàm pravam & deſperatam, quam ornare, ſuſtentare, & ad victoriam vsq; defendere non valeant. Pet. Frid. *in ep. ded. lib. 1. de proc. ext. 9.* O infamis, & ignominioſa profeſſio, mendacium, & iniquitatem protegere! cuius rationem reddituri ſunt apud terribile omnipotentis Dei judicium, vt ſæviſſimè increpat Ordelaph. *ad l. fin. n. 67. de R. V.* Et reapſe hoc accidit malitioſo ſeculo, quod nulla lis ſive cauſa tàm ſordida, iniuſta, vulnerata, imò nefanda, impia, ſcabie & leprâ depravata, vt ait Duro di Paſch. *θ. 348.* quæ non habeat emunctores nummorum, egregios patronos, defenſores, prævaricatores, Germ. Mummers/vti vertit Oldend. in Lex. Spech. *cent. 2. cl. 4. q. 41. n. 7.* Ad. Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 25.* Sic in cauſis opimis vberiſq; proventus Advocati meſſem annuam, cognitores vindemiam, pragmatici ſpicilegium & racemationem faciunt, vt nunc omittam honorarium diſceptatorium, & quæ ad incerta litium ſeponenda ſunt, inquit Budæ.
10. in forens. Hi ſunt, qui benè poſſunt dici locare operas ſuas, quod in curijs ſe venales exponunt, maximè in curia D. Imperatoris & D. Papæ proſtant, & in quæſtu pro meretrice ſedent, ſe venales exponunt, frondes habent in capite ſicuti equi venales, occurrunt venientibus, dicentes: Domine benè veniatis, quid habetis facere in curia? Si vobis neceſſarium eſt meum ſervitium, præcipiatis. Rofred. *in tr. libell. rub. de conſt. C. de Suffrag. n. 4.* Spech. *cent. 2. cl. 4. q. 44. n. 4.* Qui ſuo iniuſto patrocinio cooperantur ad malum, imò verius dicuntur

auctores

auctores mali, quia conſilio ſuo inducunt clientes ad litigandum, aliàs non litigaturos. Tolet. *in ſum. c. 60. n. 3. Graff. dec. aur. lib. 3. c. 8. p. 1.* Sot. *de juſt. & jur. lib. 5. quæſt. 8. art. 3.* Par. de Put. *tr. Synd. rubr. de Exc. adv. n. 12.* Afflict. *in Conſt. advoc. n. 10.* Bellam. *in c. fin. n. 12. de poſtul.* Ala. *tr. de adv. Chriſt. q. 24. n. 37.* At peccant mortaliter qui ſcientes defendunt litem iniuſtam, licet aliquod caput iuſtè proſequantur. *Graff. dec. aur. lib. 3. c. 8.* Parlad. *lib. 1. rer. quotidian. c. 2. n. 1.* Ala. *p. 1. q. 36. pag. 54.* Defendendo enim aliquem articulum juſtum, non excuſarentur, ſi lis principalis eſſet injuſta, nam hoc modo retardaretur tota cauſa. Cagn. *in l. ea eſt natura. n. 14. inf. de R. I.* Iac. Ben. *tr. de priv. ICt. prin. 71. n. 12.* Vnde inter reliquos graviſſimè querelatur Vigelius in præf. Des Richterbüchleins/ parum memor commmunis verſiculi, 11.

Parcius iſta viris tamen objicienda memento,

(quo ad modeſtiam hortatur Pinellum, inverecundè nimis totam ante ſe interpretum ſcholam reprehendentem. Strac. *tr. de adject. p. 3. n. 75.* allegatus à Dn. Pruckm. *con. 50. n. 253.*) totumq; ordinem ſugillat & exclamat, Das es vmb eynen Juriſten numehr iſt / gleich wie vmb eyn 12.
Apotecker mit ſeinem Kram / vnnd eynen hauffen Tiriackskremer auff eyner Dorffkirchmeß: Wan der nicht wie jehne von ſeinem Kram eyn groß geſchrey machen kan / wirdt er damit verlacht Die groſſen Brillenreißer vnd ſchlangen freßer haben di beſte Loſung. Alſo achte man auch zu vnſern zeiten die gröſten ſchwätzer / vnd vnuerſchampte ſtreitköpffe für die beſten Juriſten / bey welchen auch die alten Juriſten/ auß welcher Bücher das Recht mehrentheyls gezogen ſchamroth werden müſſen. Et paulò antè. Es pfleget auch gemeynlich alſo/ zugehen/ wan Oratorn für Rechtsgelarten gebraucht/ die gröſten ſchwätzer vnd ſtreitköpffe für die beſten Júriſten gehalten werden. Solche Geſellen wiſſen das Recht zutrehen / wie man es haben will / wiſſen böſe Sachen zuverblümen vnd gut zu machen/ mögen keyn gewiß Recht leiden/ ziehen alles fürſetzlich in zweifſel/ Diſputiren allezeit / ſein im ſchlieſſen vngewiß. Es kan jhrer eyner mehr vorwirren/als jhrer Zehen ſchlieſſen mögen. Rühmen ſich/das keyne vorſchreibung ſo ſtarck/dadurch ſie nicht eyn Loch machen konten. Welcher vnbeſonnen rede wegen ſie billich in das engſte loch ſo vorhanden / damit ſie keyn anders machen mochten/ geſteckt wurden. *Auct. duc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 841.*

Dolendum proh dolor, tàm ſiniſtra paſſim judicia de ICtis & Advocatis audiri, ſed miſeri illi plebicoli, id quod rabularum eſt proprium, impingunt advocatis, qui inſigne mæſtis præſidium Reis.

13. Hor. *2. Od. 1.* Schonb. *3. pol. c. 41.* Priores enim macilenti, vel avari rabulæ in Repub. non ferendi, vel certè coercendi, qui conſcientias hominum pervertunt, & judiciorum ſanctitatem in cautelas, technas atque perjuria commutant, ſecundum Plat. dictum *lib. 11. de ll.* quem ita refert Ioh. Althus. *in pol. c. 24. pr. fin.* Gail. *tr. de Arreſt. c. 9. n. 17.* vbi vocat Gerichtsplauderer / welche faſt alle vorſchreibungen ſtreitig zumachen wiſſen. Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 25. & lib. 1. c. 8.* vbi vocat Cauſidicos, vel potius dicendi ignaros rabulas, qui non eloquentes ſed ſimpliciter loquentes dicuntur, & tantùm quæſtus gratiâ garriunt, lites producunt, & penè diuturnas faciunt. Imò miſeros Ruſticellos Næuoli rabuloſuli & rabioſuli vi adamantina ad ſe pertrahunt, & ſuadent, vt litem moueant Dominis. Knich. *de pact. veſtit. c. 3. no. 60. & 62.* De quib. Auguſtinus: Id quod in poculo aureo venenum, id in pravo homine eloquentia. Nic. Reuſn. *in ſymb. 37.* Fl. Leon. *4. claſ. 2. fol. 179.* & Martial. *lib. 1. Epig.*

Turpe reos emptâ miſeros defendere lingua.

14. Tales, proh dolor, & olim & hodierno ſeculo reperiuntur, qui lites ex litibus ſerunt, dum differunt, transfugiendo ad analecta, eclogarium dicendi genus ſapiunt ex inventarijs. Ita ex vna lite plures naſcuntur, quarum litium novarum lis principalis quidem mater, Advocatus autē pater eſt, qui filiam minimè nutrit, ſed Domin⁹ matris h. e. litis, matri, filiabus & patri ſumptus litium præſtare tenetur. Auct. diſc. Vom Juſtitienwerck. *pag. 23.* Idem de prioris ſeculi moribus Cornel. Tacitus de Orat. ſcribit: Advocatos offendere aut neceſſitate officij, aut fide advocationis, aut fortuitæ aut ſubitæ dictionis impetu, ſed & magnâ impunitate peccantium. Apulei. *in apol. 1.* Quæ etſi poſſunt à patronis AEmiliani mercenaria loquacitate futiliter in me blaterata, ob mercedem & autoramentum impudentiæ deprehenſa haberi, jam conceſſo quodam more rabulis id genus quo ferire ſolent linguæ ſuæ virus, alieno dolori locare. Am. Marcell. Quorum libertatem temeritas, conſtantiam audacia præceps, eloquentiam inanis quædam imitatur fluentia loquendi. Nonius.

O peſtifera, ſontica, fera, trux, ſoluti loquentia.

Et plures alij tàm noſtri quàm veteris ſeculi ſcriptores, loquentiam tanq̃ litium procreatricem notant, reprobant. Quod ſi tempus ſolum perderent, ferendi eſſent, vt Moriones & hiſtriones, ſed quia lites & cauſas vna perdunt, non immerito tenentur, vt *inquit* Bollet. *lib. 2. hiſt. for. Rom. c. 3.*

Tertia

Tertia malitiæ Advocatoriæ cauſa eſt juventus & inexperientia, 15.
cum juvenes advocati plerumq; confuſores litium dicantur, factum quodcunque vtcunque capiant, idque in transcurſu quaſi, vnde poſt tantos tantæque moræ, ſumptuum & moleſtiarum proceſſus inſtar fili vndeque latè fumoſi nectitur, & educitur: vt quod horâ ſæpe vna componi poſſet optimè litigium, de eo anni plures firmentur peſſimè. Magn. Pegel. *in thes. rer ſelect. pag. 10.* Angel. *in l. 1. §. pueritiam de poſtul.* Ala. *tr. de ad. chriſt. quaſt. 35. q. 53.* Kell. *lib. 1. de off. jur. pol. c. 28.* Ant. de Guev. Im Hoffleuthwercker. *c. 10.* qui in ipſo litium portu impingunt, ſimiles nauigantibus Athenas, qui 1. anno ſapientes 2. philoſophi 3. Rhetores 4. nihil erant. *vt ait* Meridamus Eratr. M. Iacq. Faye. *la. 7. remonst. pag. 237.*

puteum puto te quoq; Quinti
Nam quantò altior es tam magè deſpiceris.

Cruda ſtudia non debent ſtatim in forum litigioſum deferri, vt ait Petron. Arb. in Satit. Hi ſunt comptuli illi juvenes, de quibus dicitur.

Vir benè veſtitus, pro veſtibus eſſe peritus
Creditur à mille, quamvis idiota ſit ille.
Si careat veſte, nec ſit veſtitus honeſtè,
Nullius eſt laudis, quamvis ſciat omne quod audis.

Spec. *§. 2. tit. de adv.* Quem reijcit Fichard. *tract. Cancell. c. 8.* Auct. *diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p. 82.* Luc. de Pen. *in l. 2. C. de vest. holoſer. lib. 11.* Ioh. Bapt. Magon. *de pacroc. rat. c. 3.* cum Antiquis precemur Floram, ne tam cito floreat: cum Varrone *num. 32. lib. 4. de re. ruſt.* & Aſtrologis præſiderati condemnemus. Plus enim valet vmbra ſenis quam gladius & eloquentia juvenis. Ias. *in l. cum quod. ſi cer. pet.* Schneidevv. *in §. fin. no. 5. Inſt. de fideic. here.* Auct. *diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 96.* vbi monet: Hortulanos imitandos, qui arbores nouas, & veteres miſcent.

Quarta malitiæ advocatoriæ cauſa eſt convitiandi licentia, & 16.
antiquo & noſtro ſeculo in judicijs frequentiſſima. Marcell. *lib. 30.* Cum ad inopiam muniendarum allegationum venerint, ad effrenatam deflectunt convitiandi licientiam: quo nomine ob aſſidua in perſonas honorabiles probra, diebus dictis aliquoties ſunt damnati. Et paulò poſt: Sellularijs quæſtibꝰ ineſcati inter ſe hoſtiliter diſſident, & ruptâ maledicendi ferocia, multos offendunt, quam tunc effu-

 tiunt,

tiunt, cum commiſſarum ſibi cauſarum infirmitatem orationibus validis convallare non poſſunt. Spech. *cent. 2. cl. 4. q. 40. n. 2.* vbi teſtatur, nec ipſum Ciceronem ab hac conviciandi licentia ſibi temperaſſe, quem aliàs imitandum proponit Franc. Patrit. *de Reg. inſt. tit. 4.* Martia. *lib. 5.*

Lis erit, ingenti faciet conuicia voce.

17. Hodie nihil familiarius, atq; jucundius Advocatis, & Cauſidicis, cum commiſſarum ſibi litium infirmitatem rationibus ſatis munire non poſſint, quod vel in collitigatorem vel in ipſum etiam judicem conviciando, cavillando, objurgando, maledicendo, procacius & effrenatius invehantur. Spech. *§. cl. 4. q. 4. n. 1.* Ioh. Pet. Ala. *tr. d. Adv. & cauſ. Chriſt. p. 2. exerc. 6.* Das ſie die feder gar zu Scharff ſpitzen. At anſerinus iſte ſtrepitus plus obeſt quàm prodeſt, qui plerumq; ſcommata, convicia, injurias, earumq; retorſiones, jurgia, diſſidia, lites, inimicitias, & deniq; omnia mala, damna cum pœnitentiâ cauſari ſolet. Keller. *lib. 1. de off. jur. pol. c. 8.* Ioh. Pet. Ala. *tr. de Adv. & cauſ. Chriſt. q. 101. p. 1.*

18. Quinta malitiæ advocatoriæ cauſa eſt pactum de quota litis ab omnibus reprobatum. *l. ſumptus. 53. de pact. l. 1. §. ſi cui. 12. de var. & extr. cognit. l. 6. §. præterea. 2. C. de poſtul. l. 15. C. de procurat. l. ſi contra. 20. C. mand. arg. c. precariè. 10. q. 2.* Cuiac. *8. obs. c. 31.* Mar. Freher. *tr. de exiſtim. lib. 3. c. 13. n. 2.* Gail. *1. obs. 44. n. 1.* Cammerg. Ord. *p. 1. tit. 46. §.* desgleichen. Ratio: ne advocati & cauſidici illecti cupiditate lucri omnia moliantur, juſta & iniuſta, per fas & nefas, Auß alle beidem faß/ prout quidam vertebat, vt litem vincant. *§. arceantur. 3. q. 7. l. ſi qui advoc. C. de poſtul.* Ala. *d. tr. p. 1. q. 12.* Spech. *cent. 2. cl. 4. n. 5.* Graff. *lib. 3. dec. aur. c. 8. n. 11. p. 1.* ait: eiusmodi litigioſas conventiones particulari lege eſſe prohibitas in Hiſpania. Magon. *de patr. rat. c. 8. n. 38. & ſeqq.*

19. Interea nonnulli avari, & impudentes cauſidici ejusmodi improbatis litium pactionibus maculant ſuam, & dignitatem & conſcientiam, improbi deprædatores, latrones. Navar. in Manual. *c. 25. n. 30. vers. 7.* Affl. *ad conſt. Reg. lib. 1. n. 14.* Rol. à Vall. *conſ. 36. n. 21. lib. 3.* Sot. *de juſt. eſt j. art. 4. col. 2.* Niſi poſt litem finitam interponantur Guid. Pap. *dec. 102. n. 2. & dec. 190.* Quintil. *lib. 12. decl. c. 7.* piraticam vocat cauſidicorum pactionem.

Scio quo vos pacto ſoleatis perplexarier
Pactum non pactum eſt, non pactum pactum eſt,
Quod velis lubet.

O tempora

O tempora! ò mores! quæ nundinæ, qui conventus Mercatorum depactas ſtipulationes frequentiores habent, quam forum judiciale? Pollet. *lib. 2. hiſt. for. Rom. c. 11.* Ala. *tr. de adv. Chriſt. q. 13.* admittit, ſi absque malitia de lite quis paciſcatur. Mag. *de patr. rat. c. 8. n. 40.* Cavalc. *dec. 41. n. 43. lib. 1.* videat paciſcens de lite ne malitiam contrahat.

Sexta cauſa eſt ambitio & vanitas: quia nonnulli ambitiosè delectantur limina ſuarum ædium, & quaſi atrium plenum intromitti, differendo lites vt ſæpius interpellentur, & ad ſpeciem magno concurſu florere videantur. Ant. Mar. Corat. *in tr. de com. opinion. lib. 1. tit. 5. n. 56.* qui concurſus barbaro vocabulo appellatur bonum aviamentum, *guter zulauff.* Geph. *cons. 328. n. 22.* & in omni arte ſolet eſſe quæſtuoſus. Advocati Pariſien. vocant alluvionem, & incrementum latens. Nonnulli blandiuntur ſibi in pervolutatione librorum ad pompam diſpoſitorũ, allegando textus & gloſſas, ſuo ductu inchoant lites, inchoatas protelant, reddunt reſponſa litigatoribus ignaris, absque eo, quod in publicis Gymnaſijs, aut privatis vera juris principia didicerint, & verſati fuerint in cognitione terminorum, ſine quibus non poterit vnquam rectè applicari Theoria ad praxim, prius damnati quàm nati. Ala. *quaſt. 19. pag. 30.* Navar. *in man. c. 23. nu. 14.* Tolet. *in ſum. de 7. pecc. mort. c. 22. n. 3.* Graff. *dec. aur. lib. 3. c. 3. n. 5. p. 2.* Ala. *quaſt. 35. p. 53.* Carbon. *tr. de reſt. q. 51. verb. juſto.* 20

Septima malitiæ advocatoriæ cauſa eſt negligentia, quæ fit lucri cauſa, in protelandis litibus tàm ſupplicibus quàm appellatorijs. Perſuadent namque ſibi pertinere ad juſtitiam commutativam, vt pro rata præmij labor impendatur, & lis procraſtinetur. Ias. *in l. diem functo. num. 37. de off. aſſ.* Bl. *in l. 1. opp. 2. C. de legat.* Ala. *q. 15. per. tot.* Nonnulli delectantur ludificari actorem capiendo fructum vberrimum ex diuturnitate litis, nec vnquam peremptoriè excipiunt, aut exhibent inſtrumentum, niſi metu ſententiæ imminentis. Bl. *in c. exceptionem. vr. de except.* vbi vituperat eos qui dolosè protrahunt lites juſtas. Fel. *ib. n. 40. & in c. accedens. n. 23. vt lite non conteſt.* Grav. *cons. 692. num 1.* Quo genere peccati mortalis offenditur etiam Deus, quando in agendis litibus alicujus pupilli aut minoris, multa de induſtria prætermittuntur, illâ fiduciâ, quod poſſint beneficio reſtitutionis in integrum ſublevari, quam deinde petunt, & hac ratione efficiunt litem immortalem. Natta *cons. 16. lib. 1.* Ioh. Petr. Ala. *tr. de adv. & cauſ. Chriſt. q. 31. p. 47.* 21

Nonnulli

22. Nonnulli ſupplicationes ſub & obreptitias ad principem mittunt, & ſubripiunt deciſionem articuli emergentis. Cum autem omnia reſcripta habeant tacitam conditionem annexam, ſi preces veritate nitantur, ſtatim ſuſcipitur diſputatio ſuper interpretatione reſcripti, & veritate precum, quibus artibus protrahunt lites ad immortalitatem, & litigantes immoderatis expenſis exhauriuntur, vt *inquit* Ala. *d. tr. de adv. Chriſt. q. 86. pag. 114.*

Nonnulli exceptiones contrarias & incompetibiles proponunt, atque ita lites involvunt. Al. *d. tr. q. 40.* Covar. *1. var. res. c. 2. num 3.* quamuis Exceptiones ad lites contrahendas inventæ *l. 1. vbi Dd. quod*
23. *inſt. caus. l. ampli. §. fin. C. de appel.* Nonnulli provocant ab omni actu ſive appellabili, ſive non appellabili, ſive ſententia fuerit juſta, ſive injuſta, malitioſè dicendo: Toties appello, quoties fuerit rejecta: Licet juraverint collitigatores ſe non appellaturos. P. Ala. *d. tr. q. 46. & ſeq.* Nec excuſat, ſed accuſat, quod de ſtylo appellatur: quia ſtylus iſte diabolicus & irrationabilis eſt, continens peccatum. D. Thom. *1. 2. q. 97. vbi* Tabien. *n. 4.* Lud. Carbon. *tr. de reſt. q. 31. v. quare qui appellont, & lites protrahunt, tenentur ad reſtitutionem.* Caveant ergo Advocati ne ſibi accidat, quod ei qui ſemper appellaverat, & ægrotans admoneretur mortis imminentis: appello, appello, & fato ceſſit ſine pænitentiâ. Anton. *p. 3. ſum. de off. adv. c. 1. col. 3.* Ala. *d. q. 46. p. 71.*

24. Nonnulli ſuadent litigatoribus, vt contractus etiam juratos minimè ſervent, ſed abſolutionem ad effectum litigandi impetrent. Molin. *tr. de juſt. lib. 1. diſp. 150. col. 3. v. illud.* vbi *inquit*, admitti duplex peccatum, injuſtitiæ ſcilicet & perjurij. Ala. *d. p. 1. q. 51.* Nonnulli vbi perſpiciunt inſpectione 4. ſcripturarum opus eſſe, vnam vnâ, alteram alterâ hebdomada requirunt, & lites involvunt. Nonnulli ſollicitatores litium accuſant, & ſe multitudine litium excuſant, vti Procuratores in Cam. 1500. lites defendentes, Ioh. Pet. Ala. *d. p. 1. q. 34.* Lud. Carbon. *tr. de reſtit. q. 24. verb. ſexta concl.* Nonnulli docent litigantem, vt ſubtrahat adverſario inſtrumenta & teſtes per notarium exiguæ fidei, quibus litem defendere poſſit. Graff. *dec. aur. lib. 3. c. 9. n. n. 3. p. 1.* Ala. *de adv. Chriſt. q. 45. p. 2. c. 57. n. 7.*

25. Inter cæteras exceptiones, quibus vtuntur advocati ad lites differendas, illa ſolet eſſe frequentiſſima, quod abſint à loco judicij, *gl. in c. 1. & lite non cont. & in l. emancipatus. C. de repu. bon. poſſ.* Fed. de Sen. *con. 114. col. 1.* Br. *in l. ait. prætor. §. fin. ex quib. cau. maj.* Ang. *in l. ſi longius.*

ſlongius. de jud. Ala. *de adv. Chriſt. p. 1. q. 64.* vbi exiſtimat, abſentiam advocati non retardare proceſſum litigioſum.

Nonnulli objiciunt crimina falſa contra teſtes. Sot. *de juſt. lib. 5 q. 7. art. 3.* Ala. *d. p. 1. p. 74.* & Advocati fiscales interrogant pro fiſco, non contra, ſed malè. Cl. *in pr. q. 23.* Tranq. Ambros. *tr. de proc. inform lib. 1. c. 2.* quia veritas dicenda ſuper tota lite *gl. c. fraternitatis. de teſt.* An. Scapp. *in tr. de jure non ſcrip. lib. 3. c. 51. n. 18.* Fr. Caſon. *tr. de torm. c. 6. n. 6.* Sig. Scacc. *in tr prax. c. 81. n. 9.*

Nonnulli malitioſè judicem recuſant, in quem conſcientiâ ſuâ conſenſerunt, & litem inchoarunt. *l. apertiſſ. verb. anteq. lis inchoetur. vbi* Ias. *notab. 2. C. de jud. Paul. in l. ſi convenit. n. 3 de juriſd. omn. jud.* Burs. *conſ. 265. n. 12. lib. 8.* Sig. Scacc. *in pr. c. 101. n. 8.* Beros. *cons. 16. n. 27. lib. 3.* Nonnulli victoriam litis promittunt bei ſchelm 26.
ſchelten/vnd jhrer Seeligkeyt / parum memores litis eventum eſſe dubium, nec laborem ſemper ſequi effectum. *c. niſi. 10. §. quibus. de renun.* & certum ſe aſſerere nemo debet, vbi eſſe non poteſt. *c. cum conting. 24. de reſc.* Hen. Goden. *con. 19. in f. exemp. in l. quæſitum. 78. §. cum. vir. de leg. 3.* vbi Paulus ait: ego apud fideic. prætorem petebam, nec obtinui.

Tot, & plures ſunt Advocatorum malitiæ, quibus lites protelant, & promittunt clientibus die craſtinâ, hebdomadâ ſequenti, terminationem litis, nec aliquid præſtant, vt maiora tantùm honoraria eliciant. Ala. *d. p. 1. q. 14.* D. Thom. *22. q. 110. art. 3. vers. ad quintum.* Navar. *in man. c. 18. n. 6.* Quod peccati genus tantò gravius efficitur, quantò fuerit frequentius ac diuturnius, veluti ſi 2. aut 3. annis advocatus litigatorem ludificaret. *c. conſideret. de pæn. diſt. 5.* Roch. de Curt. *in tr. de ſtat. n. 9.* Navar. *in man. c. 6. n. 14.* Vit. Camb. *de claus. tit. de abs. à jur. n. 10.* Et malum hoc in repub. tantum eſt, vt Medicis & Ad- 27.
vocatis occidendi data impunitas videatur. Sic enim Philemon ait apud Stobæ. tit. de Med. Soli Medico, & Advocato licet occidere ſine ſuo periculo. Plin. *lib. 25. c. 1.* Toloſ. *lib. 36. Syntagm. c. 21. n. 29.* Vnde Advocati, & Medici tres facies præ ſe ferunt ſuis collitigatoribus, & infirmis, tempore neceſſitatis ANGELI, remiſſius agente morbo, & lite HOMINIS, finitâ verò lite, & reſtitutâ ſanitate CACODAEMONIS. *ex add. ad dec. 123.* Aff. Hier. Magon. *dec. 111. n, 13.* And. Knich. *in comm. jur. Sax. c. 2. p. 247.*

Octava malitiæ advocatoriæ cauſa eſt prævaricatio, quando parti 28.

adverſæ gratificando hortantur clientem juſtè litigantem vt tranſigat conditionibus iniquiſſimis,quaſi cauſa non habeat fundamēta, & lis futura ſit diuturnior: ob id de induſtria protrahunt lites, vt clientes moræ impatientes ſuſcipiant legem conventionis,quam advocati dixerint: quo genere malitiæ produnt clientem, & ineunt gratiam à collitigatore, à quo tandem recipiunt munera promiſſa. P. Ala. *d. tr. de adv. q. 42. p. 63.* Interdum etiam pro jure vtriusque collitigatoris patrocinantur, & Notarios juvenes habent in ordinem cauſidicorum cooptatos, qui ad ſpeciem ſuſcipiunt tutelam clientis adverſantis, ſed reverâ cauſidicus principalis omnia regit, diſponit & moderatur, & ita furtivè prævaricatur, vtrumque litigatorem defendendo. Ala. *d. tr. de adv. & cauſ. Chriſt. q. 42. & 97.* Reliquæ prævar. ſpecies paſſim apud auctores. *t. t. de prævar.* Vltei. *1. I. R. c. 48.* Plin. *lib. 18. c. 19.* Sarisb. *lib. 5. de nug. curial. c. 13.* vbi præuaricari vocat vera abſcondere. Nonnulli denique Currerios ſive executores, Germ. Flöcker/Staroſten/ à recto juſtitiæ tramite revocant, executionem impediunt, & malitioſas ſuadent cautelas, quæ non poſſunt exerceri ſine 600. peccatis mortalibus. Ala. *d. tr. q. 91. in f.*

29. Ob has & mille alias advocatorum malitias Bodinus laudat Ferdinandum Hiſpaniç regem, prohibentem, ICtum aut cauſidicum in Indiam orientalem ducere, ne litium ſemina ab illis importarentur; ex adverſo culpat Matthiam Corvinum Regem Pannoniæ, ICtos ab Italia accerſentem, quos brevi, tantis litium ambagibus circumventi expulerunt. *lib. 5. de Repub. c. 1. n. 511.* Lud. Vives *lib. vlt. de cauſis corrump. diſcipl.* brevi tempore, inquit, vbi nullæ prorſus eſſent lites, omnia vidiſſes fervere, litibus, controverſijs, petitionibus, reſponſionibus, exceptionibus, comperendinationibus, procraſtinationibus, Et ibid. Multi advocati & Patroni, ne fame ipſis pereundum ſit, lites quærunt, ſemina earum vbique ſpargunt, movent, augent detorquendis legibus, & lites malunt conſtituere quàm tollere. Apud Polonos rariſsimè procuratores vel Advocatos admitti teſtis eſt Sig. lib. Baro *de reb. Moſch. in ſanct. Baſil.* Toloſ. *lib. 49. Synt: c. 6. n. 17.* Sic Claudius cenſor olim advocatos ſuſtulit. Sueton. *in Claud. c. 16.* Denique Carolus Magnus *in c. de pac. c. 12.* ait: pravi Advocati tollantur, & tales eligantur, qui ſciant & velint juſte lites terminare.

Hæc de cauſis malitiæ advocatoriæ, quæ partim communes ſunt cum procuratoribus, ſollicitatoribus, & notarijs, partim ſingulares.

lates. Sicut enim triticum in ſolo infelici,aut alterius occaſionis maleficio in lolium aut ægilopem ſterilemque avenam degenerat: ita hi in ipſa æquitatis arcana minimè penetrantes circa rubricas album que forenſe hærent, Legulei. Pollet. *lib. 2. hiſt. for. Rom. c. 3.*

Procuratores, aliquos non omnes, Bart. ex Plauto in Menæch. 30.
vocat canes curiarum & devoratores: Plato accipitres pecuniæ & mures aliena rodentes, litium ſatores. Sen. in lud. de morte Claud. venale genus: clamoſi rabioſa fori jurgia vendens, improbus reis, & verba locat. Id. in Herc. fur. Demoſth. contra AEſch. philodicos ſpernolicos & τῆς ἀγοράς περιτρίμματα, q: fori vafrimenta. Ariſtophanes ὀρθοφοιτοσυκοφαντοδικοταλαιπώρους: quod nomē ita protēſum in ſeſquipedem accommodum eſt lites extrahentibus in æternum. Pollet. *lib. 2. hiſt. for. Rom. c. 3.* Vlpianus: concinnatores litium, qui Græcè dicuntur δικόρραφοι συνοκολλῆται ἐργόλαβοι lites perpollientes. Tolos. *lib. 49. ſyntag. c. 6. num. 29. ex* Plin. *lib. 14. c. 20. L. inſtrum. de pen. leg.* Pollet. *lib. 2. hiſt. for. Rom. c. 3.* feces ICtorum.

Quintilianus *lib. 12. c. 9.* rabulas, à rabie, quando & ad ravim vsq; litigant, excandeſcunt. Tol. *d. c. 6. n. 2.* & latratores, Germ. Zungendreſcher/ quos aut rei domeſticæ abſorpta ſubſtantia, aut cæcus ambitionis æſtus in forum agit, vt ait Schonborn. *lib. 3. pol. c. 41.* Cic. clamatores. Apuleius: togatos vultures: viliſſima capita, forenſia pecora. Iuſt. Lips. *cent. 1. ep. 8.* corvos fori. Et in not. ad pol. viperas ſibilantes. Ioan. de Plat. linguoſos iniurioſos, & pauperum dilaniatores. Weſ. *in par. de poſtul. n. 7.* improbos Sycophantas, Phormiones, & Holophantas, qui audacter cum Cicerone profitentur ſe tribus menſibus futuros ICtos. Schonborn. *lib. 3. pol. c. 4.* Sed objecta ſunt repagula Cauſſidicis noſtri Seculi quaſi belluis indomitis & furentibus, ne pauperiem faciant, inquit Fr. Pollet. *lib. 1. hiſt. for. Rom. c. 5.*

Hinc eſt quod procurator litigioſus & cavilloſus pro idoneo fi- 31.
deiuſſore non habeatur. Br. Coſt. *& alij Dd. in l. 2. pr. qui ſatisd. cog.* Iaſ. *in l. 2. n. 19. pr. ff. ſol. matr.* Hip. *in rub. de fideiuſſ. n. 257.* Nat. *cons. 143. n. 10.* Anguſol. *conſ. 40. n. 9.* Ioa. Seixon. *in conſ.* Turon. *tit. 1. §. 24. gl. 3.* Rod. Saorez. *in decl. ll. for. tit. de comperendinat. §. nunc opor. n. 19.* Eman. Soarez. *lit. E. n. 134.* Ratio: quia ab his litigioſis & annoſis procuratoribus calumnias praxeos, & fori anfractus expertis, difficilius pecuniam quàm ab Hercule clavam extorſeris. P. Rebuff. *in l. ſi ita ſtipulatus. col. 4. de V. S.* Hering. *tr. de fidejuſſ. c. 7. n. 591.*

Ergò magis tutum ne quiſquam nitro & carbonibus acetum affundens, ſibi litigia cum talibus locutuleis & rabulis attrahat, qui ὑπὲρ τὸν ὑπέρβολον tinnulis nugis, teretiſmatum ſtrophis, ſophiſmatum caſſibus, captiunculis formularum, ſutelis, ſycophantijs, technis concenturiatis & factitijs fabricis, in labyrinthos, mæandróſq; litium æternarum collitigatores ſuos imprudentes intrudunt, Pollet. *lib. 2. hiſt. for. R. c. 3.* Hering. *d. c. 7. n. 594.* verba important ac pecuniâ vendunt, vt lites vincant, ſicut Hermodorus. Erasm *in chil. 2 cent. 6. adag.*

32. *vlt.* Experientia enim teſtatur cotidiana, hoc ſeculo litigioſo Sextum Abutium (quem Cic. in orat. pro Cæcin. commendat, quod fuerit defenſor litigioſus, concitus ad rixam, & ſeditioſorum omniū eloquentiſſimus) nō planè interijſſe, ſed multos æmulos litigaturientes, præcones actionum, cantores formularum & aucupes ſyllabarum poſt ſe reliquiſſe, adeò vt verum fiat illud Plauti in Pænulo

Hodiè doctiores non ſunt qui lites creant, quàm hi ſunt
Qui ſi nihil eſt litium, lites ſerunt.

& contra IVSTITIAM armatam linguam gerant.
Baptiſtæ Mantuani eclog. 6.

Stultorum eſt aliud genus immedicabile quoddam
Cauſidici, latratores, rabulæq; forenſes,
Nummorum aucupium, docti, legumq; tyranni
AEre patrocinium vendunt, producere cauſas,
Et lites pendere diu vindemia quædam eſt.

33. Accedunt & ſuccedunt procuratoribus ad lites inſtitores litium, vulgò ſollicitatores dicti, quòd promoveant, ſollicitent, & accelerent lites, vti mercatorum factores negotiorum, quorum magna copia imprimis Spiræ, Pragæ, Pariſijs & Romæ, qui diplomatum expeditioni operam præſtant, Octav. Veſtrio *lib. 2. introd. in aul. Rom. c. 20.* dicuntur lanizeri. Et quidem meræ & veræ ſunt judicum corruptelæ, auctores invertendarum litium, & impij cautelarum architecti, imò conſiliorum inquiſitores, & detectores, vt mirum hodiè non ſit, ſi conſilia Imperij non ſortiantur optimum finem. Sunt enim juxta Imperatorem, aut Regem, *vt ait Pet.* Greg. Tol. *lib 49: Syntagm c. 5: n. 12.* tot muſcæ, ſollicitatores dico, & nihili aulici homines, hirudines litigantium, qui intellecta renunciant, & reſcribunt, vt ante exitum ab impijs hominibus præveniantur. Sunt & alij litium inſti-

tores,

ſtores, harpyæ quædam, qui ſæpè devorant ſalaria procuratorum, attentando vel eludendo, quæ muneris illorum, vt ſibi lucrum reſervent & lites in infinitum protelent. Deniq; ſequuntur Notarij tan- 34.
quam ſuccenturiati litium protelatores, & ebuccinatores. Multitudo Notariorum exinde conſtat, quòd in ſola Camera Imperiali 916. ſint immatriculati, vt ipſe Notarius Simon Gunterus in thes. pract. tit. 25. ſecundum alphabetum refert; neq; minores in vna erunt provincia, præſertim litigioſa, inter quos ſi reperiatur vnus doctus & expertus Notarius, reperiuntur 25. indocti, nullam habentes juris notitiam, vti conqueſti ſunt Hip. de Mars. *rub. de fidej. n. 39.* Cogn. *in l. ſi librarius. n. 2. de R. I.* M. Anton. de Amat. *dec. 29. & 30.* Vinc. Caroc. *dec. 22. n. 1. & 2.* dicentes: quod Notariorum imperitia ſit periculoſa, & ponat cōſcientias proborum in magno diſcrimine, item, quod illorum ignorantia alijs lucrum, alijs damnum indebitè atq; malitioſè afferat, deniq; ſicut Italus linguam Teutonicam: ita & Notarij efficaciam clauſularum neſciunt, & per conſequens litigatores in diſcrimen adducunt: *not.* Hering. *de fidejuſſ. c. 7. n. 497.* Bertaz. *tr. claus. claus. 39. gl. 1. n. 1.* Pruckm. *cons. 7. n. 63. vol. 2.*

Nonnulli Notariorum ſuos habent advocatos litigioſos, qui- 35.
bus omnes deferunt lites, vt ait Ioh. Pet. Ala. *tr. de adv. & caus. Chriſt. p. 1. q. 70.* Nonnulli ſcribunt teſtes juraſſe, qui injurati depoſuerunt. Nonnulli ſecreta proceſſus nondum publicati evulgant. Nonnulli mille alia litium protelandarum vafrimenta noverunt & cognoverunt. I. P. Ala. *d. p. 1. quaeſt. 72. & 75.* Et Magn. Pegel. *in theſ. rerum ſelect. pag. 14.* quod ſi per Notarios commiſſiones expediantur, magna pernities ſequitur, fortunarum, dignitatum, honorum, & vitæ ipſius jactura.

Vndè non omnes ſed vt plurimi, ſimiles ſunt picæ & pſittaco, 36.
qui ſtant in palatijs dominorum, & neſciunt quid loquantur. Lud. Rom. *ſingul. 53.* Eraſm. *lib. 4. apophteg. nu. 13.* Alex. *con. 208. nu. 3. lib. 6.* Cyn. & Bl. *in l. jam hoc jure, de vulg. & pup. ſubſt.* Caccial. *in l. precibus. n. 8. C. de impub. & al. ſubſt.* vbi dicunt, Notarios vt plurimum ignorare vim clauſularum, ac eſſe adinſtar Cantorum, qui benè cantant per Practicam, & neſciunt rationem ſui cantus. Iac. Macchiſel. *in ſyl. qq. pract. q. 3. n. 10.* M. Anton. de Amat. *dec. 10. nu. 16.* Volunt enim omnibus morbis litigioſis vno collyrio mederi. I. P. Ala. *tr. de adv. & caus. Chriſt. p. 2. exer. 4.* & cæteris litium, è quibus proverbium

37. natum eſt, pro re litigioſa & periculoſa. Etc. Notariorum. Quod facetè exprimit in facetijs Italicis Piouano Arlotto. Interrogatus enim quam orationem ſingulis diebus Deo dicere oporteret, reſpondit: Signor mio I. C. guardatemi da furia di Villani, di guazambaglio, di Medici, da cetere dei Notai. h.e. Deus meus ſerva me à furore ruſticorum, fractione cruris, Medicorum ana, & Notariorum &c. P. Greg. Tol. *lib. 47. ſyntagm. c. 42. n. 5.*

Plura ejusmodi litigioſorum advocatorum, procuratorum, ſollicitatorum & notariorum encomia qui diſiderat, legat D. Bernhardum ad Eugenium *lib. 1. c. 9.* Caſſiodor. *ſup. pſalm. 73. Domi.* Nanum Mirabellium. *in ſua Polyanth. verb. Advoc. fol. 13.* Tiraq. *de Nobilit. c. 29.* Caſtrit. *in add.* Masvet. *tit. de procur. in alleg. nu. 4.* Clau. Cantiuncul. *in paræn. de rat. ſtu. leg.* Bud. & Zas. *ad l. 2. de orig. jur.* Bern. Græv. *in concl. pract. concl. 43. cen. 2. num. 4.* Eilh. Lubin. *in ſeculi noſtri malèdoctos fol. 3.* Pet. Heig *p. 2. q. 7. pr.* Camill. Borell. *in præf. contſuar.*
38. *n. 18. & ſeqq.* ne nova videantur litigiorum dicta. Nihil enim dictum, quod non dictum ſit prius, λέγω δε ταῦτα ου κατὰ πάντων, ἀλλὰ κατὰ τῶν ἐνόχλων τοις εἰρημένοις ὄντων. Itaque iraſci mihi nemo poterit, niſi qui antè de SE voluerit confiteri, neque propterea auctori lites moveantur, quaſi jurisprudentiam litigij arguat, aut ICtos, Advocatos, Procuratores, Notarios malitioſa litigiorum inſtrumenta ſtatuat; nihil minus, quia veram jurisprudentiam imprudenter non attingit, nec advocatos aut ICtos veros, ſed meros litium ebuccinatores & rabulas forenſes ebuccinat, eo fine, vt vera Iurisprudentia, & veri ICti atque Advocati à malitioſis hominum litigioſorum calumnijs vindicentur, ne abuſus vſum tollat, ſecundum illud Ovidianum:

Et mala ſunt vicina bonis, errore ſub illo
Pro vitio virtus crimina ſæpè tulit.

Auct. *diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p. 80. & 83.* vbi comparat Equites & Advocatos. Ordo equitum eſt honorabilis, pro ſalute patriæ inven-
39. tus, quod ſi in eo pravi reperiantur, ordo non depravatur. Idem judicium de Advocatis. De bonis nil niſi bonum, quia boni cauſarum patroni h. e. advocati, procuratoris, Notarij eſt ab injuſtis litibus abſtinere, ne ſcilicet ita agendarum litium gloriâ capiantur, vt eâ luce fori, cujus ſplendor malitioſa & ambitioſa ingenia facilè incendit, derelictas paſſim & ſine delectu lites omnes defendendas amplexentur,

plexeritùr, & pugnis civilium concertationum, pulveréque, forenſi rabie atque odio ipſas pertractent, tanquam ſi ipſimet de re propria litigarent, cum potius deplorare deberent tantam litigaturientium licentiam atque malitiam: Sed par eſt generoſos animos omni ſtudio vires colligere, quibuscum in hanc arenam deſcenderent, vt afflictam litigatorum innocentiam defendant: veritati patrocinentur: fraudes & injurias propulſent: in propulſationem improbitatis atq; malitiæ ſummâ contentione pervigilent, tonent fulminentque eorum eloquia. Etenim Imp. eos prærogando non ad iniquas lites tuendas accendit, ſed ad juſtas enixis viribus ſuſtinendas adhortatur. *l. advocati. 14. C. de adv. div. jud.* Ioh. Ordelaph. *ad l. fin. nu. 94. de R. V.* 40
Quod ſi fecerint, veris ICtis & ſacerdotibus juſtitiæ meritò adnumerantur: ſin minus, gaudent ejusmodi titulis vt vituli, lucroſi & ſaginantis eloquentiæ candidati, qui lites malas meliores, & bonas peiores reddere ſatagant, nec vllam obligationem tàm firmiter ſcriptam ſentiunt, & cōſentiunt, quin infirmari poſſit. Das ſeind Juriſten poſſen vnd ſtucke. Honeſtiores qui contrarium ſtatuunt ſimpliciſtas vocant. *Non eſt ſimplicitas digna favore magis.* Hering. *tr. de fidej. c. 7. n. 594. Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 84. vbi refert.* Zaſ. *in l. 2. §. poſt. hoc. verb. me obtinuit. de Orig. jur.* Hi philodici non jam tondere clientes, ſed & deglubere, imò totos vorare cupiunt: ſecuri quē *litis* eventum fortuna ferat, dum eloculaverint, depilarint, exoſſarint, quos defendendos ſuſceperant, eo nomine ſalvi putandi, ſi modicos ſalvos relinquant. Quem venandi vel potius prædandi vſum 41.
quis non inhumanum inſociabilemq; nominaverit? Advocati, (de quibuſdam nebulonibus loquor, inquit Zaſius) quæ paulò ante vt honeſta defenderant, mox ſi lucrum ſuadeat, verſutijs ſuis ſubvertunt, ſolis & Iuſtitiæ oculos fruſtrantur, calumniantur, tergiverſantur, cavillantur, vt lites trahant, differant, augeant, & vt cum gl. dicam in l. quod ſi nolit de AEdil. ed. cauſas peſſimas facie honeſtatis induant: quos certè quomodo non juris everſores potius, quàm profeſſores nuncupaveris? Omnis eorum cura, omne exercitium, omnis conatus, omnis cogitatio circa lites & jurgia conſiſtit, qui litibus tanquam 4. elementis conſervantur & nutriuntur. Quod ſi judices in omnibus morem non gerant, ad eorum libitum decernant, pronuncient, definiant, exequantur, illos inſcios, ineptos, rudes, iniuſtos, impios,

pios,

pios, vocant affirmant, proclamant, divulgant, vt ex Quintil. Mandos. *de ingrat. c. 78. refert.* Ioh. Bapt. Magon.: *de recta patroc. rat. p. 2. c. 57. n. 7.* De his facetè Oliveri. Maillardus. Sorbon. Dom. 1. Adv. Serm. 11. ait, diabolum quondam ægrotum, neque piſces neq; carnes, ſed paſtillum de linguis procuratorum & rabularum comedere voluiſſe. *Matag. de Matagon. ad Italo-Gall. pag. 254.*

42. Priores vti viri boni & ICti probi, ipſimet hanc rabulariam litigaturiendi artem improbabunt: poſteriores aut tacebunt, aut veluti canes fuſte percuſſi latrabunt, ſecundum illud Syracidis. c. 22. v. 24. qui cor ſtimulat effectum provocat. Aliud eſt jurisprudẽtia, aliud Ars rabularia, aliud vera & non fucata Philoſophia, aliud Sophiſtica, Matag. de Matagon. *ad Italo-Gall. p. 248.* aliud artificium, aliud maleficium quod jactant, Es ſey keyne Kunſt eyn gute Sach zuerhalten/ſondern eyne böſe zugewinnen. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 88.* Rabulæ item & cavſidici proceſſum litigioſum dirigẽtes diſtingvantur à ICtis, qui conſultationibus operam navant. Tib. Decian. *in apol. adv. Alc. c. 19. nu. 21.* Pruckm. *conſ. 50. nu. 252. vol. 1.* vti Knich. *in præfat. com Saxon. pag 15.* conſultius putat & tutius, hoc ævo conſultationibus quem operam dare, quàm vt judicis vices ſubeat. *arg. cor. qui trad.* Corn. *conſ. 35. n. 1. vol. 3.* Sed

Cum facias rectè ne cures verba malorum,
Non eſt arbitrij noſtri quid quiſq; loquatur.

43. Fa pur benè, & laſcia dire. Eademum vera laus eſt à laude dignis quæ proficiſcitur: ab improbis verò, malitioſis & litigioſis laudari vituperium potius quàm laus eſt. Auct diſc. Vom Juſtitienwerck. *pa. 85.*

Hæc de litigioſa Advocatorum, Procuratorum, ſollicitatorum & Notariorum malitia: quos ſi poteſtate calumniandi armaveris, perinde feceris, ac ſi febricitanti vinum, bilioſo mel, cæliacis obſonia porrexeris, quibus animi morbus. *h. e.* ſtultitia litigaturiendi incrementa capiat. Schonborn. *lib. 2. polit. c. 6. in f.*

CAPVT

CAPVT X.

DE FALSITATE, MENDACIO, & SIMVLATIONE, proximis litium forenſium cauſis.

SVMMARIA.

1. *Proximæ litium cauſſæ, Falſitas, Mendacia, Simulatio.*
2. *Falſitas ſuppreſſio veri lites generat.*
3. *Falſus creditor, & venditor falſas lites mouent.*
4. *Falſus procurator, tutor, fallitus lites fingunt.*
5. *Falſitas quid, & quot modis committatur.*
6. *Verbis & ſcriptis quomodo Falſitas committatur.*
7. *Abuſu & facto Falſitas committitur.*
8. *Tria falſitatis requiſita adferuntur.*
9. *Mendacium, & mentire, quaſi contra mentem ire.*
10. *Litigia ſunt mendacij veſtigia.*
11. *Delinquentes, & Mercatores mentiuntur.*
12. *Militia hujus ſeculi mendax malitia.*
13. *Mundus fallit ſimulatione, & diſſimulatione.*
14. *Mentiri ſeruile, & libero homine indignum*
15. *Non mentiri, & mentientem detegere ſapientis.*
16. *Mendacium eſt peccatum contra naturam.*
17. *Hypocritæ, non viri boni eſt mentiri.*
18. *Medicis an mentiri liceat.*
19. *Opinio veritati non præfertur.*
20. *Mendaciorum genera, vbique ſunt peccatum.*
21. *Mendacia etiam bona ſunt vitanda.*
22. *Veritas, & mendacium ſibi contrariantur.*
23. *Dilemma contra injuſtum Litigatorem.*
24. *Mendacium in ſimulatis factis reprobatur.*
25. *Simulata æquitas eſt duplex iniquitas.*
26. *Simulatio imaginem veritatis habet.*
27. *Vtrum ſimulare aliquando liceat? Aff.*
28. *Aulici & conſilarij multa ſimulant.*
29. *Stratagemata omni jure ſunt conceſſa.*
30. *Vulpinaris ſimulatio, & diſſimulatio in hoc ſeculo.*
31. *Stratagemata forenſia* Juriſten poſſen *an licita.*

32. *Negatur, quia omnis ſimulatio, & dolus deponendus.*
33. *Mendacium arguit dolum proferentis.*
34. *Mendacium jocoſum extra lites non punitur.*
35. *Falſitas & Mendacium foro exulent.*
36. *Montes aureos mentientibus non creditur.*
37. *Exercitus Litigatorum mendacijs pugnat.*
38. *Mendax Litigaturiens deſcribitur.*
39. *Mendacia & ſimulationes ſunt pro obſonio.*
40. *Difficile eſt verum à falſo & ſimulato diſcernere.*

1\. INTER propinquas litium forenſium cauſas eſt FALSITAS, MENDACIVM, & SIMVLATIO, quæ veritatem factorum alterant, & ita in litibus variant, vt ipſum quoq; jus commune propter mendacium varietur, & Germanicum circumferatur proverbium, Das dem Lugener ſo tieff ins Maul geſehen wirdt wie dem Warſager. Giov. Ant. Palaz. *p. 3. del gouer. diſtat. c. 24.* Zanatar. *de pr. for. Medi. n. 295.* Omnium graphicè has litium cauſas deſcribit Virgilius.

EST & NON cuncti monoſyllaba nota frequentant,
His demptis, nihil eſt hominum quod ſermo volutet:
Omnia in his, & ab his ſunt omnia, ſive negotI
Sive OtI quicquam. ſeu turba, ſivè quietis,
Si conſentitur, mora nulla intervenit, EST, EST,
Sin controverſum, diſſenſio, ſubijciet NON.
Hinc fora diſſultant clamoribus, hinc furioſi
Iurgia ſunt circi.

2\. Vbi enim verum magis ſupprimitur, quàm in litigioſis hominum actibus & contractibus? Fallax certè & deceptrix res eſt FALSITAS, quæ veritatem imitatur, & lites ex litibus producit. *§. 1. in pr. ubi gl. in auth. de inſt. caut. & fid. l. cum filijs. §. heres. de leg. 2.* cum veri ſuppreſſio falſum habeat à σφάλλομαι, ſupplantor, deijcior, decipior. Auth. *presbyter. in 1. de ep. & cler. l. 1. §. 1. ad l. Corn. de fals. l. 2. C. ſi cont. jus vel vtil. publ. l. ſi is qui. 14. §. vtrum. de reb. dub.* Var. *lib. 5. de ling. Lat.* Tolos. *lib. 36. Syntag. c. 1. n. 3.* Exemplum vnum atq; alterum pro-
3\. ducemus. Modò falſus creditor prodit, qui ſe ſimulat ESSE creditorem, & debitorem litibus moleſtat, cum NON ſit. *l. falſus. 43. de furt.* Modò falſus venditor, qui rem eandem duobus vendiderit, vel rem

alienam

alienam ſcienter diſtraxerit, *l. qui duobus. 21. ad l. Corn. de falſ.* Damhou. *in pr. rer. crimin. c. 120.* & ita emptores ad litigia protraxerit, niſi prior negligens in exſolvendo precio, tempore debito, quo caſu impunè res alteri vendi, nec lis moveri poteſt. *Sal. & reliqui Dd. in l. quotiens. 15. C. de R. V.* Fab. à Monte *tr. de empt. & vend. q. 3 pr. n. 50.* Ias. *in l. 1. D. Pio. 15. §. ſed ſi emptor. n. 5. & ibi* Alex. *n. 3. de re jud.* Hip. de Mars. *in l. quod eſt verum. ad l. Corn. de fals.* Bonif. *tr. de furt. §. 9. n 93.* Idem, ſi prior venditio ipſo jure nulla fuerit. Alex. *cons. 85. col. 5. lib. 3 Plot. in l. ſi quando. 9. n. 177. inf. C. unde vi.* Bl. *conſ. 15. lib. 1. Menoch. lib. 2. a. jj. qq. c. 381. n. 19.* Deniq; ſi ſecundus emptor ſciverit, rem prius alteri fuiſſe venditam, quia volenti non fit iniuria. *l. 1. §. uſque adeò de iniur. l. 34. C. de tranſact. c. ſcienti. 27. de R. I. in 6.* Harp. *ad §. item lex. Corn. 7. Inſt. de publ. jud. n. 3. & ſeqq.*

Sic falſus procurator dicitur, qui ſimulat, fingit, adſeverat falſa litigia, qui mentitur ſe eſſe procuratorem alterius. *l. ſi is qui. 75 de furt. l. ſi quis ſervo. 18. de ſolut.* Sic falſus tutor, falſum teſtamentum, falſus modius dicitur. *l. Paulus. 221. de V. S.* Hotom. *ill. qq. 17. p. 105.* Hering. *tr. de fidej. c. 20. §. 27. n. 37.* Sic falſus debitor, qui me abſentem in inſtrumento tanquam fidejuſſorem ſcripſerit, aut ſcribi curaverit. *L. qui veluti. C. ad l. Corn. de fals. l. ult. vers. iniquum. C. de conu. fis. deb. l. 1. C. de fidej.* Sic Bancorruptus, & fallita lites movet & fovet, imò litigiorum plauſtra in Reſpub. invehit, de quo conſequentia bona: Eſt decoctor atq; fallitus: Ergò fraudator. Bene Strach. *tr. de decoct. p. 3. n. 22.* Pruckm. *con. 19. n. 82. vol. 2.* Vnde falſitas eſt vera litium procreatrix & actus doloſus, veritatis mutandæ gratiâ ad alterum decipiendum factus: *Hoſtien. in ſum. de crim. fal. §. 1.* Wes. & Harpr. *ad §. 7. n. 2. Inſt. de pub. jud.* qui committitur conſenſu, verbis, ſcriptis, abuſu, & facto, ſpargiturq; per omnes proceſſuum chartas, & in omnibus litigijs veſtigia relinquit, ut unus collitigatorum ferè ſemper falſitatis argui poſſit. Giov. Palaz. *par. 4. del gover. c. 11.* Conſenſu falſitas committur, quando quis alium per contractus circumvenit, & ad lites provocat. Verbis, ſi judex pecuniâ corruptus, vel aliàs dolo malo, legibus & conſtitutionibus contrariam tulerit ſententiam, & ita lites finitur lites procreaverit. *l. 1. §. 3. ad l. Corn. de fals.* Damh. *in pr. rer. crim. c. 121. n. 8.* Vel ſi teſtis pro decidendâ lite ſciens & dolo malo falſum teſtimonium dixerit. *l. 1. ad l. Corn. de falſ. l. 14. C. de teſt.* Nec is ſolùm teſtis falſi poſtulatur, qui falſo reſpondit, & lites intrica-

4. (margin, beside "Sic falſus procurator…")
5. (margin, beside "…litium pro-")
6. (margin, beside "…vel aliàs dolo")

vit: ſed ille etiam qui interrogatus in judicio de re quâdam litigioſâ, veritatem ſubricuit, ſeq; nil ſcire affirmavit. *c. 1. ext. de crim. fals. Covarr. in c. quamvis. p. 1. rel. §. 7. n. 5. de pact. in 6.* Menoch. *lib. 2. aa. jj. qq. caſ. 310. n. 14.* Clar. *lib. 5. ſent. §. falſum. n. 5.* Scriptis falſitas committitur, ſi quis falſa inſtrumenta componat, dictet, in mundum redigat, aut inſtrumenta, regiſtra, rationes, acta, libellos, cautiones, chirographa, epiſtolas, ſcienter & in fraudem alterius lædat, corrumpat, mutet, adijciat, demat, radat, deleat, falsè ſubſcribat, falſa ſigilla appendat, aliudvé faciat, quò rei veritas non appareat, ſed lis ex lite oriatur. *l. 1. 2. 16. 23. & 25. ad l. Corn. de fals. Paul. 5. ſent. tit. 25. Damh. in pr. crim.*
7. *c. 122.* Harpr. *ad §. 7. n. 24. Inſt. de pub. jud.* Abuſu committitur falſitas, ſi quis collitigatorum doloſè falſis teſtimonijs aut inſtrumentis vtatur, vt litem vincat. *l. falſi nominis. 13. §. 1. ad l.* Corn. *de fals. l. 4. & 8. C. eod.* Sed excuſatur, ſi ante finem litis abſtineat & pæniteat. Harpr. *ad §. 7. n. 35. Inſt. de publ. jud.* Deniq; facto committitur falſitas, ſi quis collitigatorem deijciat, & ſe pro poſſeſſore gerat, ſicut etiam is, qui ſe pro Comite Palatino, Equite, Nobili, Doctore, Notario, cum non ſit, geſſerit; & ita lites accumulaverit, in hoc falſi crimen incidit. *l. 13. & 27. §. fin. ad l. Corn. de fals. l. vn. C. de inut. nom. Damh. in pr. crim. c. 123. n. 10.* Menoch. *2. aa. jj. qq. caſ. 318. Vult. 1. juriſpr. Rom. c. 49. n. 45.* Tolos. *lib. 36. Synt. c. 4. n. 1.*

8. Quod ſi litigator falſum dicat, & putet verum eſſe quod aſſeveraverit, excuſatur. *c. homines. 22. q. 2.* quia requirũtur 3. ad falſitatem, immutatio veritatis, dolus, & ſi alteri collitigatori nocumentũ ſive damnum inferatur, ſine hoc enim falſitas non punitur. *l. quid ſit fals. 13. ad l.* Corn. *de fals. l. ſi quis in pign. 36. §. vlt. de pig. act. Clar. § falſum. n. 9. & 35.* Covar. *c. quamvis. p. 1. relect. §. 7. nu. 6. de pact.* Menoch. *2. aa. jj. qq. cas. 307.* Tolos. *d. lib. 36. c. 1. n. 6.*

Falſitas eſt imago quædam, & quaſi ſimia veritatis in litibus vſitatiſſima, à qua aliquantulum calnmmia & mendacium diſtat, dicente Kellero *lib. 1. de off. jur. pol. c. 20.* Giov-Ant-Palazz. *p. 4. del gouerno di ſtato. c. 11.* indubitatè affirmat, nullas lites futuras, modò mendacium non ſit. E tantò accreſciuto il maladetto vitio della Bugia, che s'egli non vi foſſe affermeriano indubitata mentè, che non vi Sariano litigi nella Republica. Ergò exoſam Mendacium Litigaturientium malitiam vlterius contemplemur, deteſtemur, fugeamus.

9. Eſtque Mendacium, quod habet falſam ſignificationem vocis cum

cum voluntate fallendi. Et fallere ſemper eſt voluntatis, falli, vel infirmitatis vel temeritatis. *c. beatus P. §. 1. 22. q. 3.* Tolos. *lib. 36. ſynt. c. 1. num. 5. Auguſt. de verb. Apoſt. ſermo 38.* Ordelaph. *ad l. fin. n. 361. de R. V.* Sed tam vafrè & callidè veritatem imitatur mendacium, vt auditorem etiam doctum decipiat. Etenim cum bonarum mentium ſit culpam agnoſcere vbi culpa non eſt, & debitum potius fateri, quàm falſis & litibus & malitijs ſe implicare. *not.* Hering *tr. de fidej. c. 1. n. 87.* Thales Mileſius interrogatus, quantum à veritate diſtaret mendacium? Reſpondit, quantum oculi ab auribus. Ordel. *ad l. fin. nu. 490. de R. V.* Mentiri dicitur, quaſi contra mentem ire, & veritatem immutare, vt Nigidius Figulus de finivit. Cypræ. *de jur. Con. c. 4. §. 15. no. 3.* Ioh. Ordel. *ad. l. fin. n. 491. de R. V. c. beat. §. ille 22. q. 2. l. generaliter. C. de non num. pec.* quia mens repellit mendacium, nec admittit interpretationem cavilloſam, vbi verborum ſenſus clarus eſt. Dec, *cons. 633. nu. 4.* Alex. Turram. *ad l. & ideò. n. 11. de ll.* Pruckm. *cons. 50. nu. 9. & ſeqq.* Sed, proh dolor, quotusquisque eſt tàm in judicijs, 10. quàm extra, qui non contra mentem eat? Advocatus contra mentem collitigatorum lites in infinitum differt & protelat, collitigatores ſæpè contra mentem contractus, teſtamenti, inſtrumenti, & aliarum ſcripturarum mentiuntur. Teſtes contra mentem veritatem celant, judices contra mentem legum judicant. Denique quid aliud litigia, quàm mendacij, falſitatis, cupiditatis & avaritiæ veſtigia, quibus inducti homines litigaturientes aut totum factum negant, aut mutant, aut alterant, & ita lites accumulant. Giov. Ant. Palaz. *p. 3. del gouer. di ſtato. c. 26.* Quid Cicero, nonne malitioſam Munatij litem tantâ verborum caligine involvit, vt eam judicibus probaret? Quid accuſatores Socratis, nonne tantis lenocinijs ſuam orationem ornarunt, vt ipſe Socrates, teſte Platone, confiteretur, eos valdè probabiliter dixiſſe, licet verbum verum non protuliſſent? Hæc eſt illa dementatrix humani ingenij falſitas. Sic delinquentium mentiri 11. proprium eſt, vt ait Ioh. Ordelaph. *ad l. fin. nu. 536. de R. V.* exemplum Caini inducens. Sic, vt paulum de litibus publicis dicamus, nihil vſitatius inter milites & mercatores, quàm vt parvi lucelli gratiâ in vna hora aliquoties Deum abnegant, diabolo ſe voveant, & quoties loquantur, toties mentiantur. Hinc Chryſoſt. apud Gratjan. *c. ejiciens. 88. diſtinct.* Mercator ſine mendacio, *inquit*, & perjurio eſſe non poteſt. Et Demoſth. *in orat. pro Phorm.* ingens, *ait*, eſſe miracu-

lum, ſi idem mercator induſtrius videatur, & probus. Godelm. *lib. 3. de Mag. Iam. & Veneſ. c. 11. n. 50. &* Tolos. *lib. 25. ſyntagm. c. 15. nu. 2.* vbi mercatorum encomia refert. Vnde crebra in emptionibus, venditionibus mendacia committuntur, & ex mendacijs creberrima naſcuntur litigia. Ratio, quia mendacium impedit liberum conſenſum, ſine quo nulla emptio aut venditio celebrari poteſt. *pr. Inſt. de obl. l. 1. §. vlt. de contr. empt.* Bocer. *in l. contr. c. 4. n. 7. de R. I.* Maſcard. *de prob. concl. 69. n. 7.* Pruckm. *conſ. 49. n. 114.*

12. In militibus ferè requiſitum eſt vt mentiantur. h. e. Das ſie groß ſprechen / vnd wenig erfahren. Quod non de illis qui contra Turcam & infideles militatum eunt, dictum velim, ſed qui in vaporarijs delitescunt, vibices generoſi Martis, milites ad prædam & malitiam, non juſtitiam, latrones, ſicarij, agrorum depopulatores, graſſatores & ſeditioſi, Offentliche ſtreiffer vnd Landtzwinger / qui cum deberent eſſe defenſores oppreſſorum, miſeris agricolis, imò nobilibus in confinijs lites atque malitias movent. O pudor! o honos! quò iviſtis? Exules facti à militia ad malitiam rediiſtis in Europa, vt Hering. exclamat *tr. de fidej. c. 7. n. 162. per. gl. Lat.* Landtrecht. *lib. 1. art. 27. l. per. Illyricum C. de cohort. lib. 12. l. 19. C. de poſtlim. revers.* Goedd. *de contrah. ſtip. c. 7. concl. 17. n. 305. confer.* Lips. *de mil. Rom. lib. 5. dial. 20. & lib. 5. polit. c. 8.* Iov. Pont. *lib. 2. amor.* Fr. Flor. Sab. *de C. Iul. Cæſ. præſt. lib. 1. pag. 2. 3. 4.* Pet. de Andlo. *tr. de Rom. Imp. lib. 2. c. 13. §. & huiusmo. milites.* An.

13. de Gam. *dec. Luſ. 365. num. 1. & 2.* Quid de reliquis myſtis, ſophiſtis, aulicis, & mille alijs mendacibus dicam? cum totus mundus fallat ſimulatione, h. e. mendaci affirmatione, & diſſimulatione, h. e. mendaci negatione. Otto. Caſm. *de mund. immund. c. 34. pag. 371.* Warem. de Erenb. *lib. 2. de fœder. c. 1. nu. 95.* Vellei. *lib. 2.* hæc, *inquit,* ſunt arcana, quibus aliud dicitur, aliud intelligitur. Sicut Papa Celeſtinus, qui revocabat veſpere quæ conceſſerat mane. Bl *con. 327.*

14. *col. 1. lib. 1.* Matag. de Matagon. *ad Italo-Gall. p. 196.* At mentiri, perplexè, intricatè, confuſè, titubanter, ſimulatè loqui, tergiverſari, liturire atque abligurire bona alterius ſervile eſt, ac libero homine indignum, hortantibus Chriſto ad Rom. 8. & Paulo ad Phil. 4. Levin. Lemn. *advis. opt. inſt. c. 38.* Ad. Keller. *lib. 1. de off. juriſd. pol. c. 20.* imò mentiri nihil aliud eſt, quam ſcienter falſum dicere. *l. 1. §. 1. ad SCt.* Turpil. Menoch. *con. 41. nu. 4. & 25. & conſ. 214. nu. 80.* Ias. *in l. ſi quis extraneus. 21. pr. n. 5. de acquir. vel omitt. hered.* Soc. jun. *con. 123. n. 22.*

lib. 2.

lib.2. Lancell. Conra. *tr. de duel. p. 1. concl. 19. nu. 9. & par. 6: concl. 107. n. 2.* Harpr. *ad §. hac act: 12. n. 155. Inſt. de injur.*

Vnde tàm deteſtanda res eſt Mendacium præſertim litigioſum, vt Philoſophus magnæ ſapientiæ attribuat, detegere, quem fuiſſe mentium, inquiens, duplicem eſſe ſapientis operationem, alteram non mentiri, alteram mentientem detegere, vt ſapiens non ſit quicunque mentitur, & econtra qui mentientem detegit, jure optimo ſapiens dicatur. Ioh. Ordel. *ad l. fin. n. 370. & 2. ſeqq. de R.V.* Gell. *lib 11. c. 11.* vir bonus præſtare debet, ne mentiatur: prudens, ne mendacium dicat. Ratio prioris, quia mendacium in litibus gravioribus ſcelus eſt, ſecundum illud Plaut, in Mercat. 15.

Mihi ſcelus quoq; videtur, me petenti proloqui mendacium,
In alÿs vanitas, inconſtantia, ſtultitia:

Iov. Pont. *lib. 2. de Sermon. c. 2. 5. & 12.* Tolos. *lib. 39. ſyntagm. c. 15. n. 1.* Sic Vlyſſes quia mendax, ſcelerum inventor à Marone appellatur. Ordel. *ad l. fin. n. 547. de R V.* Et Perſæ, crimen capitali animadverſione dignum exiſtimabant Mentiri. Quò facit text. *in c. ne quis arbit. 22. q. 2.* vbi notatur, mendacium in hominibus perfectis eſſe mortale peccatum: præſertim mentiri in judicio. Morla. *in emp. jur. p. 1. t. 2. q. 1. num. 3.* Atque hinc etiam mendacium dicitur eſse peccatum contra naturam. Thom. *2. 2. quæſt. 110.* Neviz. *in ſyl. nupt. in ritu eſt nubend. n. 25.* Mag. *de recta patroc. rat. c. 25. nu. 26.* Socin. *conſ. 19. col. 4. vol. 1.* Hier. Alban. *ad* Br. *in l. & eleganter. §. fin. lit. b. de dolo.* Harpr. *ad §. injuria: 1. n. 74. Inſt. de injur.* Mendacium & peccatum gravius fornicatione, & perjurio ſecund. Pelin. *in c cum dilem. de accus* Dec. *in c. at ſi clerici. n. 37. de jud.* Luc. de Pen. *in l. mil. C. de incol. lib. 10.* Denique veritatem litis ſemel agnitam impugnare malitioſo & litigioſo prætextu eſt peccatum in Spiritum Sanctum. *c. quisquis 11. q. 3. c. 1. de crim. fals.* Ergò improbi & ſcelerati hominis eſt mentiri, & uti verax homo vbique laudatur, ita vituperatur mendax. Ariſt. Eth. *4. prov. 13.* Ioh. Ordelaph. *ad l. fin. n. 512. de R. V.* vbi ait, mendacium propriè hypocritum eſse, qui ſimulant, diſſimulant, & aſtutam gerunt ſub pectore vulpem, *vt ait* Sarisber. *lib. 7. de nug. curial. c. 21.* in virum bonum enim non cadit mentiri. Cic. *3. off.* & mendacium odit quivis prudens, & ſapiens teſte Cleob. Et Socrates mori maluit, quàm cum mendacio ſe excuſare. Cic. *lib. 1. de* Orat. & Laert. *in Socr.* Papinianus mori malvit, quàm fratricidium defendere, & mentien- 16. 17.

do

do lites injuſtas contra mentem tueri. Vt & Pomponius Atticus, quia mendacium non dicebat, ita nec dici pati poterat. Corn. Nep. in vita Pomp. Att. Quod ſi omnes noſtri litigaturientes ejusmodi eſſent Socrates, Papiniani, aut Pomponij, parum aut nihil litigij ſupereſſet. Nec adverſantur levia & brevia mendacium oblectamen-
18. ta, aut potius irritamenta, 1. ex S. Scripturâ omnes homines eſſe mendaces, h. e. peccatores, quia mentiendo peccatores & vitilitigatores efficiuntur, teſte Auguſt. Ioh. Ordel. *ad l. fin. n. 487. de R. V.* 2. nec illud medicum, medicis, propter medicamentum, mendacium eſſe licitum, teſte Plat. *lib. 1. de Repub.* cùm quia improbatur: *c. cum infirmitas. de pœn. & remiſſ.* tùm, quia Romanis medicorum ſervile & abjectum munus fuit. *arg. l. Thais. 41. §. Lucius. 6. de fideic. lib l. alimenta. 16. §. 1. de alim. vel cib. leg.* ac Medicina à liberalibus diſciplinis disjuncta, *arg. l. 1. §. 1. de var. & extraord. cogn.* & Romam ſine medicis annos amplius 600. floruiſſe M. Cato teſtis eſt. Ergò mentiri, quod per ſe ſervile eſt, potuerunt. Nec proinde à ſervilibus ad nobiliorem jurisprudentiam licet argumentari. *arg. eor. quæ trad.* Bodin. *lib. 3. de Repub. c. 8.* Tiraq. *de nobil. c. 31. n. 361.* Harpr. *ad pr. tit. inſt. de obl. ex del.*
19. *vel quaſi. n. 9.* 3. Nec illud juridicum opinionem veritati præferri, ſicut bipedalem ruſtici opinantur ſolem, cum centies ſexagies ſexies terrâ ipſa maior ſit. Pan. *in c. ſolitu. n. 8. de maj. & obed. Clau. in. Sphæ.* Ioh. de Sac. Buſto. quia illud dicitur propter auctoritatem rei judicatæ, non autem vt opinio veritati præferatur, & ne lites multiplicari contingat, vnde res judicata pro veritate habetur fictione inductivâ. *l. ingen. de ſtat. hom. l. res jud. de R. I.* Ioh. Ordelaph. *ad. fin. n. 615. de R. V. c. cum inter de re judic.* Dec. *con. 44. n. 25.* Zas. *con. 3. n. 1. vol. 1.* Rol. à
20 Vall. *con. 98. n. 2. vol. 2.* Cui. *16. obs. 32.* Reyg. *diſp. 8. pr. iud. th. 15.* Denique nec adverſantur octo mendaciorum gradus, quorum varietate maius minusvé delictum eſſet mendacium. *c. primum. & c. ne quis. 22. q. 2.* nec quod alij triplex mendacium faciunt, jocoſum, officioſum, pernitioſum. Ioh. Bapt. Mag. *de rect. patroc. rat. c. 25. n. 12.* Ayrier. *par. 1. proc. hiſt. c. 7. obs. 9. n. 2.* Celebris eſt vitiorum continuatio quadruplex: periclitatur caſtitas in delitijs, humilitas in divitijs, veritas in multiloquio, probitas in negotio.

Qualecunq; enim eſt, peccatum eſt, quia omne mendacium homines dijque oderunt. Plat. *lib. 2. de Repub.* Quod correſpondet Pſal. 5. Et Mendacium ſicuti inferorum januam odibile eſſe Homer.

Il. 9.

Il. 9. dicebat. Ioh. Ordelaph. *ad l. fin. n. 494. de R. V. Iſid. in Synon.* Omne genus mendacij ſummoperè fuge, nec caſu, nec ſtudio loqueris falſum, nec qualibet fallaciâ vitam alicui defendas, cave mendacium. Aug. *ſup. epiſt, ad* Gal. Si quis ad te confugerit, qui de mendacio tuo 21.
poſſit à morte liberari, non es mentiturus. Vtrobiq; enim fallendi intentio, & falſa vocis ſignificatio, mendacium. Ioh. Bapt. Mag. *de patroc. rat. c. 25. n. 17.* Os quod mentitur occidit animam. *Sap. 1. c. omne. 22. q, 1.* Tolos. *lib. 39.* Syntagm. *c. 15. n. 3.* & infelix, qui mendacia, etſi bona videantur potius vſurpat, quàm mala eſſe judicet. Ioh. Ordel. *ad l fin. n. 550. de R. V. Prov. 19.* vbi melior eſt pauper juſtus, quàm litigioſus mendax; quia mendacium probroſa res, & viro probo indignum, vt ait Sopho. quod non multùm latet, teſte Menand.

Temporibus peccata latent, & tempore patent,

Quia mendacijs nitens paſcit ventos, & ſequitur aves volantes. Ordel. *ad l. fin. n. 492. de R. V.*

Mendacium & falſitas ſemper eſt turpis, vitioſa, flagitioſa & in 22.
quibus veritas eſt virtus: in illis ſuum contrarium, nempe mendacium, ſemper vitium exiſtit. Aug. *tr. de mendac. c. vlt. vbi vol. 4.* mendacium deteſtando inquit: nullum eſſe mendacium, quod non ſit contrarium veritati. Nam ſicut lux & tenebræ, pietas & impietas, juſtitia & iniquitas, peccatum & rectè factum, ſanitas & imbecillitas, vita & mors; ita inter ſe veritas & Mendacium. Ioh. Bapt. Magon. *de rect. patroc. rat. c. 25. n. 15.* Sic enim adverſatur veritati mendacium, vti bonitati malitia, & caſtitati luxuria, ita vt per illam Chriſto, per hoc diabolo ſimiles reddamur, qui pater eſt mendacij. *Luc. 11. &* Ioh. 8. Ioh. Ordelaph. *ad l. fin. n. 350. de rei vindic.*

Pulchro dilemmate mendacium litigioſum deteſtatur Plato in 23.
lib. de juſt. Dic age mihi, vtrum tu putas injuſtum litigatorem mentiri aut verum dicere? Verum dicere. Igitur mentiri injuſtum fuerit, nec nè? Sed an decipere juſtum Reis, aut non? nimirũ non decipere. Ergò decipere injuſtum eſt? ſic eſt. Lædere autem injuſtum ne eſt, an juvare? juvare. Ergò injuſtum lædere. Ergò verum dicere, juvare, non decipere, juſta ſunt? contrà decipere, lædere & mentiri ſemper injuſta. Ordelaph. *ad. d. l. fin. n. 491. de R. V.* Sic Theogn. argumentatur principium mendacij habere exiguum gratiæ, circa medium, lucrum turpe, malumq; in fine. Nec in verbis ſolùm deteſtandum eſt 24.
mendacium, ſed & in falſis factis, & ſimulatis actibus. Neviz. *in ſyl.*

 nupt.

32. *Negatur, quia omnis ſimulatio, & dolus deponendus.*
33. *Mendacium arguit dolum proferentis.*
34. *Mendacium jocoſum extra lites non punitur.*
35. *Falſitas & Mendacium foro exulent.*
36. *Montes aureos mentientibus non creditur.*
37. *Exercitus Litigatorum mendacijs pugnat.*
38. *Mendax Litigaturiens deſcribitur.*
39. *Mendacia & ſimulationes ſunt pro obſonio.*
40. *Difficile eſt verum à falſo & ſimulato diſcernere.*

INTER propinquas litium forenſium cauſas eſt FALSITAS,
1. MENDACIVM, & SIMVLATIO, quæ veritatem factorum alterant, & ita in litibus variant, vt ipſum quoq; jus commune propter mendacium varietur, & Germanicum circumferatur proverbium, Das dem Lugener ſo tieff ins Maul geſehen wirdt wie dem Warſager. Giov. Ant. Palaz. *p. 3. del gouer. di ſtat. c. 24.* Zanatar. *de pr. for. Mediol. n. 295.* Omnium graphicè has litium cauſas deſcribit Virgilius.

EST & NON cuncti monoſyllaba nota frequentant,
His demptis, nihil eſt hominum quod ſermo volutet.
Omnia in his, & ab his ſunt omnia, ſive negotI
Sive otI quicquam. ſeu turba, ſivè quietis,
Si conſentitur, mora nulla intervenit, EST, EST,
Sin controverſum, diſſenſio, ſubjiciet NON.
Hinc fora diſſultant clamoribus, hinc furioſi
Iurgia ſunt circi.

Vbi enim verum magis ſupprimitur, quàm in litigioſis homi-
2. num actibus & contractibus? Fallax certè & deceptrix res eſt FALSITAS, quæ veritatem imitatur, & lites ex litibus producit. *§. 1. in pr. ubi gl. in auth. de inſt. caut. & fid. l. cum filijs. §. heres. de leg. 2.* cum veri ſuppreſſio falſum habeat à σφάλλομαι, ſupplantor, deijcior, decipior. Auth. *presbyter. in 1. de ep. & cler. l. 1. §. 1. ad l. Corn. de fals. l. 2. C. ſi cont. jus vel vtil. publ. l. ſi is qui. 14. §. vtrum. de reb. dub.* Var. *lib. 5. de ling. Lat.* Tolos. *lib. 36. Syntag. c. 1. n. 3.* Exemplum vnum atq; alterum pro-
3. ducemus. Modò falſus creditor prodit, qui ſe ſimulat ESSE creditorem, & debitorem litibus moleſtat, cum NON ſit. *l. falſus. 43. de furt.* Modò falſus venditor, qui rem eandem duobus vendiderit, vel rem alienam

alienam ſcienter diſtraxerit, *l. qui duobus. 21. ad l. Corn. de falſ.* Damhou. *in pr. rer. crimin. c. 120.* & ita emptores ad litigia protraxerit, niſi prior negligens in exſolvendo precio, tempore debito, quo caſu impunè res alteri vendi, nec lis moveri poteſt. *Sal. & reliqui Dd. in l. quotiens. 15. C. de R. V.* Fab. à Monte *tr. de empt. & vend. q. 3 pr. n. 50.* Ias. *in l. 1. D. Pio. 15. §. ſed ſi emptor. n. 5. & ibi* Alex. *n. 3. de re jud.* Hip. de Mars. *in l. quod eſt verum. ad l. Corn. de fals.* Bonif. *tr. de furt. §. 9. n 93.* Idem, ſi prior venditio ipſo jure nulla fuerit. Alex. *cons. 85. col. 5. lib. 3* *Plot. in l. ſi quando. 9. n. 177. inf. C. vnde vi.* Bl. *conſ. 15. lib. 1. Menoch. lib. 2. aa. jj. qq. c. 381. n. 19.* Deniq; ſi ſecundus emptor ſciverit, rem prius alteri fuiſſe venditam, quia volenti non fit iniuria. *l. 1. §. vſque adeò de iniur. l. 34. C. de tranſact. c. ſcienti. 27. de R. I. in 6.* Harp. *ad §. item lex. Corn. 7. Inſt. de publ. jud. n. 3. & ſeqq.*

Sic falſus procurator dicitur, qui ſimulat, fingit, adſeverat falſa 4.
litigia, qui mentitur ſe eſſe procuratorem alterius. *l. ſi is qui. 75. de furt. l. ſi quis ſervo. 18. de ſolut.* Sic falſus tutor, falſum teſtamentum, falſus modius dicitur. *l. Paulus. 221. de V. S.* Hotom. *ill. qq. 17. p. 105.* Hering. *tr. de fidej. c. 20. §. 27. n. 37.* Sic falſus debitor, qui me abſentem in inſtrumento tanquam fidejuſſorem ſcripſerit, aut ſcribi curaverit. *l. qui velut. C. ad l. Corn. de fals. l. vlt. vers. iniquum. C. de conu. fis. deb. l. 1. C. de fidej.* Sic Bancorruptus, & fallita lites movet & fovet, imò litigiorum plauſtra in Reſpub. invehit, de quo conſequentia bona: Eſt decoctor atq; fallitus: Ergò fraudator. Bene Strach. *tr. de decoct. p. 3. n. 22.* Pruckm. *con. 19. n. 82. vol. 2.* Vnde falſitas eſt vera litium pro- 5.
creatrix & actus doloſus, veritatis mutandæ gratiâ ad alterum decipiendum factus: *Hoſtien. in ſum. de crim. fal. §. 1.* Wes. & Harpr. *ad §. 7. n. 2. Inſt. de pub. jud.* qui committitur conſenſu, verbis, ſcriptis, abvſu, & facto, ſpargiturq; per omnes proceſſuum chartas, & in omnibus litigijs veſtigia relinquit, vt vnus collitigatorum ferè ſemper falſitatis argui poſſit. Giov. Palaz. *par. 4. del gover. c. 11.* Conſenſu falſitas committur, quando quis alium per contractus circumvenit, & ad lites provocat. Verbis, ſi judex pecuniâ corruptus, vel aliàs dolo 6.
malo, legibus & conſtitutionibus contrariam tulerit ſententiam, & ita lites finitur' lites procreaverit. *l. 1. §. 3. ad l. Corn. de fals.* Damh. *in pr. rer. crim. c. 121. n. 8.* Vel ſi teſtis pro decidendâ lite ſciens & dolo malo falſum teſtimonium dixerit. *l. 1. ad l. Corn. de falſ. l. 14. C. de teſt.* Nec is ſolùm teſtis falſi poſtulatur, qui falſo reſpondit, & lites intrica-

T ij vit:

vit: ſed ille etiam qui interrogatus in judicio de re quâdam litigioſâ, veritatem ſubticuit, ſeq; nil ſcire affirmavit. *c. 1. ext. de crim. fals. Covarr. in c. quamvis. p. 1. rel. §. 7. n. 5. de pact. in 6.* Menoch. *lib. 2. aa. jj. qq. caſ. 310. n. 14.* Clar. *lib. 5. ſent. §. falſum. n. 5.* Scriptis falſitas committitur, ſi quis falſa inſtrumenta componat, dictet, in mundum redigat, aut inſtrumenta, regiſtra, rationes, acta, libellos, cautiones, chirographa, epiſtolas, ſcienter & in fraudem alterius lædat, corrumpat, mutet, adijciat, demat, radat, deleat, falsè ſubſcribat, falſa ſigilla appendat, aliudvé faciat, quò rei veritas non appareat, ſed lis ex lite oriatur. *l. 1. 2. 16. 23. & 25. ad l. Corn. de fals. Paul. 5. ſent. tit. 25. Damb. in pr. crim.*
7. *c. 122.* Harpr. *ad §. 7. n. 24. Inſt. de pub. jud.* Abuſu committitur falſitas, ſi quis collitigatorum dolosè falſis teſtimonijs aut inſtrumentis vtatur, vt litem vincat. *l. falſi nominis. 13. §. 1. ad l.* Corn. *de fals. l. 4. & 8. C. eod.* Sed excuſatur, ſi ante finem litis abſtineat & pæniteat. Harpr. *ad §. 7. n. 35. Inſt. de publ. jud.* Deniq; facto committitur falſitas, ſi quis collitigatorem deijciat, & ſe pro poſſeſſore gerat, ſicut etiam is, qui ſe pro Comite Palatino, Equite, Nobili, Doctore, Notario, cum non ſit, geſſerit; & ita lites accumulaverit, in hoc falſi crimen incidit. *l. 13. & 27. §. fin. ad l. Corn. de fals. l. vn. C. de inut. nom. Damb. in pr. crim. c. 123. n. 10.* Menoch. *2. aa. jj. qq. caſ. 318. Vult. 1. juriſpr. Rom. c. 49. n. 45.* Tolos. *lib. 36. Synt. c. 4. n. 1.*
8. Quod ſi litigator falſum dicat, & putet verum eſſe quod aſſeveraverit, excuſatur. *c. homines. 22. q. 2.* quia requirũtur 3. ad falſitatem, immutatio veritatis, dolus, & ſi alteri collitigatori nocumentũ ſive damnum inferatur, ſine hoc enim falſitas non punitur. *l. quid ſit fals. 13. ad l.* Corn. *de fals. l. ſi quis in pign. 36. §. vlt. de pig. act. Clar. §. falſum. n. 9. & 35.* Covar. *c. quamvis. p. 1. relect. §. 7. nu. 6. de pact.* Menoch. *22. aa. jj. qq. cas. 307.* Tolos. *d. lib. 36. c. 1. n. 6.*

Falſitas eſt imago quædam, & quaſi ſimia veritatis in litibus vſitatiſſima, à qua aliquantulum calummia & mendacium diſtat, dicente Kellero: *lib. 1. de off.° jur. pol. c. 20.* Giov-Ant-Palazz. *p. 4. del goueruo di ſtato. c. 11.* indubitatè affirmat, nullas lites futuras, modò mendacium non ſit. E tantò accreſciuto il maladetto vitio della Bugia, che s'egli non vi foſſe affermeriano indubitatamentè, che non vi Sariano litigi nella Republica. Ergò exoſam Mendacium Litigaturientium malitiam vlterius contemplemur, deteſtemur, fugeamus.

9. Eſtque Mendacium, quod habet falſam ſignificationem vocis cum

cum voluntate fallendi. Et fallere ſemper eſt voluntatis, falli, vel infirmitatis vel temeritatis. *c. beatus P. §. 1. 22. q. 3.* Tolos. *lib. 36. ſynt. c. 1. num. 5. Auguſt. de verb. Apoſt. ſermo 38.* Ordelaph. *ad l. fin. n. 361. de R. V.* Sed tam vafrè & callidè veritatem imitatur mendacium, vt auditorem etiam doctum decipiat. Etenim cum bonarum mentium ſit culpam agnoſcere vbi culpa non eſt, & debitum potius fateri, quàm falſis & litibus & malitijs ſe implicare. *not.* Hering *tr. de fidej. c. 1. n. 87.* Thales Mileſius interrogatus, quantum à veritate diſtaret mendacium? Reſpondit, quantum oculi ab auribus. Ordel. *ad l. fin. nu. 490. de R. V.* Mentiri dicitur, quaſi contra mentem ire, & veritatem immutare, vt Nigidius Figulus de finivit. Cypræ. *de jur. Con. c. 4. §. 15. no. 3.* Ioh. Ordel. *ad. l. fin. n. 491. de R. V. c. beat. §. ille 22. q. 2. l. generaliter. C. de non num. pec.* quia mens repellit mendacium, nec admittit interpretationem cavilloſam, vbi verborum ſenſus clarus eſt. Dec, *cons. 633. nu. 4.* Alex. Turram. *ad l. & ideò. n. 11. de ll.* Pruckm. *cons. 50. nu. 9. & ſeqq.* Sed, proh dolor, quotusquisque eſt tàm in judicijs, 10.
quàm extra, qui non contra mentem eat? Advocatus contra mentem collitigatorum lites in infinitum differt & protelat, collitigatores ſæpè contra mentem contractus, teſtamenti, inſtrumenti, & aliarum ſcripturarum mentiuntur. Teſtes contra mentem veritatem celant, judices contra mentem legum judicant. Denique quid aliud litigia, quàm mendacij, falſitatis, cupiditatis & avaritiæ veſtigia, quibus inducti homines litigaturientes aut totum factum negant, aut mutant, aut alterant, & ita lites accumulant. Giov. Ant. Palaz. *p. 3. del. gouer. di ſtato. c. 26.* Quid Cicero, nonne malitioſam Munatij litem tantâ verborum caligine involvit, vt eam judicibus probaret? Quid accuſatores Socratis, nonne tantis lenocinijs ſuam orationem ornarunt, vt ipſe Socrates, teſte Platone, confiteretur, eos valdè probabiliter dixiſſe, licet verbum verum non protuliſſent? Hæc eſt illa dementatrix humani ingenij falſitas. Sic delinquentium mentiri 11.
proprium eſt, vt ait Ioh. Ordelaph. *ad l. fin. nu. 536. de R. V.* exemplum Caini inducens. Sic, vt paulum de litibus publicis dicamus, nihil vſitatius inter milites & mercatores, quàm vt parvi lucelli gratiâ in vna hora aliquoties Deum abnegant, diabolo ſe voveant, & quoties loquantur, toties mentiantur. Hinc Chryſoſt. apud Gratjan. *c. ejiciens. 88. diſtinct.* Mercator ſine mendacio, *inquit*, & perjurio eſſe non poteſt. Et Demoſth. *in orat. pro Phorm.* ingens, *ait*, eſſe miracu-

lum, ſi idem mercator induſtrius videatur, & probus. Godelm. *lib. 3. de Mag. Iam. & Veneſ. c. 11. n. 50. &* Tolos. *lib. 25. ſyntagm. c. 15. nu. 8.* vbi mercatorum encomia refert. Vnde crebra in emptionibus, venditionibus mendacia committuntur, & ex mendacijs creberrima naſcuntur litigia. Ratio, quia mendacium impedit liberum conſenſum, ſinequo nulla emptio aut venditio celebrari poteſt. *pr. Inſt. de obl. l. 1. §. vlt. de contr. empt.* Bocer. *in l. contr. c. 4. n. 7. de R. I.* Maſcard. *de prob. concl. 69. n. 7.* Pruckm. *cons. 49. n. 114.*

12. In militibus ferè requiſitum eſt vt mentiantur. h. e. Das ſie groß ſprechen / vnd wenig erfahren. Quod non de illis qui contra Turcam & infideles militatum eunt, dictum velim, ſed qui in vaporarijs delitescunt, vibices generoſi Martis, milites ad prædam & malitiam, non juſtitiam, latrones, ſicarij, agrorum depopulatores, graſſatores & ſeditioſi, Offentliche ſtreiffer vnd Landtzwinger / qui cum deberent eſſe defenſores oppreſſorum, miſeris agricolis, imò nobilibus in confinijs lites atque malitias movent. O pudor! o honos! quò iviſtis? Exules facti à militia ad malitiam redijſtis in Europa, vt Hering. exclamat *tr. de fidej. c. 7. n. 162. per. gl. Lat.* Landtrecht. *lib. 1. art. 27. l. per. Illyricum C. de cohort. lib. 12. L. 17. C. de poſtlim. revers.* Goedd. *de contrah. ſtip. c. 7. concl. 17. n. 305. confer.* Lips. *de mil. Rom. lib. 5. dial. 20. & lib. 5. polit. c. 8.* Iov. Pont. *lib. 2. amor.* Fr. Flor. Sab. *de C. Iul. Caſ. præſt. lib. 1. pag. 2. 3. 4.* Pet. de Andlo. *tr. de Rom. Imp. lib. 2. c. 13. §. & huiusmo. milites.* An.
13. de Gam. *dec. Lus. 365. num. 1. & 2.* Quid de reliquis myſtis, ſophiſtis, aulicis, & mille alijs mendacibus dicam? cum totus mundus fallat ſimulatione, h. e. mendaci affirmatione; & diſſimulatione, h. e. mendaci negatione. Otto. Caſm. *de mund. immund. c. 34. pag. 371.* Warem. de Erenb. *lib. 2. de fœder. c. 1. nu. 95.* Vellei. *lib. 2.* hæc, *inquit,* ſunt arcana, quibus aliud dicitur, aliud intelligitur. Sicut Papa Celeſtinus, qui revocabat veſpere quæ conceſſerat mane. Bl *con. 327.*
14. *col. 1. lib. 1.* Matag. de Matagon. *ad Italo-Gall. p. 196.* At mentiri, perplexè, intricatè, confuſè, titubanter, ſimulatè loqui, tergiverſari, litigurire atque abligurire bona alterius ſervile eſt, ac libero homine indignum, hortantibus Chriſto ad Rom. 8. & Paulo ad Phil. 4. Levin. Lemn. *ad vit. opt. inſt. c. 38.* Ad. Keller. *lib. 1. de off. juriſd. pol. c. 20.* imò mentiri nihil aliud eſt, quam ſcienter falſum dicere. *l. 1. §. 1. ad SCt.* Turpil. Menoch. *con. 41. nu. 4. & 25. & cons. 214. nu. 86.* Ias. *in l. ſi quis extraneus. 21. pr. n. 5. de acquir. vel omitt. hered.* Soc. jun. *con. 123. n. 22.*

lib. 2.

lib.2. Lancell. Conra. *tr. de duel. p. 1. concl. 19. nu. 9. & par. 6. concl. 107. n. 2.* Harpr. *ad §. hac act. 12. n. 155. Inſt. de injur.*

Vnde tàm deteſtanda res eſt Mendacium præſertim litigioſum, 15.
vt Philoſophus magnæ ſapientiæ attribuat, detegere, quem fuiſſe mentium, inquiens, duplicem eſſe ſapientis operationem, alteram non mentiri, alteram mentientem detegere, vt ſapiens non ſit quicunque mentitur, & econtra qui mentientem detegit, jure optimo ſapiens dicatur. Ioh. Ordel. *ad l. fin. n. 370. & 2. ſeqq. de R.V.* Gell. *lib 11. c. 11.* vir bonus præſtare debet, ne mentiatur: prudens, ne mendacium dicat. Ratio prioris, quia mendacium in litibus gravioribus ſcelus eſt, ſecundum illud Plaut, in Mercat.

Mihi ſcelus quoq; videtur, me petenti proloqui mendacium,
In alijs vanitas, inconſtantia, ſtultitia.

Iov. Pont. *lib. 2. de Sermon. c. 2. 5. & 12.* Tolos. *lib. 39. ſyntagm. c. 15. n. 1.* Sic Vlyſſes quia mendax, ſcelerum inventor à Marone appellatur. Ordel. *ad l. fin. n. 547. de R V.* Et Perſæ, crimen capitali animadverſione dignum exiſtimabant Mentiri. Quò facit text. *in c. ne quis arbit. 22. q. 2.* vbi notatur, mendacium in hominibus perfectis eſſe mortale peccatum: præſertim mentiri in judicio. Morla. *in emp. jur. p. 1. t. 2. q. 1. num. 3.* Atque hinc etiam mendacium dicitur eſse peccatum contra naturam. Thom. *2. 2. quæſt. 110.* Neviz. *in ſyl. nupt. in ritu eſt nubend. n. 25.* Mag. *de recta patroc. rat. c. 25. nu. 26.* Socin. *conſ. 13. col. 4. vol. 1.* Hier. Alban. *ad* Br. *in l. & eleganter. §. fin. lit. b. de dolo.* Harpr. *ad §. injuria. 1. n. 74. Inſt. de injur.* Mendacium & peccatum gravius fornicatione, & perjurio ſecund. Pelin. *in c cum dilem. de accus* Dec. *in c. at ſi clerici. n. 37. de jud.* Luc. de Pen. *in l. mil. C. de incol. lib. 10.* Denique veritatem litis ſemel agnitam impugnare malitioſo & litigioſo prætextu eſt peccatum in Spiritum Sanctum. *c. quisquis 11. q. 3. c. 1. de crim. falſ.* Ergò improbi & ſcelerati hominis eſt mentiri, & uti verax homo vbique laudatur, ita vituperatur mendax. Ariſt. Eth. *4. prov. 13.* Ioh. Ordelaph. *ad l. fin. n. 512. de R. V.* vbi ait, mendacium propriè hypocritum eſse, qui ſimulant, diſſimulant, & aſtutam gerunt ſub pectore vulpem, *vt ait* Sarisber. *lib. 7. de nug. curial. c. 21.* 17.
in virum bonum enim non cadit mentiri. Cic. *3. off.* & mendacium odit quivis prudens, & ſapiens teſte Cleob. Et Socrates mori maluit, quàm cum mendacio ſe excuſare. Cic. *lib. 1. de* Orat. & Laert. *in Socr.* Papinianus mori malvit, quàm fratricidium defendere, & mentiendo

do lites injuſtas contra mentem tueri. Vt & Pomponius Atticus, quia mendacium non dicebat, ita nec dici pati poterat. Corn. Nep. in vita Pomp. Att. Quod ſi omnes noſtri litigaturientes ejusmodi eſſent Socrates, Papiniani, aut Pomponij, parum aut nihil litigij ſupereſſet. Nec adverſantur levia & brevia mendacium oblectamen-
18. ta, aut potius irritamenta, 1. ex S. Scripturâ omnes homines eſſe mendaces, h.e. peccatores, quia mentiendo peccatores & vitilitigatores efficiuntur, teſte Auguſt. Ioh. Ordel. *ad l. fin. n. 487. de R. V.* 2. nec illud medicum, medicis, propter medicamentum, mendacium eſſe licitum, teſte Plat. *lib. 1. de Repub.* cùm quia improbatur: *c. cum infirmitas. de pœn. & remiſſ.* tùm, quia Romanis medicorum ſervile & abjectum munus fuit. *arg. l. Thais. 41. §. Lucius. 6. de fideic. lib l. alimenta. 16. §. 1. de alim. vel cib. leg.* ac Medicina à liberalibus diſciplinis disjuncta, *arg. l. 1. §. 1. de var. & extraord. cogn.* & Romam ſine medicis annos amplius 600. floruiſſe M. Cato teſtis eſt. Ergò mentiri, quod per ſe ſervile eſt, potuerunt. Nec proinde à ſervilibus ad nobiliorem jurisprudentiam licet argumentari. *arg. cor. quæ trad.* Bodin. *lib. 3. de Repub. c. 8.* Tiraq. *de nobil. c. 31. n. 361.* Harpr. *ad pr. tit. inſt. de obl. ex del.*
19. *vel quaſi. n. 9.* 3. Nec illud juridicum opinionem veritati præferri, ſicut bipedalem ruſtici opinantur ſolem, cum centies ſexagies ſexies terrâ ipſa maior ſit. Pan. *in c. ſolitu. n. 8. de maj. & obæd. Clau. in. Sphæ.* Ioh. de Sac. Buſto. quia illud dicitur propter auctoritatem rei judicatæ, non autem vt opinio veritati præferatur, & ne lites multiplicari contingat, vnde res judicata pro veritate habetur fictione inductivâ. *l. ingen. de ſtat. hom. l. res jud. de R. I.* Ioh. Ordelaph. *ad. fin. n. 615. de R. V. c. cum inter de re judic.* Dec. *con. 44. n. 25.* Zas. *con. 3. n. 1. vol. 1.* Rol. à
20 Vall. *con. 98. n. 2. vol. 2.* Cui. *16. obs. 32.* Reyg. *diſp. 8. pr. ind. th. 15.* Denique nec adverſantur octo mendaciorum gradus, quorum varietate maius minusvé delictum eſſet mendacium. *c. primum. & c. ne quis. 22. q. 2.* nec quod alij triplex mendacium faciunt, jocoſum, officioſum, pernitioſum. Ioh. Bapt. Mag. *de rect. patroc. rat. c. 25. n. 12.* Ayrier. *par. 1. proc. hiſt. c. 7. obs. 9. n. 2.* Celebris eſt vitiorum continuatio quadruplex: periclitatur caſtitas in delitijs, humilitas in divitijs, veritas in multiloquio, probitas in negotio.

Qualecunq; enim eſt, peccatum eſt, quia omne mendacium homines dijque oderunt. Plat. *lib. 2. de Repub.* Quod correſpondet Pſal. 5. Et Mendacium ſicuti inferorum januam odibile eſſe Homer.

Il. 9.

ll. 9. dicebat. Ioh. Ordelaph.*ad l. fin. n. 494. de R. V. Iſid. in Synon.* Omne genus mendacij ſummoperè fuge, nec caſu, nec ſtudio loqueris falſum, nec qualibet fallaciâ vitam alicui defendas, cave mendacium. Aug. *ſup. epiſt, ad* Gal. Si quis ad te confugerit, qui de mendacio tuo 21.
poſſit à morte liberari, non es mentiturus. Vtrobiq; enim fallendi intentio, & falſa vocis ſignificatio, mendacium. Ioh. Bapt. Mag. *de patroc. rat. c. 25. n. 17.* Os quod mentitur occidit animam. *Sap. 1. c. omne. 22. q. 1.* Tolos. *lib. 39.* Syntagm. *c. 15. n. 3.* & infelix, qui mendacia, etſi bona videantur potius vſurpat, quàm mala eſſe judicet. Ioh. Ordel. *ad l fin. n. 550. de R. V. Prov. 19.* vbi melior eſt pauper juſtus, quàm litigioſus mendax; quia mendacium probroſa res, & viro probo indignum, vt ait Sopho. quod non multùm latet, teſte Menand.

Temporibus peccata latent, & tempore patent,

Quia mendacijs nitens paſcit ventos, & ſequitur aves volantes. Ordel. *ad l. fin. n. 492. de R. V.*

Mendacium & falſitas ſemper eſt turpis, vitioſa, flagitioſa & in 22.
quibus veritas eſt virtus: in illis ſuum contrarium, nempe mendacium, ſemper vitium exiſtit. Aug. *tr. de mendac. c. vlt. vbi vol. 4.* mendacium deteſtando inquit: nullum eſſe mendacium, quod non ſit contrarium veritati. Nam ſicut lux & tenebræ, pietas & impietas, juſtitia & iniquitas, peccatum & rectè factum, ſanitas & imbecillitas, vita & mors; ita inter ſe veritas & Mendacium. Ioh. Bapt. Magon. *de rect. patroc. rat. c. 25. n. 15.* Sic enim adverſatur veritati mendacium, vti bonitati malitia, & caſtitati luxuria, ita vt per illam Chriſto, per hoc diabolo ſimiles reddamur, qui pater eſt mendacij. *Luc. 11. &* Ioh. 8. Ioh. Ordelaph. *ad l. fin. n. 350. de rei vindic.*

Pulchro dilemmate mendacium litigioſum deteſtatur Plato in 23.
lib. de juſt. Dic age mihi, vtrum tu putas injuſtum litigatorem mentiri aut verum dicere? Verum dicere. Igitur mentiri injuſtum fuerit, nec nè? Sed an decipere juſtum Reis, aut non? nimirũ non decipere. Ergò decipere injuſtum eſt? ſic eſt. Lædere autem injuſtumne eſt, an juvare? juvare. Ergò injuſtum lædere. Ergò verum dicere, juvare, non decipere, juſta ſunt? contrà decipere, lædere & mentiri ſemper injuſta. Ordelaph. *ad. d. l. fin. n. 491. de R. V.* Sic Theogn. argumentatur principium mendacij habere exiguum gratiæ, circa medium, lucrum turpe, malumq; in fine. Nec in verbis ſolùm deteſtandum eſt 24.
mendacium, ſed & in falſis factis, & ſimulatis actibus. Neviz. *in ſyl.*

nupt. verb. eſt nubend. fol. 89. arg. Matth. *c. 23.* vt ſi quis contraria alleget, committitur mendacium, quod ſui naturâ malum, & ſemper affert culpam venialem. Sed ſi hujusmodi mendacia fiant cum juramento, vtique contrahitur crimen lethale. Ioh. Pet. Ala. *tr. de Adu. & Caus. Chriſt. p. 1. q. 40.* Covar. *1. var. res. c. 2. n. 3.* Hoc malitioſo
25. ſeculo omne factum eſt ſimulatum, ſimulamus probitatem, ſimulamus ſcientiam, ſimulamus juſtitiam, tout noſtre facit, n'eſt que PARADE *inquit* M. Iacq. Faye. *la. 6. remonſtr. pag. 224.* Ingeniorum Græciæ flatibus impellimur & equi ſummus magis ad pompā quàm fortes. Simulationes enim adinſtar florum celeriter cadunt, & nihil ſimulatum poteſt eſſe diurnum: Rebuff. *tr. de privil. ſcholar. priv. 141. num. 32.* paucis & ad breve tempus imponitur. M. Iacq. Faye. *la. 6. remonſtr. p. 223.* Vsque adeò vt tanquam antiqui boves, quibus affigebatur fænum in cornu, ab omnibus qui oderunt malos cautè vitentur.

Decipies alios verbis, vultuq; benigno,
Nam mihi jam notus diſſimulator eris.

Keller. *lib. 1. de off. iur. pol. c. 20.* Simulata innocentia non eſt innocentia, ſed duplex malitia, quia & malitia eſt, & ſimulatio. Æquitas quoque ſimulata non eſt æquitas, ſed duplex iniquitas, quia iniquitas eſt & ſimulatio, *inquit* Ioh. Saresbetien. *in policrat. lib. 5. c. 5.* Knich. *in præf. com. Sax, pag. 11.* ſimulata pietas & ſimulata IVSTITIA
26. mutationem totalem præſagiunt. Simulatio enim duntaxat imaginem & non medullam Veritatis habere dicitur, & eſt tanquam corpus ſine ſpiritu. Natta. *con. 77.* Hier. Magon. *dec. Flor. 9. no. 23.* Paris *con 53. no. 11. vol. 1.* Paurmeſt. *lib. 1. de jurisd. c. 25. 10. 13.* Sic ſimulatus contractus, ſimulatum teſtamentum, ſimulatum inſtrumentum, quid aliud quam lites pariunt, & exceptionem Simulationis. Fr. Curt. *con. 54. col. 2.* Socin. *264.* Pari. *con. 86. no. 52.* Tiraq. *de retr. fol. 29. no. 15.* Cicero *1. offic.* totius injuſtitiæ nulla eſt capitalior, quàm eorum, qui tum cum maximè fallunt, id tamen agunt vt boni viri eſse videantur. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p. 78.* vbi conqueritur de ejusmodi ſimulatoribus, qui datâ occaſione proprijs Dominis callidè & calidè imponunt, & adhuc magnas reportant gratias.

O vexatores gyaris & carcere dignos!

Hirci ſunt, qui nec arboribus proceris parcunt, aut ſues, quæ propter vnam radicem totum hortum eradicant vaſtantque. *Id. ib.*

Vnde

Vnde facilis eſt deciſio quæſtionis in practica admodum vſitatæ, v- 27.
trum prudenti diſſimulatione veritatem occulare liceat, quod vocãt
Höfflich liegen? Quandoq; concedi ait Auguſt. lib. cont. mendac. &
probant exempla Abrahami Gen. 20. Iacobi Gen. 27. Iudith. c. 10.
Saulis 1. Sam. 10. Davidis Pſal. 37. imò Deus ipſe diſſimulat hominum
peccata vt reſipiſcant. Sap. 11. Sed ejusmodi ſimulationes ad vtilitatem aliquam, quæ non nocent, ſed potius docent, à mendacijs ſeparandæ ſunt, monente Tolos. *lib. 39. ſyntagm. c. 15. n. 10. c. vtilem ſimulat. q. 2.* Hic enim ſimulationis vſus & neceſſitas eſt aliquando, vt 28.
ad effectum conſiliorum ſuorum veniant, multa oportet ſimulent
inviti, diſſimulentq; cum dolore conſiliarij & aulici. Kell. *lib. 2. de off. jurid. pol. c. 5.* P. Greg. Tol. *lib. 24. de Repub. c. 6. n. 5. & ſeqq.*

Arma parent, & quæ ſit rebus cauſa novendis
Diſſimulent. inq. Virg. lib. 4. AEn.

Ratio, quod ſi in privatis contractibus aliquid ſine dolo malo poſſit agi, aliud ſimulari; quantò magis in publicis negotijs, quorum majus momentum, & major dignitas. *teſte.* Cic. *lib. 10. epiſt. 9.* Sed prius: Ergò & poſter. *l. 1. de dolo malo.* vbi adjectio nominis mali non eſt perpetuum doli epitheton, vt pacti nudi, quia nullum eſt veſtitum, vt morbi acuti, quia nullus eſt obtuſus, ſed Diaſtole. Cujac. *ad. d. l. 1. de do. ma.* Garz. *tr. de fine jurispr. n. 275.* Borch. *de pact. c. 6.* Neviz. *lib. 4. ſyl. nupt. n. 135.* Dolus enim bonus prudentiæ adſcribitur, & ſic clavus clavo pellitur, paxillus paxillo, labor labore. Tiraq. *in præf. tr. de ret. Leg. nu. 20.*

Sic ſtratagemata jure conceſſa, quæ ſimulatâ arte, prudentia & 29.
ſolertiâ, vel in cavendo, vel opprimendo hoſte excogitantur & perficiuntur Zvving. *lib. 3. theat. vol. 7.* Poliæn. *tr. de ſtratag.* Thucyd. *lib. 5. & 8 Gell. lib. 12. c. 9. Lips. lib. 5. pol. c. 17.* Alph. Alvar. *in Spec. ſum. Pontif. c. 43. Sylv. in hiſt. de Europa. c. 43.* jure humano, *l. nihil intereſt. 26. de capt. & poſtl. revers. l. 2. C. de com.* Divino. Ios. *8. vbi Aug. q. 8.* Deut. *16. Num. 2. 1. Sam. 5. vers. 23.* Iudith. *20. Danæ. lib. 7. pol. chriſt. c. 6.* Alb. Gentil. *de ju. belli. lib. 2. c. 3.* Ioh. de Lign. *de bello. c. 65.* Boter. de Stratag. *lib. 9. p. 283.* vbi non ſufficit pellis leonina, *inquit*, ibi vulpina eſt aſſumenda. Falſum enim non committimus veritatem celantes ho- 30.
ſtem, vti Ventini mendacia narrata à Dione lib. 49. non improbantur, vt nec Themiſtoclis quo Xerxem exegit è Græcia. Alber. Gent. *lib. 3. de legat. c. 16.* Sicuti hoc litigioſo noſtro ſeculo nihil vſitatius, fre-

quentius & communius, quàm vti ſimulatione & diſſimulatione, liegen vnd triegen / ſolches helt man an etlichen orten für ſpitzfindige Subtilliteten/vnd Spaniſche graviteten. Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 7.* Ita

Seditione, dolis, ſcelere, atq; libidine, & irâ,
Iliacos intra muros peccatur, & extra

31. Hinc litigaturientes ſua & conſtruunt & adſtruunt ſtratagemata forenſia, Juriſten poſſen/quaſi licita eſſent in bellis: & quia lites nihil aliud, quam prælium civile, ergò & in ijs licita eſſe deberent, nec teneretur ad reſtitutionem, qui per dolum recuperaverit quod ſuum erat: Bl *in l. vlt. de dolo malo.* & ſic advocatus litem habens juſtam poſſit decipere adverſarium: *arg. c. 1. 3. q. 4.* Tiraq. *in præf. tr. de ret. leg. n. 40.* Warem. de Erenb. *lib. 1. de fæder. c. 2. n. 62.* Sic litigaturientes fingerent regulam in defenſione reorum pertractanda licere vti mendacijs & periurijs, ſecundum illud Pindari apud Scobæum: *οὐ νέμεσις καὶ ψεῦδος ὅπερ ψιχης ἀγόρευειν*, non eſt reprehenſio, mendacium pro
32. ſalute ſua dicere. Verùm hæc forenſia litigaturientium ſtratagemata, imò mendacia pernitioſa fovent lites atq; malitiam, continent perjurium, iniuſtitiam & falſitatem. Ergò diligenter evitari debent. D. Thom. *2. 2. quæſt. 70. art. 4.* Navar. *in man. c. 25. n. 40.* Toleta. *in ſum. lib. 5. c. 59.* Ioh. P. Ala. *tr. de adv. & cauſ. Chriſt. p. 1. q. 73.* cùm quia 1. Pet. *1. verſ. 2.* omnem dolum deponendum, & omnes ſimulationes monet abijciendas, *ref. nob.* ICto War. *de* Erenb. *lib. 1. de fæd. c. 2. n. 62.*
33. tùm quia omne mendacium arguit dolum ejus à quo profertur, ſive ſit collitigator ſive advocatus. *can. is autem. 22. q. 2. l. ſi quis affir. 9. de dolo malo.* Panorm. *& alij in c. ſuper lites. 20. de reſcript.* Harpr. *ad §. 1. n. 72. Inſt. de injur.* Deniq; mendax regulariter in dolo præſumitur, ſi mendacium in ipſius commodum vergat. *l. quamvis. ff. de reb. cor. qui ſub tut.* Dd. *in l. eleganter. §. fin. de dolo. Capic. dec. 19. n. 6.* Menoch. *an. ij. qq. cas. 276. n. 8.* Hartm. Piſt. *p. 1. q. 29. n. 4.* Hering. *de fidej. c. 27. n. 216.*
24. Niſi mendacium ſit jocoſum, & extra lites in parabolis, apologijs, & alijs eiusmodi diſcurſibus prolatum, vt ſi quis Titum hiſtoriam aliquam recitantem, vel referentem novo-falſa; & falſo-nova, mentiri dicat, litem propterea moveri poſſe non exiſtimo. *Br. in l. elegan. 7. §. vlt. de dolo malo per. l. 21. §. 1. de act. rer. amot.* quidquid ſentiat Harpr. ad *d. §. 1. n. 73. & 3. ſeqq. Inſt. de injur.* Quia Tito non prodeſt novorum deſiderium, & nemini obeſt. At falſitas ſine nocumento committi nequit. Ergò mendacium propriè non dicitur, nec punitur.

Auguſt.

Auguſt. *in quæſt. ad Gen. c. 45. c. quod au. 22. q. 2.* Diph. *apud Stobæ. in mendac.* *καιρῷ τιθέμενον ψεῦδος ὡς καρπὸν φέρει.* mendacium poſitum in tempore lucrum adfert.

In foro litigioſo autem falſitas & mendacium exulare debent, alias infinitas lites dabunt, & procurabunt *arg. l. jubemus. C. de teſtam.* Euſeb. nulli concedendum ait, in civitate ita mentiri etiam ob vtilitatem aliquam, niſi veritatis ſtudioſo, & prudenti viro, qui quo tempore, quoq; modo natura mendacij non ſoleat obeſſe intelligat, & neceſſariæ commoditatis cauſâ ſecuturæ mendacium id faciat. Toloſ. *lib. 39. Synt. c. 15. n. 10.* At veritatis ſtudioſus non facilè mentietur, neq; prudens, quia mendacij calumnia vitam hominum lædit: & mendax in vno in omnibus præſumitur mendax, in præteritum atq; futurum, idq; tantò facilius, quantò promtius quis conſuevit promittere maria, & montes aureos: Maſc. *vol. 2. de prob. concl. 1024. n. 3. & 4. arg. l. fin. de R. V. & c. ſemel. malus. de R. I. in 6.* Keller. *lib. 3. de off. jurid. pol. c. 20.* in tantum, vt ſemel mentientibus fidei amplius non habeatur, etiamſi veritatem dixerint. Cyn. *in l. tranſigere. n. 3. C. de tranſact.* Neviz. *lib. 4. Sylv. nupt. n. 25. per l. etſi. C. ſi contra jus. c. ſuper literis. ext. de preſcript.* Sneidvv. *in §. ſuſpectus. n. 9. Inſt. de ſuſp. tut.* Hering. *tr. de fidej. c. 27. n. 213.* 35. 36.

37. Ex his ita diſcurſim dictis atq; deductis conſtat, quàm deterrimum, imò tartareum monſtrum ſit mendacium: Nihilominus ſuos habet ſectatores, vti puppa amaſios; in omni ſtatu præſertim politico, quo litigia & malo exemplo & patriæ ruinâ agitantur, quia exercitus litigatorum non aliter atq; apium apud tribunalia convolat, & mendacijs pugnat contra veritatem, Chriſtum, & divina præcepta, vt ait Giov. Ant. Palaz. *p. 4. del gover. di ſtato. c. 11.*

Atq; ita mentitur, ſic veris falſa remiſcet,
Primò ne medium, medio ne diſcrepet imum.

Clapmar. *6. de arcan. rerumpub. c. 18.*

38. Proceſſus enim voluminoſi in judicijs agitati, ſunt veſtigia & ſemina mendaciorum, quæ ſi ceſſarent, & veritas amaretur, non opus eſſet tot cauſidicis, notarijs & alijs: ſed ſoli judices ſufficerent, qui in litibus dubijs libros volutarent, & veritatum rationem invenirent facto conſtante nec abſcondito peſſimis mendacijs. Palazz. *d. p. 4. del gover. c. 11.* vti fallacem & mendacem litigaturientem depingit etiam Gunth. in Ligurin. *lib. 3.*

Pulchram fallendi noverat artem
Veris falſa probans: quia tantum falſa loquendo
Fallere nemo poteſt, veri ſub imagine falſum
Influit, & furtim deceptas occupat aures.

Sicut enim deformes mulieres facie tinctæ, falſoq; colore ementito ſæpè formoſis puellis adnumerantur: ita etiam illa quæ falſa ſunt, tam veriſimiliter expoliri poſſunt, vt ijs quæ vera ſunt probabi-
39. liora eſſe videantur, teſte Ariſt.

Mirantur & rimantur cauſas alij, cur non æquè hoc litigioſo & malitioſo ſeculo blaſphemiæ, execrationes, contumacia in parentes, calumniæ, obtrectationes, mendacia, ſimulationes, & alia quæ nunc pro obſonio ſunt, vindicentur atque alia crimina. Wes. *in Supp. ad Schneidw. §. item l. Iulia. inst. de pub. jud.* Godelm. *lib. 3. de mag. & venef. c. 11. n. 49.* cum eiuſmodi veniæ facilitate, paſtoriſq; ſocordiâ ſuppullulent pernitioſæ delinquendi & litigandi libidines. *c. error. dist. 83. c. iniusta. 23. q. 4.* Ioh. Bapt. Coſt. *in tr. de jur. & facti ignor. reg.*
40 *21. n. 9.* Pruckm. *c. 16. n. 5. vol. 2.* Sed latius de his in *c. 14.* de abuſu litium criminalium. Hæc de falſitate, mendacio, & ſimulatione vti proximis litium forenſium cauſis generalibus ſufficiant: cum difficile ſit, verum à falſo, rectum à ſimulato, & æquum ab iniquo diſcernere. Pollet. *lib. 5. hist. for. Rom c. 17.* Id quod etiam ſapientiſsimos IVSTITIÆ Sacerdotes interdum fallat, quorum propriũ eſt æquũ ab iniquo ſeparare: licitum ab illicito diſcernere. Vlp. *L. 1. de just. & jur.* Ita IVSTITIA & Veritas tunc opprimi videtur & quaſi obfuſcari, cum ea non legitimo modo defendatur, *c. error. dist. 83.* Cothin. *reſp. 1. n. 583.* Tam enim Reus eſt, Veritatem qui occultat, quam mendacium qui dicit, eo ipſo quia dum prodeſſe non vult, æquè ac hic deſiderat nocere. *c. quisquis. 11. q. 3. c. 1. de crim. fals.* Cothin. *d. reſp. 1. n. 586.* Nunc de caſtris mendacium, ad ignorantium roſtra progrediemur.

CAPVT XI.

De Litibus ex ignorantia, paupertate, & ebrietate provenientibus

SVMMARIA.

1. *Mendacium profertur ignorantiâ, aut ſtudio.*
2. *Ignoratio juris, & rerum judicatarum cauſſa litium.*

3. *Diſsimilia litium ſimilium exempla.*
4. *Ignorantia mater errorum, & cæcitatis*
5. *Ignoratio Legum, occaſio litium.*
6. *Ignorantia præſumitur ob intellectus anguſtias.*
7. *Ignorantiæ fratres lites ex litibus ſerunt.*
8. *Minus nocet malitioſum, quam ignorantem eſſe.*
9. *Facultates juridicæ jus conſuetudinarium ignorant.*
10. *Perſuaſio quorundam ſe nihil ignorare.*
11. *Informationes juris* Rechtsbelehrung *lites protelant.*
12. *Informationes ex totis actis prævalent.*
13. *Iuſtitia contrarium litem diverſimode decidi.*
14. *Ignorantes contrariè lites terminant.*
15. *Error non facit jus, ſed lites auget.*
16. *Dubitatio in Legibus, litibus, judicijs.*
17. *Ignoratur qualis actio ſive lis ſit inſtituta.*
18. *Ius ipſum ignoratur, & ROTA rotat.*
19. *Transmiſsio actorum* Auß Rechtsbelehrungen.
20. *Academici plerumq; ſtatutarium jus ignorant.*
21. *Pomerania quatenus ſervet jus Saxonicum.*
22. *Sententiæ publicantur absq; judice & jurisdictione.*
23. *Ignorantia 1. duplex, Malitioſa & ſimplex.*
24. *Ignorantia latæ, non leviſsimæ culpæ annumeratur.*
25. *Diſtinctiones Dd. circa culpam latam, leviſsimam.*
26. *Ignorantia quatenus excuſet mulieres, milites, Ruſticos.*
27. *Ruſtici hodierno ſeculo litigioſi.*
28. *Ignorantia juris naturalis neminem excuſat.*
29. *Paupertas eſt litigandi occaſio.*
30. *Ratio, qua pauperes ad litigandum incitat.*
31. *Pauperes inſolentiores, & Mendici non ferendi.*
32. *Pauper Litigator ex arbitrio judicis dicitur.*
33. *Ebrietas litium cauſſa, & quot Ebriorum pocula.*
34. *Ebrietas IVSTITIAM non nouit, mala cauſſatur.*
35. *Ebrij Legum immemores, litium auctores.*
36. *Germani ebrietatis inſimulantur.*
37. *Ratio, ebrij deliberarunt, ſobrij recoxerunt.*
38. *Adpotatio nimia litis genitrix.*
39. *Gradus à vite ad litem, barcollatien,* ſchramſchlager.
40. *Lites non tolluntur comeſtione, ſed rancor animi.*

1. INTER proximas litium forenſium cauſas retulimus Falſitatem, Simulationem & Mendacium: ſequitur Ignorantia cum ſuis aſſeclis, quia duo ſunt mendaciorum genera, vnum quod fit per ignorantiam, alterum, quod ſtudio profertur. Illis qui ob ignorantiam aberrant à veritate, ignoſcendum eſt: qui ſtudio autem mentiuntur, implacabiliter ſuccensendum. Polyb. *lib. 12. hiſtor.* Tolos. *lib. 39. ſyntagm. c. 15. nu. 6.* Quippè quia ignorantiam Veritas comitem & ſociam repudiat, quid enim aliud veritas quàm lux? quid ignorantia quàm tenebræ? Antim. *lib. 3. comm. pol. theor. 35.*

2. Incredibili & litigantium vexatione, & patrimoniorum jacturâ, novæ paſſim lites ſuccreſcunt, ob id præcipuè, quod ea ipſa, quæ jam multoties judicata fuerunt, ignorentur, & ex ignoratione in dubium vocentur, atque referantur inter caſus fortuitos, vel aleæ luſum Sen-
3. tentiæ. Knich. *in præf. con. jur. Sax. pag. 13.* Ignoratione enim artis boni & æqui litigatores in labyrinthum ſe concijciunt, maximo ſuo diſpendio, vt *inquit* Oldendorp. *vol. 2. cons. Acad. Marp. 5. n. 3. & tom. 3. inter cons. crim. 4. n. 3.* & ignoratione non modò diverſa, ſed etiam pugnantia litium ſimilium diſſimiliter judicatarum exempla paſſim recitantur, obijciuntur. Pollet. *lib. 5. hiſt. for. Rom.* refert exemplum memorabile Iuliani Taboetij ex Ioh. Papon. *lib. 19. arreſt. tit. 8.* vbi diverſas ſententias duorum Parlamentorũ licet animaduertere ſuper ijsdem probatis. Sic & Cameræ præjudicia ſæpè ſunt contraria. Fichard *cons. 59. nu. 8. & ſeqq. tom. 2.* quia ignorantia veritatis efficit, vt nobis contradicamus, & cogit nos eſse tranſfugas M. Iacq. Faye. *la. 4. remonſt. p. 183.* Sed cum legis caſum habeamus, dubitatio ceſſat. *vt in l. ancilla. C. de furt. per* Cyn. Br. Bl. *& alios traditur.* Fr. Pfeil. *cons. 106.*
4. *n. 17.* Ignorantia eſt mater omnium errorum, quæ in ICto non eſt probabilis. *l. 2. §.* Servius. *de orig. jur.* Keller. *lib. 1. de off. jur. pol. c. 4.* Paul. Paruta. *nobilis* Venet. *lib. 2. della vita pol. mihi 175. ibi*: che de noſtri errori ne ſia l'ignoranza cagione. Hæc enim ignorantia, & cæcitas humani intellectus, & leges & lites adeò involvunt atq; impediunt, vt Homo vix & ne vix in tanto Rationum conflictu, & legum diſcrepantiâ VERITATEM ſequatur aut aſſequatur, quam ſemper aliàs præ oculis habere, & diligere debet. *c. judicant. 30. q. 5.*
5. Luc. 10. Matth. 22. Vnde Cicero de ll. ait, ignorationem legum occaſionem litigijs parare, ignorantes enim leges, voluptates & appeti-

tus

tus ſuos putant, & optant LL. juvari poſſe, quare, *inquit* Cic. cunctos conſulunt, an ſit lex, quæ ſuo poſſit ſuffragari appetitui & cupiditati, quo fit, vt ipſarum LL. ignorantia, non juriſperiti viam litigijs præſtent. Rod. Zamoren. *in ſpec. vit. hum. c. 17.* Ioh. Bapt. Magon. *de recta patroc. rat. c. 6. n. 24.* jus enim certitudine ſibi conſtat, in incertitudinis verò gyrum ducitur inſcientiâ noſtrâ. *L. ſed ſi reſtituatur. §. fin. de jud.* An. Theſaur. *dec. 89. no. 3. in f.* Contar. *in L. vn. limit. 9. n. 58. C. ſi de mom. poſſ.*

6. Imò ignorantia à jure præſumitur. *c. præſumitur de R. I. in 6. l. verius. de probat. §. non ſolum. vers. quia. Inſt. de legat.* & maxima pars eorum, quæ ſcimus, minima eſt eorum quæ ignoramus, *inquit* Ariſtot. *3. de anima.* Aug. Morla. *in emp. jur. p. 1. tit. 1. nu. 4.* Intellectus enim noſtri miræ ſunt anguſtiæ, vt ait Scalig. *exerc. 307. ſect. 29.* Vulpeculæ Æſopicæ inſtar ſumus, plerumque vitreum lambemus vas, pultem haut attingimus, *id. exerc. 309. ſect. 12.* Quod vmbra in ſole; hoc ſcientia in codice, vt Ariſt. Metaph. c. 1. innuit, animos noſtros ad clariſſimū naturæ lumen ὥσπερ τὰ τῶν νυκτερίδων ὄμματα πρὸς τὸ φέγγος cæcutire. Ergò non mirum, ſi plerumq; ſcitu neceſſaria ignoremus, quia non neceſſaria didicimus.

7. Quamvis autem ICti, præſertim juniores tanquam ex ſtudij fornace noviter educti, jura ſcire præſumantur: *arg. c. ſi quando de conſec. diſt. 2.* Et qui jura ignorant, in latam culpam. & quidem dolo proximam incidant: Zas. *lib. 1. ſing reſp. c. 2. nu. 20.* Keller. *lib. 1. de offi. jurid. pol. c. 4.* Attamen hoc ſeculo proh dolor, videmus Ignorantiæ fratres multum regnare, & lites ex litibus diu protelare, qui aut jura ignorant, aut pravè ſive malitiosè applicant, Duo enim ſunt inſcitiæ modi: aut vbi neſcimus, aut cum pravè ſcimus. Scalig. *exerc. 148. ſect. 4.* de quibus verè luſit quicunq; luſit: in Inſtitutis comparo vos brutis: in Digeſtis nihil poteſtis: in Codice ſcitis modicè, in Novellis comparamini aſellis: Jn des Reichs abſchendt/ſeidt jhr kommen nicht weit/ & tamen creamini Doctores: O tempora! O mores! Ita Bodin. *in* 8.
præfat. lib. de Repub. ea quæ tàm multa in Repub. gerenda peccantur, ab hujus artis ignoratione, velut ab errorū omniū fonte derivari exiſtimat Minus certè periculoſum eſt, malitioſum eſſe, quā ignorantē: la cauſſe d'ignorance eſt perpetua elle & nō pas celle de la meſchanceté h. e. ignorantiæ cauſſa eſt perpetua non malitiæ, quia malitioſus interdum benè judicat, ignorans nunquam. M. Iacques Faye. *la. 4. re*

monſtr. pag. 183. Hos anteriores Dd. Bl. groſſos vocat, qui regulis juris ſemper innituntur, & ex ijs, ſpecialibus ignoratis, lites omnes atque negotia ardua diffinire conantur. Wes. pauperes, alij Doctorellos, vtentes ſcilicet vno collyrio, ad quos vis litigaturientium oculos curandos. Cothm. *reſp. 2. n. 72. & reſp. 5. n. 164.* Pruckm. *cons. 50. n. 209.* poſitivos *ex* Felin. *c ad eum ordin. n. 3. ext. de reſcript.* Lud. Comez. *tr.*
9. *de non toll jure quæs. q. 16. inf.* Sed quid vnum aut alterum Doctorem ignorantiæ inſimulamus? Nonne ſæpius vna & eadem acta ad juridicas 2. aut 3. Academiarum facultates transmittuntur, & diverſæ litium ſententiæ reportantur? Vna abſolvit, altera condemnat, tertia mitigat. Vnde hæc diverſitas niſi ex ignoratione aut juris communis, quod non præſumitur, aut juris conſuetudinarij, quod facilè creditur: Sicut contra vniverſam facultatem Lovanienſem ſcripſit Molinæ. *cons 34. n. 1. vol. 1.* Et contra aliam Dom. Cothmannus *cons. 40. n. 119.* quamvis Dn. Vult. *vol. 3. cons.* Ac. Marp. *21. nn. 292.* aſſerat, Decanum, & reliquos facultatis juridicæ Dd. non tantum juris communis, ſed etiam Saxonici, & conſuetudinarij peritiſſimos eſſe.
10. Quod vltimum creditu difficile, cum pontifex Romanus, qui aliàs omnia jura in ſcrinio pectoris, ne dicam peccatoris, geſtare dicitur, lubens fateatur, ſe ſtatuta particularia ignorare. *in c. 1. de conſtit. in 6.* Aug. Morla *in emp. jur. p. 1. t. 1. n. 24.* Bl. *con. 44. lib. 2.* ſe ignorantiæ inimicum profitetur. Verum id reſtringitur in juribus pervulgatis, & quę frequenter ſunt in praxi aliâs circa apices maximè, errarunt, variarũt. Decian. *con. 1. n. 198. vol. 1.* Faber. *in §. ſuſpect⁹. Imò de ſuſp. tut.* vbi ait, ſi ignorantia juris latæ culpæ annumeretur neminẽ ea eximi, quod nemo calleat omnia jura maxima ex improviſo. Perſvaſio ſcientiæ eſt ignorantia omnium deterrima, quando exiſtimant ſe nihil ignorare. M. Iacq. Faye. *la 4. remonſt. p. 185.* Imò boni Theologi eſt quædam ignorare. Hering. *de fidej. c. 5. n. 137.* Laus maxima ſcire quæ poſſunt ſciri, ſed haut poſtrema ſapientia, quædam ignorare velle. Scal. *exerc. 307. ſect. 29. & exer. 344. ſect. 4.* Ergò non mirum, ſi reliqui aut ignorent, aut dubitent, & exinde diverſa, imò pugnantia litium ſimilium diſſimiliter judicatarum exempla aut præjudicia na-
11. ſcantur. Sic Dn. Pruckm. *con. 50. n. 102.* reprobum Academicorum morem taxat, vt junior conſcribat conſilia, quæ communiter informationes juris Germ. Rechtsbelehrungen dicuntur, & lites iisdem potius protelantur, quàm breviantur & definiuntur. Sic Dn. Cothman.
reſp. 1.

reſp. 1. nu. 527. ait, Reſponſa collegiorum juridicorum, proh, dolor, hodiè nimis leviter, & vt ille aiebat, ſuperficialiter, non medulliter cudi. Veluti enim interrogabimini, ita quoque reſponſum vobis fiat. *l. ſi defenſor. §. qui interrogatus. de int. act. l.* Titio. *§. idem reſp. de V. O.* Iaſ. *ad l. ſi ita. §. Chryſogonus. nu. 42. eod.* Pruckm. *con. 18. n. 150. vol. 2.* Ignoratis ſcilicet & omiſſis ijs, quæ ſcire debuiſſent. Oportet enim vt robur ſit informationi, de ijs quæ vera ſunt, omiſſum nihil eſſe: non item falſa eſſe, quæ præſupponebantur. Tib. Dec. *in ap. Adv. Alciat. c. 22. nu. 27.* Majoris igitur ſemper æſtimanda eſt illa in- 12.
formatio, quæ totis perſpectis actis concipiebatur: quam ea, quæ fiebat, ad nudam alterius partium interrogationem. Decian. *in apol. Adv. Alcia. c. 21. n. 38.* Multa enim reticentur, & ex reticentia ignoratio, ex ignoratione error, ex errore litis atque malitiæ cumulus abundanter naſcitur, ne dicam quod. An. Mar. Corat. *tr. com. opim. tit. 9. n. 38.* dicit. Academici plerumque ſvnt rudes & ignari, & vix integrum Collegiũ cum auctoritate vnius excellentis Doctoris conferri poteſt.

At juſtitiæ non poteſt non adverſum eſſe, ſi in litibus eandem vel 13.
majorem etiam rationem habentibus, jus diverſimodè fuerit adminiſtratum, vel etiam contraria litis deciſio inſecuta. *l. ſi ſocer à genero. pr. ſol. matr. l.* Pomp. *de neg. geſt. gl. clem. 1. verſ. eligetur. de elect.* Pruckm. *con. 10. n. 37. vol. 2.* Quippe juſtitia, cujus ſacerdotes ICti dicuntur, eſt conſtans & perpetua voluntas jus ſuum cuiq; tribuendi. *pr. Inſt. de I. & I.* Vac. à Vacu. *decl. 30. n. 10.* Rein. Corſ. *indag. lib. 1. c. 11.* Conan. *lib. 1. c. 3. n. 7.* M. Ant. Delrio. *tr. de princ. jur. lib. vers. genaralia.* Ant. Auguſt. *lib. 4. emen. c. 4. circ. med.* Sed, proh dolor, quod in 14.
factis NEMO; hoc in legibus IGNORO. Omnes litium deciſiones contrarias, injuſtas, nullas, cauſantur ignorantes, qui ſpeculantur vt longè diſtantes, Bl. *in l. nullus precibus. num. 23. C. de impub. & al. ſub.* Ordel. *ad l. fin. n. 378. de R. V.* & ignorantes vt plurimum ICti, de quibus vult Magnus ille Luth. *in coll. mens. c. 39. p. 530.* quod omnis Iuriſta aut ſit ne Nequiſta, aut Ignoriſta. Eadem videntur eſſe, licet inter ſeſe diverſa ſint, ignorantia, neſcientia, error, titubatio, credulitas, inſcientia, inſcitia, & alia, quæ lites pariunt infinitas. Alex. *in l. error. C. de jur. & facti ignor. vbi* Aloſ ignorare eſt neſcire illud, quod quis ſcire tenetur, Neſcire, eſt ignorare illud, quod ſcire non tenemur. Error eſt approbatio falſi pro vero, & incerti pro certo. Titubatio, quoties ab animo verba diſſentiunt. Inſcientia, pro inſcitia & ignorantia poni-

 tur.

tur. Alb. *in l. fin. verb. titubante mente. C de condict. indeb.* Ordel. *ad l. fin. n. 264. de R. V.* Hering. *de fidej. c. 7. n. 311. per l ſed etſi. 28 §. fin. de jud. ibi:* noſtram inſcientiam aſpici debere. Ita Bodin. *6. de Repub c. 1. n 627.*
15. cenſet, ex cenſus bonorum ignoratione multas lites promanare. Etſi pub. error aliquando in foro fori jus facere videatur, prout Dd. alliciunt, & eliciunt ex L. Barbarius *de off. prat & l. 3 § f de ſuſp. leg.* ad quam reſpondet Guiber. *quæſt. 20. c. 9.* communis tamen error populi non facit jus vniverſale in populo, ſed magis malitias & lites auget. Hotom. *ill. qq. 17.* Goucan. *lib. 1. var. lect.* Cui. *ad lib. 3.* Sen. Paul. *c. 6.* Brunili. *ἐναντιοφ. con. 1. aſſ. 7.* Ratio, quia jus ex conſenſu. At conſenſui nihil magis contrarium quam Error. Ergo. *L. ſi per errorem 15. de juriſd.* Ant. Benbellon. *in ſuſcit. prin p. 1. c. 13.* vbi ait, Tauſent jar vnrecht iſt kein augenblick recht.

Sed hiſce ad homines de ſchola relegatis, & videmus & invidemus, Magiſtratum pugnare cum Ignorantia, vbi per abſentiam aut mortem hominum Veritas occultatur, cuius indagatio cotidiè in judicijs circa lites fieri ſolet. Ant. Palazz *p. 3. del. gover. c. 25.* Zanat. *de*
16. *prax. for.* Mediol. *n. 57.* Niſi enim judices dubitarent de veritate facti ſive rationum, aut nullæ eſſent lites, aut citius finirentur. At cum ſemper incertus ſit humanus intellectus, & multis expoſitus dubijs, adeò vt in conflictu opinionum veritas occultetur, impoſſibile eſt, quin lites naſcantur, & longius protelentur. Ant. Palazz. *d. p. 3. del gaverno. di ſtato c. 24.* Ignorat enim & is qui dubitat. *l. manifeſtiſſimè. §. ſin a: neſciius & dubius. C. de furt. l. quamdiu. C. qui adm. ad bon. poſſ.* Fr. Pfeil. *con. 166. n. 5.* imò lex omnis in caſu dubio prolata intelligitur. *l. quod Labeo. de* Carbon. *edicto. l. ancillæ. C. de ſerv. fugit.* Br. Alex. Soc. *& alij in l. qui Roma §. duo fratres. de V. O:* Et veritatem ſine dubitatione inquirentes, neſcientibus quò vadant ſimiles ſunt. Or-
17. del. *ad l. fin. n. 142. de R. V.* Ita ſæpè qualis actio ſit inſtituta ignoratur, & conſequenter nihil apti de lite proferri, & judicari poteſt. Br. *conſ. 20. n. 1. inter conſ. vlt. vol. zil. vol. 1.* Pruckman. *con. 6. n. 31. vol. 2. Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck *p. 94. ibi:* Viel wiſſen den Namen der Action eben ſo wenig zu ſagen / als ein Höltzern oder ſteinern Bild ſeinen namen nennen kan. M. I. cq. Fay: *la 6. remonſtr. p. 242.* L' ignorance fait que n' ayans pas ſeu bien choiſir le poinct deciſif de noſtre cauſe, ignorantia efficit, vt neſciamus ſtatum cauſæ & ſcopum, ad quem tela litis ſunt deſtinanda, mali quartarij cippos colligimus. Sæpius ipſum factum ignoratur.

ignoratur. Hoc enim vt quis dicatur ſcire, requiritur vt ſciat factum cum omnibus ſuis qualitatibus & circumſtantijs, aliàs dicitur ignorare. Natta *conſ. 225. n. 5.* Bl. *de jure prothom. n. 18.* Tiraq. *de ll. connub. gl. 8. n. 183.* At facti ignorantia facit aberrare. Ergò. Sæpiſsimè jus i- 18.
pſum, ex quo lis decidi debet ignoratur, quamvis ignorare turpe ſit patritio & nobili viro cauſas exoranti jus, in quo verſatur. *l. 2. §. 43. de orig. jur.* Ruin. *conſ. 204. n. 13.* Lancell. Gall. *conſ. 105. n. 50.* Ita Iaſon ignorantia juris Saxonici lapſus eſt, referente Thoming. *conſ. 1. n. 92. & 106.* Vnus vetus Rovardus ignoratiſſimus gubernat juſtitiam, inquit Matag. de Matag. *ad Italo-Gall. p. 196.* Imò ROTA ſæpè rotat, h. e. errat, ignorat, & alios errare facit. Neviz. *in Syl. nupt. n. 62.* Corat. *lib. 2. comm. opin. tit. 9. n. 58.* Magdal. *p. 2. de n. teſt. c. 5. n. 22.* And. Knichen. *de pact. veſtit. c. 1. n. 111.* ac proinde non rarò Rota ſolet reprobari. Pet. Raven. *in notab. jur fol. 99.* Menoch. *2. præſumpt. 71. n. 13.* Alber. Gentil. *diſp. de jure Canon. c. 2. pag. 20.* Barth. Muſc. *de ſucceſſ. convent. claſ. 1. memb. 2. concl. 5. n. 194.* Vnde miramur receptiſſimum 19.
Germaniæ morem transmittendi acta ad Academias plerumq; remotiores, vbi aut jura provincialia ignorant, aut ſtylum curiæ neſciunt, aut qualitates perſonarum, & alias circumſtantias parum ponderant: ita vt ſæpius ſententiæ litium ridiculæ, cõtrariç, nullæ, quoad executionem impoſſibiles reportentur, quamvis perhibeant eſſe illas ſententias magiſtrales, vti Rotæ, nach gehabtem Rath der Rechtsgelarten. *Vant. de null. ex def. juriſd. c. 19.* Grav. *ad pr. Veſt. 1. n. 18.* Tileman. *diſp. 11. c. 6.* Hæc certè ſtultitia eſt eorum quæ ſcienda ſunt vitioſa ignorantia. Ioh. Sarisb. *de nug. curial. lib. 7. c. 17.* Abſit iniqua fames carpendi Academiarum profeſſores jurium peritiſſimos: Sed omnia ſcire divinitatis eſt, & ipſe Pontifex, vt modò dictum, fatetur ſe ignorare ſtatuta particularia: Ergò non mirum quod ipſi plerum- 20.
que ignorent jura ſtatutaria, & ſecundum præſcriptam legum civilium formam judicent. Quamvis leges Quiritum omnes tenentes, ſi in conſuetudine regionis ſuæ peregrini ſint in litibus diſceptandis, tanquam in ſole caligare putentur, vt ait Renat Chopin. *in præf. lib. de leg. Andium Municipalibus quem refert.* Tob. Paurmeiſt. *lib. 1. de juriſd. c. 1. n. 16.* quia jus regionis ſc. conſuetudinarium tollet non modò jus commune, ſed & omnibus aliorum locorum legibus derogat. *gl. & Dd. in l. 2. C. quæ ſit long. conca.* Cothm. *reſp. 1. n. 764.*

In circulo Saxoniæ jus Saxonicum obſervari ait Fr. Pfeil. *con. 77.*

n. 14. & conſ. 160. n. 8. Sed hoc ignoravit alioquin doctiſſimus, quia Marchia eſt in circulo Saxoniæ, nec tamen jus illud ibidem obtinet.
21. Pruckm. *con. 1. n. 497. vol. 2.* Pomerania eſt in circulo Saxoniæ, nec tamen obſervat jus illud, præſertim quoad ſimultaneam inveſtituram, vti putarunt, ſed ignorarunt Ingolſtad. *tom. 3. cons. Germ. 22. n. 54.* id quod animadvertit Goedd. *vol. 3. con.* Ac. Marp. *32. n. 185. & ſeq.* vbi ait, in ordinatione Dicaſterij principum Pomeraniæ diſertè cautum eſſe, quod in Pomerania jus Saxonicum ſequi non oporteat. Patriæ leges ſervandæ, nec Lubecenſium aut Saxonum jura accerſi debent. Ita apud Lacedæmonios interdictum, ne quis Athenienſium jura, aut aliorum quorumcunq; laudet. Demoſth. *adv. Leptinem.* SVAS enim leges civitas pertinaciſſimè tueri debet, quemadmodum legimus Græcos & Indos morum legumq; ſuarum fuiſſe obſervantiſſimos, *apud* Herod. *lib. 3. pag. 173.*

22. Interdum ſententiæ publicantur ad ſententiam peritorum latæ, omiſſo judicis competentis nomine, ſondern man hat die belehrung ſelbſt an ſtatt des Vrtheils eröffnet/ quæ nunquam tranſeunt in rem judicatam, ſed ad conſultationem peritiorum retractari poſſunt, & ita lites ex litibus veniunt. Ias. *in l. 31. n. 38. de jurej.* Hipp. Mars. *ſing. 427.* Fel. *in c. propoſuiſti. vbi* Dec. *n. 14. de probat.*

Ad hoc verò, vt ſententia valeat, is qui judicat, jurisdictionem, vel ſaltem notionem habere debet. *l. 3. C. de juriſd. l. 5. de re jud.* Ioh. Ant. Leſcur. *prælect. 1. de juriſd.* At eiusmodi informantes oder Rechtsbelehrer/ non habent jurisdictionem, ſed interdum transmittentibus adimunt, vti accidit Electori Colonienſi in Sachen Hildesheimb contra Rauſcheplatt/ das Syndicus für jhme zuſtehen nicht ſchuldig. Quid abſurdius ſibi ipſi jurisdictionem adimere. Fatuus qui contra ſeipſum judicat. Bl. *auth. ſi quando. n. 3. C. de conſt. pec.* Knich. *de pact. veſt. c. 3. n. 169.* Parcè igitur ò litigatores actorum transmiſſiones rogate, ſumptibus parcite, & aut vicinioribus, aut maioris certitudinis causâ ad revidendum transmitti curate, An die Oberhöfe/ *mon.* Treutl. *p. 1. diſp. 12. θ. 17. inf.* & addit, acta non acceptari à judice ſuperiore, niſi inferior typum ſententiæ, quæ ipſi dicenda videtur, inſerat. Hæc monuiſſe ſat eſt.

23. Ignorantia penes judices, conſiliarios, advocatos & procuratores eſt penitus inexcuſabilis, quãdo Advocati ob aviditatẽ perfunctoriè lites deguſtant & vaſtant. Ignorantia enim iſta naſcitur ex pro-

pria

pria culpa & malitia advocati. Thom. *1. 2. quæſt. 6. art. 8.* Navar. *in c. ſciendum. n. 2. de pæn. diſt. 2.* Ioh. Per. Ala. *tr. de caus Chriſt. q. 33. pag. 50.* Vnde ignorantia duplex: Simplex & malitioſa, recti & boni prorſus ignara, vitij & pravi tantùm capax. Antimach. *3. comm. theor. 35.* ſimplicem Velociſſimi equi ignorantiam refert, quem Caligula Romæ conſulem deſignare voluit. *Dion. in Calig.* Si autem judex vel advocatus ignoraret ea, quæ omnes ſciunt, etiam minus docti & experti, incideret in culpam latam, & conſequenter peccaret mortaliter & obligaretur ad damna litis. Idemtidem ſi culpa vel ignorantia eſſet levis, ſecus in leviſſima: non enim tenetur ſcire ea, quæ ſciunt tantummodò Dd. eminentiſſimi. Toletan. *in ſum. c. 60. nu. 3.* Mich. Sa- 24
lon. *in q. 71. art. 2. cent. 1. concl. 2.* Dom. à Soto. *de I. & I. lib. 5. q. 8. art. 2.* Burg. Pacific. *in proam. leg.* Taur. *num. 215.* Ioh. Parlador. *lib. 1. rer. quotid. c. 2. n. 3. & 4. vbi allegat.* Innoc. *ſententiam in c. ſicut. de homicid.* culpam duntaxat latam non levem aut leviſſimam inferre. Pan. *c. 1. num. 11. vbi.* Sylv. *num. 6. de conſtit.* At juris ignorantia latæ culpæ adnumeratur, & lites cauſatur. *gl. in l. liberorum. §. notatur. de his qui not. infam.* Br. *in l. fin. de var. & extrand. cogn.* Bl. *in rub. C. de pœna jud. qui malè jud.* Quamvis negent Coras. *4. miſcell. 17.* Donell. *1. comm. 22.* Treut. *p. 1. diſp. 4. th. 13. lit. b.* Sed nos de perſonis ejusmodi loquimur, quæ & officij & profeſſionis ratione, exactâ legum cognitione inſtructi eſſe debent. *c. ideò. diſt. 37. l. 2. quod quisq. jur.* Alij diſtinguunt 25.
diverſimodè. 1. aut jus eſſe certum & clarum, quo caſu juris ignorantia latæ culpæ inculpatur: aut ambiguum, & levis ſive leviſſima judicatur. Br. *in l. quod.* Nerva. *n. 19. depos. per. l. 2. de jur. & facti ignor.* 2. juris ignorantia latam culpam inducit, quando intervenerit circa regulas juris, ſecus quoad exceptiones, fallentias, & apices juris. Sal. & Rom. *in l. quod te mihi. ſi cert. pet. 3.* Bl. *in c. 1. de transl. Episc.* Fab. *in §. ſuſpectus. Inſt. de ſuſpect. tut.* ignorantiam latæ culpæ adſcribit, ſi contingeret circa jura vulgaria, & in vſu frequentia, ſecus ſi circa ea quæ raro accidunt. 4. Parlad. *lib. 1. rer. quotidian. c. 2. n. 11.* ignorantiam excuſare ait, ſi quis ignorarit id, quod omnes vel plerosque non falleret, alioqui aliâ ignorantiâ lapſis magis eſt vt veniam demus. Sic ignorantia excuſat mulieres, milites, ruſticos, niſi peri- 26.
tiores in vicinia habeant quos conſulant, & litem legitimo tramite inſtituant. *l. fin. C. de teſtam.* Bl. *l. juris ignor. 6. no. 3. C. qui admitt. ad bon. poſſ.* Fr. Pfeil. *cons. 22. n. 4.* Ratio limitationis, ſicut enim mulie-

res & ruſtici ad eccleſias pro indulgentijs, civitates pro feſtivitatibus,
& ſylvas pro lignis ſe conferunt: ita etiam pro conſilijs advocatus ac-
cedere, & peritiores in litibus conſulere debent. Bl. *l. l. cunctos. C. de*
ſum. trinit. Ioſeph. Ludov. *dec. 109. n. 22.* Cujac *5. obs. 39.* Quamvis enim
jura ignorare præſumantur. *l. cum. de indeb. §. 1. de probat. l. 1. in f. de*
eden. l. l. 2. §. ult. de jure fiſci. imò innocens, & quieta ruſticitas vocetur.
l. ult. C. de defenſor. civit. quæ lites timere ſolet, & potius de ſuo ex-
27. ponere, quo litigiis eximatur. Corn. *con. 266. no. 4 vol. 1.* Eiusmodi
tamen indoles in deſuetudinem abijt, teſte Alb. de Ros. *L. utile.* Zas.
1. C. de defun. civ. hodiernis moribus nigro ſimillima cygno & lites
plerumque movet funeſtiores, per ea quæ tradit. Menoch. *de aa. ij. qq.*
cas. 194. Sleidan. *lib. 5.* Guil. Bened. *dec. 5. n. 399.* Knich. *de pact. veſt. c.*
3. no. 53. malunt litigare, quam præſtare, quæ Dominus æqua judicat.
Rom. Choppi. *de prin. Caſt. c. 6. n. 3.* ait ruricolæ callidiores facti verſu-
tiores, ac oppidani mox etiam daturi progeniem fallaciorũ. Bertaz.
in rep. l. ſi quis major. q. 7. C. de tranſact. Hier. de Laurent. *dec. Rotæ*
Avin. 79. n. 7. add. marginalis. Boxdorffij. *ad gl. Landtrecht. lib. 1. art. 28.*
in f. vbi ait, quod in practica minus frequenter admittatur, vt ruſtici
juris ignorantiâ ſe excuſent, niſi errent ex ignorantia juris poſitivi vel
ſtatuti. Alciat. *de præs. reg. 1. præſumpt. 37.* Ioh. Bapt. Plot. *de in lit. jur.*
28. *§. 11. n. 11.* Hering. *de fidei. c. 8. n. 112.* Ignorantia enim juris naturalis
neminem excuſat, ne quidem mulieres, millites, aut ruſticos. *c. tur-*
batur. §. item ignor. 1. q. 4. arg. l. 2. C. de in jus voc. l. 38. §. 1. & 2. ad l. Iul. *de*
adult. Donell. *1. comm. 21. fol. 56.* Cujac. *10. obs. 10.* Wes. *in par. de jur. &*
fact. ignorant. n. 4. Vult. *1. jurispr. 7.* Alias in damno vitando non
obeſt, nec in captando lucro prodeſt. *l. 7. & 8. de jur. & facti ignor.*
Cujac. *5. obs. 39.* Geil. *2. obs. 48. n. 22.* vbi reſtringit ad contractus, non
verò delicta. *l. 1. & 2. C. ſi adv. del.* Donel. *1. com. 21. fol. 59.* Sic ob tertij
ignorantiam litigantium proceſſus non retardatur. Covarr. *pr. qq. c.*
14. n. 4. Iohan. Iac. Laurent. *tr. de jud. ſuſp. c. 15. n. 124.* Hæc de igno-
rantia, quæ ex homine beſtiam reddit, ſiquidem ignorantes non ho-
mines, ſed hominis imagines dicuntur eſſe. Abb. *in c. prudentiam. de*
off. deleg. Ioh. Bapt. Magon. *de patr. rat. c. 40. n. 5.* & ipſa hominum
judicia lubrica, ignorantiæ, & erroris plena, quando Aſtaræa ad ſupe-
ros demigravit, Veritas in puteo oblivionis, ignorantia & error tyran-
nidem occupant. Pollet. *lib. 4. hiſt. for. Rom. c. 17.*

29. Alia litium forenſium cauſa eſt paupertas, vt ſi litigatores debi-

tum

tum reſtituere, aut depoſitum reddere nequeant, neſcio quas lites fingant atque refingant. Giov. Ant. Palaz. *p. 3. del gov. di ſtat. c. 24.* Paupertas enim multis occaſionem delinquendi & litigandi obtulit. Sirac. *c. 27. pr.* cui conſentit Lactant. *lib. de ira Dei. c. 20.* Multa ſunt, *inquit*, quæ ad peccandum invitant, ætas, violentia, egeſtas, occaſio, natura, vt Horat. ait:

Magnum pauperis opprobrium jubet
Quidvis facere & pati. Schonborn.

lib. 2. pol. c. 6. Vnde ex Iod. Damh. refert Ioh. Bapt. Magon. *tr. de rect. patroc. rat. c. 61. n. 4.* non ſolos divites hac litigandi amentia percitos, de quibus dicitur:

Stultitiam patiuntur opes:

ſed & pauperes multos ab hac litigandi libidine non abſtinere: imò eos, qui vix habent, quo latrantem ſtomachum exſaturent. Ratio, 30. quod non tàm in opibus, quàm corruptis ingeniorum moribus, litigandi temeritatem plurimum ſtabiliant. Primùm, quod ſciant judicis eſſe non minus audire lites pauperum, quàm divitum. 2. Quod norint procuratorem & advocatum ſibi datum iri, qui gratis litem tractabunt. His duobus nonnulli freti, aliquantò audacius quàm ipſi divites ſubinde litigaturiant. Divites enim aliquando de litis eventu dubitant, & ſuis loculis metiunt; pauperes verò reformidant nihil, quin ipſis dulce eſt opulentis negotium faceſſere, qui in vexandis alijs voluptatem capiunt maximam. Quid, inquiunt, ex hac lite deperdere potero? nihil habeo, & nudo quid eripis? ſi quid evicero, id in bonis erit, ſi quid perdidero qui habeam nihil. Iactabo igitur aleam & experiar, quid litis alea mihi tandem faverit.

Gewinne ich nichts / ſo verliere ich nichts.

Sed ejusmodi pauperes, qui ſæpe honeſtiſſimos litibus implicant, convitijsq; afficiunt, & poſtea paupertatis lamentationes obijciunt, meritò ſunt condemnandi. Lud. Gomes. *ad §. pœnal. n. 38. Inſt. de act.* Boer. *dec. 343. n. 8.* Nic. Carbon. *in pract. lib. 2. c. 2. n. 62* Neque paupertas quam ſibi litigator accivit, accerſenti vllum privilegium affert, neque collitigatori vllum detrimentum inde capit. Ias. *in auth. res quæ. n. 20. C. com. de leg.* Tiraq. *de ll. connub. gl. 8 n. 288.* Ioh. Dilect. *de arte teſt. tit. 8. caut. 6. n. 7.* Covar. *2. variar. reſol. c. 16. n. 9.* Aſi. Clemen. *tr. de pat. pot. eff. 17. n. 30.* Cald. *ad l. ſi curat. vers. læſis. nu. 15. C. de in integ. reſtit.* Pruckm. *con. 16. nu. 8. vol. 2. per l. pen. de jure dot.* Alph. 31.

 Enec.

32\. Encc. *p 3. de elecm. fol. 41.* Ruland. *d. c. 13. n. 15.* Quis autem dicatur pauper litigator Dd. ad huc litigant, & diverſimodè definiunt, qui non habet 50. aut 100. aureos in bonis. *arg. l. 10. de accus. & §. 3. Inſt. de ſuc. lib.* pauper, quaſi parum habens: inops, ſine opibus: miſerabilis, q: miſeria habilis. Iſid. *lib. 3. etym.* Rebuff. *de ſent. prov. art. 3. gl. vlt. n. 15.* Caſtr. *in l. id quod pauper. C. de epiſc. & Cler.* Ioh. Bapt. Magon. *tr. de rect. patroc. rat. c. 10. n. 6. & ſeqq.* Iudicis arbitiro committendum communius & verius obtinet. Valas. *in l. 3. n. 264. de iuriſd.* Menoch. *2. aa jj. qq. cen. 1. cas. 61.* Treutl. *p. 1. diſp. 3. θ. 10. lit. c.* Nos ponimus tres neceſſitatis pauperum gradus, extremam, gravem, & communem, ita vt in caſu extremæ neceſſitatis advocatus compellatur lites pauperum ſuſcipere: Tiraq. *de nobilit. c. 29. nu. 39.* Ioh. Pet. Ala. *tr. de adv. & caus. Chriſt. p. 1. q. 9.* alias.

Lites perduntur quæ paupertate reguntur.

33\. Deniq; quod Ebrietas, in Germaniâ præſertim, multas cauſetur lites, teſtatur experientia, & probant pocula: quorum 4. ebrio porriguntur: 1. ad ſitim, 2. ad lætitiam: 3. ad voluptatem. 4. ad ebrietatem. Ebrioſo vlteriꝰ 5. ad iram, 6. ad litigium, 7. ad furorē, 8. ad ſomnū, 9. ad morbum, 10. ad perpetuam inſaniam: War. de Erenb. *lib. 1. de fæd. c. 2. n. 111.* Vt ebrietas ipſa vocatur à Bl. *in l. quid ergo. §. pænæ gravior. 7. de his qui. not. inf.* Sen. *lib. 12. epiſt. 84.* & comes furoris *in c. venter. 35. diſt. c. q. 2. c. ſanè. 15. q. 1* Tiraq. *de pæn. caus. 6. n. 8.* Maſc. *concl. 579. n. 3. vol. 2.* Chaſs. *cons. rubr. 1. §. vers. monſieur. n. 57.* Sic Maximinus Imp: inter pocula inſaniviſſe dicitur. Euſeb. *lib. 8. eccl. hiſt. c. 16.* Et amentiam ineſſe vino obſervavit Pieri. *lib. 53.* Hierog. Vnde temetum, quaſi tentans mentem. Cam. *in hor. ſucc. c. 94.* At furioſus vel Deo lites
34\. moveret: quidni vtique ebrioſus? Baſil. Magn. *in hom. cont. ebrios.* vocat ebrietatem matrem malitiæ, hoſtem veritatis, quæ fortem timidum reddit, Iuſtitiam non novit, prudentiam tollit, quod & Clem. Alex. *in pæd. lib. 2. tradit.* Prov. *c. 10.* Et ſicut ebrietas eſt amica diabolo; vt *inquit* Chryſoſtomus, ita vitium ebrioſitatis ſive πολυποσίας multa mala cauſatur, inter quæ dubio procul non minimum eſt litigium, Eccl *c. 32.* Quod explicarunt ex noſtris Luc. de Pen. *in l. 1. n 7. C. de erog. milit. an. lib. 12.* Ruland. *tr. de commiſſ. p. 1. lib 1. c. 23.* Stobæ. *ſerm. 18* Clem. Alex. *in pæda. lib. 12. c 2.* Ioan Bocat. *lib 7. de cas. v r. illu. c. 7.* Reichsabſch. *de anno 1548. rub.* Vom zutrincken.
35\. Sicut enim ebrij legum ſunt immemores, ita faciles litium buccinatores.

tores. Acc. *in l.fin. verb. quærere. ibi: biberat. Iuſtinian. C. in quib. cau. in int. reſt. non eſt. nec.* Schneid. *Inſt. de ſucc. ſubl. n. 7.* De morib. German. Tacitus *c. 7.* Crebræ, vt inter vinolentos, rixæ: rarò convitijs, ſæpius cæde, & vulneribus tranſigebantur. Sic Clytus perijt: Sic Ella Rex Iſraëlis: Sic Balthaſar Rex Babilon: Sic Holofernes. Quod ſi Germanorum verum eſſet proverbium, Ebrio etiam quadrigâ de via decedere debere, quod refert Pruckm. *conſ. 15. n. 70. vol. 2.* paucæ etiam ebrietatis lites naſcerentur. Dolendum equidem dulciſſimam 36.
noſtram Germaniam huius & litigioſi & ebrioſi vitij tantùm inſimulari, vt Henric. Steph. *in apol. Her. præfi.* nugari audeat, Germanis ebrioſis cum Flandricis multa eſſe communia, vt quot calices ſupra, tot matulas ſub mensâ habeant repoſitas. Inſignis calumnia, & mendacium viro bono indigniſſimum qualis calumniandi licentia occupavit homines alioquin minimè malos, ſcribendi dulcedine irretitos, vt ait War. de Erenb. *lib. 1. de fœder. c. 2. n. 151. & ſeq.* Ita Poggius *in lib. epiſt. pag. 118.* Germanos vocat vaſa vinaria, ad paſtum & ſomnum nata. Hier. Schurff. *con. 8. n. 14. cen. 1.* refert, Hiſpanos quoſdam Scholares Alemannum invitaſſe ad prandium, vt pro illis fidejuberet. Quod de ſeipſo affirmat Alber. *in l. dolum. C. de dolo.* Hering. *de fidej. c. 7. n. 127.*

Quâ & milites Germani, alioquin ſtrenui, in expugnatione oppidorum, plerumq; ab alijs nationum ſtipendiarijs perſuaſi, auri & argenti prædâ deſtituuntur, & ad cellas vinarias aſtutè remittuntur, Da da lantz/gut barill/drinck drinck. Ad. Kell. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 9.* Galli vocant. drinckrauß. Vetus quidem Germanorum mos fuit, vt in 37.
convivijs, & compotationibus deliberarent, lites terminarent, res graves agitarent: vt innuit Tacitus. Sed ſtatim ſubijcit, quod eaſdem ſobrij recoxerint, & retractaverint. Perſas idem factitaſſe auctor eſt Herod. *lib. 1.* Hering. *de fidej. c. 12. n. 34.* vbi optimum vocat inſtitutum, poſteris imitandum, & ſi neglexerint deflendum.

Hoc negari nequit, Septentrionales potui magis addictos propter certas rationes, cùm frigiditatem aëris, tùm ſocialem converſationem: attamen indies corrigitur, nec eiuſmodi beſtialis ebrietas, nutans, & in piſcina quaſi natans, *vt loquitur Cl.* Alex. *in pædag. lib. 2. c. 2.* facilè probari poteſt, niſi in vno atque altero porco, quales etiam tibi proferet Itala tellus, ab ipſis bobus denominata. Gell. *lib. 11. c. 1.* *Varro lib. 2. de re ruſt. c. 2.* Cic. *lib. 2. de fin.* nolim, *inquit* aſotos, qui in

menſam vomant, & qui de convivijs auferantur. *& ante* Xenoph. *lib.* 8. Cyr. *pæd.* Hac verò tempeſtate, quod vrcei non importentur, adhuc permanet. Tantùm autem bibunt, vt pro importandis vrceis
38. ipſi exportentur, quoniam nequeunt amplius erecti ingredi. Modica adbibitio eſt licita, neque litis, ſed lætitiæ genitrix; *prov.* 17. *v.* 23. Guil. Onciacus *qq. jur. phil.* 37. *n.* 9. Camer. *in hor. Succ. c.* 94. Rulan. de Comm. *lib.* 1. *c.* 23. *n.* 13. Nimia verò adpotatio eſt litis, atq; malitiæ generatio, quoad potus & hauſtus æquales, quibus plenis ampullis ſe ſtrenui potatores, & combibones obligant, geſellentrunck/ quò ſpectat illa Hora. *lib.* 2. *ſerm. ſat.* 6.

Prout cuique libido eſt
Siccat inæquales calices conviva ſolutus.
Legibus inſanis:

& lib. 2. Sat. 2. *Poſt hoc ludus erat cuppâ potare magiſtrâ.*

39. Exiſtimationem nationis, non ebrietatem defendimus. Sicut enim Hilàritas eſt janua ebrietatis: ita & lubricus eſt gradus ab hilaritate ad ebrietatem, à vite ad litem, à verbis ad verbera, difficulterque ſignatur hilaritatis meta. Vti Clytus ab Alexandro in convivio interfectus. Curt. *lib.* 7, *&* 8. *de geſt.* Alex. Pet. Placa *in ep. delect. c.* 30. Sen. *ep.* 84. *ad* Luc. Hering. *de fidej. c.* 7. *n.* 133.

Hic eſt clamoſus, nimus hic eſt litigioſus;
Diſputat hic, villa per compita curſitat ille,
Hic vomit; ille vorat; ſic Bachi turba laborat.

Vnde veniunt Die Hahr collatien / ſchrammſchlagen / potz Wunden-fluchen / & alia omnis generis litigia atq; mala. Sicut enim aleator quo doctior, eo nequeor: ita qui bibacior alios MALITIA & iniquitate tranſcindit. Sarisber. *lib.* 8. *de nug. cur. c.* 6. Sic commiſſio dicitur, q; Kom iß/ ſive comeſtio, quâ lites creantur, non extirpantur; vti conqueritur Ruland. *tr. de comm. p.* 1. *lib.* 1. *c.* 23. *n.* 1. Et quidem malè, quia lites nō debent propagari vt vites, ſed minui, dicente ICto. *junct. gl. in l. non diſtinguendum. §. quæſitum. de Rec. arb. l. quidam æſtim. ſi cert. pet. l. prop. C. de jud. l. fin. pro ſuo. c.* 1. *de appell. in* 6. Reyg. *lit. L. n.* 157.

40. Hic forſan guloſas objiciet iniurias, & per conſequens lites ex injuriâ natas adhibitione, comeſtione, converſatione, tolli, & minui, *gl. in §. ult. ſup. verb. diſsimulatione. Inſt. de iniur.* Iac. Belvis. *in pr. jud. tit. de iniur. n.* 75. *verſ.* 15. Aufret. *in add. ad Capell.* Tholoſ. 233. Iol. Maſcard. *de prob. vol.* 2. *concl.* 903. *n.* 20. E. non cauſari. Cui reſpondemus,

per-

per eiuſmodi familiaritatis actus non litem ſive actionem iniuriarum, ſed rancorem tantummodò animi, & odium remitti, vt Dd. loquuntur. Maſcard. *de prob. vol. 2. concl. 903. n. 25.* Harpr. *tr. crim. in §. hæc actio. 12. Inſt. de injur. n. 1.* Vnde injuriatus ſolemni cum proteſtatione poculum eiuſmodi accipere ſolet, quod Germani vocant auff Hoffrecht h. e. ſalvâ injuriarum actione. *not.* Mart. Nigr. *in tr. de proteſt.*

Hæc de ignorantia, paupertate, & ebrietate, proximis litium forenſium cauſis.

CAPVT XII.

De multitudine, negligentiâ, avaritiâ, & imperitiâ: cùm judicum, tùm officialium, proximâ litium forenſium causâ.

SVMMARIA.

1. *Culpa protelandarum litium penes Iudicem.*
2. *Cauſſa juſtitia vel injuſtitia in diſcretione judicis.*
3. *Plures judices ad litium expeditionem requiruntur.*
4. *Multiplicatio judicum eſt occaſio litigandi.*
5. *Multitudo parum curat, noverca IVSTITIAE.*
6. *Officialium multitudo lites allongat.*
7. *Nundinatio magiſtratuum, mali litiumq; cauſſa.*
8. *In Germ. non emuntur officia, vt in Galliâ, & Italiâ.*
9. *Qui juſtitiam vendunt, lites protrahunt, avertant.*
10. *Encenia & munera excæcant oculos judicum.*
11. *Barrattarius qui juſtitiam baractat h. e. mutat.*
12. *Extorſiones & injuſtitia noſtri ſeculi.*
13. *Culpa offerentium, & accipientium munera litis ergo.*
14. *Conſilarij abſtineant muneribus, quod exemplis illuſtratur.*
15. *Iuſtitiarij & officiales non puniuntur ob munera.*
16. *Imaginatiua æquitas & iniquitas, litium cauſſa.*
17. *Iudices nolunt offendere Litigatores.*
18. *Caſus pro* Amico *non probantur in judice.*
19. *Iudicum iniquitas, & litium protelatio.*
20. *Iudices ne ſint lege clementiores.*
21. *Inhibitio judicis ſuperioris protrahit lites.*

 22. Superior

22. *Superior judex lites inferiorum ad ſe trahit.*
23. *Negligentia judicis litium protelandarum cauſſa.*
24. *Tumultuariæ litium ſententiæ pœnitentiam pariunt.*
25. *Imperitia litium cauſſa apud Romanos & German.*
26. *Peccant, qui judices illiteratos conſtituunt.*
27. *Conceſſo territorio, conceditur juriſdictio imperitis.*
28. *Imperitus judex eſſe poteſt per 3. rationes.*
29. *Allegationes juris, & imperitia lites retardant.*
30. *Explicatio L. pen. C. de judic.*
31. *Literati judices conſtituantur exemplo Gallo-Venet-Mediol.*
32. *Iudex, & officialis juſtus deſcribitur.*
33. *Iudicis eſt fomenta litium tollere.*
34. *Qualis Mundi Magiſtratus, & officiarij.*
35. *Exhortatio ad Germ. & inſcriptio Palatij Veneti.*
36. *Officialium corda aureo malleo mollienda.*
37. *Officialium offenſio non eſt crimen læſæ Majeſtatis.*
38 *Eccleſiaſtici omnia ad ſuum Molendinum trahuntur.*

OMNES judiciorum reformationes ad litium diuturnitatem
1. tollendam ſunt inutiles, niſi prius reformetur judex, qui ab Advocatis & cauſidicis modò in hanc, modò aliam *rapitur* ſententiam, & in infinitum diſputandi licentiam concedit, non ſemel, ſed ſæpius dilationes permittit, easq; vel ex leviſſimâ causâ, *ut ex* Vigel. *tr de rat. jud. ca. for. c. 1. ref.* Ioh. Ant. Zanat. *de prax. Mediol. for. n. 31.* & ipſe Iuſtin. culpam protelationis litium tribuit judicibus in *l. properandum. C. de jud: ibi:* nullus tàm audax invenitur, qui poſſit invito judice litem protelare. Quia cauſæ juſtitia vel injuſtitia in diſ-
2. cretione judicis conſiſtit, vter ex litigatoribus foveat juſtiorem litem, quæ niſi dirimatur per prætorem, dabit anſam & faces armorum, ita vt à verbis deſcendatur ad verbera. *arg. l. pen. ibi*: niſi fortè tumultus aliter ſedari non poſſit *ad l.* Corn. *de ſic. l. 1. C. ne quis in ſua cau.* Coler. *de proc. execut. p. 1. c. 5, n. 107.* Quamvis Ioh. Berber. *in pract. p. 1. rub. 37. de concuſſ. n. 5.* deliramentum reputet, judices de injuſtitia redarguere. Farin. *p. 3. oper. crim. q. 111. n. 2.* Solent quidem judices ferè omnes debentque hanc ſibi potiſſimum curam ſumere, ne lites tam longas fieri patiantur: ſed non ſemper in illorum arbitrio & facultate poſitum eſt, vt *inquit* Ant. Fab. *lib. 9. Cod. for. t. 22.*

Nos

Nos primùm quæramus & inquiramus, an multitudo judicum frequentiſſima noſtri ſeculi litigia tollat ſive multiplicet? Machiavellus, cenſor alioquin iniquus, cenſet *lib. 1. com. c. 7.* ad promptam juris & litium expeditionem plures ſtatvendos eſse judices. Nam à paucis, *inquit*, pauca fivnt: & pauci quàm plures facilius corrumpuntur. Poſtremò, magnus judicum numerus plus pollet ad juris legumque gravitatem & auctoritatem adverſus omnes tutandam. Deinde ICti favorabile exiſtimant aliquem plures judices habere, quaſi in pluribus repetitis litium cognitionibus, multorū conſilijs & judicijs, ventilata VERITAS clarior evadat, & quod à pluribus quæritur, facilius inveniatur. *c. de quibus. diſt. 20. c. prudentum de off. de leg. l. vlt. C. de fideic.* Teſsau *dec. 246. n 4.* An. Sola. *ad conſt. ant. rub. de concl. in cau. gl. 1. nu. 7. fol. 1516.* Heig. *p. 1. q. 10. nu. 8. & 9.* Integrum enim eſt judicium, quod multorum comprobatur ſententijs. Tiraq. *de pæn. cauſ. 51. n. 63.* vbi plures, ibi plenior veritas. Knich. *in com. jur. Sax. verb. IVS. c. 3. p. 258.* Sic in Gallijs decem mille homines ait Matag. de Matagon. *ad Italo Gall. pag. 249.* qui officia judicaturæ adminiſtrant. 3.

Quæ rationes ſpecioſæ videntur, ſed minus nervoſæ, quia multiplicatio magiſtratuum ſive judicum, teſte experientiâ, eſt occaſio litigandi, & exinde multò longiores, & frequentiores lites quàm olim factæ ſunt. P. Greg. Thol. *lib. 47. ſyntag. c. 33. num. 18.* Antimach. *lib. 3. comm theor. 35.* Princeps enim qui juri dicundo multos magiſtratus inſtituet, vel multiplices judicum gradus ſive ordines ſtatuat, neceſſe eſt, vel multos eodem gradu ac pari dignitate juridicos. Si priores, judicia erunt longiora & perturbatiora non ſine litigantium periculo, quippe litigatores per longos circuitus circumduci, & per multiplices judicum inſtantias, veluti gradatim aſcendendo, defatigari neceſſe erit. Si poſteriores, tantum abeſt, vt tanta judicum turba jus melius & promtius reddat, vt etiam longiorem litium ſeriem & majores ſumptus afferat, ſecundum illud Horatij: Segnius expediunt commiſſa negotia plures. *quem. vers. allegat. gl. in l. 3. de adm. tut* tutelam melius per vnum adminiſtrari, quàm per plures. Germani dicunt: Viel Köche verſalzen den Brey. Rul. *tr. de com. p. 1. lib. 2. c. 14. n 7.* quia vbi multitudo, ibi nihil honeſtum eſse poteſt. *§. pæn in Auth. de referen.* cum multitudo principantium ſit noverca juſtitiæ, ac. à Canib. *de exc. vlt. vol. p. 2. n. 17 per. l. fin. de rer. div. & auctorit.* Thucyd. *l. b. 6. in orat. Hemocr.* 4. 5.

Deniq;

Denique litigatores judici coram litis capita exponere appetunt. At nihil eſt, quod ejus conſequendi commodi ſpem magis minuat, quam multiplex judicum numerus. Ergò multiplicatio magiſtratuum eſt occaſio litigandi, ita vt ſæpe in vna civitate tres, quatuor aut plures inſtantiæ reperiantur, quæ lites proſtare faciant. Antimach. d.
6. *lib. 3. comment. theor. 37. pag. 657.* Sic numero penè innumerabilis officialium & ſubofficialium, eorumdémq; famulorũ ſive famelicorum ſcribarum, ingroſſiſtarum, copijſtarum &c. multitudo, lites multùm protelat, nutrit, allongit, ita vt quædam officia rectius offuciæ dicantur, quæ litigatoribus magis officiant, quàm proficiant. Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 16.* Marſupium infarcire dicuntur nonnulli in palatijs, qui immoderatam recipiunt mercedem, neq; congruo contenti ſtipendio. Sic volo ſic jubeo inquiunt. Vnde cum aliunde litigans ſe vertere nequeat, quidquid ab eo petitur, offert atq; perſolvit. Magon. *de patr. rat. p. 2. c. 57. n. 31.*

Horum curam gerere deberent Νομοφυλακεσ ſive archivorum præfecti, quod hoc tempore negligitur cum ſummo Reipub. detrimento. Arnol. Clapmar. *lib. 3. de arcan. Reipub. c. 6.* jeʒunder ſoll marſupium, ſceptrum, & directorium beyeinander ſein/ *vt inquit.* Keller. d. *lib. 2. c. 16. pag. 458.* & laudat SCtum apud Capitol. vt non ſcribæ, non ſervi publici, non cenſuales, illis actibus intereſſent, ſenatores exciperent, ſenatores omnia officia cenſualium ſcribarumque comple-
7. rent, nequid fortè proderetur. Tantum de multitudine judicum, & officialium, quæ mihi videtur oriri ex nundinatione magiſtratuum, omnis IMPROBITATIS principio, & fine Nov. 8. Quamvis Reges Galliæ non habeant melius aut promtius remedium inveniendæ pecuniæ, quàm ex creatione novorum officiorum judicialium. Matag. de Matagon. *ad. Italo-Gall. p. 250.* Ita Polyb. *lib. 10.* conqueritur, cum multis mortalium ita comparatum eſſe, vt magnis & humilibus promiſſis beneficia emant, quæ poſtquam ad ſe traxerunt, tum demum malè faciant, & ſubditis Dominorum more imperent. Tum ſimulatione depoſitâ mores ſuos delegunt, rapiunt, omnia, & violant, & vexant, vt *inquit* Lactant. *lib. 6. c. 6.* Viſceripetæ & Cupedivori, qui niſi ferinâ aut cupedijs ad jus reddendum invitentur, cunctantiores ſunt ipſo Cunctatori Fabio. Sed vbi Litigantes viſceratione fecerint, & libellum ferentarium dederint, ex foro cupediario & venali in judiciale transferentes, tandem ſinunt ſe de jure orari, & injuriâ

juris exorari, vt *inquit* Pollet. *5. hiſt. for. Rom. c. 10.* Ergò quò vberior eſt officiorũ proventus, eò mercatus & nũdinatio quæſtuoſior, vt *inquit* Antimachiav. *lib. 3. comm. c. 35.* in Parlamento præſidis officium 10000. Francis comparari. Vnde in Gallijs officia ſunt perpetua, 8. quæ ad heredes transmittuntur, & hypothecæ dari poſſunt, Ren. Chopp. *tr. de Parla. mor. lib. 1. tit. 1. n. 3.* Pruckm. *conſ. 19. n. 29. vol. 2.* Borch. *lib. 2. de F. n. 6.* ait, hodie in aula pontificis Romani multa eſſe officia, quæ emuntur & venduntur, quod incepit Paſchalis, & confirmavit Calixtus. Danæ. *lib. 6. pol. chriſt. c. 5.*

In Germania licet ſint precaria, & ad nutum principis revocabilia: Bl. *ad l. reſcript. n. 13. C. de prec. imp. offeren.* attamen altiſſimo nummo licitantibus aliquando dantur, ſed indoctis communiter, qui diffidentes ingenio, ſubſidium à pecunia mutuantur, & rurſum eádem juſtitiam vendunt, vt innuit Duro di Paſch. *in Aul. pol. θ. 351.* Antimach. *d. lib. 3. theor. 35.* quia indoctus eſt aureum mancipium, ſervus cupiditatum, & eorum quæ poſſidet. Auguſt. *de C. D. c. 3.* Soc. *c. frater. n. 23. ext. de teſt.* requirit judicem prudentem, non aſinum plumbeum aut pannoſum, prout ſunt multi caſtrati porcelli, qui potius porcis leges dare, quàm jura adminiſtrare deberent. Hæc magiſtratus venditio ad lites protrahendas facit. 9. Nam qui aurum dat, & ita IVSTITIAE adminiſtrationem emit, vt id ipſum exigat, hoc ſolum agit, neque curat an ſubjecti exinde lædantur protelatione litium, an non, ludit comœdiam velatus perſonâ IVSTITIAE. O mores! ò ſeculum; Nihil tam Sanctum, & juſtũ, quod malitioſi. Litigatores novis nummis non redemptum iri, & proſtitui ſibi perſuaſum habent, quorum votis reſpondet euentus jure Duce, comite pecunia, veluti Theſeo, & Gigis annulo. *Sim. de Prat. de interp. vlt. vol. lib. 5. inter. 2. dub. 2. n. 2.* Knich. *in Præf. Com.* Sax. *p. 12.* vbi praxiarchas taxat, quib⁹ juſtitia cordi eſt poſt nummum, & ſententia mutatur in contrariam *c. accuſatores. verſ. teſtes 3. cauſ. q. 5.* Hæc Simonia eſt omnium malorum occaſio, & totius nequitiæ principium & terminus. Ant. Zanatar. *de pr. Mediol. n. 36. per Auth. vt jud. ſine quoq. ſuff. §. 1.* proinde Alex. Sever. Imp. Ego, inquit, non patiar mercatores poteſtatum, quos ſi patiar, damnare non poſſum. Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 1.* Ferd. Vasq. *lib. 1. illuſt. controv. c. 42. & ſeq.* Cyrill. *in ſum. crim. rub. 33. de pœn. jud. malè. jud. §. fin. n. 9. caſ. 197.* hos judices rapaces, violentos & ſordidos appellat. Gig. *de crim. læſæ. Mai. tit. de product. q. 2.* quod juſtitiam vendens, aut

aliter eam pervertens, Sathanæ miniſter nuncupandus erit. Decian. *tr. crim. lib. 8. c. 36.*

10. Encenia enim & munera excæcant oculos judicum, & omni jure prohibita ſunt. Exod. *23. vers. 8.* Deut. *16. v. 19. 1.* Reg. *8. prov. 17.* Eccleſ. *20. vers. 31. Pſal. 26.* vbi Lobwaßer:

Das iſt all jhr Luſt vnd begier
Das man die hend mit Geldt jhn ſchmier.

c. quatuor. 11. q. 3. c. non ſat. 14. q. 5. c. judices. 1. q. 1. l. ſolent. 6. §. non. de off. proc. l. plebiſcitum. 18. de off. præs. l. venal. C. quan. provoc. non eſt neceſſe. Cothm. *reſp. 1. n. 370.* Cic. *2. de orat. & 4. Verr.* Omnium, *inquit*, rerum turpiſſimum, maximeq; nefarium eſt, ob rem judicatam pecuniam accipere, precio habere addictam Fidem ac Religionem. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p. 54.* Henr. Samar. *lib. 1. p. 2.* Socin. *de viſ. lib. 11. n. 36.*

Deviat à vero corruptus munere judex
Falſidicumq́, facit impia gaza pium.

Vbi dona intercurrunt, IVSTITIA evacuatur, inquit Pipin. in decret. *c. 25.* Heiminsf. *par. 3. conſt. imp. pag. 65.* IVSTITIAM ergò vendere iniquitas eſt, injuſtitiam iniqua inſania. Ioh. Sarisber. *lib. 5. de*

11. *nug. Curial. c. 11. p. 252.* Italis Barrattarius dicitur, qui propter pecuniam juſtitiam baractat, h. e. permutat, Der das Recht drehet / vti loquuntur Germani. Par. de Put. *tr. Synd. verb. barrataria. n. 8.* Amad. *n. 163.* Rondinel. *n. 55.* Anchor. *con. 271. n. 4.* Neviz. *lib. 5. Syl. nupt. n. 94.* Decian. *tr. crim. lib. 8. c. 33. n. 9.* Maſc. *de prob. lib. 1. concl. 164.* Bertaz. *con 71. n. 6.* Quales legum everſores, & litium diſtortores etiam in Germania reperiuntur, ſecundum illud:

Gnad / gelt / vnnd Gunſt /
Dempfft heil / ehr / recht / vnd Kunſt.

ref. Eber. à Weyhe *in med. de van. glor. mund. pag. 10.* aut vt Chytr. *in del. Rom. p. 5.*

Gewaldt / Geldt vnnd Gunſt
Bricht Recht / Trew vnd Kunſt.

Quod Avaritia ſit Iuſtitiæ contraria, pulcherrimum Verris exemplum teſtatur apud Cic. orat. 7. vbi ille Prætor jura Siculorum, & legitimè procedendi ordinem non ſolum perturbavit, ſed planè & Siculis & civibus Rom. eripuit, atq; omnem controverſiarum cognitionẽ, omiſſo, quod aiunt, medio invitis litigantibus ſibi arripuit.

An

An Zelo juſtitiæ? non creditur, quia avarus erat. Brederod. *de appell. p. 1. tit. 3.* Non minus malo noſtri ſeculi fato plures extorſiones & 12.
injuſtitias cotidiè fieri conqueritur Luc. de Pen. *in l. jud. n. 18. C. de dignit. lib. 12. & Farinac. p. 3. op. crim. q. 111. art. 1.* Omnium maximæ maximorum querelæ paſſim audiuntur hoc corruptiſſimo ſeculo de judicum corruptionibus. Quotus enim quisq; eſt, qui querulas voces non experiatur in aulicâ juridicinâ Deciſionem aureæ ſtipis ſuffragio depromi, MANIIQVE AVLICA negotium confici? inquit Knichen *in comm. jur.* Sax. *pag. 12.* & Iohan. Sarisberien. *lib. 5. de nug.* Curiali *c. 15.* IVSTITIAS errantes vocat, quod euntes poſt concupiſcentias, inſectatu avaritiæ, & deprędatione popularium à tramite æquitatis errent. O ſancta IVSTITIA, incorrupta Domina, nullo recepto prœmio adminiſtrandâ. *c. cum abs. de vit. & hon. cler. c. qui rectè. 11. q. 3. c. non ſatis. 14. q. 5. l. 2. de cond. ob. turp. cau.* Sicut Diogenes ad Alexandrum dixit: de cætero velim à ſole non obſtes, h. e. juſtitia. Valer. *lib. 4. de abſtin.* O laude digni, qui à privatis juſtitiæ promovendæ cauſa nihil: ſed ab Imperatore oblata gratâ mente accipiunt. Dur. di Paſch. *in Aul. θ. 351.*

Hîc verò culpa & offerentibus & accipientibus adſcribenda eſt. 13.
Quid enim magis ſordidum, & à bonis alienius, ſinceritati denique, & integritati magis contrarium eſt, quàm judicem oblatis ei muneribus corrumpere, & jus juſtitiamq; nundinari? Cothm. *reſp. 1. n. 330.* Ita è contra judex qui accipit precium, vel munus, vt faciat illud, ad quod obligatus eſt lege juſtitiæ, ſemper turpiter accipit, lites invertit, & peccat contra juſtitiam. *c. non ſum. 14. q. 5.* Molin. *de juſt. diſp. 83. col. 2.* Navar. *in manual. c. 17. n. 33.* Covarr. *in rep. c. peccatum. p. 2. §. 3. col. 1.* Lud. Carb. *tr. de reſt. q. 50.* Herod. in ἔργ. judices ſæpè vocat *δωροφάγυς. gl. in c. 1. in f. verb. in tot. de ſent. & re jud. in 6.* vbi, quod judex iſte facit contra Deum, contra Iuſtitiam, contra debitum ſui officij, contra humanam naturam, & ſic nec Deum timet, nec hominem reveretur. Hoſt. *ib. num. 17.* Ioh. Mon. *n. 15.* Farinac. *p. 3. oper. crim. q. 111. art. 1. n. 2.* Videant ergò & abſtineant Conſiliarij & offi- 14.
ciales, ne muneribus corrupti in alienā ſententiam trahantur, quod crimen prævaricationi admodum ſimile eſt. Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 10.* imo munerum acceptatio, Veritatis prævaricatio. *c. qui recte. n. 3.* Camill. Borell. *de Compro. §. 3. gl. 4. n. 90.* Sic Fabricius munera Samnitum reſpuens, reſpondit: dum membris omnibus; quæ at-

tigiſſet, imperare poſſet, nunquam quidquam defuturum. Sic Romani Legati aureas coronas à Ptolomæo AEgypti Rege oblatas tulerunt honoris gratia, ſed poſtridiè regijs imaginibus, quas in Iovis templo ſuſpexerant, impoſuerunt, ne quid regij muneris avertere velle viderentur. Es geſchicht ſelten / woh man eynem eyn Kettin vorehret / das er ſölche in die Kirche ſchencke. Franc. Senen. *lib. 1. de Reg. inſtit. tit. 6.* Solus Eugenius Papa nullum omnino munus hominis Litigantis recepit, aut cui litem crederet imminere, ſed ad Priorem quendam muneribus litigaturum eleganter dixit: Nondum Domum ingreſſus es, & jam vis corrumpere Dominum? Corruptionem credidit quicquid offerebatur judici lite pendente. Ioh: Sariſberien. *lib. 5. de nug.* Curial. *c. 15.* Sic ſupremum illud Cameræ Imperialis dicaſterium eſt incorruptiſſimum, vtinam omnia eſſent! Sic Angelus ſpreuit munera, quæ obtulit Manoches ob conceſſam filij Samſonis nativitatem. Ioſeph. *lib. 5. ant. judai. c. 10.*

Sed maxima lucrum
Pars hominum ſequitur, nummos, & munera cuncti
Affectant, donec multi acquirantur amici.
Wer ſchmiert / der fehrt.
Munera crede mihi placant homines q; Deos q;
Placatur donis Iuppiter ipſe datis.

Sic legati Melitenſes Demoſthenis eloquentiam Argentanginâ ſtrangulaverunt. Sic Philippus caſtrum alioquin munitiſſimum oppugnaturus, rogavit, an aſinus pecuniâ onuſtus aſcendere poſſet? Quod cum innuerent, vicimus *inquit.* Fr. Senens. *lib. 2. de reg. inſtit. tit. 3.* Cicer. *1. ad* Attic. *epiſt. 13.* Qui habet in nummis, Der macht recht was Krum iſt.

155. Vnde Propheta exclamat, Principes tui infideles ſocij furum diligunt munera, ſequuntur retributiones, pupillo non judicant, & cauſſa viduæ non ingreditur ad eos. Eſai. *c. 1.* Camill. Borell. *de Comprom. §. 3. gl. 4. nu. 96.* & Damh. *in pr. crim. c. 129. nu. 6.* conqueritur, quod tempore ſuo judices non puniantur. Et frater Oliverius Maillardus *in ſerm. quadrag. fer. 6. poſt cin. fol. 7.* Nunc Domini juſtitiarij ſunt ſicut catus, qui ponitur ad cuſtodiendum caſeum, ne mures illum rodant. Sed ſi catus ſemel apponat dentes, plus nocebit vno morſu, quàm mures in viginti. It. *fer. quarta poſt 1.* Dom. *pag. 95. & ſeqq.* Si hodiè reſpicimus ſedes judicum, videmus eas rubras, & rigatas ſan-

tas ſanguine pauperum, qui per eos excoriantur. *ref.* Matag. de Matagon. *ad Italo-Gall. p.251.* Hinc etiam nihil pejus eſt, quàm ſi quibusdam aureis officiarij redimant officia & jurisdictionis poteſtatem à principe, quia infinitas revendendi carius juſtitiam ſubditis occaſiones architectantur, & lites protelant, vt impudenter audeant in ſubditos graſsari, palamq; ſupra ſportulas debitas petere, quod jam principi pro mercatura officiorum ſe prçbuiſse dicunt. Vnde rebelliones, & alia infinita abſurda, Wan eyn Herr eynem Ambtman das einkommen vmb eyne gewiße Summa annodirt P. Greg. Thol. *lib. 9. de Repub. c. 1.* Ad. Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 20.*

Tantum de nundinatione & avaritia magiſtratuum, quæ verum eſt litium atque proceſsuum ſeminarium. Matag. de Matagon. *ad Ital-Gall. p. 250.*

Huic ſuccedunt reliquæ litium cauſæ, vt iniquitas, negligentia, imperitia, & alij defectus tàm judicum, quàm officialium.

Iniquitas eſt litium cauſa: quia nonnulli ex judicibus magis 16.
equum coloratum, quam æquum diphtongatum noſcunt, ſecundum illud:

Dixerat hic æquum, ſed tulit alter equum.

Licet æquitas, quæ non eſt jure ſcripta, ſed ex indigeſto motu, & affectione animi apparet, contra jus ſcriptum minimè ſit ſequenda. Dd. *in l. 1. C. de ll.* Abb. *in c. fin. de tranſact.* Nat. *con. 49. n. vlt. p. 1.* Ias. *in l. placent. 8. n. 3. C. de jud.* Menoch. *lib. 1. præs. q. 80. nu. 32.* Gail. *2. obs. 23. n. 26.* Benekend. *ad l. 1. mem. 4. p. 4. lin. 1. n. 102. de R. I.* Attamen hoc noſtro ſeculo, præſertim idiotæ & magni Gynæcei cauſarum ſtatum ad quamlibet imaginatam æquitatem detorquent, *vt ait* Hering. *de fidej. c. 5. nu. 116.* Zas. *con. 10. nu. 34. lib. 1.* Goed. *de contrah. ſtip. c. 9. concl. 5. n. 123.* nefas, *ait*, ex privato adfectu inter privatos parietes, generatam & fictam æquitatem inſtar juris in publicum proferre. Nihil enim certum, & perpetuum alioquin in jure eſſet, ſi Gynæceis, Frawenzimmerleuten lites imaginativè decidere liceret. Aliâ ratione 17.
ſolent quandòq; peccare judices, qui non audent offendere voluntatem alicujus litigatoris, & ideò conijciunt partes in neceſſitatem ſupplicandi. Ioh. Pet. Ala. *tr. de adv & caus. Chriſt. p. 1. q. 86. in f. pag 115.* Sed iniquitas; litium cauſa, alio jure Catilinam, alio Cethegum cenſere & in Mæandros litium introducere. *l. ſi duo. de dolo. malo.* Mar. *in ſpec. p. 6. p p. ... 2. n. 2.* Tiraq. *de vt. retr. p. 1. ad f. tit. 46.* Roncheg. *ad l.*

eandem. §. 1. num. 16. de duo. reis. Seraph. *tr. de jure privil. 74. num. 156.* Pruckm. *con. 21. n. 188. vol. 2.* Ergò VOLUNTAS BONI non minus eſt judici neceſſaria, quam notitia vel poteſtas, cum non modò de ſuis, ſed ex alienis delictis teneatur & duplici ſuorum, & aliorum prematur onere, vt nec in multitudine munerum citra munditiam voluntatis ſit ei fiducia antè Deum, *vt inquit* Sarisberien. *lib. 5. de nug. Cural. c. 11.*

18. Proindè nulli in jure caſus dari poſsunt, quales pro AMICO Dd. appellant, in quibus ſc. gratificari poſſint judices, cui parti velint: Sed ſicut verum eſt non niſi vnum; ita & juſtum, reſpectu ejusdem objecti. Ant. Teſsau. *dec. 206. & dec. 89.* Treutl. *p. 1. diſp. 1. θ. 1. lit. b.* vbi docent, quomodo in ambiguis, cum per noſtram inſcientiam, opinionum contrariarum æqualitatem, vel aliter reſpectu noſtri, atque ita per accidens jus incertum eſt, media ſit eligenda via, vel dividendo rem petitam æqualiter in partes, vel compellendo eas ad amicabilem compoſitionem. *c. affert. de præſump. l. 29. de her. inſt. l. 26. de teſtam. tut.* Dec. *con. 176.* Zas. *in l. 2. §. exitus. n. 12. de V. O.* Cujac. *10. obs. 4.* Menoch. *3. rem. ret. poſſ. n. 339.* Dauth. *tr. de ſubſt. tit. effect. ſubſt. n. 138.* Bodin. *6. de rep. c. 5.* Zvving. *in theat. vit. hum. vol. 7. lib. 4. tit. judicij ſuſpenſio.*

19. Iudices iniquè judicare, & lites protelare dicuntur, quando non merita cauſarum, ſed perſonarum inſpiciunt, non quod ratio diſtet, ſed occaſio affectet, non quid lex ſanciat, ſed quid mens cupiat, animum non ad juſtitiam, ſed juſtitiam ad animum declinant; non vt quod licet libeat, ſed vt quod libet liceat, egenorum litibus cunctanter litant, divitum lites inſtanter irritant; in illis rigorem, in his favorem diſpenſant; illos difficulter audiunt, his attente applaudunt, ſit lucrum in arca, damnum non curant in conſcientia; pecunias accipiunt, animam illaqueant, ſæpius tantò litium expeditiones cunctantur, vt tandẽ majores ſint litium expenſæ, quàm fructus ſententiæ. Ioh. Ordel. *ad l. fin. nu. 421. de R. V.* Oct. Simoncell. *tr. de decret. lib. 1. n. 9.* Aug. Morla *in emp. jur. p. 1. tit. 2. q. 10.* Ioh. Pet. Ala *tr. de*
20 *Adv. Chriſt. p. 1. q. 43.* Inclinent quidem judices in mitiorem partem, nec tamen vltra modum ſe gratioſos exhibeant. Cæpol. *ad l. ſi fugit. n. 30. C. de ſerv. fugit. per c. cum æterni. de re jud.* quia judices lege clementiores eſſe planè dedecet. *§. oportet. auth. de jud.* Blanc. *de comprom. q. 9. n. 27.* Capifer. *de n. teſt. p. 3. c. 1. n. 24.* BeneKend. *ad l. 1. lim. 4. memb.*

memb. 4. n. 112. de R. I. Ioh. Botta. *con. 1. n. 25. vol. 1.* Pruckm. *con. 16. n. 13. vol. 2.* Vnde Areopagitæ litium controverſias, non interdiu, ſed noctu, & obſcurâ luce judicabant: vt procul ab omni affectu, qui animos in diverſum agit, ferre poſſent judicium. Non enim ignorabant hominis adſpectu cultu, veſtitu, geſtibus, ita moveri interdum judicem, vt à juſtitiæ & æquitatis tramite decedere cogatur. Alex. ab Alex. *lib. 3. c. 5. ex.* Lucian. Hermot *&* Anachar. Theod. Zvving. *vol. 18. theat. hum. lib. 1.* Sic judices ſupremi aliquando perrumpunt leges, 21.
h. e. diſpenſant, *vt ait* Aug. Morla *in emp. jur. p. 1. tit. 15. n. 4.* Pruckm. *con. 10. n. 73. vol. 2.* Aliquando inhibent, ne audeat litigator litem judice primo proſequi, & ita protrahuntur lites ad immortalitatem. Quibus inhibitionibus malitioſis, & offenditur Deus, & maximum detrimentum collitigatoribus infertur: non enim deberet peti, aut fieri inhibitio, niſi eſſet juſtiſſima, & præcederet aliqua cauſæ cognitio. *l. judex. C. comminat. epiſt. program.* Perus. *in c. 1. n. 14. de appell.* Iaſon. *in l. necquicquam. n. 30. verſ. 8. de off. proc.* Rol. à Valle. *con. 77. n. 24. lib. 2.* Quin. Mandos. *tr. de inhib. q. 25. n. 1.* Ioh. Pet. Ala. *tr. de adv. & cauſ. Chriſt. p. 1. q. 66.* Sic lite coram inferiori judice cæptâ ſupe- 22.
riorem ſe intromittere poſſe ait Toming. *con. 65. n. 11.* Sed malè, *per l. nemo C. de juriſd. omn. jud.* Quod ſi enim ſuperior magiſtratus interrumpat curſum inferioris ad videndum, ſi in proceſſu reperiatur gravis quædam difficultas, & difficilis gravitas: hoc lites admodum retardat, præſertim ſi litigatores ſint pauperes, quia divites difficultatem prætendunt, vt apud ſuperiorem diutius litem protelare poſſint. Vnde inferiora tribunalia vacant, & ſuperiora ita occupantur, vt non poſſint expedire litigia & proceſſus. Giov. Ant. Palaz. *p. 4. del gover. diſtato. c. 14.* che ſtanno, *inquit*, per gran moltitudine de gl'anni aſpettando la loro terminatione, eſſendo di tutto queſto gran male cagione la mâluagità, & l' ignoranza de gl' inferiori. h. e. malitia & ignorantia inferiorum ſunt cauſæ litium. Boter. *lib. 2.* della cita, improbat, quod civitates Metropolitanæ omnes cauſas, civiles & criminales habeant, reſervent ſibi lites graviores, & appellatorias. Iniqui ergò arcendi ſunt, ſuperbi & avari, & omnes hujusmodi peſtis hominum. Nihil enim pernitioſius eſt iniquo judicis conſiliario, *inquit* Ioh Sarisber. *lib. 5. de nug. curial. c. 9.*

Sequitur negligentia, ne dicam ſomnolentia judicum, quæ ſi ſimplex fuerit, leviſſimæ culpæ adnumeratur. Alciat. *ad l. magna negli-*
gentia

23 *gentia. n.1. de V. S. c. 1. 4. q. 4.* Negligentia judicis eſt litium cauſa; nihilq; aliud in genere, quàm cum negligit facere quod debet, vel cum aliquid facit, quod non debet. Navar. *in compend. verb. judex. num. 47.* Ioh. Bapt. Magon. *de rect. patr. rat. c. 40. n. 7. in f.* Et ita judex negligens facere IVSTITIAM, delinquit in DEVM, & in principem, & in partem. *l. ſi quando. C. de teſtibus* Pac. de Puteo. *tr. Synd. verb. lis ſua. c. 1. n. 6.* Sic juſtitiam negligit judex, nec imponit finem liti, quinimò novas lites ſerit, & pernitioſiores prioribus, qui vel obſcuram vel incertam profert ſententiam, vt ſæpè faciunt aliqui ex delegatis judicibus, qui cum ſciant propinas ſive ſportulas ſibi dari, vt & illas & lites ſimul multiplicent, incertas ſæpe numero ferunt ſententias, easq; appendicibus ac reſervationibus plenas, vt plura in vna eademq; cau-

24. ſa obveniant ſalaria. Ordelaph. *ad l. fin. n. 128. de R. V.* Plerique judicum pro animi ſui levitate vel ambitione, ne ſcilicet imperitiores ex deliberandi mora videantur, re non accuratè admodum penſatâ, verè tumultuarias ſententias præcipitanter effutiunt, dum manè accepto proceſſu, veſperi litem determinant, quos in c. pond. 50. diſtinct. Dom. acriter increpat, *vt in c. Eccleſia* S. Mar. *col. 16. de conſtit.* Fr. Pfeil. *con. 158. n. 6.* quia judicia feſtinata, pœnitentiam pariunt. Vnde Græci cum vrgerentur ad ſententiam antequam de causâ liqueat, reſpondent, patres ſuos ſolem apud Antipodes non vidiſſe; ſed expectaſſe ſemper donec & ipſis oriretur. Ioh. Sarisber. *lib. 5. de nug. Curial. c. 12.* De ſomnolentia Magn. Pegel. *in theſ. rer. ſel. pag. 12. ait*: Iudices per cauſæ actionem dormire poſſe, modò Secretarius aliquis aliqua adnotet, & prothocollum conficiat, quo tranſcurſo acta ad juris peritos mittuntur, à quorum vno per vices, vel aliàs vno tali, eoque ſæpe tum quaſi in mundum prodeunte res agi poteſt. Huc facit lepida judicis dormientis hiſtoria, qui cum à præſide excitaretur vt ſententiam diceret, ſemiſomnis dixit: Decolletur. At agitur de prato, reſpondit præſes: Ergò defalcetur, judex. Mat. de Matagon. *ad Ital-Gall- p. 189.*

25. Deniq; Imperitia judicum & officialium eſt proxima litium forenſium cauſa. Nonnulli enim judicum ſunt tardioris, nonnulli velocioris ingenij, vt ait Ant. Palaz. *pag. 3. del. gov. di ſtato. c. 25.* ita vt tardi & imperiti, aliquando etiam periti propter peccata dubias lites dirimere neſciant. Bl. *in c. quia procur. col. 6. de elect.* Aff. *dec. vlt. n. vlt.* Ordel. *ad l. fin. n. 428. de R. V.* ſed vt olim reſpondeant, ſibi non liquere

l. 13.

l. 13. §. vlt. de arbit. l. 36. de re jud. Gell, *14. noct.* Att. *2.* Senen. *epiſt. 66.* Briſs. *10. de V. S. verb. liquere.* quod hodiè non licet. Treutl. *p. 1. diſp. 12. θ. 17. lit. d.* Vnde ridentur Romani, quod apud illos illiterati judicum munus ſuſtinerent, literati verò iiſdem poſt terga adſtiterent. Marc. *lib 23.* quod itidem nobis erubeſcendum in veterib⁹ Germanis, de quibus idẽ refert Born. *lib 3. de morb. c. 12.* Multò magis in hodiernis noſtris judiciis, de quibus *Carolina. conſt. in pr. idem conqueritur.* At 26.
Franc. Munnotz. *tr. ratioc. c. 27. n. 7.* ait, iniquè, imò mortaliter peccare eos, qui judices, aſseſſores, vel officiales ignavos & imperitos eligunt. Ad. Kell. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 1.* Chriſt. Ohem. *in diſc. pol. c. 2. per tot.* Wes. *in Oec. jur. lib. 10. C. tit. 56.* Ioh. Garcia. *de expens. c. 21. nu. 20.* vbi inexpertos & ignavos vocat, qui licet, ingenio polleant, & experimento docti eſſe videantur; attamen quoad deciſionem cauſarum, & judicii ordinem, multa adverſus leges & juris inſtitutiones faciunt, quæ aliàs à juriſperitis minimè fierent. Quæ omnia in maximum partium litigantium diſpẽdium & pernitiẽ cedunt. Munnotz. d' *Escobar. d. c. 27. nu. 7.* Burgos. *de pace. con. 48. nu. 12.* Cauſa hujus 27.
mali litigioſi, quod imperitia judicum excitat, non minima in eo latet, quod hoc ſeculo communiter in Germaniâ conceſſo territorio, concedatur etiam jurisdictio. Cur. jun. *in l. 1. de jurisd. omn. jud.* Villal. *lit. 1. n. 168.* Rol. à Valle. *con. 42. n. 3. vol. 2.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 97. n. 13.* Roſenth. *de feud. c. 5. quæſt. 6. n. 1. & ſeqq.* vbi diſtinctivè explicat. At inter illos, quibus territoria cum jurisdictione conceduntur, plures etiam privati, idiotæ, ſimplices, qui non intelligunt quid jus, quid jurisdictio. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p. 82.* Pollet. *lib. 5. hiſt. for. Rom c. 17.* nonne hi litium fomenta excitarent, imperitos adhibendo præfectos, & imperitiores ſcribas? Nec obſtat aut 28.
juvat, quod Dd. judicem imperitum & illiteratum admittant. *in l. pen. C. de jud. ibi*: vt & audiant lites, easq; dirimant. Ratio, quia adſeſſorem literatum adhibere poteſt. Schneid. *in par. nu. 2. Inſt. de excuſ. tut. vel curat.* Felin. *c. ſciſcit. col. 6. de reſcrip.* Barth. Roder. *in man. jud. c. 7. n. 15.* vbi dicit, hodiè poſſe eſse judices, etiamſi legere nec ſcribere ſciant. *Id.* Fel. *in c. cum inter. col. 3. vers. de conceſſione Archiepiſcopi inf. de re jud. dicit*: conſtituto in dignitate, ſi neſcit ſcribere non imputari in vitiũ 2. Aut aliorũ ſapientum conſilio vti Wes. *con. 9. n. 7. 3.* Aut advocati cum litigantibus ejusmodi judicem imperitum legum peritiâ inſtruere poſſunt. Qui certè in propriâ lite cæcutiunt, & cæci

Aa cæcos

cæcos ducunt, auro ſcilicet excæcati, vt ait *Auct. diſc.* Vom Juſtitiem. *pag.* 88. Sicut hoc ſeculo mos inolevit peſſimus edendi motiva litigantibus, vt deinde allegationibus advocatorum doceantur, quid
29 judicare debeant. Sed hac ratione colligatores impenſis onerantur, & lites protrahuntur. Ioh. P. Ala. *d. p. 1 q. 82 per c. ſtatutum §. aſſeſſorem de reſcrip. in 6.* Ioh. Zanaroc. *de pr. Medical. nu. 31.* ridendo ridet factum judicis, qui allegationes juris vni & alteri communicabat, ſed ipſe lites ita cumulatas aggredi non audebat. Cotta. *in mem. 2. verb. 1. Ita* M. noch. *de ar. j. qq. lib. 2 cas. 175.* Hæc enim omnia maximo colligatorum malo contra leges, & rationes fieri palam eſt: quia judex per ſe, & non per vicarium, item ſecundum leges & conſuetudines, non ex affectu & arbitrio ſuo judicare debet *l. nemo. 13 C. de interl. om. jud. § 1. Inſt. de off. jud. c. 3. q. 7.* At quomodo legum imperitus, idiota, bardus, ſtupidus, & ad ſtivam natus, *vt ait.* Poilet. *lib. 5 hiſt. for. Rom. c. 17.* mechanicus, miles, ruſticus, Sculretus, ne dicam ſtultus ſecundum leges judicare, litium juſtam ab injuſta diſcernere poteſt,
30. cum homine imperito nihil ſit injuſtius? Imperiti enim plerumque ſunt ſtolidi, ſuperbi, & vani. Lipſ. *in not. ad. pol. c. 7. fol. 30.* Rein. Bolog. *in Specchio de foren. rub. d'ignoranza.* Vnde Auguſtin. *lib. 19 de C. D. c. 6.* ignorantiam judicis calamitatem innocentis eſſe ait. Dn. Oorechi. *d. ſp. 2. de jud. 6. 251.* Non igitur lex illa imperitis judicandi poteſtatem concedit, ſed ſi & rei militaris, ſive artis mechanicæ, & juris peritiam habeant. *d. l. 17. C. de jud. ibi:* pro ſui, & legis ſcientia hujusmodi altercationibus finem imponant. *l. 6. & vlt. C. de juriſd. l. vlt. C. de re mil. 12.* Cotas. *5. miſcell. 19. inf.*

Quidquid ſit, malum hoc frequens eſt in Germaniâ, Lotharingiâ & alibi, vbi majores judices, & Eſchevini ſunt plerumque Analphabeti, ruſtici, ignorantes, qui cum nihil certi ſtatuere poſſint, comperendinationibus lites differunt, & comporationibus litigantium patrimonia devorant, confuſè, omnia ſine lege, ſine certâ conſuetudine, ſine ordine, & ſtylo, tranſigentes, mutantes, alterantes, ſordidantes. Eccleſiaſt. *c. 38.* Althus. *pol. c. 24.* Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 24.* Tholos. *lib. 4 de repub. c. 6.*

31. Huic morbo obviandum eſſet à principibus, & Dominis territoriorum juridicis, vt non juriſdictionem talibus viris impoſterum committerent, ſed exemplo Dominorum juriſdictionalium Gallicorum, literatos haberent judices, ſaltem licentiatos, aut baccalau-

ctos in jure civili, *inquit* Thol. *d. lib. 4. de Repub. c. 6. n. 11. & c. 8. n. 10.* Imò Veneti ſemper conſtituunt Nobiles tantū Rectores civitatum, & Mediolanenſes ICtos. Lancell. *de off. prætor. pr. nu. 9.* Quod vtinam in omnibus Germaniæ partibus fieret, nec politici groſſioris Minervæ admitterentur, non tanta litium multitudo, nec intricati tot proceſſus exiſterent. Sed judices ICti deberent eſſe Trebatij, h. e. integri, boni, & prudentes viri, *vt refert* Myns. *pr. Inſt. de codic. nu. 3.* & legum auctoritate ſuffulti. Maſc. *concl. 1136. n. 24. vol. 3.* Siquidem 32. juſtitiæ profeſſio legum peritos judices ordinare iubet: quia vix poſſit negligere qui novit æquitatem, nec facilè erroris vitio ſordeſcit, quem doctrina purgaverit, ex Caſiod. *lib. 8. epiſt. 18.* P. Thol. *lib. 24. de Repub. c. 6. n. 3.* Keller. *lib. 1. de off. jur. pol. c. 1. per. §. fin. in præm. Inſt. & l. juriſperitos. de excuſ. tut.* Gunth. *lib. 7. no. 400.*

Edoctos de gente ſua, legumq́; peritos
Miſerunt in caſtra viros.

Ejusmodi judex, & officialis juſtus, & fidelis perpetuò eſt, virtute nititur, verus absq; fuco, idem ipſe abſens, qui præſens eſt, bonis favet, malos caſtigat, calumnias averſatur, nugas & mendacia fugit, non eſt hypocrita bilinguis, multò minus delator. Quin nec alijs detractoribus aures præbet, vel facilè credit, cum ſingulis quietè vivit in concordia & pace, ſuo contentus, honoribus, vel divitijs non inhiat, juſtam, & modeſtam vitam agit, in debitis ſolvendis non moroſus, contentionum, & litium fugax. Fur. Ceriol. *lib. de cons. & conſiliar. not. 11.* Kell. *d. lib. 1. c. 25. in f.* Maximè, quia ad judicis officium per- 33. tinet, tollere fomenta, & occaſiones litium, eaſdemq; obortas ex officio diminuere. *l. quidam. ff. ſi cert. pet. l. æquiſsimum. de vſufructu. l. 1. §. inde quæritur. de nov. op. nunc. l. 2. in pr. ſi quis caut. l. poſt quam liti. C. de pact. c. finem. de dolo & contumac.* Hering. *tr. de fidej. c. 27. n. 237.* Id quod præcipuum munus eſt integerrimi prætoris. *l. properandum. C. de jud. l. litibus. C. de agric. & cens. lib. 11.* Regn. Sixtin. *vol. 2. conſ.* Ac. Marp. *21. n. 119.* Decian. *con. 32. n. 10. vol. 3.* Et potiſſima pars judicis in eo conſiſtit, vt malo quantocyus occurratur. Ioh. Bapt. Coſta. *tr. de jur. & facti ignor. cen. 2. diſt. 40. n. 80.* Pruckm. *con. 16. n. 1. vol. 2. per l. vlt. C. quan. lic. ſine jud. ſe vind.* Quod ſi omnibus tàm maiorum quàm minorum gentium judicijs factum fuiſſet, non tot lites, nec bella etiam inteſtina in meditullio Germaniæ videremus. Sed, 34. proh dolor, magiſtratus mundanus hodiè plerumq; aut lupus, ſive

 leo,

leo, qui pedes vbi figit, ibi cætera animalia quieſcunt. Capic. *dec 27. n. 35.* Claud. Cant. *conſ 3. n. 19.* Hering. *de fidej c. 8. num. 131.* Aut ſucula voluptatibus addicta: aut vulpecula quæ vulpinâ calliditate, & Sophiſticâ rem agit, *vti ſcribit.* Otto. Caſim. *de mundi immund c. 42 pag. 484.* Ioh. Berber. *in pr. p. 1. rub. 13 de l. Iul. repet. n. 1. inf.* vbi credit, tempore ſuo paucos reperiri officiales, qui à pœnâ repetundarum ſe excuſare poſſint, quid autem imposterum eventurum ſit, ſolus Deus, qui æterno tribunali præeſt novit. Farinac. *p. 3. oper. crim. q. 111. n. 2.* Et Damh. *in pr. crim. de cit. real. n. 9.* aſſerit, quod infeliciſſimi huius ævi nonnulli arrogantes officiaſij contra omnem rationem, & æquitatem non erubeſcant cotidiè pauperes carcerare, & ſumptibus vexare, intrepidè ſuſtinentes, ipſis quaſi omnia tàm jure quàm iniuriâ dicere, & facere conceſſa eſſe. Farin. *de cauſ lib. 1. tit. 4. q. 27. n. 134.* Et quidem malè ſecundum Camerar. ex Sophocle: Nam

Vbi magiſtratus ſophiſmatibus ſcatent,
Faciuntq́; pluris odia ſua, quàm patriam,
Quæ genuit ipſos, & adeò æternum Deum:
Hanc civitatem ſtatue tandem, proſpero
Ceſſante curſu, vi, procellis, obrutam.

35. Reſipiſcite ergò ò judices Germaniæ; & reſpicite ſupremam legem, populi veſtri ſalutem; quæ conſiſtit in providendo, judicando, exequendo. Cogitate certas mutationis cauſas eſſe, contemptum verbi divini, iniuſtitiam, & luxum, vt ait Sieur *de la Nove diſc. 1. pol. & mil. p. 4.* Quid obſecro tam potentia Regna tam citò ſubuertit, & tranſtulit? Certè indignatio Dei, quam in ſe multiplex INIVSTITIA provocabat. Ioh. Sarisber. *lib. 4 de nug.* Curiar. *c. 12.* Averſamini vitia; colite virtutes, ad rectas opes animum ſublevate, humiles preces in excelſo porrigite. Magna vobis eſt, ſi diſſimulare non velitis, neceſſitas inclytæ PROBITATIS, cum ante oculos agitis Iudicis cuncta cernentis. *Inſcript. palat I concilij magni Venetijs.* Nat. Chytr. *in*
36. *delit: itin. pag. 100.* Hæc de proximis litium forenſium cauſis, communibus tam judicibus; quàm officialibus: Cum officiales etiam judices propriè dicantur. Miſc. *de prob vol. 3. conc. 1130. cir f.* Graviores eorundem defectus duntaxat attingimus, minimis ſuperſedendo. Sicut enim in corpore modicus defectus non facit, vt corpus judicetur morboſum; ita nec modicus animæ defectus quoad ſeculares efficit,

eit;ne non prudens aliquis videatur. Br. *in tr. teſt. n. 84.* Peculiares quædam litium forenſium cauſæ ſunt penes officiales, h. e. judiciorum protonotarios, ſubſtitutos, ſecretarios, ſcribas, amanuenſes, pedellos ſivè viatores, apud quos nihil efficies, niſi plumbea eorum cor da aureo vel argenteo malleo, vanitatis & cupiditatis incude emollias. Ioh. Sarisber. *de nug. curial. lib. 5. c. 10.* vbi credit ſe vidiſſe oſtiarios Cerbero duriores. Quod ſi officialis tamen ob malos mores, injuſtitias, & gravamina ſubditis indebitè illata offendatur, crimen læſæ 37.
maieſtatis non committitur, ſed omittitur. Carrer. *in pr. tit. de appell. §. 11.* Iaſ. *con 86. n. 6. lib. 3.* Rol. à Valle *conſ. 48. n. 9. lib. 2.* Farinac. *p. 5. op. crim. q. 112. n. 115.* Hos niſi tibi propitios feceris, ſic diſtorquebunt, tot tibi verborum ponent tendiculas, rei non fideliter geſtæ ſeriem, ſtylum incultum, aut ad minimum longâ expectatione torquebunt, vt pro pace bellum, pro quiete litigium tandem obtineas. Ioh. Sarisber. *d. l. 5. c. 10.*

Sunt autem officiales vel eccleſiaſtici, vel politici. Eccleſiaſtici multa, ne dicam omnia, ad molendinum ſuum trahere conantur, & ita lites excitant, cùm particulares tùm generales, generalem aliquando mutationem importaturas, vt ex Bl. hanc querelam retulit Gail. *lib. 1. obs. 25 n 3.* Fachin. *lib. 3. contr. c. 13.* Ioh. Paul. Windeck. in Theol. ICt. *lib. 1. loc. 7. priv. 10.* cui renunciaſſe videtur Alex. *3. in c. ſi duobus. de appell. c. cauſam. 2. ex. qui fil. ſine leg.* Hos ſequuntur Politici, qui non rarò lites pecunioſas ad ſe revocant. Zaſ. *in l. ſtipulatio. n. 28. de juriſd. omn. jud.* Coler. *de proc. exc. p. 2. c. 1. n. 145.* His abuſus communis, quod omnes ferè Notarij Protonotarij, & omnes ſcribæ Secretarij volent audiri; quorum opellam ſi quis indigeat, DEVS bone, quos ronchos & faſtus tolerare & muſsitare oportet, *vt inquit* Pollet. *lib. 5. hiſt. fo. Rom. c. 12.* multa de ſecretis, & Secretarijs. Pet. Pithe. *lib 2. adv. ſub. c. 12* *Alex. ab Alex. lib. 5. gen. dim. c. 14. & lib. 6. c. 7.* vbi contra judicum ſordes, & malitiam quorundam inuehitur. 38.

CAPVT XIII.

De cauſis litium circa conſuetudines irrationales, debita, vſuras, oppignorationes, fidejuſſiones, & dotes.

SVMMARIA.

1. *Litigans ligatur conſuetudine fori, vbi litigat.*

2. *Rationabilitas eſt Requiſitum conſuetudinis.*
3. *Blaſphemandi conſuetudo receptiſſima non excuſat.*
4. *Homicidij pœna pecunaria improbatur.*
5. *Conſuetudo naufragij bona eripiens irrationbilis.*
6. *Probatio ſagarum per aquam irrationabilis.*
7. *Veneficij crimen hoc ſeculo frequentiſſium.*
8. *Nominationi Sagarum quatenus fides adhibenda.*
9. *Anglorum, Tarentiorum, & aliorum conſuetudines reprobantur.*
10. *Conſuetudo, ne pater edocet filiam, irrationabilis.*
11. *Conſuetudo Poloniæ, Neapl. Mechanicorum reprobatur.*
12. *Conſuetudo* Gang oder ſchlieſigeldt zu geben *irrationabilis.*
13. *Aliæ conſuetudines irrationabiles allegantur.*
14. *Litium Debitariarum cauſſa luxus & prodigalitas.*
15. *Lites prioritatis familiares, vt obſonium in prandeo.*
16. *Metalla an ſint litium atq. malitiæ cauſſa.*
17. *Superbia litium, & luxus cauſſa.*
18. *Luxuria in 4. conſiſtit pecunia, domo, convivijs, veſte.*
19. *AEdificiorum magnificentia litium debitariarum cauſſa.*
20. *Conviviorum luxuria agræ civitatis indicium.*
21. *Cauſſa luxurioſi mali in Aulis.*
22. *Veſtium luxus lites, & præferentias parit.*
23. *Gallorum, & Germanorum novitas in veſtitu taxatur.*
24. *Nemini mortalium FIDES eſt habenda.*
25. *Debitorum Litigioſorum natura depingitur.*
26. *Debitores litigare malunt, quam bonam fidem agnoſcere.*
27. *Germanorum fides, & obligationes breves.*
28. *Obligationes* Auff niderſitzen/ Einlager/ theyl des Himmelreichs.
29. *Debitorum vana promiſſa, & in commoda recenſentur.*
30. *Mundus non ſuſtinetur absq. vſuris & commercijs.*
31. *Chriſtiani, mendicantes, prædicantes vſuras exercent.*
32. *Iudæorum expulſio probatur.*
33. *Fœnebre malum ex civitate tollendum.*
judices veneficarũ confeſſioni contra complices, illuſtres ſæpè perſonas, aut ſpe impunitatis, aut odio, Wann ſie andere beſagen / plenam fidem adhibent, vt perſonas delatas absq; vlteriori inquiſitione capiant, & ſi confiteri nolint, tyrannorum more in carcerem detrudant, torturæ, & deniq; Vulcano ſubijciant. Godelm. *lib. 3. de mag. lam. venef. c. 9. n. 1.* Sich. *ad l. 10. n. 3. de qq.* ait, judices graviter peccare. Auct. diſc. Vom Juſtitienwerck. *p. 60.* adducit Ioh. Fichar. *tom. 2. conſ. Germ. 107. & ſeqq.* P. H. O. vnnd Bedencken Nic. Lorichij ſub dato Donnerſtages nach den Oſtern / anno 1567. Nam cum ipſis moriendum ſit, etiam aliorum vitam, valetudinem, famam lędunt atq; deludunt, inſtinctu diaboli, Sie ſehen gern wann Sie brennen müſſen / Das auch die gantze Welt verbrente / vt inquit Godelm. *lib. 3. de* Mag. *c. 9.* Ergò litigium ob ſolam nominationem non facilè movendum, neq; ſtatim clamandum ad ignem, multò minus bona combuſtorum eripienda, vt in locis quibuſdam cõſuetudo irrationalis obſervatur. P. Binſf. *tr. de conſ. malef. prælu. 14.* P. H. O. *art. 25. §. item* an etlichen Orten. Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 13. pag. 432.* Multò irrationabilius eſt 9.
ſtatutum populi cuiusdam, maritum mortuum vnà cum vxore ſua adhuc ſana Vulcano conſecrari, quod allegat Ohem. in diſc. jurid *pol. c. 3. n. 83.* Ita Cagnol. *in l. ſemper in cont. de R. I.* damnat improbiſsimam conſuetudinem illorum principum, qui volebant à novis nuptis prima homagia habere in terris ſuis. Ioh. Ordel. *ad l. fin. n. 339. de R. V.* Idem de Volumnienſium ſervis tradit Sarisberien. *lib. 8. de nug. Cur. c. 6.* quod Lege ſanxerint, vt ſtupra ſua in viduis aut in nuptis impunita eſſent, ac ne qua virgo ingenuo nuberet, cuius caſtitatem non antè aliquis ex numero impiorum de libaſſet. Sic Anglorum conſuetudo improbatur, quâ pupillo vaſallo Dominus offert matrimo-

nium, quod is ſine gravi mulctâ recuſare non poteſt. Smith. *the 3. boo-*
Ke off. the common Wealth. *off.* Eng. *c. 5.* Et Tarentinorum, vt nullam
filij à parentibus acciperent hereditatem, præter arma quibus pugna-
rent; & filiæ ſolæ omnium facultatum ex aſſe heredes eſſent, vt ma-
ritos nanciſcerentur. Ant. *de* Guev. *in* Hor. *princ. lib. 2. c. 36. n. 37.*
10. Nulla quoque erit lex Guilielmi 1. Regis Siciliæ, quâ patri aufereba-
tur facultas elocandi filiam ſine licentia Regis. Summon. *lib. 2. hiſt.*
Neap. *c. 3.* Rectius Henricus 3. in Com. Bleſ. anno 1576. art. 281. ra-
ptorum adinſtar puniri voluit nobiles, qui ſubiectorum liberos ad
invita matrimonia coëgerunt. Sic deteſtanda lex Laconica, quâ lice-
bat cum marito de ſtupro ſive adulterio coniugis paciſci. Harpr. *ad ſ.*
pœna. 5. n. 27. de obl. quæ ex del. Et lex Catadis Regis P. vt omnes fœ-
minæ eſſent communes. Procop. *de bello Perſ. lib. 1. p. 121.* Vel vt Mel.
11. in Chron. *p. 534.* ne adulteria ſine violentia facta punirentur. Non
minus irrationabiles ſunt conſuetudo Poloniæ, quâ nobilibus ho-
minem occidentibus certâ pecuniâ cadaveri impoſita redimere pœ-
nam licuit: adeoque Stephanus rectè ſuſtulit. Treutl. *p. 1. diſp. 1. th. 9.*
lit. b. Item conſuetudo, vt Rei denegatis defenſionibus torqueantur.
Alex. de Nævo *conſ. 86. p. 1.* Qualis eſt in regno Neapolis, in Etruria,
& alibi. Affl. *dec. 391.* Ioſ. Ludov. *conc. 38. poſt. illationem. 98.* item Fer-
rariæ. Riminal. *con. 290. n. 11. lib. 3. vid.* Farinac. *de ind. & tort. lib. 1. tit.*
5. q. 39. n. 29. & ſeqq. Petitio damnati ad vltimum ſupplicium à vir-
gine facta, in Hanſeaticis quibuſdam locis recepta. Conſuetudo Me-
chanicorum, vt quod vnus incepit, alteri perficere non liceat, was ei-
ner auß den Zunfftgenoſſen angefangen / der ander nicht außmachen dörffe. *l.*
vn. C. de monop. Rebuff. *ad conſt. Gall. lib. 2. tr. de mag. artiſ. art. 4. gl. 2.*
n. 18. Dan. Moller. *2. ſemeſt. 15.* Conſuetudo eorundem, ne barbi-
tonſorum, molitorum, & opilionum filij ad ſodalitates admittan-
12. tur. Schonborn. *lib. 3. pol. c. 48.* Ita conſuetudo vbiq; ferè locorum
viget peſſima, vt incarcerati præter pœnam carceris pecuniam ſolue-
re cogantur Das fang: oder Schließgeldt/ ne dicam quod quibuſdam in
locis ſe alimentare teneantur. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 67.*
Ratione cuius ob avaritiam cuſtodum ſæpius innocentes in carce-
rem detruduntur müſſen zu ſoche Kriechen. Quod ſi ſint divites, & ci-
bus adferatur delicatior, cuſtodes abliguriunt: ſi pauperes, nihil la-
bore lucrantur, ſed vxor cum liberis fame tabeſcunt: & nihilo mi-
nus λύτρον ſolvendum, Das fang: oder Schließgeldt / florenus incircà,
quem

quem mercenarij vix anno colligunt, aut ſi mutuum ſumant, mutam ſentiant familiam, & fame, & famâ deperditam. Ita peccatum puniendo peccatum committitur. Auct. *diſc.* Vom Juſtitienwerck / *p. 67.* At Filius non portabit iniquitatem patris, ſed peccata ſuos debent tenere auctores. *l. ſancimus. 2. C. de pœn.* & ſufficit impoſitio mulctarum, vt homines à delinquendo deterreantur. Eaq; hominum con- 13.
ſuetudo improbanda eſt, cum carnifices, ſi in ipſo actu deficiant, neq; vno ictu rem peragant, lapidibus obruuntur. P. Greg. Thol. *lib. 31. Syntagm. c. vlt. n. 7.* Schonborn. *lib. 3. polit. c. 51.* Keller. *lib. 2. de off. jurid. pol. c. 27.* vbi ait, ſe vidiſſe alicubi ſtultè obſervari, ſubditum appellantem tribus vicibus in gyrum ſaltare, quâ inſaniâ omiſſâ, arbitratos quoſdam ſimplices non rectè appellatum eſſe. Non minus irrationabilis eſt conſuetudo alibi, vt antequam juſtitia adminiſtretur, certi quid ſolvatur in das Brett / quod advenæ mirantur, & præceptum eſt Exod. 22. Advenam non contriſtabis: vbi hoc hodiè obſervatur, dum pleriq; advenis in omni commercio & negotio, quantũ poſſunt, injuſtè aliquid detrahunt, id licere putantes, quod non ſibi cum indigenis negotium ſit. Godelm. *lib. 3. de mag. & venef. c. 11. n. 51.* Sed quis omnes omnium locorũ cõſuetudines irrationales conſarcinare, & particulariter enumerare poſſet, inquit Cuſan. *lib. 3. de concor. Cathol. c. 35.* quibus aut hebetibus, & obtuſis, aut malâ conſuetudine obſeſſis diu, rubigo animorum effricanda eſſet cote Iuſtitiæ. Sen. *epiſt. 95.*

Ad debita & lites exinde ortas progrediemur, quarum cauſa po- 14.
tiſſimum conſiſtit in luxu, & prodigalitate. Prodigales enim neque ſe, neque ſuos heredes conſiderant, ſed omnia abligurientes litigaturiunt, atque putant cum M. Aur. Anton. Heliogabulo, ſuum ſibi quemq; optumum heredem Alles verthan / Darnach die ſchuldener enterben. Nic. Reuſn. *in ſymb. Imp. cl. 1.* Keller. *de off. jur. pol. lib. 1. c. 16.* *Chriſt. Ohem. in diſc. Iurid. pol. c. 3. n. 5.* Hinc lites de prioritate credi- 15.
torum, & excuſſione debitoris tàm familiares ſunt in curijs Germaniæ, quàm obſonium in prandio. Ioh. Koppen. *q. 56. in pr. &* Hering. *de fidej. c. 27. n. 33.* Sed chirographarij vt plurimum in concurſu creditorum vacui dimittuntur. Weſemb. *de privil. cred. nu. 9.* Dan. Moller. *ad conſt. Saxon. p. 1. conſt. 28. n. 84.* Pruckm. *con. 13. nu. 3. vol. 2.* ſecundum illam fænoratorum cantilenam relatam ab Ambros. in lib. de Tobia. Nos noſtram pecuniam non habemus, aurum dedimus: lignum tenemus. h. e. chirographum.

Vana ſupervacui dicens chirographa ligni.

16. Hujus cauſæ cauſam nonnulli in Deum injurij metallis adſcribunt, quaſi ſint litium, malitiæ, luxuriæ, & omnium malorum irritamenta & inſtrumenta vt ait M. lacq. Faye. *la. 3. remonſtra. pag. 1 9.* ce fut l'or, l'argent, & autres metaux peſtes mortelles du genre humain h. e. aurum, argentum, & alia metalla mortales generis humani peſtes. Plin. *li 33 in proœm.* D. da la Nove *in diſc. ciu. & milit c. 23.* Budell. *de re numm lib. 1 c 3 n 3* Fr. Petrach. *de rem for. ſec. dial 54* Non enim metalla per ſe mala ſunt, aut malitiæ cauſa, ſed per accedentem hominum ſuperbientium abuſum. Zanchius. *de oper. creat. l. b 3. c. 6.* Mathes. *in hom. Sarept. 1.* Guil. Sal. Bartaſin. *de infin. mud. lib. 3. arg. Gen. 1. vers. 31.* Deut. *8. vers 9.* Iob. *22. vers. 25.* Mala. *3. vers 3.* Caſſiod. *lib. 9. vari c. 3.* Aurum *inquit* per bella quærere nefas: per maria periculum, per falſitates opprobrium: in ſuâ verò naturâ IVSTITIA.

17. Heyg. *p. 1. q. 13. n. 3. & 4.* Ergò magis ſuperbia litium debitariarum atque luxus cauſa eſt cenſenda, cujus rami ſunt 1. inanis gloria 2. invidia 3. ira 4. triſtitia 5. auaritia 6. ventris ingluvies 7. Luxuria. Iohan. Sarisber. *lib. 8. de nug. Curial. c. 1. & ſeqq.* Superbia eſt ἱερὸς νόσος h. e. magnus morbus qui in magnis Magnatum aulis eos etiam litibus implicat, qui magni ſunt, & gloriantur, ſe Martem ſervaſſe in campis Gurgaſtidonis vbi Bombomachides Cluninſtaridyſarchides erat Imperator ſummus, Neptuni nepos. Plaut. *in mil. glor. act. 1. Scen. 1.* Heracl. apud Laert. Iariſlan. Baro à Smirliz. *de cons. l. n. 26. p. 480. in ſpec. aul.* Hęc ſuperbia naſcitur ex aliorũ bonorum cum ſuis collatione, &

18. generat luxũ Hip. à Collib. *in Palat. p. 119.* Luxũ Lips. *lib. 4. polit. c. 11. in 4.* his ponit: Pecunia, domo, convivijs, veſte. *O prodiga rerum*

Luxuries, nunquam parvo contenta paratu. Lucan. *lib. 4*

Pecunia eſt mater luxus, litium & plurimorum malorum Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 17.* cui omnia obediunt, & nullum acrius quàm rei nummariæ telum reperiri poteſt.

Virtus, fama, decus divina, humanaq́ pulchris
Divitijs parent: quibus ſine ſtultum eſt,

de nobilitate certare, *inquit* Wes. *con. 4. n. 43.* Barth. Kellenbentz. *tr. de renun. ſucc. q. 42. n. 16.*

In precio precium nunc eſt, dat cenſus honores.

Huc pertinet augmentum bonitatis extrinſecæ, vel valoris monetæ, quod multas & inextricabiles parit lites, ſoli libidine avaritiaque

mercatorum

mercatorum accepto ferendum. Cothm. *con. 36. num. 8. vol. 1.* Dan. Moller. *ad con. Sax. p. 2. conſt. 28. n. 2.* Car. Molin. *tr. de mat. mon. q. 110 n. 109.* Pruckman. *con. 12. nu. 1. vol. 2.* Nath. Chytræ. *in delit. p. 350.* Bey der Münz ſol man lehren / Wie ſich die Welt thut verkehren. Quoad 19.
domus quorundam mos eſt rem omnem exhaurire & magnificentiam illuſtrium virorum imitari, cujus comes æs alienum, lis atque miſeria, vt ille innuit de Nerone:

Roma domus fiet.

Et Plato de Agrigentinis magnis impenſis multa ædificia extruentibus dixiſſe fertur: Agrigentini quaſi ſemper victuri ædificant, & comedunt quaſi ſemper morituri. AElian. *lib. 12. var. hiſtor.* Imò ſpoliantur pauperes ſæpè vt veſtiantur lapides & ligna. Vincent. *lib. 27. c. 18. de ſuperbis eccleſiaſticorum ædificijs ex lib. 1.* Hug. Pariſienſis *de clauſt. animæ.*

Quod Varro de Rom. cum allium & cæpe ederent, tamen erant benèanimati: illud æquè de Germanis dicendum. Et Cato de cauſis quæ Romanos fecerunt magnos, Domi induſtria, foris IVSTVM imperiũ, animus in conſulando liber pro his nunc habemus Luxuriam atque avaritiam; publicè egeſtatem, privatim opulentiam. Iohan. Sarisb. *lib 8. de nug. Curial. c. 5.* Plus autem impenditur in convivijs 20.
hoc noſtro ſeculo vulgi more, qui ſæpè profuſus, vbi minimè opus. Sed vbi res ipſa largitatem poſcit, vsque adeò tenax eſt, vt dum minimis vult parcere, in maximos ſumptus & graviſſima pericula incurrat. Guicciard. *pol ſent. 37. ex lib. 2. hiſt.* Groſſer Zuzug / auftritt vnd vberlauff. Quæ conviviorum luxuria & veſtium, ægræ civitatis indicium eſt. Sen. *ep 115.* O miſeros noſtros & deplorandos, qui jampridem virtutis ſpecioſa vocabula trahimus ad vitia! Liberalem dicimus, qui convivijs exhibendis nimius eſſe ſolet. Magnificium, qui vltra ſortem ſuam ſe oſtentat. Civilem, qui eſt ſtrenuus ſalutipotator. Schonborner. *lib 3. pol. c. 17. vbi refert.* Ambros. *in lib. de El. & jejun. c. 17.* quibus modulus vitæ culina; quippe nullos norunt Deos præter Eduſam, & Potinam. M. Phil. Canaij. *la. 1. remonſtr. p. 314.* Nonnulli ſingulis noctibus cum ſeruis calculum ponunt, & quod effuderunt vſu vel abvſu divrno, nocturnis lacrumis deflent; ſuboriuntur lites, accedunt minæ, arguuntur aut furti aut inſipientiæ ſervi, & quaſi rem malè ad miniſtratâ; eijciuntur, torquentur, & quod effundere juſſi ſunt, refundere compelluntur. Sarisber. *lib 8. de nug. Curial. c. 6.* Vnde 21.

quibuſdam in aulis ita comparatum, vt quantum hoſpitalitatis, & liberalitatis in advenas, magnificentiæ ergo conferatur; tum illis recedentibus, miniſtris, & famulis tenaciſſimè detrahatur. Kell. *lib.1. de off. jur. pol. c.17.* Cauſam hujus mali luxurioſi explicat P. Frid. Mind. *lib.2. de mand. jud. c. 11. n. 3.* his verſibus.

Qui fit quod Principes, & Comites
Tenentes vrbes, caſtra, territoria,
Vicos, palatia, agros, & tentoria
Cum fructibus, reditibus,
Magnis ſimul cum cenſibus,
Minus tamen redundent ſoſpites?
Non viget aulis obſervantia
Divini numinis, juſtitia, æquitas,
Hinc cum pietate, morum & vitæ puritas.
Verſantes in exilio.
Raro adſunt in conſilio:
Hinc omnis diffluit ſubſtantia.
Tum luxus, & pompoſa ambitio,
Iuges epulæ, & potatio theatrica,
Mollis incuria, & voluptas lubrica,
Cuncta conſumunt turpiter,
Et fit nihil frugaliter,
Præceps hinc cuncta fert perditio.
O Nobile mortalium genus
Natum imperare, cur patrias imagines,
Claraſq; ſtemmatis tui propagines,
De decoroſis moribus
Et modis laxioribus
Cenſuq; exhauſto enervas hactenus?
Non hæc virtutum, aut laudum ſemita:
Cordi primùm Dei tibi ſit gloria.
Felicem vt te evehat dives victoria:
Nec major datis cenſibus
Te perdat luxus ſumptibus:
Hac te beatum reddes orbitâ.

Sic Erneſtus Dux Lunæburg. coram Luthero, de luxurioſa Ebrietate

Ebrietate, & crapulâ in aulis frequenti cõquerẽs, interloquẽte Luthero, Principum eſſe iſta abrogare, reſpondit, Ipſi hæc peragimus, aliâs diu in deſuetudinem abijſſent, ſignificans Principum intemperantiam eſſe causã intemperantiæ populi. Luth. *in coll. mens. c. 39. fol. 521.*
Quoad veſtes, non ſolum fœminis adſcribendum, quod expoliri 22.
geſtiant, & intortis crinibus, auro, gemmis, torquibus, armillis feroq; iſto ferro, quod & veſtes dilatat, & infantes celat, cachebaſtard, ſpectatum veniant, veniant ſpectantur vt ipſæ: Sed & mariti plerumque veſtium varietate laborant. Ergò nulli mirum videatur, tàm multos paſſim obvios obæratos, tàm plebeios, quàm proceres aulicos, & heroes geſtamine regio inſignitos, qui defraudatis vidvarũ pecunijs, nulli quicquam numerant, ne vivi quidem, nedum mortui, cùm plus quàm animam habeant oppignoratam, vt mox ab extincto corpore, omnia eorum bona præconis voci ſubijciantur, ac creditores de præferentiâ decertent. Lev. Lemn. *in exhort. ad vit. opt. inſtit. c. 34.* Keller. *d. lib. 1. c. 16.* Reprehendendi quidem Galli, qui veſtitum in- 23.
dies, atque adeo in horas mutant, & quas mané geſtare cæperunt veſtes, veſperea pro obſoletis habent, id demum circa cultum corporis magnificum & ſplendidum ducentes, quod diu magnificum ſplendidumq; eſſe non poteſt, ne videlicet novæ ſemper ſumptuum occaſiones deſint. Henr. Steph. *in apol: pro Herod. p. 44.* Schonborn. *lib. 3. pol. c. 17.* Sed multò magis reprehendendi Germani, quos æquè perdet Gallorum luxuria, atque Romanos perdidit Græcorum. Blandum, vt ait Valerius, malum, quod accuſare facilius eſt, quàm vitare. Exili plerumq; meatu incluſum egerit vrna liquorem. Sic minutiſſimis, dum frequentibus, & continuis ſumptibus ampliſſimæ exhauriuntur opes, & brevium ſubtractione minutiarum, maxima hereditas expilatur: niſi fortè prodigus pecuniam inveniat redivivam.

Eſt luxus populator opum cui ſemper adhærens
Infelix humili greſſu comitatur egeſtas.

Ioh. Sarisber. *in policrat. lib. 3. c. 12.*

Hinc æſtuoſæ præferri cupientium lites, & querimoniæ, de rara 24.
fide, ideò, quia multi multa loquuntur, ſicut Dionis Pruſici libellus περὶ ἀπιςίας probat, nemini mortalium fidem haberi poſſe, idq; partim propter improbitatem, partim propter humani ingenij levitatem, & crebras mutationes animorum, partim propter lingguam

guam facilem, quâ fit, vt multi ſuopte judicio, veluti ſorices pereant. Hunc vere locutum eſſe ait Hering. *de fidej. c. 1. nu. 46.* Alciat. *lib. de ſing. cert. c. 7.* Epichar. μεμνῆσο ἀπιστεῖν, quod eleganter expreſſit Scalig. Clariſſima ſententia confidere paucis, ſed clarior eſt altera, confidere nulli, quia totus mundus eſt diffidentia. Ideò Indi violatores fidei non puniverunt, vt viderent, cui fiderent. Sabell. *Enn. 1. lib. 1.*

25. Sunt enim hoc exulceratiſſimo præſerim ſeculo tricones, litium moratores, ne dicam mercatores, ἄσπονδοι, & promiſſionum neſcij, vt ait Paul. 2. Timoth. *3. vers. 1.* quos neque conſuetudo, neq; amor, neque pudor commoveat atque commoneat, vt ſervent FIDEM, proclamante Phamphilo apud Terent. & rectius depingente in Adelph. *act. 2. ſcen. 1.*

De argento ſomnum, mox, cras redi,
Cras ſuper cras, ita fit prioritas.

Rectiſſimè Regio vate Pſal. 37. in verſioni Ill, mi & Literatmi Haſſiæ Landgravij. MAVRITII:

Injuſtus cumulans alienum æs ſolvere non vult,
Mens pia dans gratus debita ſponte refert.

Imò hoc genus debitorũ litigioſorũ tot fidei vinculis aſtringi non poteſt, quin rimã aliquã reperiat, per quã elabatur & non immeritò comparatur Protheo Horatiano. *ſat. 4. lib. 2.* *centum adde catenas*

Effugiet tamen hæc ſceleratus vincula Protheus
Cum rapies in jura malus ridendum alienis,
Fiet aper, modò avis, modò ſaxum, & cum volet arbor.

26. Ita debitores litigioſi tergiverſantur, & tanquam verſpertiliones ſubterfugiunt creditorem, ſi latitent circa columnas, *l. eum qui. 36. de reb. auct. jud. poſ.* vel ſtationibus, & circulis hominum occultandi cauſa ſe immiſceant. *l.* Fulcinius. *§. illud ſcien. quib. ex cau. in poſ. mit* Mar. Freher. *de fam. pub. lib. 2. c. 13.* Pet. Heig. *p. 1. q. 35. n. 9.* Tandem litigare malunt, quàm bonam fidem agnoſcendo debitum ſolvere *l. ne gentes. de O. & A. l. minor. 40. de minor. l. nemo. 82. de V. O.* Licet boni viri non ſit, privati juris debita denegare. *l. 5 C. de div. præd. vrb. lib. 11.* Br. *l. 1. §. ſi ſtipulanti. de V. O.* Dec. *in l. non poteſt. n. 2. de R. I.* Ioh. Kopp. *dec. 84. n. 3.* vbi dicit, quod debitores debita verè liquida abnegantes, Creditoribus actione injuriarum teneantur. At quid frequentius hoc litigioſo ſeculo, quàm debitum etiam liquidiſſimum malitioſè abnegare? quid vſitatius, vt ſi prodigales eiuſmodi decoctores vxoris, & liberorum illiberalem vlulatum audiant ad popinas & tabernas

bernas confugiant, reſtim dilapident, mæſtiq; prorſus aufugiant, & vxorem cum liberis in exilio relinquant? *vt conqueritur Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck / *pag. 69.* Pudeat pleroſq; Germanorum fluxæ 27.
ſuę fidei, quod à more maiorum ita degeneraverint, de quibus Corn. Tacitus.ann. NVLLOS MORTALES FIDE ANTE GERMANOS eſſe. Vnde vulgare illud. Auff gut alt Teutſch. Chriſt. Warſevv. de Legat. ait: Antiquitus dictorum factorumq; conſtantiâ Germanos celebres fuiſſe. Polyb. *lib. 2 p. 158.* judicat nihil maius aut præclarius, quàm malle vitam in exilio trahere, dimiſſis domibus, ſepulchris, templis, fortunis, omnibus deniq; rebus neceſſarijs potius, quàm aliquod violatæ fidei ſignum præ ſe ferre. Quod ſi fides inviolabiliter ſervaretur, minus litium eſſet. Sed illud Taciti præconium quibuſdam hodiè non niſi injuriâ quis attribuat. Antiquitus obligationes breviſſimæ; hodiè longiſſimæ, & ad membranam totius cutis bovinæ extenduntur. Kleyne Handtſchrifft / groſſer Glaub / jetzo groſſe Handtſchrifft / kleiner Glaub. Vtinam inquit Seneca. *lib. 3. de benef. c. 15.* nulla ſtipulatio emptorem venditori obligaret, nec pacta conventaque impreſsis ſignis cuſtodirentur, FIDES potius illa ſervaret & VERITAS. Annulis noſtris plus, quàm animis creditur. Hinc obliga- 28.
tiones conficiuntur & ridiculæ, auff ein niderſitzen / & impoſſibiles, beim theile des Himmelreichs / & duræ, bey Vorhafftung ſeines Leibes / & prohibitæ, zum einlager oder Leiſtmachung. *c. ex reſcrip. de jurej.* Landtrecht. *lib. 2. art. 11. §.* hat er auch. Gail. *2. obs. 45.* Sich. *in l. ob æs. n. 5. C. de obligat.* Moller. *lib. 3. ſemeſt. c. 30.* Mod. Piſt. *p. 2. con. 1. n. 9.* Goed. *de ſequeſtr. c. 1. p. 3. axiom. 3. n. 113.* Cothm. *reſp. 19. n. 5.*

> Heus tu, *inquit Plautus in Aulul.* noſtra ætas non multum fidei gerit,
> Tabulæ notantur, adſunt teſtes duodecim,
> Tempus locumq; ſcribit Actuarius,
> Tamen invenitur Rhetor, qui factum neget.

Dolendum certè antiquam Germanorum fidem in Gallico-Græcanicam commutatam eſſe. Dolendum inquam:

Quod nunc tot fidibus luditur vna fides.

Sicut enim cithararum fides ſive chordæ, ita cor hominis ſive fides concordare debet, validiſſimum cuiq; teſtimonium. Hering. *de fidej. c. 19. n. 80.* Zas. *in §. de conſtit. n. 2. & 3. l. de act.* Caballi, *tr. de*

 evict.

evict. pr n. 2 & 3. Caſsiod. *lib. 5. variar. epiſt. 40.* ait incommutabilis fidei eſſe omne quod vivimus. Vbi enim ſana fides non eſt, ibi nec juſtitia eſſe poteſt; ſed litigium adeò creſcit, vt fide non ſervatâ in negotijs peragendis homines ſegniores reddantur, & commercia frigeſcant. *c. vbi. 24. q. 91. § feſtin. in Auth. de mun. prin.* Hier. Magon. *dec.*
29. Luc. *95. n. 10 & 11.* Revertimini igitur ò Germania à pravâ huius litigioſi ſeculi malitiâ ad priſtinam integritatem, FIDEM ſervate, animis, non annulis credite, & cogitate virumglorioſum promiſſa non complentem, nubem & ventum eſſe quem pluviæ non ſequuntur. *Prov. 25 verſ. 14.* Groſſe Wort/vnd nichts dahinden/ quos Galli Braueurs appellant, Hiſpani palebras de complimiento, Ehrenwort/vnnd keine rechte Verheiſſung. Scip. Amir. *lib. 10. c. 8. vid. Innu Gentiletum comm. de Regno adm. lib 3 theor. 18. &* Eraſm. *Chili. 1. cen. 9. adag. 13.* vos non fidem modò inviolatam tuemini, ſed etiam ab omni ſuſpicione remotam, vt Callicrat. apud Liv. dixit. æs alienum vitate, quia εὐδαίμων ὁ μηδὲν ὀφείλων, felix qui nihil debet. Et Germani: Viel borgen vnd leihen iſt eine Vergifftung deines erbtheils / vnnd hat ein Stieffmutter die heiſt/ Verkauff deine Güter. Die geberet dir eine Tochter / die heiſt / gib ſie wolfeil. Die hat einen Bruder/der heiſt: Zum Thor hinauß. *ref.* Hering. *de fidej. c. 15. n. 13.* Quod ſi feceritis, litigia frigeſcent, fraus ceſſabit, laus triumphabit. Et hæc de litibus debitarijs, ſequitur Vſuraria ὀβολὰς ἀδικῇ
30. litium genitrix. Quamvis mundus hodiè non ſuſtineatur, neque regatur abſq; commercijs & vſuris, cum charitas proximi refriguerit, & dilectio mortua ſit. Nov. Leon. *35.* Coler. *de proc. exec. p. 1. c. 10. n. 68* Nic. Reuſn. *dec. 7. n. 56.* P. Heig. *p. 2. q. 1. n. 155.* Ferrar. *in for. lib. act. hyp. n. 1.* vbi ait, nimiam clericorum multitudinem, & nimiam vſurariorum prohibitionem ſtatum deſtruere. Attamen litigioſum hoc ſeculũ nimis afflictim ijſdem exulceratur, ita vt maxima pars litium in puncto mutui mutuò ſe ſcabat: nec vllæ leges ad hanc beluam profligandam ſufficiant, *vti* Sal. *ad* Cær. *vocat* imò furto & homicidio gravius crimen. Ambr. *in lib. de* Tob. *c. 15.* Cum fœnus ſit animæ funus, *teſte* Alphon. *apud* Panor. *lib. 3. de dict. & fact.* Alph. *c. 34.*
31. & ſeditionum diſcordiarumq; creberrima cauſa. Fac. *6. annal.* Experimur enim vſurarios hodie tàm frequentes, indiſcretos, & intolerabiles, vt in exigendis vſuris nō detur Chriſtianis (niſi Chriſtia): ab Hebræis vlla diſtinctio, quin & virtuti & ſolertiæ adſcribant. Idq; non minus in Germaniâ, quàm vnquam in Italia & Galliâ. Germaniâ inquam

quam, cuius maiores ante aliquot ſecula tàm ſanctam coluerunt innocentiam, vt Tacit' ſcribat, *de mor. Germ. c. 8.* fænus agitare, & in vſuras extendere Germanis ignotum prorſus. Chriſt. Ohem. *in diſc. jur. pol. c. 2. n. 30. & 33.* vbi addit, nec ipſos clericos fratresq́; mendicantes, hodieq́; multos prædicantes ab vſuris non abſtinere. At vſuræ citius currunt quàm Heraclitus, quæ ſi non juſto tempore exſolvantur, lites moventur, & pallientur vſuræ titulis damni emergentis, & lucri ceſſantis, cum ſortem ſæpiſſimè excedant, & miſeros litigatores exſugant, non minus atq; Iudæi. Quorum expulſiones meritò probamus, ne chriſtianis lites illicitas movere, & ipſum ſanguinem exſugere poſſint. 32.
Marquar. *tr. de* Iudæ. *c. 11. n. 11.* Damh. *in pr. crim. c. 82. n. 76.* Covar. *3. reſol. c. 1. n. 8.* Gail. *2. obs. 5. n. vlt.* Ioh. Bonif. *tr. de furt. §. fraudul. n. 39.* Molin. *tr. de vſur. n. 581.* vbi principes cum Iudæis colludentes vocat ſocios furum. Eſt enim regale principum Iudæos recipere. Thom. Mich. *tr. de juriſd. concl. 48.* Sed, proh dolor, expellendo Iudæos, retinemus eorundem lanceam, Den Judenſpieß/ quâ multos litigatores etiam nobiles, multi inſtitores avariſſimi miſerè deplumant, exenterant, trucidant. Tollendum ex civitate eſt illud vrbibus vetus fænibre malum. 23.
Tac. *6. annal.* quod fidem, & probitatem, cæteraſq́; artes bonas ſubvertit, & pro his ſuperbiam, crudelitatem, Deum negligere, omnia venalia habere edocet. Saluſt. *in* Catil. *p. 10.* Schonborn. *lib. 3. pol. c. 12. de compeſc. fænerat.* Nunquam ſerunt, & metere nunquam deſinunt fœneratores, cocta, cruda, devorant, nunquam ſaturi, quibus ſive ſterile ſive fertile ſit ſolum, menſtruos fert cenſus, luna, ſol annuos. Wochen vnd Jahrzinſen. Horum tabb. comburebat Agis Ath. Dux. Al. ab Alex. *lib. 1. gen. dier. 7.* Gallia manus amputatione plectebat. *Cujac. 7. obs. 13.* Hæc de litibus vſurarijs.

Oppignorationes plerumq; materiam litibus & diſcordijs bellicis relinquunt: vnde illis cautè vtendum, *inquit* Comin. *lib. 1. commen hiſt.* Quod ejuſmodi pignorationes ante multos annos in Germaniâ fuerint vſurpatæ probat Reform. Imp. Frider. 3. de Anno. 1442. §. Vmb bekandliche ſchuldt. Sed & hodiè. 34.

Seditione, dolis, ſcelere, atq; libidine, & irâ,
Germanos intra muros peccatur & extra.

Welcher beſſer mag/ der thut beſſers/ Pfandungen gebühren gegenpfandungen/ & ita lites ex litibus ſeruntur. Kell. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 7.* Hinc

improbanda venit deteſtanda quorundam locorum conſuetudo, quâ contra jus & æquitatem, imò naturam ipſam, cadaver mortuum, quò minus transferri aut ſepeliri poſſit, ob æs alienum arreſtari permittitur. *l. ne corpora.38. de rel. & ſumpt. fun.* Nov. *60. c. 1.* Nov. *115. c. 5.* Gail. *de arr. imp. c. 11. n. 28.* Pet. Peck. *de jure. ſiſt. c. 5. nu. 23.* Wolff. Gruning. *tr. de pign. θ. 65.* vbi plures vtriusq; rationes adducit. Sic deteſtanda Perſarum conſuetudo, quâ ob noxam vnius tota propinquitas peribat. Amm. Marcell. *lib. 23.* Briſſon. *lib. 2. de Reg. Perſ. p. 268.*
35. Schonborn. *lib. 1. pol. c. 10.* Sic hodierno ſeculo propter indiſcretas ſæpius ἐκ τῆς ἀδελφότητος συμποσιακῆς Auß beim guten Rauſch gemachter Bruderſchafft/ interpoſitas fidejuſſiones, plurimæ exiſtunt lites, propter quas multa prædia litigantibus obligata Dominos ſuos permutant, & cedunt in altera jura. Horat. *lib. 2. epiſt. 2.* Hering. *tr. de fiddej. c. 7. n. 203. & c. 1. n. 102.* ait: multos hodiè reperiri in Germania, imò tota Europa, qui vel ſtatim à morte parentum, tanquam ipſi morituri bona avita ſi non alienent, ſaltem per imprudentiſſimas, & malè coctas fidejuſſionum ſuſceptiones extremè onerant, adeò vt æſtuoſiſſima moveantur litigia in po. obligationis, recognitionis, æſtimationis, prælationis, addictionis. Denique principibus obtruduntur pro nobilibus vaſallis homines ruſtici, opifices, mercatores, monopolæ, Euclionés, ac verſutiſſimi fæneratores, & vſurarij, quibus bona litigioſa non ſolum ex primo, ſed & ſecundo decreto aſſignantur, maximo & principis damno Wegen der Roßdienſte/ & patriæ vituperio. *vid.* Hen. Bulling. *in comm. in* Matth. *c. 5. fol. 60. & comm. in* Luc. *c. 18. fol. 114.* Hering. *d. c. 7. n. 184.* Ita proh dolor multi heredes litibus atq; malitijs excuſſi bona paterna creditoribus relinquere, & domos auctas deſerere coguntur, in quibus pater defecit, ipſi creverunt, in quibus majorum imagines aut non videre fixas, aut revulſas videre lugubre eſt. *l. lex quæ tut. §. nec verò donum. vbi* Dion. Gothof. *C. de adm. tut.*

36. Ita immoderatæ dotium promiſſiones, Außſteurſachen/ non parum lites accumulant, bona feudalia aggravant, & diſſidia inter propinquiores excitant. Dos equidem conſtitvenda, ne indotatæ odio habeantur, atque contemnantur. *l. fin. C. ad SCt.* Vellej. *Dd. in l. ſi ita ſtipulatur. §. ſi tibi nupſero. de V. O. l. ſi cum dotem. 22. §. ſin autem ſol. mat.* Ias. *in Auth. res quæ. v. quare. nu. 14.* Corn. *de legat.* aut ob egeſtatem meretriceos exercendo actus, fædus matrimonij rumpant, & li-

& litigandi occaſionem præbeant. Bl. Novell. *tr. de dote priv. l. 6. col. 32. verſ. ſed tamen.* Sichar. *in l. pactum. 3. nu. 8. C. de collat.* Ant. Fab. *13. error. pragm. 7.* cui non vxoris dos tàm chara eſt, vt proprium matrimonium. Fr. Iamett. *in l. 1. ſol. matr. quem ref.* Hering. *de fidej. c. 6. n. 177.* vt cum Plautinis ſenibus dici poſſit: pulchra edepol dos pecunia eſt, quæ quidem non maritata eſt, *h. e.* vt Taubman. elucidat: Si dos illa non ſit tanquam vxor ducta *in Epid. act. 2. sc. 1.*

Plerumq; enim immoderata dotis conſtitutio duplex parit litigium, privatum domi, publicum foris. Privatum, quia ducens vxorem divitem dicitur ponere in ſua domo tempeſtatem, ſicut pauperem ducens paupertatem, vtramque litium genitricem. Petrach. *de rem. vtr. for. lib. 1. dial. 68.* Neviz. *lib. 2. ſyl. nupt. nu. 55.* Sen. *epiſt. 104.* opes auctoramenta ſervitutis vocat, quod de dote ampla commodè dici poteſt. Dotata regit virum conjunx. Horat. *3. od. 24.* Sy Sehman, *inquit.* Plau. *in Aſi. act. 1. ſcen.* 37.

Argentum accepi, libertatem vendidi.

Ich habe dir ſo vnd ſo viel zugebracht. Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 10.* quid communicabit Cacabus ollæ, ſi colliduntur, confringuntur. Ita ſecund. Iuven. ſat. 6.

veniunt à dote ſagittæ,

& vulgare: *Qui capit vxorem, litem capit atq; dolorem.*

Ergò cavendum & provide, ne canente Iuven. ſat. 3.

Protinus ad centum, de moribus vltima fiat
Quæſtio.

Quod hodie magno Reip. malo paſſim vſu receptum ait Schonb. *l. 1. polit. c. 6. p. 23.* vt ante omnia velint ſcire quantitatē dotis: nec velint carnē ſine ſapore. Neviz. *l. 4. Syl. nup. n. 115.* licet dotatæ, mactēt & malo & damno viros. Malo: quia viros in ſervitutem redigunt. Sen. *1. cont. 6.* Damno: quia ſumptuoſæ, & per conſequens litigioſæ. Taubm. *ad Plaut. in* Aulul. *act. 3. ſcen. 5.* Roder. *in ſpec. vit. hum. lib. 1. c. 12.* Iac. Orloshau. *in certam. maſ. fœm. ac. vir. c. 34. n. 13.* Adeò vt illud Plautini: medium, nihil melius morte in malis rebus, huc accommodet Breule. *de renun. Succ. cauſ. 4. c. 3. n. 5.* Publicum immoderatarum dotium litigium paſſim fora indicant, tribunalia reſonant, leges dicunt dotium cauſam ſemper & vbique præcipuam. *l. 1. ſol. matr.* Ioh. Bet. Surd. *dec. 160, n. 14. lib. 1.*

38. Nulla itaq; Reipub. pernitioſior eſt corruptela, quàm dotium immenſitas, quia aut familiæ ijs pauperantur, aut virgines matrimonio carere coguntur, in monaſterium non ſponte ſed vi detruduntur. Scip Amir. *lib. 3. diſc. pol. c. 8.* vbi querulatur 300. abhinc annis adeò auctas fuiſſe dotes, vt ſi Dantes Aligherius, qui de nimijs temporum ſuorum dotibus conquerebatur, reviviſceret, tempora ſua modeſtiſſima fuiſſe fateretur.

His addi poſſent lites, & abvſus matrimoniales, ſed cum noſtri non ſit inſtituti, aut virium, omnia detegere litium vitia atq; cauſas, Conſiſtorialibus, vti vocant, dijudicandum relinquimus. Sicut & cauſas litium circa tutelas, contractus, teſtamenta, Poſſeſsiones, & alia jura facili negotio aut otio conſiderare poſſemus: ſed ne integram videamur tractare jurisprudentiam, ſpontè ſuperſedemus, donec poſteriores cogitationes aliud quid ferant, & proferant.

CAPVT XIIII.

De Cauſis, & Abuſibus litium Criminalium.

SVMMARIA.

1. *Querela de cauſsis, & abuſibus litium criminalium.*
2. *Lites criminales non excuſantur ignorantiâ aut accidentalibus.*
3. *Exceſsiuæ litium criminalium mulctæ improbantur.*
4. *Cauſsæ litium criminalium delineantur.*
5. *Delictorum, & litium commune principium.*
6. *Ludus funeſtiſsimas lites generat.*
7. *Impunitas delictorum litium criminalium illecebra.*
8. *Impunitas blaſphemiæ, & hæreſeos lites mouet.*
9. *Incendiariorum Malitia deteſtabilis.*
10. *Lites ex injurijs creberrimæ, nec omnes criminales.*
11. *Furta literaria, & officialium non puniuntur.*
12. *Adulterij pœna decreſcit, lupanaria creſcunt.*
13. *Duo Reipub. vulnera, inſontes damnari, reos abſolui.*
14. *Plebei quaſi Criminaliſtæ ſæpè innocentes damnant.*
15. *Civitates hodiè merum imperium habent.*
16. *Pleriq, judicum criminalium ſunt crudeliores.*
17. *Pleriq, nimis gratioſi, & licentioſiores.*
18. *Notarij litium criminalium veritatem mutant.*

19. Proceſſus

19. *Proceſſus litium criminalium periculoſus.*
20. *Appellatio ab interlocutoria lites criminales tardat.*
21. *Teſtes ipſi in litibus criminalibus audiantur.*
22. *Commiſſiones litium criminalium malè conceduntur.*
23. *Lis criminalis appellatione non ſuſpenditur.*
24. *Appellatio litem protraheret, pœnam aboleret.*
25. *Vtrum judex mendacijs à Reo veritatem elicere poſſit.*
26. *Carceris ſqualores, & cruciatus deſcribuntur.*
27. *Damna quæ per carcerem inferuntur.*
28. *Carcer non pœna, ſed cuſtodia debet eſſe.*
29. *Cuſtodia duplex publica, & libera* Wan die fauſt genommen.
30. *Carcer hodiernis moribus eſt poœna,* Eyn gehorſam.
31. *Captura rigoroſior eſt injuria irreparabilis.*
32. *Antiquo-nova tormentorum genera recenſentur.*
33. *Iudicum abuſus in torquendis Reis.*
34. *Tortura toties duplicatur, Reus moriatur.*
35. *Arbitrium judicis in torquendo reſtringendum.*
36. *Exempla eorum, qui non facta confeſſi ſunt.*
37. *Veneficarum impoſſibiles confeſſiones referuntur.*
38. *Libri Magici ſunt comburendi.*

HVCVSQVE de generalibus, & ſpecialibus litium civilium 1.
cauſis egimus: non minores ſequuntur quarimoniæ de varijs litium criminalium abuſibus. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p. 56. §.* Es werden aber noch gröſſere mengel bey dem Proceß in Criminal. vnd Peinlichen ſachen befunden. Ant. Fab. *lib. 9. Cod. for. tit. 22.* Bodin. *lib. 6. de Repub. c. 1. num. 630.* vbi queritur, nullos magiſtratus tàm accuratè ſcelera vlciſci, quin maxima pars publicam declinet animadverſionem, ac leges ita perrumpat, vt beſtiæ majores aranearum telas ſubtiles, quibus exiles muſcas irretiri videmus, liberè pervadunt, ſecundum illud:

Dat veniam corvis, vexat cenſura columbas.

Dem Reichen am Gelde/ dem Armen im Felde. Ab his & alijs querimonijs nec ignorantia excuſat, quod magiſtratus non omnia litium criminalium vitia reſciſcant: quia ſcire debent. Oldend. *clas. 1. act. for. 2.* Iudices non debent adfectui, & avaritiæ deſervire in mulctis indicendis, multò minus in exigendis, ſi vtrumq; ad terrorem litiga- 2.

turientium

turientium indixerint. *arg.* Nov. *8.c.8. l. perſpiciendum, 11. de pœn. l. abſentem. 5. cod.* quia melius propter miſericordiam rationem reddere, quàm propter crudelitatem. *c. allegantem. 20. q. vlt. Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p. 71.* Nec inde litium criminalium impenſæ pallientur quaſi ſint præfectorum accidentalia, quia magiſtratus cenſum recipit, Schoß vnd ſteur/ & protectionem promittit, cujus potior pars

Parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos,

ſumptibus proprijs, non litigaturientium inopijs, Sed hoc malitioſo ſeculo Criminaliſtæ aliter agunt, in multis indicendis lætantur, & impiè dicunt: Es haben dieſes Jhar vber die bruche/ oder Geldsbuſſe/ Gott ſey lob vnd danck eyn Erlichs getragen. Quaſi Deus gaudeat, & applaudat ejusmodi litigioſis malitijs, & malitioſis litibus, quarum caput diabolus. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p. 68.* Nec exceſſivæ & illitæ li-
3. tium criminalium mulctæ vllo jure probantur. Bonacos. *part. 1. com. op. pag. 116.* Marſil. *in l. de vnoquoq. nu. 175. de re jud. Boſſ. tit de mulct. nu. 13.* Rol. à Valle. *con. 47. nu. 51. vol. 2. per l. fin. C. de con. larg. lib. 10* Imo crudelis, & ſevera eſt omnis mulcta. *l. mulctarum. C. de mod. mulct.* Alex. *con. 216. n. 10. vol. 2.* Ang. *con. 186. col. 2.* Ergò non blandiatur, ſed iraſcatur præfectus, ſi regiſtra mulctis litium criminalium nimis infarcita viderit, quamvis eò deventum ſit hodierno ſeculo, vt ejusmodi mulctarum compendia cenſeantur optimi fructus jurisdictionis, Gerichtsgefell. Ad. Kell. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 13.*

Denique nec inde litium criminalium vitia expurgantur, quod
4. non vno aut altero judicio, ſed vbivis locorum committantur. O inſolitam Iuſtitiæ corruptelam! Contra quam Moyſes 1. legislator *Exod. 23. vers. 2.* Non eris poſt multos ad mala, neque ſpondebis in cauſa, vt declines poſt multos ad pervertendum judicium *Et. vers. 6.* Non pervertes judicium pauperis tui in lite ejus. Levit. *10. vers 30.* Ne faciatis aliqua in ſtatutis obſervationem, quæ facta ſunt ante vos. lt. Reg. Matth. 7. Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Et magiſtratus ejusmodi litium criminalium abuſus avertere tenetur, quia duo Injuſtitiæ genera, vnum eorum qui inferunt, alterum eorum, qui ab ijs quibus infertur, ſi poſſint, non propulſant injuriam. Cic. *1. offic. Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 70.*

Sed miſſis litigantium querelis, & criminaliſtarum excuſatiunculis, Cauſæ litium criminalium videntur ipſa delicta, & eorum impunitas, atque ſpecies. 2. mala judicij criminalis conſtitutio. 3. Conſtitui

ſtituti proceſſus. 4. proceſſus abuſus. 5. carceris pæna. 6. torturæ
exacerbatio, & ſimiles.

Delicta commune habent principium, cum litibus, malas co- 5.
gitiones. Sed in eo differunt, quod delicta naſcantur immediatè ab
ardore habendi, & litigia mediante mendacia. Giov. Ant. Palaz. *par.*
4. del governo di ſtato. c. 11. hanno inquit, dunque tutti queſti delitti communi gl'
appenſamenti, co j litigi. Deliſtum, *teſte gl. in l. 1. C. ſi adv. del.* generale no-
men eſt, & à crimine ſive maleficio, vt genus à ſpecie differt: vtrumq;
tamen litium mater, imò noverca. Proſp. Farinac. *de del. & pæn. lib. 1.*
tit. 3. q. 17. n. 3. vbi ait, eiusmodi differentijs inſiſtere non eſſe de pane
lucrando. Palaz. *d. p. 4. del governo. c. 11.* 4. gradus ponit. 1. inſatiabi-
lem rerum humanarum imperfectionem. 2. aviditatem habendi.
3. maleficium. 4. litigium, *perche l' huomo ſpinto dalla forza di queſto appenſa-*
mento reo dell' vſurpare, ò negando totalmente il fatto, cela la verita, ò va quella
mutando, in modo che neceſſariamente, produce vn quarto grado de i litigi. Et ita de-
lictum eſt offenſio contra jus illatâ, ad pœnam obligans, Vult. *1. I. R.*
c. 45. Alth. *1. I. R. c. 48.* Frid. Tileman. *par. 2. diſp. 21. θ. 3.* Decian. *in*
tr. crim. lib. 2. c. 3. n. 2. Hinc etiam dicuntur Maleſitz ſachen / ſive ver-
bis, ſive facto committantur. Bl. *in l. fin. C. de crim. ſtell.* Donel.
15. comment. c. 23. Blanc. *in pr. crim. §. viſis indicijs fol. 48. n. 51.* Farin.
d. q. 17. n. 4.

6.

His non abſimilis eſt ludus hoc ſeculo vbiq; frequentiſſimus,
qui præter infinita mala lites quamplurimas atq; delicta generat. *l. fin.*
C. de relig. & ſumpt. funer. l. ſolet. §. SCt. de alea luſu. Steph. Coſta *de lud. ar.*
2. n. 38. Viv. *op. 469. n. 5.* Ludus imprimis alearum, taxillorum, char-
tarum, *alla moreſca*, incipit à gaudio, & finitur in lachrymis, lites relin-
quendo funeſtiſſimas, vt experientia teſtatur, & innuit Butrig. *in d. l.*
fin. C. de rel. & ſumpt. fun. Quamvis error mundi, & ludendi & liti-
gandi corruptelam introduxerit, vt Bl. *c. clerici. cl. 2. n. 5. de vit. & ho-*
nor. cler. exclamat. Attamen ludus crimen publicum, & quidem gra-
ve eſt, quod Rempub. ſuis & malitijs, & litibus non leviter conquaſ-
ſat. Auguſt. ad Angel. *de malef. verb. Meditor de j mali dati. n. 7.* Viv.
op. 468. n. 1. Foller. *in pr. cenſual. n. 112.* Farin. *d. q. 109. n. 56. & 98.* vbi
ait, ex ludo multiloquia, peccata, rixas, furta, blaſphemias, & alia in-
convenientia provenire. Ioh. Sarisber. *lib. 1. de nug. curia. c. 5.* ab aleâ
inquit, armantur ad lites homines, incurrunt inimicitias, in miſeram,
etſi non mirabilem incidunt egeſtatem.

7\. Impunitas delictorum, eſt flagitiorum & litium criminalium illecebra: Cic. pro Lig. Tholos. *10. de Repub. 1. n. 7.* propter quam Reges & Reſpublicæ interierunt, vti Romanorum, & Lacedæmon. Cic *2. off.* Middendorp *qq polit. 4.* Iohan. Gerhar. *dec. 6. q. 1.* Sic Ahus Rex flagitijs atq; litibus ſubditorum indulgens, oppreſſus eſt ab iiſdem. *3 Reg. 20. verſ. 42.* Sic Philippus 23. Rex Maced. à Pauſania obtruncatus, cum ſtuprum ab Attalo commiſſum non vindicaſſet. *Q. Curt. lib. 1. ſupp.*

Quoad ſpecies delictorum præter enumeratas *in l. 1. de pub. jud.* novæ rerum formæ novas pariunt lites: imprimis hoc ſeculo blaſphemiæ impunitæ manent, Schiſmata creſcunt, hæreſes hærent, apoſtaſiæ ſtatum Reipub vertunt & evertunt. Sed quis quæſo hæreticus? ſemel nominatur in ſcriptura ad Tit. 3. Quis ſit? hæc res concuſſit duriter, concutit & concutiet orbem Chriſtianum quamdiu Chriſtus, & Antichriſtus præliabuntur, & litigabunt. Petrus *concl. crim. M. in pr.* Omnes hæretici ſcripturam jactant; Ivell. cont. Harding *art. 15. ſect. 16.* ſed ad cerebri ſomnia detorquent, lites publicas movent, Deuten die H. Schrifft nach jhrem gutduncken vnd wahn. *c. hæreſis. 24. q. 4.*

9\. Lud. Carer. *in pr. crim. de hæret. c. 2. n. vlt.* Hæc de divinis. Quoad humana delicta, lites criminales potiſſimum naſcuntur ex injurijs, furtis, homicidijs, adulterijs, veneficijs, incendijs. Quibus prioribus in delictis vtcunq; ſceleratorum litigantium voluptas expletur.

Sed in incendio incendiarius nihil vtilitatis, nihil voluptatis conſequitur. Damh. *in pr. crim. c. 103. n. 1.* Vnde ſummus pontifex *in c. peſſimam. 23. q. 8.* peſsimam, & depopulatricem, horrendamq; incendiariorum malitiam deteſtatur, & interdicit. Quod cum quibusdam in terris magis frequentiſſimum delictum, quàm litigium, non

10\. pro derelicto habendum, ſed obviandum. Lites ex injurijs ſunt creberrimæ hoc ſeculo, Germ. Scheldtſachen/ per quas publica pax & privata quies turbari ſolent. Ant. Theſſaur. *dec. Pedemont. 18. in pr.* Sed non omnes injuriarum lites ſunt criminales, vt recantatoriæ, ſo auff einen Widerruff geklaget/ Myns. *reſp. 7. n. 8. dec. 1.* Gail. *1. obs. 65. n. 5.* Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 12.* vbi miratur, indiſcrete omnes injurias trahi ad merum imperium, cum lis injuriarum civiliter intentata nō ſit Erbhafftig/: t vſum Rothvvilanum refert Cas. Guil. Scip. *lib. 2. dec. Cam. 184.* Et his recantatoria eſt civilis quia tendit ad honoris reſtitutionem, non vindictam pub. Ergo. *Dd. in l. 3. de ſepul. viol. 2.* Procurator inter-

tor intervenite poteſt. *Myn. con. 2. ob. 98. 3.* recipitur, & tractatur in Cam. imp. At lis criminalis ibi tractari nequit Ergo. 4. Aeſtimatoria & recantatoria conjungi poſſunt Gail. *l. 1. ob. 65. n. 5.* Wumh. *tit. 47. de injur. obs. 8.* Bocer. *clas. 3. diſp. 4. th. 56.* quod non fieret ſi lis eſſet criminalis. Ergo firmiter ſtatuendum litem recantatoriam pro civili habendam. Wes. *con. 22. n. 18. p. 1.* Schrad. *tr. Fin. 2. p. 9. ſect. 6. n. 51.* Mar. Freher. *de exiſt. lib. 2. c. 9. n. 4.* Gilhau. *de injur §. 9. n. 17.* Har. Hartm. ab Epp. *pr. obs. tit. 49. ob. 3. n. 6.* Blar. *ad l. diffamari. n. 4. C. de ing. man.* Beuſt. *ad l. num. poſt. 9. §. ſi damnatur. n. 17. de jurej.* Hackelm. *ille. qq. diſp 27. th. 18.* De furtis, homicidijs, veneficijs, adulterijs, non minores ſunt querelæ, & lites, quod partim crudeliter, partim ſuperficialiter agantur, puniantur.

Furtum literarium hoc ſeculo non punitur, quia omnes ferè ſunt raptores alienarum inventionum, exemplis quàm plurimis probat War. de Erenb. *lib. 1. de fœder. c. 1. nu. 52.* Monter. *in præf. Deci. n. 43.* Ioh. Pet. Surd. *con. 300. nu. 20. vol 2.* Furta quoq; officialium impunita dimittuntur, quod fieri non deberet, vt arguit Iuſtin. de minori ad majus, *in Auth. vt jud. ſine quoq ſuff. §. illud videl. verb. erit enim abſurdum.* Farinac. *p. 3. op. crim. q. 111. act. 1. nu. 2.* Virg. Bocac. *tr. de pact. p. 3. nu 92.* vbi furtum facit, qui aliquid recipit, vt injuſtitiam faciat. Harpr. *ad § pœna. 5. n. 35. Inſt. de obl. quæ ex del. naſc.* certiſſimum, *inquit*, vulgi etiam notitiâ, & teſtimonio, proh dolor, hodie in immenſum etiam creſcente blaſphemiæ, & ſcortationis delicto, pænas tamen his cælitus impoſitas non exaſperari, ſed potius minui & attenuari. Sic hodiernis moribus pœna adulterij admodum levis eſt, 11.
vt meritò ea de re graviter conquerantur viri, & in theoria, & in praxi excellentiſſimi. Clar. *lib. 5. ſentent. §. adulterium. &* Myns. *ad §. 4. n. 10. Inſt. de publ. jud.* vbi exclamandum ait cum Iuven. *lib. 1. ſat. 2.*

Vbi nunc lex Iulia dormit?

Lupanaria econtra litis atque malitiæ ſeminaria tolerantur, quibus juventutis corruptio: morum civitatis depravatio, corporis tormentum, animæ proditio ineſt, Italo-Gallis Bordel dicitur. Schonborn. *lib. 3. pol. c. 13.* non vilem lupanarium auctoritatem, ait eſſe in quibusdã ſplendidiſſimis Rebuspub. Hujus lucri odor grat' eſt põtifici: cujus permiſſu aliquot millia meretricum quæſtum corpore faciunt. Apulej. *lib. 10. de As aur.* meretricum illa in lupanari jactata baſiola vocat poſcinummia. Hæc de impunitate, & ſpeciebus delictorum.

13. De mala judicij criminalis conſtitutione olim conqueſti ſunt Ordines Imperij, & adhuc conqueruntur duo perículoſiſſima Reipub. vulnera infligi, quorum alterum eſt inſontes in vincula conijci, quæſtionibus temerè ſubijci, & majori etiam audaciâ pœnis immeritis affici, alterum verò criminum verè Reos diuturnâ & fraudulenter interpoſitâ morâ, non ſine accuſatorum fruſtratione ac ſubdola eluſione, juſtæ condemnationi eximi, & carceribus liberatos abſolvi, quod nihil aliud eſt, quàm peccandi impunitatem in medium proponere, vt *inquit* Carolus V. *in præf.* Der P. H. O. *§. 1 facit l. ſi quis ſervo. in f. C. de furt.* Vtriusq; exempla allegari poſſent, modò non odium parerent, Papiniani, Mori, Alvari de Luna, Crondorffeti, Buſſoni, Conſalvi, Petri de Vineis, qui litem egit Friderici II. adverſus pontificem, propter ſuſpicionem conjectus in carcerem, & oculis privatus, capite parieti illiſo exſpiravit. Chron. Car. *lib. 5. in* Frid. 2. Burchar. à Mangelfeldt. S. Palatij apud Ottonem I. Exquæſtor carceri incluſus, quo gloſſas ſuper Ius Saxonicum confecit, & jus Madeburg. compilavit. *gl. art. 10.* Weichbildt. Cyria. Spangenb. *in Chro. Sax. c. 147. & Quernfurd. lib. 2. c. 7.* Heyg. *par. 1. q. 8. n. 34.* Lauterbach. *tr. de arm. & lit. n. 136. & ſeqq. vbi plura exempla.* Duro. di Paſch. *in aul. 6. 2.* Interdum enim verum eſt Scoticum Proverbium: The narrar the King, the narrar te Wytte: quò quis propinquior Regi, eò pro-

14. pinquior patibulo. Barcl. *lib. 6. cont: Monarch. c. 4.* Sed nos ad conſtitutionem judicij criminalis redimus: atq; ſentimus, quod in oppidulis communiter merũ imperium exerceant plebeij, & mechanici: in pagis ſcribæ; præfecti, & ejusmodi ſimiles, qui volunt apparere fiſcales & criminaliſtæ, vt *inquit* Caravit. *ſup. rit. mag. Cur. 259. nu. 10.* Farin. *de ind. & tort. lib. 1. tit. 5. q. 36. num. 30.* ſed interim tàm legum, quàm rerum criminalium ignari, ſæpè denunciationi cujusdam nebulonis, aut veneficæ fidentes, imò extorquentes, tàm fœminas, quàm maſculos etiam innocentes, in ſqualidiſſimos carceres detrudunt, vbi tamdiu cruciantur, torquentur, & detinentur: vt malint ea fateri quæ nunquam fecerint, imò mortem ſibi conſciſcere; quàm fœtorem carcerum ſubterraneorum perferre. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p. 57.* Ruland. *p. 2. de commiſſ. lib. 4. c. 1. n. 1.*

15. Olim quidem civitates, earumq; magiſtratus merum imperium non habuerunt. Sap. *in l. imperium. n. 25.* Cur. jun. *n. 69. de juriſd.* Alc. *in c. quoad. n. 86. de off. ord.* Sicut etiamnum in Italia, Gallia, Anglia nobiles illud non habent.

habent, neq; principium pleriq; ; ſed in Germania hodiè magiſtratibus ſingulorum oppidorum, ne dicam pagorum, vel principis conceſſu, conſuetudine, vel aliâ ratione jus gladij datum. Br. *in l. 1. nu. 3. de dam. inf.* Cagn. *l. 71. de R. I.* Schurff. *conſ. 26. n. 2. cen. 1.* Imò Bariſelli quoque habent merum imperium ex privilegio ſingulari, & animadvertunt in facinoroſos ſine tribunali; quo fit, vt quælibet arbor totius orbis eis territorij loco ſit. Bl. *in vſib. feu. §. præterea. de prob. feu. al.* Zas. *in l. imperium. num. 30. de jurisd. omn. jud.* qui putat hoc genus hominum à Sicambris Weſtphaliæ originem duxiſſe. Pleriq; autem 16. judicum criminalium ſunt duriores, ne dicam crudeliores, qui rigoroſiſſimè ſuper dorſum pauperum inculpatorum procedunt, & contra omnes juris terminos, approbatos mores, & vſus conſuetudinarios, alios perdunt, alios mactant, alios mancos reddunt, vt graviter invehit Cavalcan. *p. 1. de brach. Reg. num. 5. & 6.* legum ſanctitatem violant, & humanam ſocietatem evertunt, carnifices non judices, vt *inquit* Zanatar. *de pr. fo. Med. n. 103. l. nemo C. de exac. trib.* Brun. *de tort. q. 2.* Pa. de Put. *tr. ſynd. verb. crud. n. 5.* Ferina eſt rabies ſanguine ac vulneribus gaudere, *inquit* Sen. *lib. 1. de clement.* & Claudian:

Qui fruitur pœnâ ferus eſt, legumq́ videtur
Vindictam præſtare ſibi.

Pleriq; ſunt nimis gratioſi & licentioſiores, qui non ſingula ad 17. filum redigunt, aut ſeveritate potius & vi, quā mansuetudine, & humanitate conficere ſolent. Plutarch. *in Phoc.* Plin. *lib. 4. epiſt.* Iohan. Gerh. *dec. 6. qq. polit. 1.* Qui vt medici ad vrendum & ſecandum rarò accedunt. Dion. *lib. 55.* Sicut enim medico indecora multa vulnera: ita principi & magiſtratui multa ſunt ſupplicia. Sen. *1. de clem. 24.* imò clementiores ſunt ipſa lege, & neſcio quam æquitatem cerebrinam ſibi fingunt, *vt vocat* Heig. *p. 1. q. 37. n. 11. & 12.* Exclamant, æquitatem juris rigori in foro poli præferendam, Ab. *c. quia propter. de elect.* Iac. Marchiſell. *pr. qq. 33. n. 7.* Mart. Benekend. *ad l. 1. mem. 4. p. 4. lim. 1. & 2. de R. I.* & quid ſit æquitas neſciunt. AEquitas legis, non capitis ſequenda eſt, aliàs captioſa, & ſine jure temeraria dicitur. Garz. *de expen. c. 1. n. 28.* Fr. Scot. *reſp. 3. n. 171. lib. 1. tom. 2.* Decian. *reſp. 36. n. 41. vol. 1.* Knich. *de veſt. pact. c. 3. n. 138.* M. Ant. de Amat. *dec. 24. n. 25.*

Sic in Notarijs litium criminalium requiritur bonitas, & verſutia. 18. Prior, ne corrumpantur; Poſterior, vt veritatem delictorum inda-

gent. At bone Deus, quàm pauci hujus farinæ reperiuntur? ita vt non ſolum lites retardentur. ſed & delicta creſcant, accreſcant. Mutant enim veritatem accidentium, credunt miniſtris, & à ſcopo juſtitiæ declinant. Giov. Ant. Palaz. *par. 4. del governo di ſtato. c. 14. comè per altre vie ſi poſſono i litigi abbreviare.* Statim conſilium capitur tegendi delictum, etiamſi juramentum præceſſerit de veritate dicenda, nec mentiri liceat pro homine conſervando. *c. cum dilecti. de accus.* Sot. *de juſtit. lib. 5. q. 6. art. 1.* Navar. *in manual c. 25. n. 35.* Boſs. *in pract. tit. de exam. reor. n. 10.* Ioh. Pet. Ala. *p. 1. de caus. Chriſt. q. 81.* Hæc

19. de mala judicij criminalis conſtitutione. Litigia & patrocinia criminalia in perficiendis proceſſibus ſunt periculoſiſſima, *inquit* prædictus Ala. *d. p. 1. q. 5. pag. 7.* At vbi majus litium periculum, ibi cautius agendum eſt. *c. vbi periculum. de elect. in 6.* Lup. *in c. per. veſtras. §. 33. nu. 4. de don. int. vi & vx.* Molin. *in l. 1. §. ſi quis. num 30. de V. O.* Rimi. *in l. juris ign. n. 58. C. qui admin.* Iac. Ayrer. *p. 1. proc. hiſt. c. 4. obs. 3. n. 43.* ſecundum illud Iuven. *ſat. 6.*

Nulla vnquam de morte hominis cunctatio ſera eſt.

Quod his non de tritico aut oleo legato, ſed de hominũ fortunâ, exiſtimatione, ac capite agatur, quibus rebus nihil eſt orbe terrarum præſtantius *Nov. 8.* Hip. de Mars. *in pr. crim. §. decurionem. n. 3.* Ergò proceſſus litium criminalium magnoperè attendendus, nec levi, vt ajunt, brachiò tractandus, aut ſemper ad ignotos tramittendus, qui rerum circumſtantias, perſonarum qualitates, locorum conſuetudines, ex actis non adeò exactè conſiderabunt. *arg. l. 1. de cuſt. reor. l. ſi*

20 *gravius. 16. C. de dignitat.* Clar. *§ fin. q. 28. n. 3.* Tranq. Ambros. *tr. de mod. form. proc. lib. 2. c. 1. n. 11.* Treutl. *vol. 2. diſp. 28. θ. 3. lit. 4.* Quamvis etiam proceſſus litium criminalium debeat eſſe breviſſimus, *per l. prop. C. de jud.* Aliquando tamen accidit, vt reus criminis etiam reverà innocens, continuos triennij aut quadriennij carceres patiatur, ſed vix alio id vllo caſu, niſi quod appellatum ſit, ſive per reum ipſum, ſive per accuſatorem ab aliqua interlocutione. de qua vbi per judicem appellationis pronunciatum fuerit, iterum redeundum ſit ad judicem, aut ſi quis medius & inferior judex appellationis fuit, rurſus appellandum ad ſuperiorem, quod lites criminales nimium protelat, vt innvit Faber. *lib. 9. Cod. for. tit. 2.*

21. Alicubi judex in litibus criminalibus ſubſidiales concedit, pro examine teſtium extra territorium degentium obeundo. Malè; quia teſtis

teſtis non poteſt in criminalibus dictum ſuum dare judici in ſcriptis. Nell. à S. Gemin. *tr. de teſtib. par. 1. nu. 90.* Rom. *l. admonen. nu. 57. de jurej.* Clar. *§. vlt. q. 26.* Rationis ratio, quia his temporibus plus ſolito inſtrumentorum falſorum, & corruptorum teſtium copia videtur, vt *inquit* Zanatar: *de pr. for Mediol. n. 61. ex c. 1. de crim. fal.* quibus ſi relinquatur locus, nullius vita, conditio, aut ſtatus ſecurus erit, vt ibidem querulatur. *d. n. 61.* Teſtes in litibus criminalibus debent audiri, non eorum voces. Harmenop. *in epit. lib. 5. tit. 6.* Leſcut. *de teſt. exam. c. 7. n. 4.* vbi elegantem rationem ſubdit, vt poſſint terrore judicis ad veritatem proferendam induci. Quamvis hoc noſtro ſe- 22.
culo nihil communius, vt in proceſſu litium criminalium commiſſiones decernantur, quæ cum per ſe litium ſint nutritivæ, in criminalibus multa pariunt inconvenientia, contra Auth. *eloquentiſſimum. C. de fid. inſt. vbi* Sichard. *n. 6.* teſtatur hodierno tempore paſsim in judicijs pro injuriâ criminaliter intentatâ probationes committi. In examine non omnia ſcribuntur, præcipuè ea, quæ litem criminalem elidunt, nec Reus oſtenditur in habitu conſueto; ſed teſtes omnes interrogantur, & inſtruuntur lectione depoſitorum, quam pr. deteſtatur Clar. *§. vlt. q. 23.* Ab *in c. cum cauſam. col. 2. de teſtib.* At ſupprimendæ eſſent omnes circumſtantiæ, & qualitates. Fr. Caſſon. *tr. de tort. c. 15. n. 1.* Et dicta teſtium integrè deſcribenda pro vtraq; parte, vti ſonarent, non ſimpliciter Affirmat, Negat. *c. non ſanè. 14. q. 5. c. par. 35. q. 6. l. 2. C. de eden. Auth. ſed jud. C. de epiſc. & cler.* Zanatar. *de pr. fo.* Mediol. *n. 86.* vbi addit ſub prætextu, vt Reus teſtes iterum examinandos curet, partem lædi, litemq; in longum protrahi. Lite denique 23.
finitâ per ſententiam in criminalibus, etſi poſtea appareat de Rei innocentia, ſententia retractari non poteſt, vt aliquis ſit litium finis. *l. 1. §. fin. de qq. l. Divi fratr. de pæn.* Covarr. *in 4. § fin. n. 15.* Gomez. *lib. 3. var. c. 13. n. 36.* Morla *in emp. jur. p. 1. tit. 4. in pra. n. 22.* Nec appellare regulariter in litibus criminalibus licet, ex Generali Germaniæ conſuetudine. Reichsab. anno. 1530. *Aug. Vindel. §. item als jetz etlich zeit in peinlichen ſachen.* Cammerger. Ordnung. *p. 2. tit. 28. §. item nach dem.* We- *par. de appell.* Soar. *lit. S. n. 92.* Myns. *reſp. 59. n. 61. dec. 6. & cen. 4. obs. 41.* Beuſt. *in jurej. n. 97.* Gail. *1. obs. 1. n. 28. & lib. 1. de P. P. c. 20. n. 36.* Cothm. *reſp. 7. n. 118.* vbi ait, ordin. nominatim excipere caſus, quibus vel contra jus naturale, vel contra communem ſenſum vel æquitatem in criminalibus proceſſum, & lædens immediatus.

Quic-

24 Quicquid ſit, & in Camera, & in judicijs criminum inferioribus in litibus criminalibus appellatio recipitur, tanquam thyriacum contra venena quod de jure civili licet *L. 9. C. de pis. aud. L. litigatoribus 14. 20. & 29. C. de appell. l. 2. C. ſi ped. app. more inter. l. 2. C. quor. app. no recip.* Et Pollet. *lib. 5. hiſt for. Rom. c. 17.* multis ſuadet, provocationem in litibus criminalibus admittendam. Sed hoc modo lis ita protrahitur, vt eâ pendente mors interveniens pœnam ſimul & accuſationem aboleat, de quo meritò quis conqueritur cum Reipub. interſit ſtatim puniri. *vid.* Ruland. *de Comm. p. 1. lib. 3. c. 4. n. 4. in f.* Treutl. *p. 2. diſp. 33. θ. 3. l. d. l. 16. de appell.* Et Deo adeò diſplicent injuſtæ appellationes, vt etiam in lite capitali peccaret mortaliter, qui injuſtè appellaret. Graff. *lib. 3. dec. aur. c. 7. nu. 2.* Sot. *de juſt. lib. 5. q. 6. art. 3.*
25. Ioh. Pet. Ala. *de adv. Chriſt. p. 1. q. 46.* Hæc de litium criminalium proceſſu, cujus exceſſus ſunt varij, & ll. contrarij, vt ſi judex criminalis dolo, falſis promiſſis, vel mendacijs à Reo veritatem eliciat, & alliciat promittendo liberationem figendo, quaſi ab alijs complicibus in lite denunciatus eſſet, quod non licet. Dec. *in l. ea 1. naturâ. no. 7.* Cagn. *no. 18. de R. I.* Mart. Der. *diſp. Mag. lib. 5. ſect. 10.* Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 12.* Hip. de Mar. *con. 32. n. 25.* Covar. *1. var. res. c. 2. no. 16.* Clar. *5. ſent. §. f. q. 55. n. 9.* Ioh. Mar. Monticell. *in pr. crim. reg. 10. n. 16.* Ayrer. *p. 1. pro. hiſt. c. 4. obs. 3. no. 50. vbi ait. datam á judice fidem ſervandam*, quidquid dicat Ohem. *in diſc. jur. pol. c. 5. n. 30.* non eſſe mendacium, ſed ſolertiam, quæ ad decipiendos latrones, & ſimiles adhibita commendetur. Ergò judex cauillationibus vti poteſt ad inueſtigandam veritatem. *c. ſi qualibet. §. non volebat. 22. q. 2. c. affect. vbi* Felin. *n. 1. de præſumpt.* Dec. *in c. quoniam. 11. n. 5. de probat.* Ne delicta maneant impunita *l. 51. §. quod ſi ad L. Aquil.* Hoc vti verum, ita neceſſarium, ſed medijs legitimis fieri debet, alias litium occaſio. Exceſſus, & abvſus eiusmodi litium criminalium potiſſimùm conſiſtunt in
26. carceribus, & torturis. Carcer vt plurimum in Germania eſt ſubterraneus, locus horribilis, & immundus. Br. *tr. de carcer. c. 1. n. 2.* Bar. Roder. Calder. *in manua. jud. c. 2. n. 14.* Farin. *qq. crim. 27. n. 2. & 3.* vbi vocat ſepulturam vivorum, conſummationem bonorum, conſolationem inimicorum, & experientiam amicorum. *l. ſi quis. ibi : cuſtodiæ ſqualore. C. de cuſt. reor.* Vlp. malam habitationem. *in l. item apud §. quæſtionis. de injur. l. ſi hominem depoſit.* AEg. Boſs. *tit. de carcer. c. 3. n. 4.* SS. literæ Cruciatum, quia carceratus ſemper eſt in cruciatu.

Hyp.

Hyp. *de bannit. verb. carcerat. n. 28.* Iob. 7. Pſalm. *141. l. omnes. ibi: immenſorum cruciatuum. C. de pœn.* Imò carcer eſt contra naturalem æquitatem, & morti æquiparatur. Ioh. Vivien. *ad lat. introit.* Car. *V. art 44. verb. eu* ſall mögen antaſten. Pros. Farin. *crim. q. 24. n. 24.* Species ſervitutis. *t. t. de lib. hom. exhib.* Bor. Rod. Calder. *in manua. jud. c. 2. n. 15.* Mar. Frecc. *de præs. inſtr. p. 8. q. 3. n. 109.* Nizol. *alleg. 20. n. 41.* Lan. Conr. *in brev. pag. 171. n. 3.* Privatio libertatis; (vnde Itali: *La libertà nißuno ſtima, ſe non prigione ha privato prima.*) patris, amicorum vxoris, & familiæ. Tom. Cerdan. *in lib. de viſita de la carcel, & los preſos c. 5. n. 5.* Cic. *in 7. Verr.* Caſsiod. *12. lib. ep.* Ruland. *de comm. p. 2. lib. 4. c. 1. n. 1.* & non rarò eſt occaſio maioris tumultus faciendi. Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 20. in f.*

Quod ſi hos omnes crutiatus ſuſtineant litigatores incarcerati, aut innocentes ſanitatem cum fama perdunt, ſiquidem carcer motum, vſumq; membrorum impedit. Iac. Marchiſell. *in Syl. pr. qq. 33. n. 1.* Hering. *de fidej. c. 10. n. 182.* aut nocentes tædio carceris ſoli, inſtinctu diaboli ſibiipſis vitam adimunt. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p. 58.* aut etiam à ſerpentibus læduntur, vti miſerabilem hiſtoriam refert Auct. diſc. Vom Juſtitienwerck. *p. 66. ex relat. hiſt.* Theod. Meur. *anno. 1607. 1. Aug.* de puellâ quâdam à ſerpentibus in carcere peremptâ prope Weiſsenburgum. Ita rectè Angel. con. 213. per carcerationem corpus affligi dixit. *add. ad Ang. de malef. n. 4.* Et ita per carcerem damnum irrecuperabile infertur, quod revocari non poteſt. Bl. *in l. vn. C. de in int. reſt.* Vivien. *in ann. ad lat. introit. Car. V. art. 44.* Ruland. *de lib. 4. c. 1. n. 1.* At in criminalibus carcer non pœna, ſed tantùm cuſtodia eſſe debet. *l. aut damnum. §. ſolent. de pæn. l ſi quis. 6. §. ejus. de ini. rup. & irr. fact. teſta.* Par. de Put. *tr. Syndic. verb. carcer. c. 5. n. 1.* Damh. *in pr. crim. tit. de carc. c. 16. n. 3.* Menoch. *lib. 2. aa. jj. qq. caſ. 304. n. 2.* Gomez. *tom. 3. var. reſol. c. 9. tit. de capt. n. 6.* Farin. *de carc. & car. lib. 1. tit. 4. q. 27. n. 95.* H Hartm. *pr. obs. t. t. de accuſ. obs. 4.* Hen. Gœden. *con. 103 n. 73.* Coler. *de proc. exec. par. 1. c. 6. n. 6.* Gail. *1. obs 26. n. 7.* Ioh. Parlador. *lib. 2. rer. quotid. c. vlt. §. 6. n. 3.* vbi Conſtantini verba humanitatis pleniſſima refert: non per ferreas manicas, & inhærentes oſſibus mitti oportet, ſed prolixiores catenas, vt & cruciatio abſit, & permaneat ſub fidâ cuſtodiâ. Neq; verò ſedis intimæ tenebras pati debebit incluſus, ſed vſurpatâ luce vegetetur. Vnde & latumiæ, & compedum genus cuſtodiæ improbat, quod Hiſpani brete, noſtri Fußfeßel / Knichen oder plockhauß vocant. Rul. *de comm. p. 1. lib.* 28.

turientium indixerint. *arg.* Nov. *8. c. 8. l. perſpiciendum, 11. de pæn. l. abſentem. 5. eod.* quia melius propter miſericordiam rationem reddere, quàm propter crudelitatem. *c. allegantem. 20. q. vlt. Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p. 71.* Nec inde litium criminalium impenſæ pallientur quaſi ſint præfectorum accidentalia, quia magiſtratus cenſum recipit, Schoß vnd ſteur/ & protectionem promittit, cujus potior pars

Parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos,

ſumptibus proprijs, non litigaturientium inopijs, Sed hoc malitioſo ſeculo Criminaliſtæ aliter agunt, in multis indicendis lætantur, & impiè dicunt: Es haben dieses Jhar vber die bruche/oder Geldsbuße/ Gott sey lob vnd danck eyn Erlichs getragen. Quaſi Deus gaudeat, & applaudat ejusmodi litigioſis malitijs, & malitioſis litibus, quarum caput diabolus. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p. 68.* Nec exceſſivæ & illitæ li-
3. tium criminalium mulctæ vllo jure probantur. Bonacos. *part. 1. com. op. pag. 116.* Marſil. *in l. de vnoquoq. nu. 175. de re jud. Boſſ. tit de mulct. nu. 13.* Rol. à Valle. *con. 47. nu. 51. vol. 2. per l. fin. C. de con. larg. lib. 10* Imo crudelis, & ſevera eſt omnis mulcta. *l. mulctarum. C. de mod. mulct.* Alex. *con. 216. n. 10. vol. 2.* Ang. *con. 186. col. 2.* Ergò non blandiatur, ſed iraſcatur præfectus, ſi regiſtra mulctis litium criminalium nimis infarcita viderit, quamvis eò deventum ſit hodierno ſeculo, vt ejusmodi mulctarum compendia cenſeantur optimi fructus jurisdictionis, Gerichtsgefell. Ad. Kell. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 13.*

Denique nec inde litium criminalium vitia expurgantur, quod
4. non vno aut altero judicio, ſed vbivis locorum committantur. O inſolitam Iuſtitiæ corruptelam! Contra quam Moyſes 1. legislator *Exod. 23. vers. 2.* Non eris poſt multos ad mala, neque ſpondebis in cauſa, vt declines poſt multos ad pervertendum judicium *Et. vers. 6.* Non pervertes judicium pauperis tui in lite ejus. Levit. *10. vers 30.* Ne faciatis aliqua in ſtatutis obſervationem, quæ facta ſunt ante vos. It. Reg. Matth. 7. Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Et magiſtratus ejusmodi litium criminalium abuſus avertere tenetur, quia duo Injuſtitiæ genera, vnum eorum qui inferunt, alterum eorum, qui ab ijs quibus infertur, ſi poſſint, non propulſant injuriam. Cic. *1. offic. Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 70.*

Sed miſſis litigantium querelis, & criminaliſtarum excuſatiunculis, Cauſæ litium criminalium videntur ipſa delicta, & eorum impunitas, atque ſpecies. 2. mala judicij criminalis conſtitutio. 3. Con-

ſtituti proceſſus. 4. proceſſus abuſus. 5. carceris pæna. 6. torturæ exacerbatio, & ſimiles.

Delicta commune habent principium, cum litibus, malas cogitiones. Sed in eo differunt, quod delicta naſcantur immediatè ab ardore habendi, & litigia mediante mendacia. Giov. Ant. Palaz. *par. 4. del governo di ſtato. c. 11. hanno inquit, dunque tutti queſti delitti communi gl' appenſamenti, co j litigi.* Deliſtum, *teſte gl. in l. 1. C. ſi adv. del.* generale nomen eſt, & à crimine ſive maleficio, vt genus à ſpecie differt: vtrumq; tamen litium mater, imò noverca. Proſp. Farinac. *de del. & pœn. lib. 1. tit. 3. q. 17. n. 3.* vbi ait, eiusmodi differentijs inſiſtere non eſſe de pane lucrando. Palaz. *d. p. 4. del. governo. c. 11.* 4. gradus ponit. 1. inſatiabilem rerum humanarum imperfectionem. 2. aviditatem habendi. 3. maleficium. 4. litigium *perche l' huomo ſpinto dalla forza di queſto appenſamento reo dell' vſurpare, ò negando totalmente il fatto, cela la verita, ò va quella mutando, in modo che neceſſariamente, produce vn quarto grado de i litigi.* Et ita delictum eſt offenſio contra jus illatâ, ad pœnam obligans. Vult. *1. I. R. c. 45.* Alth. *1. I. R. c. 48.* Frid. Tileman. *par. 2. diſp. 21. θ. 3.* Decian. *in tr. crim. lib. 2. c. 3. n. 2.* Hinc etiam dicuntur Maleſitz ſachen / ſive verbis, ſive facto committantur. Bl. *in l. fin. C. de crim. ſtell.* Donel. *15. comment. c. 23.* Blanc. *in pr. crim. §. viſis indicijs fol. 48. n. 51.* Farin. *d. q. 17. n. 4.* 5.

6.

His non abſimilis eſt ludus hoc ſeculo vbiq; frequentiſſimus, qui præter infinita mala lites quamplurimas atq; delicta generat. *l. fin. C. de relig. & ſumpt. funer. l. ſolet. §. SCt. de alea luſu.* Steph. Goſta *de lud. ar. 2. n. 38.* Viv. *op. 469. n. 5.* Ludus imprimis alearum, taxillorum, chartarum, *alla moreſca*, incipit à gaudio, & finitur in lachrymis, lites relinquendo funeſtiſſimas, vt experientia teſtatur, & innuit Butrig. *in d. l. fin. C. de rel. & ſumpt. fun.* Quamvis error mundi, & ludendi & litigandi corruptelam introduxerit, vt Bl. *c. clerici. cl. 2. n. 5. de vit. & honor. cler.* exclamat. Attamen ludus crimen publicum, & quidem grave eſt, quod Rempub. ſuis & malitijs, & litibus non leviter conquaſſat. Auguſt. ad Angel. *de maleſ. verb. Meditor de j mali dati. n. 7.* Viv. *op. 468. n. 1.* Foller. *in pr. cenſual. n. 112.* Farin. *d. q. 109. n. 56. & 98.* vbi ait, ex ludo multiloquia, peccata, rixas, furta, blaſphemias, & alia inconvenientia provenire. Ioh. Sarisber. *lib. 1. de nug. curia. c. 5.* ab aleâ *inquit*, armantur ad lites homines, incurrunt inimicitias, in miſeram, etſi non mirabilem incidunt egeſtatem.

7. Impunitas delictorum, eſt flagitiorum & litium criminalium illecebra: Cic. pro Lig. Tholos. *10. de Repub. 1. n. 7.* propter quam Reges & Reſpublicæ interierunt, vti Romanorum, & Lacedæmon. Cic. *2. off.* Middendorp. *qq polit. 4.* Iohan. Gerhar. *dec. 6. q. 1.* Sic Ahas Rex flagitijs atq; litibus ſubditorum indulgens, oppreſſus eſt ab ijsdem. *3. Reg. 20. verſ. 42.* Sic Philippus 23. Rex Maced. à Pauſania obtruncatus, cum ſtuprum ab Attalo commiſſum non vindicaſſet. *Q. Curt. lib. 1. ſupp.*

Quoad ſpecies delictorum præter enumeratas *in l. 1. de pub. jud.* novæ rerum formæ novas pariunt lites: imprimis hoc ſeculo blaſphemiæ impunitæ manent, Schiſmata creſcunt, hæreſes hærent, apoſtaſiæ ſtatum Reipub. vertunt & evertunt. Sed quis quæſo hæreticus? ſemel nominatur in ſcriptura ad Tit. 3. Quis ſit? hæc res concuſſit duriter, concutit & concutiet orbem Chriſtianum quamdiu Chriſtus, & Antichriſtus præliabuntur, & litigabunt. Petrus *concl. crim. 86. in pr.* Omnes hæretici ſcripturam jactant; Ivell. cont. Harding *art. 15. ſect. 16.* ſed ad cerebri ſomnia detorquent, lites publicas movent, Deuten die H. Schrifft nach jhrem gutduncken vnd wahn. *c. hæreſis. 24. q. 3.*

9. Lud. Carer. *in pr. crim. de hæret. c. 2. n. vlt.* Hæc de divinis. Quoad humana delicta, lites criminales potiſſimum naſcuntur ex injurijs, furtis, homicidijs, adulterijs, veneficijs, incendijs. Quibus prioribus in delictis vtcunq; ſceleratorum litigantium voluptas expletur.

Sed in incendio incendiarius nihil vtilitatis, nihil voluptatis conſequitur. Damh. *in pr. crim. c. 103. n. 1.* Vnde ſummus pontifex *in c. peſſimam. 23. q. 8.* peſſimam, & depopulatricem, horrendamq; incendiariorum malitiam deteſtatur, & interdicit. Quod cum quibusdam in terris magis frequentiſſimum delictum, quàm litigium, non pro derelicto habendum, ſed obviandum.

10. Lites ex injurijs ſunt creberrimæ hoc ſeculo, Germ. Scheldtſachen/ per quas publica pax & privata quies turbari ſolent. Ant. Theſſaur. *dec. Pedemont. 18. in pr.* Sed non omnes injuriarum lites ſunt criminales, vt recantatoriæ, ſo auff einen Widerruff geklaget/ Myns. *reſp. 7. n. 8. dec. 1.* Gail. *1. obs. 65. n. 5.* Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 12.* vbi miratur, indiſcrete omnes injurias trahi ad merum imperium, cum lis injuriarum civiliter intentata nō ſit Ehhafftin/ & tvſum Rothvvilanum refert Cas. Guil. Scip. *lib. 2. dec. Cam. 184.* Et lis recantatoria eſt civilis quia tendit ad honoris reſtitutionem, non vindictam pub. Ergo. *Dd. in l. 3. de ſepul. viol. 2.* Procura-

tor inter-

tor intervenire poteſt. *Myn. con. 2. ob. 98. 3.* recipitur, & tractatur in Cam. imp. At lis criminalis ibi tractari nequit Ergo. 4. Aeſtimatoria & recantatoria conjungi poſſunt Gail. *l. 1. ob. 65. n. 5.* Wurmb. *tit. 47. de injur. obs. 8.* Bocer. *clas. 3. diſp. 4. th. 56.* quod non fieret ſi lis eſſet criminalis. Ergo firmiter ſtatuendum litem recantatoriam pro civili habendam. Wes. *con. 22. n. 18. p. 1.* Schrad. *tr. Fin. 2. p. 9. ſect. 6. n. 51.* Mar. Freher. *de exiſt. lib. 2. c. 9. n. 4.* Gilhau. *de injur §. 9. n. 17.* Har. Hartm. ab Epp. *pr. obs. tit. 49. ob. 3. n. 6.* Blar. *ad l. diffamari. n. 4. C. de ing. man.* Beuſt. *ad l. num. poſt. 9. §. ſi damnatur. n. 17. de jurej.* Hackelm. *ille. qq. diſp. 27. th. 18.* De furtis, homicidijs, veneficijs, adulterijs, non minores ſunt querelæ, & lites, quod partim crudeliter, partim ſuperficialiter agantur, puniantur.

Furtum literarium hoc ſeculo non punitur, quia omnes ferè ſunt raptores alienarum inventionum, exemplis quàm plurimis probat War. de Erenb. *lib. 1. de fœder. c. 1. nu. 52.* Monter. *in præf. Deci. n. 43.* Ioh. Pet. Surd. *con. 300. nu. 20. vol 2.* Furta quoq; officialium impunita dimittuntur, quod fieri non deberet, vt arguit Iuſtin. de minori ad majus, *in Auth. vt jud. ſine quoq ſuff. §. illud videl. verb. erit enim abſurdum.* Farinac. *p. 3. op. crim. q. 111. act. 1. nu. 2.* Virg. Bocac. *tr. de pact. p. 3. nu 92.* vbi furtum facit, qui aliquid recipit, vt injuſtitiam faciat. Harpr. *ad § pœna. 5. n. 35. Inſt. de obl. quæ ex del. naſc.* certiſſimum, *inquit*, vulgi etiam notitiâ, & teſtimonio, proh dolor, hodie in immenſum etiam creſcente blaſphemiæ, & ſcortationis delicto, pœnas tamen his cælitus impoſitas non exaſperari, ſed potius minvi & attenuari. Sic hodiernis moribus pœna adulterij admodum levis eſt, vt meritò ea de re graviter conquerantur viri, & in theoria, & in praxi excellentiſſimi. Clar. *lib. 5. ſentent. § adulterium. &* Myns. *ad §. 4. n. 10. Inſt. de publ. jud.* vbi exclamandum ait cum Iuven. *lib. 1. ſat. 2.* 11. 12.

Vbi nunc lex Iulia dormit?

Lupanaria econtra litis atque malitiæ ſeminaria tolerantur, quibus juventutis corruptio: morum civitatis depravatio, corporis tormentum, animæ proditio ineſt, Italo-Gallis Bordel dicitur. Schonborn. *lib. 3. pol. c. 13.* non vilem lupanarium auctoritatem, ait eſſe in quibusdã ſplendidiſſimis Rebuspub. Hujus lucri odor grat⁹ eſt põtifici: cujus permiſſu aliquot millia meretricum quæſtum corpore faciunt. Apulei. *lib. 10. de As aur.* meretricum illa in lupanari jactata baſiola vocat poſcinummia. Hæc de impunitate, & ſpeciebus delictorum.

13. De mala judicij criminalis conſtitutione olim conqueſti ſunt Ordines Imperij, & adhuc conqueruntur duo periculoſiſſima Reipub. vulnera infligi, quorum alterum eſt inſontes in vincula conijci, quæſtionibus temerè ſubijci, & majori etiam audaciâ pœnis immeritis affici, alterum verò criminum verè Reos diuturnâ & fraudulenter interpoſitâ morâ; non ſine accuſatorum fruſtratione ac ſubdola eluſione, juſtæ condemnationi eximi, & carceribus liberatos abſolvi, quod nihil aliud eſt, quàm peccandi impunitatem in medium proponere, vt *inquit* Carolus V. *in præf.* Der P. H. O. *§. 1 facit l. ſi quis ſervo. in f. C. de furt.* Vtriusq; exempla allegari poſſent, modò non odium parerent, Papiniani, Mori, Alvari de Luna, Crondorffeti, Buſſoni, Conſalvi, Petri de Vineis, qui litem egit Friderici II. adverſus pontificem, propter ſuſpicionem conjectus in carcerem, & oculis privatus, capite parieti illiſo exſpiravit. Chron. Car. *lib. 5. in* Frid. 2. Burchar. à Mangelfeldt. S. Palatij apud Ottonem I. Exquæſtor carceri incluſus, quo gloſſas ſuper Ius Saxonicum confecit, & jus Madeburg. compilavit. *gl. art. 10.* Weichbildt. Cyria. Spangenb. *in Chro. Sax. c. 147. & Quernfurd. lib. 2. c. 7.* Heyg. *par. 1. q. 8. n. 34.* Lauterbach. *tr. de arm. & lit. n. 136. & ſeqq. vbi plura exempla.* Duro. di Paſch. *in aul. θ. 2.* Interdum enim verum eſt Scoticum Proverbium: The narrar the King, the narrar te Wytte: quò quis propinquior Regi, eò pro-
14. pinquior patibulo. Barcl. *lib. 6. cont: Monarch. c. 4.* Sed nos ad conſtitutionem judicij criminalis redimus: atq; ſentimus, quod in oppidulis communiter merũ imperium exerceant plebeij, & mechanici: in pagis ſcribæ, præfecti, & ejusmodi ſimiles, qui volunt apparere fiſcales & criminaliſtæ, vt *inquit* Caravit. *ſup. rit. mag. Cur. 259. nu. 10.* Farin. *de ind. & tort. lib. 1. tit. 5. q. 36. num. 30.* ſed interim tàm legum, quàm rerum criminalium ignari, ſæpè denunciationi cujusdam nebulonis, aut veneficæ fidentes, imò extorquentes, tàm fœminas, quàm maſculos etiam innocentes, in ſqualidiſſimos carceres detrudunt, vbi tamdiu cruciantur, torquentur, & detinentur; vt malint ea fateri quæ nunquam fecerint, imò mortem ſibi conſciſcere; quàm fætorem carcerum ſubterraneorum perferre. *Anct. diſc.* Vom Juſti-
15. tienwerck. *p. 57.* Ruland. *p. 2. de commiſſ. lib. 4. c. 1. n. 1.* Olim quidem civitates, earumq; magiſtratus merum imperium non habuerunt. Sap. *in l. imperium. n. 25.* Cur. jun. *n. 69. de juriſd.* Alc. *in c. quoad. n. 86. de offi. ord.* Sicut etiamnum in Italia, Gallia, Anglia nobiles illud non habent.

habent, neq; principium pleriq; ; ſed in Germania hodiè magiſtratibus ſingulorum oppidorum, ne dicam pagorum, vel principis conceſſu, conſuetudine, vel aliâ ratione jus gladij datum. Br. *in l. 1. nu. 5. de dam. inf.* Cagn. *l. 71. de R. I.* Schurff. *conſ. 26. n. 2. cen. 1.* Imò Bariſelli quoque habent merum imperium ex privilegio ſingulari, & animadvertunt in facinoroſos ſine tribunali; quo fit, vt quælibet arbor totius orbis eis territorij loco ſit. Bl. *in vſib. feu. §. præterea. de prob. feu. al.* Zas. *in l. imperium. num. 30. de jurisd. omn. jud.* qui putat hoc genus hominum à Sicambris Weſtphaliæ originem duxiſſe. Pleriq; autem judicum criminalium ſunt duriores, ne dicam crudeliores, qui rigoroſiſſimè ſuper dorſum pauperum inculpatorum procedunt, & contra omnes juris terminos, approbatos mores, & vſus conſuetudinarios, alios perdunt, alios mactant, alios mancos reddunt, vt graviter invehit Cavalcan. *p. 1. de brach. Reg. num. 5. & 6.* legum ſanctitatem violant, & humanam ſocietatem evertunt, carnifices non judices, vt *inquit* Zanatar. *de pr. fo. Med. n. 103. l. nemo C. de exac. trib.* Brun. *de tort. q. 2.* Pa. de Put. *tr. ſynd. verb. crud. n. 5.* Ferina eſt rabies ſanguine ac vulneribus gaudere, *inquit* Sen. *lib. 1. de clement.* & Claudian: 16.

Qui fruitur pœnâ ferus eſt, legumq; videtur
Vindictam præſtare ſibi.

Pleriq; ſunt nimis gratioſi & licentioſiores, qui non ſingula ad filum redigunt, aut ſeveritate potius & vi, quā mansuetudine, & humanitate conficere ſolent. Plutarch. *in Phoc.* Plin. *lib. 4. epiſt.* Iohan. Gerh. *dec. 6. qq. polit. 1.* Qui vt medici ad vrendum & ſecandum rarò accedunt. Dion. *lib. 55.* Sicut enim medico indecora multa vulnera: ita principi & magiſtratui multa ſunt ſupplicia. Sen. *1. de clem. 24.* imò clementiores ſunt ipſa lege; & neſcio quam æquitatem cerebrinam ſibi fingunt, *vt vocat* Heig. *p. 1. q. 37. n. 11. & 12.* Exclamant, æquitatem juris rigori in foro poli præferendam, Ab. *c. quia propter. de elect.* Iac. Marchiſell. *pr. qq. 33. n. 7.* Mart. Benekend. *ad l. 1. mem. 4. p. 4. lim. 1. & 2. de R. I.* & quid ſit æquitas neſciunt. AEquitas legis, non capitis ſequenda eſt, aliàs captioſa, & ſine jure temeraria dicitur. Garz. *de expen. c. 1. n. 28.* Fr. Scot. *reſp. 3. n. 171. lib. 1. tom. 2.* Decian. *reſp. 36. n. 41. vol. 1.* Knich. *de veſt. pact. c. 3. n. 138.* M. Ant. de Amat. *dec. 24. n. 25.* 17.

Sic in Notarijs litium criminalium requiritur bonitas, & verſutia. Prior, ne corrumpantur; Poſterior, vt veritatem delictorum inda- 18.

gent. At bone Deus, quàm pauci hujus farinæ reperiuntur? ita vt non ſolum lites retardentur, ſed & delicta creſcant, accreſcant. Mutant enim veritatem accidentium, credunt miniſtris, & à ſcopo juſtitiæ declinant. Giov. Ant. Palaz. *par. 4. del governo di ſtato. c. 14. comè per altre vie ſi poſſono i litigi abbreviare.* Statim conſilium capitur tegendi delictum, etiamſi juramentum præceſſerit de veritate dicenda, nec mentiri liceat pro homine conſervando. *c. cum dilecti. de accuſ.* Sot. *de juſtit. lib. 5. q. 6. art. 1.* Navar. *in manual c. 25. n. 35.* Boſſ. *in pract. tit. de exam. reor. n. 10.* Ioh. Pet. Ala. *p. 1. de cauſ. Chriſt. q. 81.* Hæc
19. de mala judicij criminalis conſtitutione. Litigia & patrocinia criminalia in perficiendis proceſſibus ſunt periculoſiſſima, *inquit* prædictus Ala. *d. p. 1. q. 5. pag. 7.* At vbi majus litium periculum, ibi cautius agendum eſt. *c. vbi periculum. de elect. in 6.* Lup. *in c. per. veſtras. §. 33. nu. 4. de don. int. vi & vx.* Molin. *in l. 1. §. ſi quis. num 30. de V. O.* Rimi. *in l. juris ign. n. 58. C. qui admin.* Iac. Ayrer. *p. 1. proc. hiſt. c. 4. obs. 3. n. 43.* ſecundum illud Iuven. *ſat. 6.*

Nulla vnquam de morte hominis cunctatio ſera eſt.

Quod his non de tritico aut oleo legato, ſed de hominū fortunā, exiſtimatione, ac capite agatur, quibus rebus nihil eſt orbe terrarum præſtantius *Nov. 8.* Hip. de Mars. *in pr. crim. §. decurionem. n. 3.* Ergò proceſſus litium criminalium magnoperè attendendus, nec levi, vt ajunt, brachiò tractandus, aut ſemper ad ignotos tramittendus, qui rerum circumſtantias, perſonarum qualitates, locorum conſuetudines, ex actis non adeò exactè conſiderabunt. *arg. l. 1. de cuſt. reor. l. ſi*
20 *gravius. 16. C. de dignitat.* Clar. *§ fin. q. 28. n. 3.* Tranq. Ambros. *tr. de mod. form. proc. lib. 2. c. 1. n. 11.* Treutl. *vol 2. diſp. 28. θ. 3. lit. 4.* Quamvis etiam proceſſus litium criminalium debeat eſſe breviſſimus *per l. prop. C. de jud.* Aliquando tamen accidit, vt reus criminis etiam reverà innocens, continuos triennij aut quadriennij carceres patiatur, ſed vix alio id vllo caſu, niſi quod appellatum ſit, ſive per reum ipſum, ſive per accuſatorem ab aliqua interlocutione. de qua vbi per judicem appellationis pronunciatum fuerit, iterum redeundum ſit ad judicem, aut ſi quis medius & inferior judex appellationis fuit, rurſus appellandum ad ſuperiorem, quod lites criminales nimium protelat, vt innvit Faber. *lib. 9. Cod. for. tit. 2.*

21. Alicubi judex in litibus criminalibus ſubſidiales concedit, pro examine teſtium extra territorium degentium obeundo. Malè; quia teſtis

teſtis non poteſt in criminalibus dictum ſuum dare judici in ſcriptis. Nell. à S. Gemin. *tr. de teſtib. par. 1. nu. 90.* Rom. *l. admonen. nu. 57. de jurej.* Clar. *§. vlt. q. 26.* Rationis ratio, quia his temporibus plus ſolito inſtrumentorum falſorum, & corruptorum teſtium copia videtur, vt *inquit* Zanatar: *de pr. for Mediol. n. 61. ex c. 1. de crim. fal.* quibus ſi relinquatur locus, nullius vita, conditio, aut ſtatus ſecurus erit, vt ibidem querulatur. *d. n. 61.* Teſtes in litibus criminalibus debent audiri, non eorum voces. Harmenop. *in epit. lib. 5. tit. 6.* Leſcut. *de teſt. exam. c. 7. n. 4.* vbi elegantem rationem ſubdit, vt poſſint terrore judicis ad veritatem proferendam induci. Quamvis hoc noſtro ſeculo nihil communius, vt in proceſſu litium criminalium commiſſiones decernantur, quæ cum per ſe litium ſint nutritivæ, in criminalibus multa pariunt inconvenientia, contra Auth. *eloquentiſſimum. C. de fid. inſt. vbi* Sichard. *n. 6.* teſtatur hodierno tempore paſsim in judicijs pro injuriâ criminaliter intentatâ probationes committi. In examine non omnia ſcribuntur, præcipuè ea, quæ litem criminalem elidunt, nec Reus oſtenditur in habitu conſueto; ſed teſtes omnes interrogantur, & inſtruuntur lectione depoſitorum, quam pr. deteſtatur Clar. *§. vlt. q. 23.* Ab *in c. cum cauſam col. 2. de teſtib.* At ſupprimendæ ſicut omnes circumſtantiæ, & qualitates. Fr. Caſſon. *tr. de tort. c. 15. n. 1.* Et dicta teſtium integrè deſcribenda pro vtraq; parte, vti ſonarent non ſimpliciter Affirmat, Negat. *c. non ſanè. 14. q. 5. c. par. 35. q. 6. l. 2. C. de eden. Auth. ſed jud. C. de epiſc. & cler.* Zanatar. *de pr. fo.* Mediol. *n. 86.* vbi addit ſub prætextu, vt Reus teſtes iterum examinandos curet, partem lædi, litemq; in longum protrahi. Lite denique finitâ per ſententiam in criminalibus, et ſi poſtea appareat de Rei innocentia, ſententia retractari non poteſt, vt aliquis ſit litium finis. *l. 1. §. fin. de qq. l. Divi frat. de pœn.* Covarr. *in 4. § fin. n. 15.* Gomez. *lib. 3. var. c. 13. n. 36.* Morla *in emp. jur. p. 1. tit. 4. in pra. n. 22.* Nec appellare regulariter in litibus criminalibus licet, ex Generali Germaniæ conſuetudine. Reichsab. anno. 1530. *Aug. Vindel. §. item als jetz etzlich zeit in peinlichen ſachen.* Cammerger. Ordnung. *p. 2. tit. 28. §. item nach dem.* Wes. *par. de appell.* Soar. *lit. S. n. 92.* Myns. *reſp. 59. n. 61. dec. 6. & cen. 4. obs. 41.* Beuſt. *in jurej n. 97.* Gail. *1. obs. 1. n. 28. & lib. 1. de P. P. c. 20. n. 36.* Cothm. *reſp. 7. n. 118.* vbi ait, ordin. nominatim excipere caſus, quibus vel contra jus naturale, vel contra communem ſenſum vel æquitatem in criminalibus proceſſum, & lædens immediatus.

Quic-

24 Quicquid ſit, & in Camera, & in judicijs criminum inferioribus
in litibus criminalibus appellatio recipitur, tanquam thyriacum
contra venena quod de jure civili licet *L. 9. C. de pis. aud. L. litigatoribus*
14. 20. & 29. C. de appell. l. 2. C. ſi pæd. app. more inter. l. 2. C. quor. app. non
recip. Et Pollet. *lib. 5. hiſt for. Rom. c. 17.* multis ſuadet, provocationem
in litibus criminalibus admittendam. Sed hoc modo lis ita protrahi-
tur, vt eâ pendente mors interveniens pœnam ſimul & accuſatio-
nem aboleat, de quo meritò quis conqueritur cum Reipub. interſit
ſtatim puniri. *vid.* Ruland. *de Comm. p. 1. lib. 3. c. 4. n. 4. in f.* Treutl.
p. 2. diſp. 33. θ. 3. l. d. l. 16. de appell. Et Deo adeò diſplicent injuſtæ ap-
pellationes, vt etiam in lite capitali peccaret mortaliter, qui injuſtè
appellaret. Graff. *lib. 3. dec. aur. c. 7. nu. 2.* Sot. *de juſt. lib. 5. q. 6. art. 3.*
25. Ioh. Pet. Ala. *de adv. Chriſt. p. 1. q. 46.* Hæc de litium criminalium
proceſſu, cujus exceſſus ſunt varij, & ll. contrarij, vt ſi judex crimina-
lis dolo, falſis promiſſis, vel mendacijs à Reo veritatem eliciat, & al-
liciat promittendo liberationem figendo, quaſi ab alijs complicibus
in lite denunciatus eſſet, quod non licet. Dec. *in l. ea 1. naturâ. no. 7.*
Cagn. *nó. 18. de R. I.* Mart. Der. *diſp. Mag. lib. 5. ſect. 10.* Keller. *lib. 2. de*
off. jur. pol. c. 12. Hip. de Mar. *con. 32. n. 25.* Covar. *1. var. res. c. 2. no. 16.*
Clar. *5. ſent. §. f. q. 55. n. 9.* Ioh. Mar. Monticell. *in pr. crim. reg. 10. n. 16.*
Ayrer. *p. 1. pro. hiſt. c. 4. obs. 3. no. 50. vbi ait. datam à judice fidem ſervan-*
dam, quidquid dicat Ohem. *in diſc. jur. pol. c. 5. n. 30.* non eſſe menda-
cium, ſed ſolertiam, quæ ad decipiendos latrones, & ſimiles adhibita
commendetur. Ergò judex cauillationibus vti poteſt ad inueſtigan-
dam veritatem. *c. ſi qualibet. §. non volebat. 22. q. 2. c. affect. vbi* Felin.
n. 1. de præſumpt. Dec. *in c. quoniam. 11. n. 5. de probat.* Ne delicta ma-
neant impunita *l. 51. §. quod ſi ad L. Aquil.* Hoc vti verum, ita neceſſa-
rium, ſed medijs legitimis fieri debet, alias litium occaſio. Exceſſus,
& abvſus eiusmodi litium criminalium potiſſimùm conſiſtunt in
26. carceribus, & torturis. Carcer vt plurimum in Germania eſt ſubter-
raneus, locus horribilis, & immundus. Br. *tr. de carcer. c. 1. n. 2.* Bar.
Roder. Calder. *in manua. jud. c. 2. n. 14.* Farin. *qq. crim. 27. n. 2. & 3.* vbi
vocat ſepulturam vivorum, conſummationem bonorum, conſola-
tionem inimicorum, & experientiam amicorum. *l. ſi quis. ibi : cuſto-*
diæ ſqualore. C. de cuſt. reor. Vlp. malam habitationem. *in l. item apud*
§. quæſtionis. de injur. l. ſi hominem depoſit. AEg. Boſs. *tit. de carcer. c. 3.*
n. 4. SS. literæ Cruciatum, quia carceratus ſemper eſt in cruciatu.

Hyp.

Hyp. *de bannit. verb. carcerat. n. 28.* Iob. 7. Pſalm. *141. l. omnes. ibi: immenſorum cruciatuum. C. de pœn.* Imò carcer eſt contra naturalem æquitatem, & morti æquiparatur. Ioh. Vivien. *ad lat. introit.* Car. *V. art. 44. verb. eu* ſall mögen antaſten. Pros. Farin. *crim. q. 24. n. 24.* Species ſervitutis. *t. t. de lib. hom. exhib.* Bor. Rod. Calder. *in manua. jud. c. 2. n. 15.* Mar. Frecc. *de praes. inſtr. p. 8. q. 3. n. 109.* Nizol. *alleg. 20. n. 41.* Lan. Conr. *in brev. pag. 171. n. 3.* Privatio libertatis; (vnde Itali: *La libertà nißuno ſtima, ſe non prigione ha privato prima.*) patris, amicorum vxoris, & familiæ. Tom. Cerdan. *in lib. de viſita de la carcel, & los preſos c. 5. n. 5.* Cic. *in 7. Verr.* Caſsiod. *12. lib. ep.* Ruland. *de comm. p. 2. lib. 4. c. 1. n. 1.* & non rarò eſt occaſio maioris tumultus faciendi. Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 20. in f.*

Quod ſi hos omnes crutiatus ſuſtineant litigatores incarcerati, aut innocentes ſanitatem cum fama perdunt, ſiquidem carcer motum, vſumq; membrorum impedit. Iac. Marchiſell. *in Syl. pr. qq. 33. n. 1.* Hering. *de fidej. c. 10. n. 182.* aut nocentes tædio carceris ſoli, inſtinctu diaboli ſibiipſis vitam adimunt. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p. 58.* aut etiam à ſerpentibus læduntur, vti miſerabilem hiſtoriam refert Auct. diſc. Vom Juſtitienwerck. *p. 66. ex relat. hiſt.* Theod. Meur. *anno. 1607. 1. Aug.* de puellâ quâdam à ſerpentibus in carcere peremptâ prope Weiſsenburgum. Ita rectè Angel. con. 213. per carcerationem corpus affligi dixit. *add. ad Ang. de malef. n. 4.* Et ita per carcerem damnum irrecuperabile infertur, quod revocari non poteſt. Bl. *in l. vn. C. de in int. reſt.* Vivien. *in ann. ad lat. introit. Car. V. art. 44.* Ruland. *de lib. 4. c. 1. n. 1.* 27.

At in criminalibus carcer non pœna, ſed tantùm cuſtodia eſſe debet. *l. aut damnum. §. ſolent. de pœn. l ſi quis. 6. §. ejus. de ini. rup. & irr. fact. teſta.* Par. de Put. *tr. Syndic. verb. carcer. c. 5. n. 1.* Damh. *in pr. crim. tit. de carc. c. 16. n. 3.* Menoch. *lib. 2. aa. ij. qq. caſ. 304. n. 2.* Gomez. *tom. 3. var. reſol. c. 9. tit. de capt. n. 6.* Farin. *de carc. & car. lib. 1. tit. 4. q. 27. n. 95.* H Hartm. *pr. obs. t. t. de accuſ. obs. 4.* Hen. Gœden. *con. 103 n. 73.* Coler. *de proc. exec. par. 1. c. 6. n. 6.* Gail. *1. obs 26. n. 7.* Ioh. Parlador. *lib. 2. rer. quotid. c. vlt. §. 6. n. 3.* vbi Conſtantini verba humanitatis pleniſſima refert: non per ferreas manicas, & inhærentes oſſibus mitti oportet, ſed prolixiores catenas, vt & cruciatio abſit, & permaneat ſub fidâ cuſtodiâ. Neq; verò ſedis intimæ tenebras pati debebit incluſus, ſed vſurpatâ luce vegetetur. Vnde & latumiæ, & compedum genus cuſtodiæ improbat, quod Hiſpani brete, noſtri Fußſeſſel/Knichen oder plockhauß vocant. Rul. *de comm. p. 1. lib. 4. c. 1.* 28.

4. c. 1. vbi cuſtodiam facit duplicem, publicam, & liberam, Wenn die Juſt von einem genommen. Sic apud Firmicum, Maternum, & Suetonium, cuſtodiæ ponuntur pro hominibus, qui in carcere cuſtodiuntur. Eſaias: Sicut tugurium in cucumerario h. e. horto in quo ſunt cucumeres, hoc cuſtodiarium dici. Dick. *in rub. de execu. in œcon. fol. 368.* Rod. Calder. *in man. jud. c. 3. n 19.* Bern. Pand. *de præſen. & exc. inſt.*
30. *n. 73. p. 4.* Ioh. Bapt. Aſin. *de exec. §. 2. c. 2.* Licet duris hodierni ſeculi moribus cò deventum, vt pro pœnâ habeatur. Olan. *in antnom. dit. C. n. 7.* Dick. *in rub. de execut. in œcon. fol. 368.* Segur. de Anal. *in dil. rect. jud. p. 2. c. 13. n. 1.* vbi carcerem partim ad cuſtodiam, partim ad pœnam inventum eſſe ſcribit. Pol. Virg. *lib. 14. hiſt. Angl.* carceris ſupplicium mortalibus eſſe graviſſimum ait, Imò novi carceres excogitantur cotidiè, qui tamen ſæpè in auctores proprios fabrefiunt, teſte Camerar. *in hor. ſuccis. c. 9.*

Quod ſi non cuſtodia, ſed & pœna eſſe debeat carcer, mitior requiritur, ne carceratus vitæ aut valetudinis jacturam patiatur. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p. 65.* Coler. *de proc. exec. p. 1. c. 6. n. 101.* vbi carcerem obædientiarum, einen Burgerlichen gehorſam. vocat. Teſsaur. *dec. 220.* Petn. Band. *de exe. inſtrum. p. 4. n. 78.* Major enim eſt pœna ſtare in vinculis, quàm laborare in agro, aut opere publico. Barth. Roder. Calder. *in man. jud. c. 2. n. 14. per l. ſi in homine depoſ.* Licet quis aureis compedibus adſtrictus eſſet, vti Surdin. à Claud. Imp.

Scilicet eſt aliquid generoſo carcere claudi,
Et juvat auratâ compede poſſe frui.

Dur. di Paſch. *in Aul. pol. 6. 7. pag. 20.*

31. Quod ſi ſit rigoroſior, ſubterraneus, aſper, in quem innocens litigator detrudatur, injuriarum agere poteſt, quia captura eſt injuria irreparabilis. Roder. *in l. 2. tit. de gouiernos. q. 4. col. 1.* Caſp. Baeth. *de debit. fugit. c. 7. n. 14. Vivien. ad lat. introd. Car. V. art. 51.* Godelm *lib. 3. de Mag. lam. c. 6. n. 14. per l. nec magiſt. de inj.* Et ita conſequitur damnum litis, & recompenſam injuriarum. *l. pen. C. qui. bon. ced. poſſ. l. ſi credit. in f. de priu. cred.* Schurff. *con. 87. cen. 3.* Laur. Kirchov. *con. 5. obs. 30.* Fr. à Tautenb. *in virid. concl. 98.* Myns. *cent. 5. obs. 69. n. 5.*

Felicia dicat
Secula, quæ quondam ſub Regibus atq; tribunis
Viderunt vno contentam carcere Romam.

Iuven. Sat. 3.

In torturis abuſus litium permagnus eſt, nimiaq; ſeveritas, cùm 32.
in novis tormentorum generibus, tùm modo torquendi. Antiquitus .. tormentorum genera fuerunt; funis, & ignis. *l. nullus. C. ad l. Iul. maj.* Damh. *in pr. c. 37. n. 17.* Clar. *§. vlt. q. 64.* vbi 3. torturæ gradus ponit. Farin. *de ind. & tort. lib. 1. tit. 5. q. 38. n. 37.* vbi ait, cuſtodes, ſive potius humanos carnifices, aut ſtrigas facere, aut reos diutius ligatos tenere, vt defatigati neſcio quid confiteantur. Sed hoc noſtro ſeculo creſcente lite, & malitiâ, creſcunt nova tormentorum genera, in quibus excogitandis ingenioſi volunt audiri, vti ſunt laminæ, compedes, nervi, catenæ, carceres, minellæ, pedicæ, aqua frigida, taxilli, cuneus, Sibillæ, vigiliæ, Dheniſcher Mantel / Spaniſche Kappen / Engliſche Jungfraw / Braunſwigiſche ſtiefelen / & cētum alia, inter quæ poletrum, quo carnes ſcinduntur, contra *l. 1. C. de emend. ſerv.* Brun. *de ind. & tort. p. 2. q. 2. n. 7.* Zanatar. *de pr. for. Mediol. n. 98.* Keller. *lib. 2. de off. jurid pol. c. 12. §. abſtinendum.* Gomez. *tom. 3. var. reſol. c. 2. n. 5.* vbi invehitur contra judices, qui nova tormentorum genera miſeris Reis imponunt. Flam. Carta. *in pr. inter. R. lib. 4. c. 1. n. 7.* Hic primus ju- 33.
dicum criminalium abuſus, vt ſuſpectum in carcerem detruſum ſtatim torturæ ſubijciant, nec prius inquirant, an crimen perpetratum ſit nec ne? an veritas criminis aliter haberi poſſit nec nè? an copia indiciorum data ſit, nec nè? His inconſideratis ſtatim ad cruciatum, ignem, tormentum, recurritur. forth zu loche vnd Fewr. Zanatar. *de pr. fo. Med. n. 126.* Rol. à Val. *con. 12. n. 34. vol. 3.* vbi valdè invehitur contra judices modernos, qui ſuum VELLE loco indiciorum ſubrogantes, vt plurimum velo levato homines torquēt, dicitq; tales iniquos judices minimè fore à ſuperioribus & principibus tolerandos. Ref. & ſequitur Farinac. *lib. 1. tit. 5. de ind. & tort. q. 37. n. 1.* Flam. Cartar. *in pr. inter. Reo. lib. 4 c. 1. n. 27.* vbi poſt Vitalin. *de malef. tit. de inquis. n. 8.* judices ſine legitimis inditijs Reos torquentes canes appellat. Eoſdem reprehendit Godelm. *tr. de Mag. lib. 3. c. 11. n. 12.*

Alter abuſus ſtatim ſubſequitur. Proh dolor, *inquit* Hering *de* 34.
fidejuſ. c. 10 n. 433. hodiernis temporibus multi larvati, ſtupidi, & bibuli judices, dum intolerandis humanæ patientiæ cruciatibus miſeros captivos lacerant, vt vtar verbis Livij *dec. 3. lib. 4.* imò paſtis cruore luminibus vt fera, quæ guſtatum ſemel ſangvinem ſemper ſitit, ſæpe numero tormenta duplicari jubent. Es pleibt etwan bey 20. 30. 40. oder 50. mahlen kaum / an etlichen orten / Das die Sonne dardurch ſcheinen möchte.

vt *inquit* Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 13.* Delr. *lib. 5. diſq. Mag. ſect. 9.* Plures è judicibus non adhibent torturæ, ſed interim edendo, & bibendo tortum vel ſolum, vel manibus cuſtodum crudelium, & indiſcretorum relinquunt, ita vt ſæpè moriatur. *Conquer.* Farin. *de ind. & tort. lib. 1. tit. 5. q. 37. n. 145.* vbi addit: Quod ſi quis vnum delictum confeſſus fuerit, ſtatim ſuper alijs interrogant judices immoderati, ſecundum illud: Hat er das gethan/ ſo hat er wol mehr gethan/ & dicunt, Reos fore torquendos tanquam cadaver, quia ſi aliter facient, ſi in hoc mundo pœnas non luant, in alio ſeculo expectent atrociora dæmonis tormenta, *vt refert* Farin. *d. tit. 5. q. 37. n. 175.* Menoch. *3. aa. jj. qq. cas. 340. n. 13.* Quidam ipſi manus ad hibent, *vt inquit* Par. de Put. *tr. ſyndicat. verb. tortu. el. 3. c. 4. n. 9.* ſe vidiſſe Poteſtatem, qui capiebat reum per capillos, dando caput ad columnam, & dicendo, confitearis, & dicas veritatem ribalde.
35. Notum quidem eſt pro arbitrio prudentis judicis tormenta aliquoties repeti poſſe, vt explicat Menoch. *de aa. jj. qq. cas. 272.* Sed illud arbitrium non eſt in infinitum extendendum, ſed legibus reſtringendum, ne quis enecetur, ſed vt lividas carnes vngulâ cruentâ pulſante, ſulcatis lateribus dolor quærat & inveſtiget veritatem, vt loquitur D. Hieronym. in ep. ad Innoc. de muliere ſepties icta. *l. milites. §. 1 l. 10. & 13. C. de qq.* Hip. de Mars. *in pr. crim. §. nunc videndum. n. 21.* Anguiſola. *con. crim. vlt. n. 27.* Clar. *§. fin. q. 64. n. 5.* Tranq. Ambroſin. *tr. de mod. proc. in fo. lib. 3. c. 2. n. 9. & 10.* Non enim paria ſunt hominem torquere, & pilâ ludere, provt nonnulli perſuaſum ſibi habent, *teſte* Hering. *de fidej. c. 10. n. 454.*
36. Tandem abuſus omnium perículoſiſſimus totam ferè Europam infeſtat, vt ſi toties torti tortæve vel metu tormentorum, vel ex impatientia & deliquio animi, vel alio quovis errore, aut litem criminalem quam nunquam fecerint, aut impoſſibilia; aut erronea confiteantur; protinus condemnentur, comburantur, ſecentur, Factâ executione quæritur an lis rectè intentata ſit nec ne? *l. 1. §. aut. quæſt. de qq.* Exempla occurrunt cotidiana, ne quid de vetuſtioribus dicam, Servi apud Valer. qui metu pœnæ & torturæ confeſſus eſt, conſervum ſe occidiſſe. Quare per judicem condemnatus, & ſupplicio deditus: paulò poſt domum redijt, de cujus morte lis erat. Val. Max. *lib. 8. c. 4.* Zanat. *de pr. fo. Med. nu. 131.* Godelm. *lib. 3. de Mag. lam. & venef. c. 10. num. 4. & ſeqq.* vbi tres hiſtorias refert, 1. de ſacrifico. 2. de Domino propter piſcum ſervi condemnato. 3. de duobus opificibus peregrè abeuntibus,

abeuntibus, quorum vnus brevi redit, cum alterius veſtitu invicem permutato, & propterea homicidij accuſato, rotæq; condemnato.

Quot quæſo veneficæ hoc noſtro ſeculo mactantur & cremantur, quæ in tortura quidem multa con fitentur, ſed reapſe impoſſibilia, ſe ſcilicet per foramen in aërem volaſſe, in beſtias, lupos, filos, transmutatos, cum diabolo concubuiſſe, ſe ſcopis inſidentes ad montem Bructerorum vulgò Blocksbergk volitaſſe, tempeſtates, pluvias, grandines, tonitrua excitaſſe. Vid. Bodin. *lib. 2. Dæmon. c. 6. de Lycanthrop. c. epiſc. 26. q. 6.* Dæmoniaci concubitus & ſaltationes nocturnæ ſunt illuſiones. Petreus *con. crim. 167.* Wier. *lib. 2. de præſt. dæm. c. 33.* Fichar. *con. 111. n. 3.* vbi tamen rectè improbat ſententiam Wieri, qui omnem nocendi poteſtatem lamijs tollit. Sicut & transportatio lamiarum auff den Bocksberg/eſt phantaſtica, non corporalis. Fr. Ponzin. *tr. de lam. n. 45.* Girlan. *tr. de ſortil. q. 7. n. 37.* Cardan. *lib. 18. ſubtilit. verb. vngues.* Bap. à Por. *lib. 2. mag. nat. c. 26.* Fich. *con. 124. n. 2.* Petr. *con. crim. 167.* Pet. Mart. *in com. 1. Sam. 28. p. 168.* Wettermacherinnen vulgò dicuntur, ſed Deus omnium tempeſtatum cauſa efficiens. Exod. *9. v. 22.* Hag. *2. v. 18.* Herbr. *in conſ. Germ. de fulm. n. 80. Tub. excus. p. 4.* Quod ſi Deus permittat, non vi incantationis, ſed neceſſitate phyſicâ, Deóq; volente ita fiunt. 37.

Mirum certè cur hæc, & alia quæ videntur impoſſibilia tàm ſeverè puniantur hoc ſeculo: interim libri magici, Schwartzkunſtlerbücher/non ſolum in Scholis & Academijs inter pueros, ſed & in aulis feruntur inter practicos. Exempla copioſa, ſed odioſa. Epheſi libros 50000 fl. æſtimatos combuſſerunt. *Act. 19. arg. L. d. 4. §. 1. fam. erciſc.* T. Liv. *lib. 29.* Clar. *lib. 5. ad l.* Corn. *de ſicar. tit. 25.* Sed quis omnes litium criminalium cauſas & abuſus tot pagellis congerere & aſſerere poſſet? Hæc pro tempore de cauſis litium ſufficiant. Qui plura, Farinacium conſulat inſtar omnium. 38.

CAPVT XV.

De ſpecialibus litium forenſium cauſis circa Proceſſum, & merita cauſæ.

SVMMARIA.

1. *Proceſſus litigioſi culpam habent admixtam.*
2. *Satius eſt mandatis, quam proceſſu litibus mederi.*

 3. Ordina-

7. Impunitas delictorum, eſt flagitiorum & litium criminalium illecebra: Cic. pro Lig. Tholos. *10. de Repub. 1. n. 7.* propter quam Reges & Reſpublicæ interierunt, vti Romanorum, & Lacedæmon. Cic. *2. off.* Middendorp. *qq. polit. 4.* Iohan. Gerhar. *dec. 6. q. 1.* Sic Ahas Rex flagitijs atq; litibus ſubditorum indulgens, oppreſſus eſt ab iisdem. *3. Reg. 20. verſ. 42.* Sic Philippus 23. Rex Maced. à Pauſania obtruncatus, cum ſtuprum ab Attalo commiſſum non vindicaſſet. *Q. Curt. lib. 1. ſupp.*

Quoad ſpecies delictorum præter enumeratas *in l. 1. de pub. jud.* novæ rerum formæ novas pariunt lites: imprimis hoc ſeculo blaſphemiæ impunitæ manent, Schiſmata creſcunt, hæreſes hærent, apoſtaſiæ ſtatum Reipub vertunt & evertunt. Sed quis quæſo hæreticus? ſemel nominatur in ſcriptura ad Tit. 3. Quis ſit? hæc res concuſſit duriter, concutit & concutiet orbem Chriſtianum quamdiu Chriſtus, & Antichriſtus præliabuntur, & litigabunt. Petrus *concl. crim. 86. in pr.* Omnes hæretici ſcripturam jactant; Ivell. cont. Harding *art. 15. ſect. 16.* ſed ad cerebri ſomnia detorquent, lites publicas movent, Deuten die H. Schrifft nach jhrem gutduncken vnd wahn. *c. hæreſis. 24. q. 3.*
9. Lud. Carer. *in pr. crim. de hæret. c. 2. n. vlt.* Hæc de divinis. Quoad humana delicta, lites criminales potiſſimum naſcuntur ex injurijs, furtis, homicidijs, adulterijs, veneficijs, incendijs. Quibus prioribus in delictis vtcunq; ſceleratorum litigantium voluptas expletur.

Sed in incendio incendiarius nihil vtilitatis, nihil voluptatis conſequitur. Damh. *in pr. crim. c. 103. n. 1.* Vnde ſummus pontifex *in c. peſſimam. 23. q. 8.* peſſimam, & depopulatricem, horrendamq; incendiariorum malitiam deteſtatur, & interdicit. Quod cum quibusdam in terris magis frequentiſſimum delictum, quàm litigium, non
10. pro derelicto habendum, ſed obviandum. Lites ex injurijs ſunt creberrimæ hoc ſeculo, Germ. Scheldtſachen/ per quas publica pax & privata quies turbari ſolent. Ant. Theſſaur. *dec. Pedemont. 18. in pr.* Sed non omnes injuriarum lites ſunt criminales, vt recantatoriæ, ſo auff einen Widerruff geklagt/ Myns. *reſp. 7. n. 8. dec. 1.* Gail. *1. obs. 65. n. 5.* Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 12.* vbi miratur, indiſcrete omnes injurias trahi ad merum imperium, cum lis injuriarum civiliter intentata nõ ſit Ebhafftin/ & vſum Rothvvilanum refert Cas. Guil. Scip. *lib. 2. dec. Cam. 184.* Et lis recantatoria eſt civilis quia tendit ad honoris reſtitutionem, non vindictam pub. Ergo. *Dd. in l. 3. de ſepul. viol. 2.* Procurator inter-

tor intervenire poteſt. *Myn. con. 2. ob. 98. 3.* recipitur, & tractatur in Cam. imp. At lis criminalis ibi tractari nequit Ergo. 4. Aeſtimatoria & recantatoria conjungi poſſunt Gail. *l. 1. ob. 65. n. 5.* Wurmh. *tit. 47. de injur. obs. 8.* Bocer. *clas. 3. diſp. 4. th. 56.* quod non fieret ſi lis eſſet criminalis. Ergo firmiter ſtatuendum litem recantatoriam pro civili habendam. Wes. *con. 22. n. 18. p. 1.* Schrad. *tr. Fin. 2. p. 9. ſect. 6. n. 51.* Mar. Freher. *de exiſt. lib. 2. c. 9. n. 4.* Gilhau. *de injur §. 9. n. 17.* Har. Hartm. ab Epp. *pr. obs. tit. 49. ob. 3. n. 6.* Blar. *ad l. diffamari. n. 4. C. de ing. man.* Beuſt. *ad l. num. poſt. 9. §. ſi damnatur. n. 17. de jurej.* Hackelm. *ille. qq. diſp. 27. th. 18.* De furtis, homicidijs, veneficijs, adulterijs, non minores ſunt querelæ, & lites, quod partim crudeliter, partim ſuperficialiter agantur, puniantur.

Furtum literarium hoc ſeculo non punitur, quia omnes ferè ſunt raptores alienarum inventionum, exemplis quàm plurimis probat War. de Erenb. *lib. 1. de fœder. c. 1. nu. 52.* Monter. *in praf. Deci. n. 43.* Ioh. Pet. Surd. *con. 300. nu. 20. vol 2.* Furta quoq; officialium impunita dimittuntur, quod fieri non deberet, vt arguit Iuſtin. de minori ad majus, *in Auth. vt jud. ſine quoq ſuff. §. illud videl. verb. erit enim abſurdum.* Farinac. *p. 3. op. crim. q. 111. act. 1. nu. 2.* Virg. Bocac. *tr. de pact. p. 3. nu 92.* vbi furtum facit, qui aliquid recipit, vt injuſtitiam faciat. Harpr. *ad § pœna. 5. n. 35. Inſt. de obl. quæ ex del. naſc.* certiſſimum, *inquit,* vulgi etiam notitiâ, & teſtimonio, proh dolor, hodie in immenſum etiam creſcente blaſphemiæ, & ſcortationis delicto, pœnas tamen his cælitus impoſitas non exaſperari, ſed potius minui & attenuari. 11.

Sic hodiernis moribus pœna adulterij admodum levis eſt, vt meritò ea de re graviter conquerantur viri, & in theoria, & in praxi excellentiſſimi. Clar. *lib. 5. ſentent. §. adulterium. &* Myns. *ad §. 4. n. 10. Inſt. de publ. jud.* vbi exclamandum ait cum Iuven. *lib. 1. ſat. 2.* 12.

Vbi nunc lex Iulia dormu?

Lupanaria econtra litis atque malitiæ ſeminaria tolerantur, quibus juventutis corruptio: morum civitatis depravatio, corporis tormentum, animæ proditio ineſt, Italo-Gallis Bordel dicitur. Schonborn. *lib. 3. pol. c. 13.* non vilem lupanarium auctoritatem, ait eſſe in quibusdã ſplendidiſſimis Rebuspub. Hujus lucri odor grat⁹ eſt põtifici: cujus permiſſu aliquot millia meretricum quæſtum corpore faciunt. Apulej. *lib. 10. de As aur.* meretricum illa in lupanari jactata baſiola vocat poſcinummia. Hæc de impunitate, & ſpeciebus delictorum.

13. De mala judicij criminalis conſtitutione olim conqueſti ſunt Ordines Imperij, & adhuc conqueruntur duo periculoſiſſima Reipub. vulnera infligi, quorum alterum eſt inſontes in vincula conijci, quæſtionibus temerè ſubijci, & majori etiam audaciâ pœnis immeritis affici, alterum verò criminum verè Reos diuturnâ & fraudulenter interpoſitâ morâ; non ſine accuſatorum fruſtratione ac ſubdola eluſione, juſtæ condemnationi eximi, & carceribus liberatos abſolvi, quod nihil aliud eſt, quàm peccandi impunitatem in medium proponere, vt *inquit* Carolus V. *in præf.* Der P. H. O. *§. 1 facit l. ſi quis ſervo. in f. C. de furt.* Vtriusq; exempla allegari poſſent, modò non odium parerent, Papiniani, Mori, Alvari de Luna, Crondorfferi, Buſſoni, Conſalvi, Petri de Vineis, qui litem egit Friderici II. adverſus pontificem, propter ſuſpicionem conjectus in carcerem, & oculis privatus, capite parieti illiſo exſpiravit. Chron. Car. *lib. 5. in* Frid. 2. Burchar. à Mangelfeldt. S. Palatij apud Ottonem I. Exquæſtor carceri incluſus, quo gloſſas ſuper Ius Saxonicum confecit, & jus Madeburg. compilavit. *gl. art. 10.* Weichbildt. Cyria. Spangenb. *in Chro. Sax. c. 147. & Quernfurd. lib. 2. c. 7.* Heyg. *par. 1. q. 8. n. 34.* Lauterbach. *tr. de arm. & lit. n. 136. & ſeqq. vbi plura exempla.* Duro. di Paſch. *in aul. θ. 2.* Interdum enim verum eſt Scoticum Proverbium: The narrar the King, the narrar te Wytte: quò quis propinquior Regi, cò pro-

14. pinquior patibulo. Barcl. *lib. 6. cont: Monarch. c. 4.* Sed nos ad conſtitutionem judicij criminalis redimus: atq; ſentimus, quod in oppidulis communiter merū imperium exerceant plebeij, & mechanici: in pagis ſcribæ, præfecti, & ejusmodi ſimiles, qui volunt apparere fiſcales & criminaliſtæ, vt *inquit* Caravit. *ſup. rit. mag. Cur. 259. nu. 10.* Farin. *de ind. & tort. lib. 1. tit. 5. q. 36. num. 30.* ſed interim tàm legum, quàm rerum criminalium ignari, ſæpè denunciationi cujusdam nebulonis, aut veneficæ fidentes, imò extorquentes, tàm fœminas, quàm maſculos etiam innocentes, in ſqualidiſſimos carceres detrudunt, vbi tamdiu cruciantur, torquentur, & detinentur: vt malint ea fateri quæ nunquam fecerint, imò mortem ſibi conſciſcere; quàm fœtorem carcerum ſubterraneorum perferre. *Auct. diſc.* Vom Juſti-

15. tienwerck. *p. 57.* Ruland. *p. 2. de commiſſ. lib. 4. c. 1. n. 1.* Olim quidem civitates, earumq; magiſtratus merum imperium non habuerunt. Sap. *in l. imperium. n. 25.* Cur. jun: *n. 69. de juriſd.* Alc. *in c. quoad. n. 86. de offi. ord.* Sicut etiamnum in Italia, Gallia, Anglia nobiles illud non habent.

habent, neq; principium pleriq; ; ſed in Germania hodiè magiſtratibus ſingulorum oppidorum, ne dicam pagorum, vel principis conceſſu, conſuetudine, vel aliâ ratione jus gladij datum. Br. *in l. 1. nu. 3. de dam. in f.* Cagn. *l. 71. de R. I.* Schurff. *conſ. 26. n. 2. cen. 1.* Imò Bariſelli quoque habent merum imperium ex privilegio ſingulari, & animadvertunt in facinoroſos ſine tribunali; quo fit, vt quælibet arbor totius orbis eis territorij loco ſit. Bl. *in vſib. feu. §. præterea de prob. feu. al.* Zas. *in l. imperium. num. 30. de jurisd. omn. jud.* qui putat hoc genus hominum à Sicambris Weſtphaliæ originem duxiſſe. Pleriq; autem judicum criminalium ſunt duriores, ne dicam crudeliores, qui rigoroſiſſimè ſuper dorſum pauperum inculpatorum procedunt, & contra omnes juris terminos, approbatos mores, & vſus conſuetudinarios, alios perdunt, alios mactant, alios mancos reddunt, vt graviter invehit Cavalcan. *p. 1. de brach. Reg. num. 5. & 6.* legum ſanctitatem violant, & humanam ſocietatem evertunt, carnifices non judices, vt *inquit* Zanatar. *de pr. fo. Med. n. 103. l. nemo C. de exac. trib.* Brun. *de tort. q. 2.* Pa. de Put. *tr. ſynd. verb. crud. n. 5.* Ferina eſt rabies ſanguine ac vulneribus gaudere, *inquit* Sen. *lib. 1. de clement.* & Claudian: 16.

Qui fruitur pœnâ ferus eſt, legumq́; videtur
Vindictam præſtare ſibi.

Pleriq; ſunt nimis gratioſi & licentioſiores, qui non ſingula ad filum redigunt, aut ſeveritate potius & vi, quā mansuetudine, & humanitate conficere ſolent. Plutarch. *in Phoc.* Plin. *lib. 4. epiſt.* Iohan. Gerh. *dec. 6. qq. polit. 1.* Qui vt medici ad vrendum & ſecandum rarò accedunt. Dion. *lib. 55.* Sicut enim medico indecora multa vulnera: ita principi & magiſtratui multa ſunt ſupplicia. Sen. *1. de clem. 24.* imò clementiores ſunt ipſa lege; & neſcio quam æquitatem cerebrinam ſibi fingunt, *vt vocat* Heig. *p. 1. q. 37. n. 11. & 12.* Exclamant, æquitatem juris rigori in foro poli præferendam, Ab. *c. quia propter. de elect.* Iac. Marchiſell. *pr. qq. 33. n. 7.* Mart. Benekend. *ad l. 1. mem. 4. p. 4. lim. 1. & 2. de R. I.* & quid ſit æquitas neſciunt. AEquitas legis, non capitis ſequenda eſt, aliàs captioſa, & ſine jure temeraria dicitur. Garz. *de expen. c. 1. n. 28.* Fr. Scot. *reſp. 3. n. 171. lib. 1. tom. 2.* Decian. *reſp. 36. n. 41. vol. 1.* Knich. *de veſt. pact. c. 3. n. 138.* M. Ant. de Amat. *dec. 24. n. 25.* 17.

Sic in Notarijs litium criminalium requiritur bonitas, & verſutia. 18.
Prior, ne corrumpantur; Poſterior, vt veritatem delictorum indagent.

gent. At bone Deus, quàm pauci hujus farinæ reperiuntur? ita vt non ſolum lites retardentur. ſed & delicta creſcant, accreſcant. Mutant enim veritatem accidentium, credunt miniſtris,& à ſcopo juſtitiæ declinant. Giov. Ant. Palaz. *par. 4. del governo di ſtato. c. 14. comè per altre vie ſi poſſono i litigi abbreviare.* Statim conſilium capitur tegendi delictum, etiamſi juramentum præceſſerit de veritate dicenda, nec mentiri liceat pro homine conſervando. *c. cum dilecti. de accuſ.* Sot. *de juſtit. lib. 5. q. 6. art. 1.* Navar. *in manual c. 25. n. 35.* Boſs. *in pract. tit. de exam. reor. n. 10.* Ioh. Pet. Ala. *p. 1. de cauſ. Chriſt. q. 81.* Hæc

19. de mala judicij criminalis conſtitutione. Litigia & patrocinia criminalia in perficiendis proceſſibus ſunt periculoſiſſima, *inquit* prædictus Ala. *d. p. 1. q. 5. pag. 7.* At vbi majus litium periculum, ibi cautius agendum eſt. *c. vbi periculum. de elect. in 6.* Lup. *in c. per. veſtras. §. 33. nu. 4. de don. int. vi & vx.* Molin. *in l. 1. §. ſi quis. num 30. de V. O.* Rimi. *in l. juris ign. n. 58. C. qui admin.* Iac. Ayrer. *p. 1. proc. hiſt. c. 4. obs. 3. n. 43.* ſecundum illud Iuven. *ſat. 6.*

Nulla vnquam de morte hominis cunctatio ſera eſt.

Quod his non de tritico aut oleo legato, ſed de hominũ fortunâ, exiſtimatione, ac capite agatur, quibus rebus nihil eſt orbe terrarum præſtantius *Nov. 8.* Hip. de Mars. *in pr. crim. §. decurionem. n. 3.* Ergò proceſſus litium criminalium magnoperè attendendus, nec levi, vt ajunt, brachiò tractandus, aut ſemper ad ignotos tramittendus, qui rerum circumſtantias, perſonarum qualitates, locorum conſuetudines, ex actis non adeò exactè conſiderabunt. *arg. l. 1. de cuſt. reor. l. ſi*

20 *gravius. 16. C. de dignitat.* Clar. *§ fin. q. 28. n. 3.* Tranq. Ambros. *tr. de mod. form. proc. lib. 2. c. 1. n. 11.* Treutl. *vol 2. diſp. 28. θ. 3. lit. a.* Quamvis etiam proceſſus litium criminalium debeat eſſe breviſſimus, *per l. prop. C. de jud.* Aliquando tamen accidit, vt reus criminis etiam reverà innocens, continuos triennij aut quadriennij carceres patiatur, ſed vix alio id vllo caſu, niſi quod appellatum ſit, ſive per reum ipſum, ſive per accuſatorem ab aliqua interlocutione. de qua vbi per judicem appellationis pronunciatum fuerit, iterum redeundum ſit ad judicem, aut ſi quis medius & inferior judex appellationis fuit, rurſus appellandum ad ſuperiorem, quod lites criminales nimium protelat, vt innvit Faber. *lib. 9. Cod. for. tit. 2.*

21. Alicubi judex in litibus criminalibus ſubſidiales concedit, pro examine teſtium extra territorium degentium obeundo. Malè; quia teſtis

teſtis non poteſt in criminalibus dictum ſuum dare judici in ſcriptis. Nell. à S. Gemin. *tr. de teſtib. par. 1. nu. 90.* Rom. *l. admonen. nu. 57. de jurej.* Clar. *§. vlt. q. 26.* Rationis ratio, quia his temporibus plus ſolito inſtrumentorum falſorum, & corruptorum teſtium copia videtur, vt *inquit* Zanatar: *de pr. for Mediol. n. 61. ex c. 1. de crim. fal.* quibus ſi relinquatur locus, nullius vita, conditio, aut ſtatus ſecurus erit, vt ibidem querulatur. *d. n. 61.* Teſtes in litibus criminalibus debent audiri, non eorum voces. Harmenop. *in epit. lib. 5. tit. 6.* Leſcut. *de teſt. exam. c. 7. n. 4.* vbi elegantem rationem ſubdit, vt poſſint terrore judicis ad veritatem proferendam induci. Quamvis hoc noſtro ſeculo nihil communius, vt in proceſſu litium criminalium commiſſiones decernantur, quæ cum per ſe litium ſint nutritivæ, in criminalibus multa pariunt inconvenientia, contra Auth. *eloquentiſſimum. C. de fid. inſt. vbi* Sichard. *n. 6.* teſtatur hodierno tempore paſsim in judicijs pro injuriâ criminaliter intentatâ probationes committi. In examine non omnia ſcribuntur, præcipuè ea, quæ litem criminalem elidunt, nec Reus oſtenditur in habitu conſueto; ſed teſtes omnes interrogantur, & inſtruuntur lectione depoſitorum, quam pr. deteſtatur Clar. *§. vlt. q. 23.* Ab *in c. cum cauſam. col. 2. de teſtib.* At ſupprimendæ eſſent omnes circumſtantiæ, & qualitates. Fr. Caſſon. *tr. de tort. c. 15. n. 1.* Et dicta teſtium integrè deſcribenda pro vtraq; parte, vti ſonarent non ſimpliciter Affirmat, Negat. *c. non ſanè. 14. q. 5. c. par. 35. q. 6. l. 2. C. de eden. Auth. ſed jud. C. de epiſc. & cler.* Zanatar. *de pr. fo.* Mediol. *n. 86.* vbi addit ſub prætextu, vt Reus teſtes iterum examinandos curet, partem lædi, litemq; in longum protrahi. Lite denique finitâ per ſententiam in criminalibus, etſi poſtea appareat de Rei innocentia, ſententia retractari non poteſt, vt aliquis ſit litium finis. *l. 1. §. fin. de qq. l. Divi frat. de pœn.* Covarr. *in 4. § fin. n. 15.* Gomez. *lib. 3. var. c. 13. n. 36.* Morla *in emp. jur. p. 1. tit. 4. in pra. n. 22.* Nec appellare regulariter in litibus criminalibus licet, ex Generali Germaniæ conſuetudine. Reichsab. anno. 1530. *Aug. Vindel. §. item als jetz etlich zeit in peinlichen ſachen.* Cammerger. Ordnung. *p. 2. tit. 28. §. item nach dem.* Wes. *par. de appell.* Soar. *lit. S. n. 92.* Myns. *reſp. 59. n. 61. dec. 6. & cen. 4. obs. 41.* Beuſt. *in jurej. n. 97.* Gail. *1. obs. 1. n. 28. & lib. 1. de P. P. c. 20. n. 36.* Cothm. *reſp. 7. n. 118.* vbi ait, ordin. nominatim excipere caſus, quibus vel contra jus naturale, vel contra communem ſenſum vel æquitatem in criminalibus proceſſum, & lædens immediatus.

22. (margin, beside "Quamvis hoc noſtro ſe-")
23. (margin, beside "Lite denique")

Quic-

24 Quicquid ſit, & in Camera, & in judicijs criminum inferioribus in litibus criminalibus appellatio recipitur, tanquam thyriacum contra venena quod de jure civili licet *L. 9. C. de pis. aud. L. litigatoribus 14. 20. & 29. C. de appell. l. 2. C. ſi pæd. app. more inter. l. 2. C. quor. app. non recip.* Et Pollet. *lib. 5. hiſt for. Rom. c. 17.* multis ſuadet, provocationem in litibus criminalibus admittendam. Sed hoc modo lis ita protrahitur, vt eâ pendente mors interveniens pœnam ſimul & accuſationem aboleat, de quo meritò quis conqueritur cum Reipub. interſit ſtatim puniri. *vid.* Ruland. *de Comm. p. 1. lib. 3. c. 4. n. 4. in f.* Treutl. *p. 2. diſp. 33. θ. 3. l. d. l. 16. de appell.* Et Deo adeò diſplicent injuſtæ appellationes, vt etiam in lite capitali peccaret mortaliter, qui injuſtè appellaret. Graff. *lib. 3. dec. aur. c. 7. nu. 2* Sot. *de juſt. lib. 5. q. 6. art. 3.*
25. Ioh. Pet. Ala. *de adv. Chriſt. p. 1. q. 46.* Hæc de litium criminalium proceſſu, cujus exceſſus ſunt varij, & ll. contrarij, vt ſi judex criminalis dolo, falſis promiſſis, vel mendacijs à Reo veritatem eliciat, & alliciat promittendo liberationem figendo, quaſi ab alijs complicibus in lite denunciatus eſſet, quod non licet. Dec. *in l. ea 1. naturâ. no. 7.* Cagn. *no. 18. de R. I.* Matt. Der. *diſp. Mag. lib. 5. ſect. 10.* Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 12.* Hip. de Mar. *con. 32. n. 25.* Covar. *1. var. res. c. 2. no. 16.* Clar. *5. ſent. §. f. q. 55. n. 9.* Ioh. Mar. Monticell. *in pr. crim. reg. 10. n. 16.* Ayrer. *p. 1. pro. hiſt. c. 4. obs. 3. no. 50. vbi ait. datam á judice fidem ſervandam*, quidquid dicat Ohem. *in diſc. jur. pol. c. 5. n. 30.* non eſſe mendacium, ſed ſolertiam, quæ ad decipiendos latrones, & ſimiles adhibita commendetur. Ergò judex cauillationibus vti poteſt ad inueſtigandam veritatem. *c. ſi qualibet. §. non volebat. 22. q. 2. c. affect. vbi* Felin. *n. 1. de præſumpt.* Dec. *in c. quoniam. 11. n. 5. de probat.* Ne delicta maneant impunita *l. 51. §. quod ſi ad L. Aquil.* Hoc vti verum, ita neceſſarium, ſed medijs legitimis fieri debet, alias litium occaſio. Exceſſus, & abvſus eiusmodi litium criminalium potiſſimùm conſiſtunt in
26. carceribus, & torturis. Carcer vt plurimum in Germania eſt ſubterraneus, locus horribilis, & immundus. Br. *tr. de carcer. c. 1. n. 2.* Bar. Roder. Calder. *in manua. jud. c. 2. n. 14.* Farin. *qq. crim. 27. n. 2. & 3.* vbi vocat ſepulturam vivorum, conſummationem bonorum, conſolationem inimicorum, & experientiam amicorum. *l. ſi quis. ibi : cuſtodiæ ſqualore. C. de cuſt. reor.* Vlp. malam habitationem. *in l. item apud §. quæſtionis. de injur. l. ſi hominem depoſit.* AEg. Boſs. *tit. de carcer. c. 3. n. 4.* SS. literæ Cruciatum, quia carceratus ſemper eſt in cruciatu.

Hyp.

Hyp. *de bannit. verb. carcerat. n. 28.* Iob. 7. Pſalm. *141. l. omnes. ibi: immenſorum cruciatuum. C. de pœn.* Imò carcer eſt contra naturalem æquitatem, & morti æquiparatur. Ioh. Vivien. *ad lat. introit.* Car. *V. art 44. verb.* eu ſall mögen antaſten. Pros. Farin. *crim. q. 24. n. 24.* Species ſervitutis. *t. t. de lib. hom. exhib.* Bor. Rod. Calder. *in manua. jud. c. 2. n. 15.* Mar. Frecc. *de pres. inſtr. p. 8. q. 3. n. 109.* Nizol. *alleg. 20. n. 41.* Lan. Conr. *in brev. pag. 171. n. 3.* Privatio libertatis; (vnde Itali: *La libertà nißuno ſtima, ſe non prigione ha privato prima.*) patris, amicorum vxoris, & familiæ. Tom. Cerdan. *in lib. de viſita de la carcel, & los preſos c. 5. n. 5.* Cic. *in 7. Verr.* Caſsiod. *12. lib. ep.* Ruland. *de comm. p. 2. lib. 4. c. 1. n. 1.* & non rarò eſt occaſio maioris tumultus faciendi. Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 20. in f.*

Quod ſi hos omnes crutiatus ſuſtineant litigatores incarcerati, aut innocentes ſanitatem cum fama perdunt, ſiquidem carcer motum, vſumq; membrorum impedit. Iac. Marchiſell. *in Syl. pr. qq. 33. n. 1.* Hering. *de fidej. c. 10. n. 182.* aut nocentes tædio carceris ſoli, inſtinctu diaboli ſibiipſis vitam adimunt. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p. 58.* aut etiam à ſerpentibus læduntur, vti miſerabilem hiſtoriam refert Auct. diſc. Vom Juſtitienwerck. *p. 66. ex relat. hiſt.* Theod. Meur. *anno. 1607. 1. Aug.* de puellâ quâdam à ſerpentibus in carcere peremptâ prope Weiſsenburgum. Ita rectè Angel. con. 213. per carcerationem corpus affligi dixit. *add. ad Ang. de malef. n. 4.* Et ita per carcerem damnum irrecuperabile infertur, quod revocari non poteſt. Bl. *in l. vn. C. de in int. reſt.* Vivien. *in ann. ad lat. introit. Car. V. art. 44.* Ruland. *de lib. 4. c. 1. n. 1.* At in criminalibus carcer non pœna, ſed tantùm cuſtodia eſſe debet. *l. aut damnum. §. ſolent. de pœn. l. ſi quis. 6. §. ejus. de ini. rup. & irr. fact. teſta.* Par. de Put. *tr. Syndic. verb. carcer. c. 5. n. 1.* Damh. *in pr. crim. tit. de carc. c. 16. n. 3.* Menoch. *lib. 2. aa.* jj. *qq. caſ. 304. n. 2.* Gomez. *tom. 3. var. reſol. c. 9. tit. de capt. n. 6.* Farin. *de carc. & car. lib. 1. tit. 4. q. 27. n. 95.* H Hartm. *pr. obs. t. t. de accuſ. obs. 4.* Hen. Gœden. *con. 103 n. 73.* Coler. *de proc. exec. par. 1. c. 6. n. 6.* Gail. *1. obs 26. n. 7.* Ioh. Parlador. *lib. 2. rer. quotid. c. vlt. §. 6. n. 3.* vbi Conſtantini verba humanitatis pleniſſima refert: non per ferreas manicas, & inhærentes oſſibus mitti oportet, ſed prolixiores catenas, vt & cruciatio abſit, & permaneat ſub fidâ cuſtodiâ. Neq; verò ſedis intimæ tenebras pati debebit incluſus, ſed vſurpatâ luce vegetetur. Vnde & latumiæ, & compedum genus cuſtodiæ improbat, quod Hiſpani brete, noſtri Fußfeßel/Knichen oder plockhauß vocant. Rul. *de comm. p. 1. lib.*

27.

28.

4. c. t. vbi cuſtodiam facit duplicem, publicam, & liberam, Wann die Fruſt von einem genommen. Sic apud Firmicum, Maternum, & Suetonium, cuſtodiæ ponuntur pro hominibus, qui in carcere cuſtodiuntur. Eſaias: Sicut tugurium in cucumerario h. e. horto in quo ſunt cucumeres, hoc cuſtodiarium dici. Dick. *in rub. de execu. in œcon. fol. 368.* Rod. Calder. *in man. jud. c. 3. n 19.* Bern. Pand. *de præſen. & exe. inſt.*
30. *n. 73. p. 4.* Ioh. Bapt. Aſin. *de exec. §. 2. c. 2.* Licet duris hodierni ſeculi moribus eò deventum, vt pro pœnâ habeatur. Olan. *in antnom. lit. C. n. 7.* Dick. *in rub. de execut. in œcon. fol. 368.* Segur. de Anal. *in direct. jud. p. 2. c. 13. n. 1.* vbi carcerem partim ad cuſtodiam, partim ad pœnam inventum eſſe ſcribit. Pol. Virg. *lib. 14. hiſt. Angl.* carceris ſupplicium mortalibus eſſe graviſſimum ait, Imò novi carceres excogitantur cotidiè, qui tamen ſæpè in auctores proprios fabrefiunt, teſte Camerar. *in hor. ſuccis. c. 9.*

Quod ſi non cuſtodia, ſed & pœna eſſe debeat carcer, mitior requiritur, ne carceratus vitæ aut valetudinis jacturam patiatur. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p. 65.* Coler. *de proc. exec. p. 1. c. 6. n. 101.* vbi carcerem obædientiarum, einen Burgerlichen gehorſam, vocat. Teſaur. *dec. 220.* Pern. Band. *de exe. inſtrum. p. 4. n. 78.* Major enim eſt pœna ſtare in vinculis, quàm laborare in agro, aut opere publico. Barth. Roder. Calder. *in man. jud. c. 2. n. 14. per l. ſi in homine depoſ.* Licet quis aureis compedibus adſtrictus eſſet, vti Surdin. à Claud. Imp.

Scilicet eſt aliquid generoſo carcere claudi,
Et juvat auratâ compede poſſe frui.

Dur. di Paſch. *in Aul. pol. 6. 7. pag. 20.*

31. Quod ſi ſit rigoroſior, ſubterraneus, aſper, in quem innocens litigator detrudatur, injuriarum agere poteſt, quia captura eſt injuria irreparabilis. Roder. *in l. 2. tit. de goviernos. q. 4. col. 1.* Caſp. Baeth. *de debit. fugit. c. 7. n. 14. Vivien. ad lat. introd. Car. V. art. 51.* Godelm. *lib. 3. de Mag. lam. c. 6. n. 14. per l. nec magiſt. de inj.* Et ita conſequitur damnum litis, & recompenſam injuriarum. *l. pen. C. qui. bon. ced. poſ. l. ſi credit. in f. de priu. cred.* Schurff. *con. 87. cen. 3.* Laur. Kirchov. *con. 5. obs. 30.* Fr. à Tautenb. *in virid. concl. 98.* Myns. *cent. 5. obs. 69. n. 5.*

Felicia dicat
Secula, quæ quondam ſub Regibus atq; tribunis
Viderunt vno contentam carcere Romam.

Iuven. Sat. 3.

In

In torturis abuſus litium permagnus eſt, nimiaq; ſeveritas, cùm 32.
in novis tormentorum generibus, tùm modo torquendi. Antiquitus .. tormentorum genera fuerunt; funis, & ignis. *l. nullus. C. ad l. Iul. maj.* Damh. *in pr. c. 37. n. 17.* Clar. *§. vlt. q. 64.* vbi 3. torturæ gradus ponit. Farin. *de ind. & tort. lib. 1. tit. 5. q. 38. n. 37.* vbi ait, cuſtodes, ſive potius humanos carnifices, aut ſtrigas facere, aut reos diutius ligatos tenere, vt defatigati neſcio quid confiteantur. Sed hoc noſtro ſeculo creſcente lite, & malitiâ, creſcunt nova tormentorum genera, in quibus excogitandis ingenioſi volunt audiri, vti ſunt laminæ, compedes, nervi, catenæ, carceres, minellæ, pedicæ, aqua frigida, taxilli, cuneus, Sibillæ, vigiliæ, Dheniſcher Mantel / Spaniſche Kappen / Engliſche Jungfraw / Braunswigiſche ſtiefelen / & cētum alia, inter quæ poletrum, quo carnes ſcinduntur, contra *l. 1. C. de emend. ſerv.* Brun. *de ind. & tort. p. 2. q. 2. n. 7.* Zanatar. *de pr. for. Mediol. n. 98.* Keller. *lib. 2. de off. jurid pol. c. 12. §. abſtinendum.* Gomez. *tom. 3. var. reſol. c. 2. n. 5.* vbi invehitur contra judices, qui nova tormentorum genera miſeris Reis imponunt. Flam. Carta. *in pr. inter. R. lib. 4. c. 1. n. 7.* Hic primus ju- 33.
dicum criminalium abuſus, vt ſuſpectum in carcerem detruſum ſtatim torturæ ſubijciant, nec prius inquirant, an crimen perpetratum ſit nec ne? an veritas criminis aliter haberi poſſit nec nè? an copia indiciorum data ſit, nec nè? His inconſideratis ſtatim ad cruciatum, ignem, tormentum, recurritur. forth zu loche vnd Fewr. Zanatar. *de pr. fo. Med. n. 126.* Rol. à Val. *con. 12. n. 34. vol. 3.* vbi valdè invehitur contra judices modernos, qui ſuum VELLE loco indiciorum ſubrogantes, vt plurimum velo levato homines torquēt, dicitq; tales iniquos judices minimè fore à ſuperioribus & principibus tolerandos. Ref. & ſequitur Farinac. *lib. 1. tit. 5. de ind. & tort. q. 37. n. 1.* Flam. Cartar. *in pr. inter. Reo. lib. 4 c. 1. n. 27.* vbi poſt Vitalin. *de malef. tit. de inquis. n. 8.* judices ſine legitimis inditijs Reos torquentes canes appellat. Eoſdem reprehendit Godelm. *tr. de Mag. lib. 3. c. 11. n. 12.*

Alter abuſus ſtatim ſubſequitur. Proh dolor, *inquit* Hering *de* 34.
fidejuſſ. c. 10 n. 433. hodiernis temporibus multi larvati, ſtupidi, & bibuli judices, dum in tolerandis humanæ patientiæ cruciatibus miſeros captivos lacerant, vt vtar verbis Livij *dec. 3. lib. 4.* imò paſtis cruore luminibus vt fera, quæ guſtatum ſemel ſangvinem ſemper ſitit, ſæpe numero tormenta duplicari jubent. Es pleibt etwan bey 20. 30. 40. oder 50. mahlen kaum / an etlichen orten / Das die Sonne dardurch ſcheinen möchte.

vt *inquit* Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 13.* Delr. *lib. 5. diſq. Mag. ſect. 9.* Plures è judicibus non adhibent torturæ, ſed interim edendo, & bibendo tortum vel ſolum, vel manibus cuſtodum crudelium, & indiſcretorum relinquunt, ita vt ſæpè moriatur. *Conquer.* Farin. *de ind. & tort. lib. 1. tit. 5. q. 37. n. 145.* vbi addit: Quod ſi quis vnum delictum confeſſus fuerit, ſtatim ſuper alijs interrogant judices immoderati, ſecundum illud: Hat er das gethan/ so hat er wol mehr gethan/ & dicunt, Reos fore torquendos tanquam cadaver, quia ſi aliter facient, ſi in hoc mundo pœnas non luant, in alio ſeculo expectent atrociora dæmonis tormenta, *vt refert* Farin. *d. tit. 5. q. 37. n. 175.* Menoch. *3. aa. jj. qq. cas. 340. n. 13.* Quidam ipſi manus ad hibent, *vt inquit* Par. de Put. *tr. ſyndicat. verb. tortu. el. 3. c. 4. n. 9.* ſe vidiſſe Poteſtatem, qui capiebat reum per capillos, dando caput ad columnam, & dicendo, confitea-

35\. ris, & dicas veritatem ribalde. Notum quidem eſt pro arbitrio prudentis judicis tormenta aliquoties repeti poſſe, vt explicat Menoch. *de aa. jj. qq. cas. 272.* Sed illud arbitrium non eſt in infinitum extendendum, ſed legibus reſtringendum, ne quis enecetur, ſed vt lividas carnes vngulâ cruentâ pulſante, ſulcatis lateribus dolor quærat & inveſtiget veritatem, vt loquitur D. Hieronym. in ep. ad Innoc. de muliere ſepties icta. *l. milites. §. 1. l. 10. & 13. C. de qq.* Hip. de Mars. *in pr. crim. §. nunc videndum. n. 21.* Anguiſola. *con. crim. vlt. n. 27.* Clar. *§. fin. q. 64. n. 5.* Tranq. Ambroſin. *tr. de mod. proc. in fo. lib. 2. c. 2. n. 9. & 10.* Non enim paria ſunt hominem torquere, & pilâ ludere, provt nonnulli perſuaſum ſibi habent, *teſte* Hering. *de fidej. c. 10. n. 454.*

36\. Tandem abuſus omnium periculoſiſſimus totam ferè Europam infeſtat, vt ſi toties torti tortæve vel metu tormentorum, vel ex impatientia & deliquio animi, vel alio quovis errore, aut litem criminalem quam nunquam fecerint, aut impoſſibilia; aut erronea confiteantur; protinus condemnentur, comburantur, ſecentur, Factâ executione quæritur an lis rectè intentata ſit nec ne? *l. 1. §. aut. quaſt. de qq.* Exempla occurrunt cotidiana, ne quid de vetuſtioribus dicam, Servi apud Valer. qui metu pœnæ & torturæ confeſſus eſt, conſervum ſe occidiſſe. Quare per judicem condemnatus, & ſupplicio deditus: paulò poſt domum redijt, de cujus morte lis erat. Val. Max. *lib. 8. c. 4.* Zanat. *de pr. fo. Med. nu. 131.* Godelm. *lib. 3. de Mag. lam. & venef. c. 10. num. 4. & ſeqq.* vbi tres hiſtorias refert, 1. de ſacrifico. 2. de Domino propter pileum ſervi condemnato. 3. de duobus opificibus peregrè

abeuntibus,

abeuntibus, quorum vnus brevi redit, cum alterius veſtitu invicem permutato, & propterea homicidij accuſato, rotæq; condemnato.

Quot quæſo veneficæ hoc noſtro ſeculo mactantur & cremantur, quæ in tortura quidem multa con fitentur, ſed reapſe impoſſibilia, ſe ſcilicet per foramen in aërem volaſſe, in beſtias, lupos, filos, transmutatos, cum diabolo concubuiſſe, ſe ſcopis inſidentes ad montem Bructerorum vulgò Blocksbergk volitaſſe, tempeſtates, pluvias, grandines, tonitrua excitaſſe. Vid. Bodin. *lib. 2. Dæmon. c. 6. de Lycanthrop. c. epiſc. 26. q. 6.* Dæmoniaci concubitus & ſaltationes nocturnæ ſunt illuſiones. Petreus *con. crim. 167.* Wier. *lib. 2. de præſt. dæm. c. 33.* Fichar. *con. 111. n. 3.* vbi tamen rectè improbat ſententiam Wieri, qui omnem nocendi poteſtatem lamijs tollit. Sicut & transportatio lamiarum auff den Bocksberg/eſt phantaſtica, non corporalis. Fr. Ponzin. *tr. de lam. n. 45.* Girlan. *tr. de ſortil. q. 7. n. 37.* Cardan. *lib. 18. ſubtilit. verb. vngues.* Bap. à Por. *lib. 2. mag. nat. c. 26.* Fich. *con. 124. n. 2.* Petr. *con. crim. 167.* Pet. Mart. *in com. 1. Sam. 28. p. 168.* Wettermacherinnen vulgò dicuntur, ſed Deus omnium tempeſtatum cauſa efficiens. Exod. *9. v. 22.* Hag. *2. v. 18.* Herbr. *in conſ. Germ. de fulm. n. 80. Tub. excus. p. 4.* Quod ſi Deus permittat, non vi incantationis, ſed neceſſitate phyſicâ, Deoq; volente ita fiunt. 37.

Mirum certè cur hæc, & alia quæ videntur impoſſibilia tàm ſeverè puniantur hoc ſeculo: interim libri magici, Schwartzkunſtlerbücher/non ſolum in Scholis & Academijs inter pueros, ſed & in aulis feruntur inter practicos. Exempla copioſa, ſed odioſa. Epheſi libros 50000 fl. æſtimatos combuſſerunt. *Act. 19. arg. L. d. 4. §. 1. fam. erciſc.* T. Liv. *lib. 29.* Clar. *lib. 5. ad l.* Corn. *de ſicar. tit. 25.* Sed quis omnes litium criminalium cauſas & abuſus tot pagellis congerere & aſſerere poſſet? Hæc pro tempore de cauſis litium ſufficiant. Qui plura, Farinacium conſulat inſtar omnium. 38.

CAPVT XV.

De ſpecialibus litium forenſium cauſis circa Proceſſum, & merita cauſæ.

SVMMARIA.

1. *Proceſſus litigioſi culpam habent admixtam.*
2. *Satius eſt mandatis, quam proceſſu litibus mederi.*

3. *Ordinarius litium proceſſus ob diſputationes introductus.*
4. *Cauſſa litigioſi proceſsus potiſsimum eſt triplex.*
5. *Multæ litigioſi proceſsus ambages.*
6. *Proceſsus noſtri ſeculi comparantur Scyllæ & Charybdi.*
7. *Supplicatio pro impetrando proceſſu litis Exordium.*
8. *Litigantium machinationes circa proceſſus extrahendos.*
9. *Reus collitigaturus exceptionibus litem.*
10. *Litis conteſtatio impeditur, replicis, duplicis, triplicis, quadruplicis.*
11. *Aliena à lite non ſunt probanda.*
12. *Interlocutoria litem eſſe conteſtandam non attentis Exceptionibus.*
13. *Litis conteſtatio rarò fit intra annum.*
14. *Articuli repetuntur, qui niſi formentur, æſtus litium ſurgunt.*
15. *Libellus articulatus vtrum lites protelet.*
16. *Impedimenti allegatio juramento probanda eſt.*
17. *Paria ſunt non reſponderè, & obſcurè reſpondere.*
18. *Errores, & lites ex reſponſione ad petitiones.*
19. *Pertinentia articuli in principio, an fine litis diſcutienda.*
20. *Deductiones probationis ſunt litium protelationes.*
21. *Diverſa ſcripta, quæ lites longiores reddunt.*
22. *In proceſsu litigioſo 8. anni 13. ſeptimanæ conteruntur.*
23. *Lite tandem deciſa Appellatio interponitur.*
24. *Appellans de nouo teſtes producit poſt publ. atteſtationes.*
25. *Eadem litis appellatrice tela 10. annos durat.*
26. *Multitudo litium exinde. quod L. prop. C. de jud. non ſervetur.*
27. *Inſtantia litis de jure Can. eſt 29. annorum.*
28. *Inſtantia triennalis, nec in Rotâ, nec in Camerâ ſervatur.*
29. *Inſtantia hodie perpetua lites perpetuat.*
30. *Exceptiones antè litis conteſtationem vel 100. annos durant.*
31. *Triennium litium finiendarum reducendum.*
32. *Advocatorum diſputatio ſola litium cauſſa.*
33. *Iuramentum in alterius animam lites auget.*
34. *Iuramentum hoc ſeculo parum curatur.*
35. *Litigantes quantum ex proceſsu lucrentur.*
36. *Iudicis eſt longiorem litis proceſsum cohibere.*
37. *Appellationum inſtantiæ, litium alumnæ.*
38. *Cauſſa litium appellatoriarum duplex.*

❧§(:)§❧

Præmiſſis

PRAEMISSIS ſpecialibus litium forenſium cauſis circa conſuetudines irrationales, debita, vſuras, oppignorationes, fidejuſſiones, dotes, & crimina: ſequuntur alteræ circa proceſſum, & merita, quæ potiſſimum litibus fomentum præbent. Si enim proceſſus omnes ad veras Theologorum, atque ICtorum concluſiones revocarentur, nullus propè inveniretur, qui mortalem culpam non haberet admixtam, & ſi ſæpiſſimè erretur in viridi litium juſtarum ligno, quid fiet in arido injuſtarum vel multũ dubiarum? Ioh. Pet. Ala. *tr. de adv. & caus. Chriſt. q. 29. p. mihi 44.* In præparatorijs litigioſi proceſſus ſæpè diſputationes inſtituuntur, & anni inſumuntur, litigantibus ſæpè mortuis, ſæpè moleſtijs, tædio, ſumptibus, conſumptis, defatigatis, fractis, quorum ſucceſſores excruciati animo, enervati corpore, enudati bonis, emuncti pecuniâ lite cedunt, vt verè conqueritur Magn. Pegel. *in thes. rer. ſelect. pag. 30.* 1.
Vnde ſatius eſt litem intactam conſervare per mandata, aut alia media, quàm vulneratæ proceſſu ſeculum duraturo, remedium adhibere velle. *l. vbi. C. in quib. cau. in int. reſt.* Octav. Simone. *tr. de decret. in reb. min. tit. 5. n. 3.* Cald. *ad l. ſi curat. verb. ſua facil. n. 35. C. de reſt. in int.* Pruckm. *con. 10. n. 117. vol. 2.* Sed cum plurimum interſit, ſi vel lis maturè finiatur, vel proteletur: imò Reipub. tranquillitas in proceſſu juris ſuſtinendo, ejusq; matura expeditione conſiſtat, breviter cauſas protelationis indagabimus. Ad. Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 29. per l. properandum. 13. C. de judic.* Giov. Bot. *lib. 1. della ragio di ſtato. p. 38.* Vbi 2. Iuſtitiæ obſervationes ponit, vt ſit vniformis, & celeriter expediatur, damnans litium prolongationem. 2.
Ordinarius juris proceſſus ob diſputationes introductus, non eſt eò melior quò brevior, *teſte* Bod. *lib. 4. de Repub. c. 6. nu. 7.* Pruckm. *con. 17. nu. 66. vol. 2.* Vultej. *vol. 3. con. Acad. Marp. 21. nu. 352.* Non enim ab executione inchoandus eſt litium proceſſus. *l. 1. & 2. C. de exec. rei. jud. l. negantes. C. de O. & act. l. vn. C. de prob.* Coler. *de proc. exec. c. 5. num. 33. lib. 1.* 3.
Cauſa hujus litigioſi proceſſus potiſſimum eſt triplex. 1. quod ORDO nec in incipiendis, nec perficiendis proceſſibus obſervetur, vt obſervat. Ioh. Biard. *in præf. diſc. jurid.* Vom Juſtitienwerck. Vnde ἀταξία, confuſio, longævitas, & immortalitas litium. Ordine enim omnia geruntur, reguntur, conſervantur, adeò vt equum per caudam frenare dicatur qui procedit ſine ordine, vt *inquit* Lancellot. *l. nemo. de leg. 1.* BL. *de præſcript. p. 7. n. 8.* Roger. *tr. de dote in præf. n. 11.* Menoch. 4.

con. 52.

con. 51. vol. 1. n. 1. Matag. de Matagon. *ad Italo-Gall. pag. 4.* Warem. de Erenb. *lib. 1. de fœd. c. 1. à num. 140 ad num. 164.* Altera eſt frequens nimius vſus aut abuſus Reſcriptorum à Principe obreptorum & ſubreptorum, magis, quam obtentorum & impetratorum, quæ proceſſum litis intricatum, dubium, longum reddunt. Quotusquisq; enim Litigator eſt litem prætrahere volens, qui non obtrudat facili, & benigno principi mendacia? Hoc dolent Inber. *in inſt. for.* & Brodæ. ad Pollet. *lib. 4. hiſt. for. Rom. c. 7. in coroll.* quod in re minimè neceſſariâ procuratores cumulum reſcriptorum extorqueant, magno litigantium diſpendio, & referentium proceſſus tædio At *inquit* res fiſci eſt, cujus loculi minus turgeſcent, ſi ſigilli emolumentum decreſcat, aut decedat. Publica vtilitas præferenda Fiſco, qui malè habet ſub BONO principe. Du. de Paſc. in Aul. *reg. 335.* Kell. *2. de off. jur. pol. c. 8.* Tertia litigioſi proceſſus cauſa, eſt multitudo procuratorum qui ſemper ſedent ad gubernacula proceſſus, & ex vno interdum 12. progenerant. Ioh. Pet. Ala. *tr. de adv. & caus. Chriſt. p. 1. q. 31.* M. Iacq. Faye. *la. 7. remonſtr. pag. 243. la reception, inquit, frequentè des procureurs eſt cauſe de faire la France proceſſivè. h. e.* frequens procuratorum re-
5. ceptio eſt cauſa proceſſuum in Francia. Hinc communis patriæ, & omnium ferè nationum querela, multas vitio hodierni temporis proceſſus ordinarij eſſe ambages, omniaq; advocatorum, & rabularum cavillationibus, & calumnijs ita intricata & perplexa reddi, vt vni etiam cauſæ non admodum arduæ deducendæ aliquot ſecula vix ſufficiant. Vultej. *d. cons. 21. n. 312.* Hoc teſtatur Ioh. Ferrar. Mont. Pet. Frider. monet & Oldendorp. ſtudioſos ad praxin acceſſuros, vt cautelarum gryphos, dilationum comperendinationes, atque id genus mille ſubterfugiorum modos, aut non legant, aut lectos vitent in judicijs: imò quid Ciceronem dicturum credamus, *inquit,* ſi hujus ſeculi libellos, poſitiones, articulos, additiones, additionales additionalium, augmentales, ſuperaugmentales, ſupercorrectionales, & cætera ejusdem ſcripta conſpiceret? Iuſtitia, *inquit* Magn. Pegel. *in thes. rer. ſelect. p. 8.* ſeu juris recepta via atque proceſſus eò perducit; vnde ſæpius fortunarum, nominis, honoris, & vitæ ipſius fit jactura, revera injuſta, quæ neque BONO cedit, neque malum a-
6. vertit. Damhoud. in pr. rer. civil. circa proceſſuum voracitatem compertiſſimum ait eſſe illud Saluſt: Concordiâ res parvas creſcere Diſcordiâ magnas dilabi. Quid enim æquè hominum animos

diſijcit,

diſijcit, odium & diſſidia conſtantius generat, quam Diſcordia, & lites forenſes Camill. Borell. *de comprom. §. 1. gl. 1. no. 6. ex Valer. lib. 9. c. 14.* Sic vt proceſſus noſtri ſeculi non impropriè Scyllæ aut Charybdis voracitati conferri poſſint, quia ſicut Charybdis voragine ſuâ plurimas naves gyrando dehiſcit, & vt ſcylla alliſas rates diſſolvit & perdit: ita forenſes litium proceſſus, principio neſcio quam juſtitiæ virtutem promittere videntur, poſteà certè vbi miſeros collitigatores altius irretitos occupant, ah quantis moleſtijs, & diſpendijs afficiunt, devorant, perdunt, & abſorbent funditus, abſorptosq; denuo vt Charybdis in vulgus deridendos cum ignominiâ reijciunt. *ref.* Ioh. Bapt. Mag. *tr. de rectâ patroc. rat. c. 61. num. 4.* Quod vt eò melius in ſpeculo quaſi cernere & diſcernere liceat, & videam' quod multa in exteriori litium foro atq; proceſſu liceant, quæ in interiori haut conveniunt, & multa liceant quæ non expediunt, *c. aliud. de pœn. diſt. 1.* Spec. *de teſtam. §. 10. verb. multa.* Ioh. Ordel. *ad l. fin. n. 331. de R. V.* proceſſum noſtri ſeculi breviter repreſentemus.

In primâ inſtantiâ Actor litigaturus libellum articulatum, aut 7.
ſummarium offert, vnà cum ſupplicatione pro impetrando proceſſu. 2. Mandatur citatio, vt collitigaturus intra 6. Septimanas à tempore inſinuationis reſpondeat, aut cauſas quare non adducat. Hoc litis eſt primordium. Cammerger. Ordn. *p. 3. tit. 12. §.* Zum andern. Vult. *2. I. R. c. 27.* Noe Meurer. *in proc. Cam. Imp. p. 1. fol. 2.* vbi ſupplicationes pro decernendis proceſſibus refert, ſicut & Mind. *lib. 1. de proc exec. c. 1.* ait, ſupplicationem non minus neceſſariam, quàm citationem & litis conteſtationem. Proceſſus enim occultè factus & extractus in quâvis lite, ſuſpicione laborat. *c. 1. §. porrò. vt Eccl. benef.* Paris. *con. 57. n. 4. Dd. in l. quo tutela. §. clam. de Reg. jur.* Ratio, quæ 8.
clam molimur, ea callidè moliri, & non jus noſtrum tueri, ſed injuriam & litem in alterum comminiſci exiſtimamur. *l. 1. §. 1. & 2. quod vi aut. clam.* Luc. de Pen. *in l. quemadmodum. C. de agric. & cens. lib. 11.* Cothm. *reſp. 7. n. 103.* Quales litigaturientium machinationes, & comminiſcentiæ variæ ſunt circa proceſſus extrahendos, nihilq; frequentius, quàm petitum hoc modo denegatum, modo alio petitum concedatur. Vultej. *vol. 3. con. Ac. Marp. 21. n. 309.* Videant qui proceſſus litigioſos facilimè decernunt, & miſeros litigantes in labyrinthum inexplebilem detrudunt, etiam in re leviſſima. Nos vltra progrediamur, & proceſſus litigioſi abuſus videamus. Elapſis 6. ſepti- 9.

Ff manis

manis collitigaturus rarò imo nunquam comparet, cuius contumacia accuſatur, & arctior citatio decernitur comparendi alio, & quidem eodem 6. ſeptimanarum termino, ſub pœnâ acceptandi litem pro conteſtatâ. Iac. Ayrer. *p. 1. proc. hiſt. c. 4. obs. 3.* Myns. *cent. 4. obs. 66.* Quod ſi compareat, nihil aliud agit, quàm litem differendo dilatorias, aut peremptorias opponat exceptiones, quib. facta immiſcet heterogenea, modò ad probandum admittatur, & litem protelare poſſit. *l. peremptorias. C. ſent. reſc. non poſſ. l. ita demum. C. de procurat.* Wes. *par. de except. n. 7. & 10.* Obrecht. *diſp. 4. de probat. θ. 32.* Turpitudo quidem non eſt exceptionibus litis ingreſſum præpedientibus quem à probando excludere: Pruckm. *con. 49. n. 147. vol. 1. per l. nullus. de R. I. l. 3. §. 15. de lib. hom. exhib.* Verumtamen crimen abuſus habet, pluralitate exceptionū pluralitatē & longævitatē litiū mo-
10. vere, promovere. Ita videmus quod ante litis conteſtationē in puncto fori declinandi, ſub- & obreptionis, recuſandi judicē, reijciendi Actorem, libellum, mandatum procuratorium, ſæpè plures anni conterantur, & lites protrahantur. Keller. *lib. 2 de off. jurid. pol. c. 29.* Sed quid fit? Ad replicandum Actori litiganti 6. Septimanæ, totidemq; Reo ad duplicandum conceduntur, vnà cum duabus dilationibus ſub comminatione, quia Exceptio eſt fauorabilior actione. *l. purè. in f. de dol. mal. except.* Socin. *con. 99. col. 1. vol. 1.* Curt. jun. *in l. petens. n. 14. C. de pact.* Tandem petit Reus ſe admitti ad probationem eorum, quæ actor negaverat. Vbi Commiſſarij decernuntur. Sed antequam procedant 4. dilationes regulariter petuntur, & varia Commiſſariorum impedimenta, ne dicam litium fomenta prætenduntur, ita vt annus interdum præterlabatur, antequam rotulus fiat, & publicatio
11. atteſtatorum cum copijs. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p 4.* Quamvis autem impertinentia, & à ſtatu litis ſive controverſiæ aliena in judicio non ſint probanda, *l. ſi duo. §. idem Iul. de. jurej. l. 1. & Auth. in iſto. C. de jurej. prop. calumn.* Arn. Reyg. *diſp. 3. proc. jud. θ. 4.* Dec. *con. 162. n. 1.* Specul. *de poſit §. 6. n. 17.* & talis probatio non recipienda, multò minus decernenda à judice: *c. dilecti. de except.* Ioh. Andr. *in c. fraternit. de teſtib.* Chilian. Konig. *c. 69. §.* Vnd das iſt auch / imò judex ne volentem audiet. Treutl. *diſp. 4. θ. 5. per d. Auth. in iſto. C. de jurej. pro. calumn. vbi Dd. l. 21. & ſeq. C. de probat.* Nihilominus Reo Sex ſeptimanę conceduntur zu einbringung ſeiner Probationſchrifft/ imò tertia dilatio ſub comminatione dari ſolet. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 5.*

pag. 5. His inconſulti Litigatores non tam apto & compoſito litis inſtrumento probant, quam tumenti & inconditá farragine ſacculorum, quæ ſæpè judicium moratur, nedum cauſam inſtruit. Budæ. *in foren. pag. 42.* Tandem probatio exhibetur, quæ adverſarijs colliti- 12.
gantibus nunquam ſatisfacit, etiamſi ſolem ipſum ad oſtendendum veritatem in manibus gereres, vt ait Maſcar. *vol. 1. q. 2. n. 24.* Sed hebdomades 6. ad excipiendum, 6. ad replicandum cum tertia dilatione, 6. ad duplicandum, 6. ad triplicandum & conſtituendum cum tertia dilatione, 6. ad quadruplicandum, 6. ad quintuplicandum, 6. ad Sextuplicandum, taceam decuplicandum, donec interlocutoria, ſequa ur, & judicium interfatione quaſi tibicine fulciatur, Das der beklagte ſeiner einrede Vngeachtet / litem zu conteſtiren ſchuldig ſey. Noe Meur. *p. 3. proc. Cam. fol. 159.* Reyg. *diſp. 4. proc. jud. θ. 33.* Pruckm. *con. 49 n. 199. vol. 1.* Dan. Moller. *ad conſt. Saxon. p. 1. conſt 3. ſub no. 4.* Hic 13.
ſæpè ſemeſtre & vltra fluit, antequam litis conteſtatio fiat. Pruckm. *vol. 1. con. 22, n. 26.* ait, hodiè raro, imò nunquam in primo anno ad litis conteſtationem vſq; procedi. Gylm. *tom. 3. ſup. Cam. fol. 39.* ſæpè contingere, teſtis eſt, vt ad 10. annos protrahatur, priusquam lis conteſtetur. Kell. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 20.* Vult. *vol. 1. con. Ac. Marp. 17. n. 6.* refert, à die mortis ipſius, de cuius hereditate agitur, vſque ad litis conteſtationem elapſos eſſe annos ferme 38. & *vol. 3. con. 30. n. 41.* ab inveſtiturâ novâ vſque ad litis conteſtationem 75. annos fuiſſe elapſos. Ne dicam, quod obganniant nonnulli ſuſpendendum eſſe Advocatum, qui in cauſa tutelari patiatur litem conteſtari intra triennium. O impurum os! O dignum ſuſpendio!

Lite demum conteſtatâ Actor repetit articulos loco poſitio- 14.
num, & petit, vt Reus ſingulariter ſingulis reſpondeat, mediante juramento Reſpondendorum, & ſimul defenſionales, ſive peremptoriales articulos exhibeat. Cammergerichts Ordnung. *p. 3. tit. 13. §.* Darjegen ſoll der Cläger. Myns. *cent. 5. obs. 88. n. 1.* Gail. *1. obs. 79. n. 3.* Reyg. *diſp. 5. proc. jud. θ. 11.* Vult. *2. I. R. c. 31. n. 21.* Hinc majores litium æſtus, ſi non rectè formentur, quia *negli articoli ſono pericoli*, vt dicunt Italiani. Vrſill. *ſup. dec. 7. Afflict.* Ruland. *p. 3. de Comm. lib. 1. c. 2. n. 1.* At in noſtris hodierni ſeculi judicijs, ij libellos & articulos concipere audent, qui vix à limine ſtudia juris ſalutarunt. Omnes enim libellos in factum concipiunt, & clauſulas aliquot ſalutares adijciunt, nec vlterius ſunt ſolliciti, ſed judici curandum relinquunt, quid Actori pe-

tendum, & adjudicandum ſit. Ex quo noſtri juris non exiguus eſt contemptus: idq; illorum culpâ, qui huic malo ocurrere potuerunt, vt conqueritur Obrecht. *diſp. 3. de R. V. θ. 327.*

15. Quamvis ex conſtitutione Imp. Anno 70. in Comitijs Spirens. edita, libellus articulatus in litis ingreſſu exhiberi, & poſt litem conteſtatam loco poſitionalium repeti debeat: Eumdem tamen lites protelare nonnulli exiſtîmant, propterea Saxones abrogarunt *p. 1. conſt. tit. 2.* Von Articulirter Clage/ *vbi* Dan. Muller. *n. 7.* Arn. de Reyg. *diſp. 3. proc. jud. θ. 11.* Hodiè vltra jam adducta plerumq; more oratorio Advocati exordia in libellis inſtituunt, & in ijs movent docilitatem, & benevolentiam judicijs conciliant: At ICti non debent judicem in invidiam vel miſericordiam concitare, ne his affectibus corruptus à bono & æquo deflectat, quando lites deciſurus eſt. Obrecht. *tr. de conc. & form. lib. c. 11. nu. 4. & 5.* Oldendorp. *tr. de form. inteſt. action. §. itam.* Videmus, *inquit*, omnes paſſim parum curare, in quo cauſarum genere verſentur, multò minus quam actionis formulam intendant, tantum ſolliciti, quo verborum apparatu in judicium producant cauſam. Dd. commentarios obiter legunt, & indices traditionum, ſive repertoria, vbi ſi vnum aut alterũ verbum fortè inveniant cauſæ ſuæ nonnihil affine, ſtatim ſibi perſuadent victoriam; ſed ſerò cum Phrygibus intelligunt, quam impertinentem actionem propoſuerint, & litem protelaverint. Ruland. *tr. de commiſſ. p. 3. lib. 2. c. 2. & ſeqq.*

16. Quidquid ſit, Reo injungitur, vt intra 6. ſeptimanas ad articulos reſpondeat, qui tres vel plures dilationes obtinet, modo impedimentum qualecunq;, quod vocant Ehafft oder echte noth/ juramenta probare videatur. Lanfr. de Orian. *in c. quoniam. n. 5. de teſtib.* Pan. *in c. ex ratione. 8. nu. 11. de appell.* Guid. Pap. *dec. 64.* Maſc. *vol. 2. concl. 884.* Roſenth. *tr. Feud. c. 6. concl. 55.* Gail. *1 obs. 91. n. 5.* Konig. *in proc. c. 37. n. 4. &* Auct. *diff. par. 1. diff. 39.* Indecens quidem eſt, illud impedimentum allegare, quod amoveri facile poterat; Tib Decian. *con. 46. n. 143. vol. 4.* Pruckm. *con. 49. n. 47.* & nulla eſt impedimenti allegatio; cui impeditus facili negotio remedium afferre potes; ſed idipſum facere deſes atque iners omittis. Bl. *in l. ſed. etſi. quib. ex cauſ. maj.* Br. *in l. quib. dieb. per. text. de cond. & demonſtr.* Purp. *in l. is. apud. n. 54. C. de edend.* An. Rub. *in l. vlt. §. ad crimen. n. 205. de pub. jud.* Ios. Lud. *dec. Perus. 36. n. 8. p. 2.* Vasq. *illuſtr. contr. c. 60. n. 10.* Rom. *con. 352. n. 10.*

Dec-

Dec. *con.* 677. *nu.* 3. Nat. *con.* 60. *n. vlt. lib.* 1. & eſt omnium concluſio indubitata, *teſte* Sfor. Odd. *de reſt. in int. q.* 27. *n.* 56. Pruckm. *con.* 49. *n.* 52. Sed hanc indecentiam litigatores licentiam putant, modò quintam, ſextam, ſeptimam, octavam, imò decimam dilationem malitiosè obtineant, & lites protelent.

Tandem miſer litigaturiens Reſponſiones, & Defenſionales, ſive peremptoriales articulos exhibet, pharmacopolarum more, quid pro quo immiſcentium, vt loquitur Pruckm. *con.* 50. *nu.* 445. *vol.* 1. Rarò enim ſimpliciter, h. e. ſine plica, vt Dd. interpretantur, reſpondet, & ſcapham ſcapham appellat, vti ordinatio exigit, ſed dubiè, implicatè, incertè, provt conducit ad litem. Cammergerichts Ordnung. *p.* 1. *tit.* 71. *& ſeqq. par.* 3. *tit.* 15. *§.* 1. *vers.* Zum andern. Br. *in l.* 1. *n.* 4. *de vulg. & pupill. ſubſt.* Ias. *in l.* 1. *§. ſimpliciter. n.* 8. *de V. S.* 17.

Ergò cum paria ſint, non reſpondere, & obſcurè reſpondere *l. de ætate. §. nihil. de intr. act. l. Titiæ. de legat.* 1. Mant. *ſing.* 203. Gail. 1. *obs.* 82. *num.* 4. (Nam quid intelligam, ſi tua perverſa ſit oratio, *inquit* Scalig. *exerc.* 88. *ſect.* 2. Ioh. Pet. Ala. *tr. de Adv. & cauſ. Chriſt. par.* 1. *q.* 38. ait, infinitos errores committi in reſponſione ad petitiones, & adſcribit malitiæ cauſidicorum, qui negant in facto veriſſima, & interdum inſtrumenta à ſeipſis conſcripta) hic litigaturiens cogitur ad extrahendum inſtrumentum in authentico, & erogandam mercedem, interim lites protrahuntur, & ſæpe cogitur ſuccumbere Actor non probans intentionem, quam Reus & Cauſidicus negaverunt. *gl. &* Ab. *in clem. paſtoralis. in f. de judic.* Alb. *in proæm. C. n.* 17. Caccial. *de Adv. q.* 4. *nu.* 13. Curt. *tr. de poſit. §. cum & jud. n.* 13. Graff. *dec. aur. lib.* 3. *c.* 8. *nu.* 4. *p.* 1. Navar. *in manual. c.* 25. *nu.* 28. *vers.* 4. Nonnulli malitiosè reſpondent, non recepi mutuum, & ſi recepi, illud reſtitui. *gl. in c. except. de R. I. in* 6. Imol. *in c. ex tenore. not.* 2. *de teſt.* Covar. *lib.* 1. *var. reſol. c.* 2. Ala. *d. p.* 1. *q.* 39. 18.

Hinc Actori ad excipiendum contra Reſponſiones Rei 6. ſeptimanę cõceduntur, vnà cũ reſponſionib. ad defenſionales ſive peremptoriales articulos: Reo ſemeſtre ad replicandũ contra Exceptiones Actoris in po. reſponſionũ ad poſitionales, & excipiendũ contra Reſponſiones ad defenſionales vel peremptoriales articulos. *Auct. diſc.* Vom Juſtitenwerck. *pag.* 6. *&* 21. Sic altera interlocutoria fertur, an Reſponſiones in po. poſitionum, & defenſionalium ſint ſufficientes, nec ne? Et communiter vlterior reſponſio injungitur, quam 19.

Reus vſque ad tertiam dilationem protelat, & negat, donec Commiſſarij decernantur, de quarum perſonis & qualitatibus ſæpè per ſemeſtre diſputatur, & tandem pro prima dilatione probandi 6. ſeptimanæ conceduntur: ſequuntur ſecunda, tertia, quarta, & 20. hebdomades præterfluunt, antequam rotulus conficiatur, & copiæ hinc inde decernantur. Diſputatio autem illa eſt ſervanda in fine litis, an pertinens ſit, & ad rem faciat. Caſtr. *in l. ad probationem. C. de probat.* Curt. *ſen. con. 71. col. pen.* Alex. *con. 166. n. 6. vol. 6.* Menoch. *lib. 1. con. 2 nu. 360.* Multi verius & tutius eſſe affirmant, ante omnia diſcutiendum, an capitula pertinentia ſunt nec ne, quam ea admittere cum clauſula. Dec. *in c. dilecti. not. 4. de excep. & con. 162. n. 1.* Purpu. *in l. 1. nu. 60. ſi cert. pet.*

20 His ita peractis collitigantes vtrimq; exhibent A. deductionem probationis, in po. poſitionalium articulorum junctis exceptionibus contra perſonas ac dicta teſtium in po. probationis defenſionalium, vel peremptorialium: Reus deductionem probationis defenſionalium vel peremptorialium, cum annexis exceptionibus contra perſonas & dicta teſtium in po. probationis poſitionalium. Vterq; litigantium ſpacio 6. ſeptimanarum excipit, ille contra hanc, hic contra illam deductionem: vterq; replicat, vterq; quadruplicat, quintuplicat, & concludit aliquot cum dilationibus in po. probationis poſitionalium & defenſionalium, donec ab *vtraque* parte concludatur; O tardigradum proceſſus litigioſi *ſucceſſum*. Deductiones ejusmodi probationum lites ſubtiliter & mirabiliter protrahunt, ſed ad eas vincendas tantum faciunt, quantum rota quinta ad currum, Probationſchrifften nach eynem jeden Articul iſt Narrenwerck. *inquit* Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 29.* Cas. Guil. Scip. *lib. 4. dec. 82.*

21 Ne quid dicam de reliquis ſcriptis, quæ lites in infinitum protelant, vt ſunt additionales, additionales additionalium, augmentales, ſuperaugmentales, ſupercorrectionales, Anzeig vnd Bericht/ Gegenanzeig vnd Gegenbericht/ Vnumbgengliche rechtliche Notturfft/ Vnumbgengliche rechtliche Gegennotturfft/ Schrifft an ſtat Mündlichen Receß/ & ejusmodi farinæ, interrogatoria generalia, quibus Advocati aliquot paginas complent, non ſine producentis ſumptu & judicis tædio, vt conqueritur Gail. *1. obs. 95. pr.* Gl. *in c. tales. 23. diſt.* reprehendit allegantes multa, & qui allegant multa, dicuntur pati fluxum legum. Dd. *in l. 1. §. deniq. de aq. plu. arc.* Vnde Camerales manifeſtiſſimam fraudem,

& li-

& litis protelationem, quæ ex correctione articulorum ſequitur, animadvertentes, Anno 1593. 13 Septemb. per commune decretum eam planè prohibverunt. Rutg. Rul. *p. 3. de comm. ext. lib. 1. c. 7. n. 4.*
Poſt concluſionem antequam acta ad referendum diſtribuantur le- 22.
gantur, lecta referantur, relata decidantur, deciſa publicentur, annus eſt. Iam ſi tempus hoc, terminos & prorogationes diligenter computes, 429. ſeptimanas, & ita 8. annos, & 13. ſeptimanas habebis, quas in velificatione proceſſus litigioſi conterere neceſſum eſt. *ἧς ἐγὼ οὐκ ἤκουσα λοιπὸν ἀπὸ πεντήκοντ᾽ ἐτῶν*, Non audivi niſi de quinquaginta annis, *inquit* Comicus. M. Iacq. Faye. *la. 1. remonſt. pag. 134.*

Collitigantes latâ ſententiâ non acquieſcunt, ſed beneficium aut Leuterationis etiam in clariſſimis, aut appellationis implorant, quamvis priori caſu non declarationem, ſed caſſationem aut reformationem totius proceſſus petant, impetrent, etiam in terris vbi Leuteratio non fuit in vſu. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 11. & 24.*
Poſteriori, appellatio fit in continenti coram judice, ita vt appellans 23.
judici ad quem apoſtolos reverentiales exhibeat. *l. litigatoribus. 4. C. de appell.* Myns. *cent. 2. obs. 12.* Lanfran. de Orian. *in pr. jud. c. 10. nu. 49.* Specul. *lib. 4. p. 3. tit. de apoſt. & lib. dimiſſ.* Vel coram Notario & teſtibus, vt appellans inſtrumentũ appellationis cum ſupplicatione exhibeat, quâ citationem, compulſoriales, inhibitionem, & ita proceſſum appellatorium decerni petat. *l. 1. in f. cum l. ſeq. de appell.* Cammerg. Ord. *p. 2. tit. 39. §.* Item ſo ſoll eynes jeden *ſchedula appellationis inſtrumento inſerta.* Lanfr. de Orian. *d. c. 10. n. 55.* Myns. *cent. 4. obs. 45.*
Wes. *cons. 1. num. 5. & 6.* Vill. *lit. A. num. 123.* Mandatur appellato 24.
vt compareat, aut cauſas quare non intra 6. ſeptimanas producat. Quod ſi fiat, nihilominus appellans litis protrahendæ, & executionis impediendæ gratiâ libellum appellatorium, ſive gravamina articulata offert, quibus vetera nova ad nauſeam vsq; diſputata repetit, & ita Cramben bis coctam judici ad quem apponit: de novo teſtes producit ſuper iiſdem, vel hiſcè è Diametro contrarijs articulis, poſt publicatas & partibus communicatas atteſtationes, quod de jure non licet, propter ſubornationis metum. Lanfr. *in c. quoniam verb. de poſſ. teſt. c. 8. n. 38. ext. de probat.* Iohan. Campeg. *tr. de teſt. reg. 332.* Ferr. *in pr. for. lib. app. §. verum n. 2.* Hier. de Cæval. *in ſpec. com. op. q. 350.* Gail. *1. obs. 105. n. 2.* Myns. *cent. 1. obs. 41.* Sed quid fit? miſer appellatus ſingulariter ſingulis reſpondere, replicare, & in infinitum expectare cogitur. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p. 25.*

25. Quod ſi appellatus exceptiones contra devolutionem appellationis non habeat, reſponſiones ad gravamina, & defenſionales, vel peremptoriales articulos exhibet, circa quos excipiendo, replicando, interloquendo, commiſſarios petendo, teſtes producendo & diſputando, eadem protelationis tela retexitur, quæ in priori inſtantia texta fuit, ita vt anni decem, vel plures, raro pauciores inſumantur, donec concludatur, & ſententia feratur. Quæ licet tandem ſequatur, nondum tamen aſſequitur litigans quod jure perſequebatur, ſed collitigans ſtatim ad tertiam inſtantiam, & Cameram Imperialem provocat, vbi citiorem litigij finem non facilè expectat, facillimè citationem, compulſoriales & inhibitionem impetrat, poſt fatale anni dimidiati ſpacium proceſſus cum retroſcriptis executionibus reproducit, & articulata gravamina exhibet. Quomodo vlterius procedatur, & lis ibidem retardetur proximum diſcurſus caput aperiet. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 13.* Cammergerichts Ordnung *p. 2. tit.*
26. *30. §.* Wurde aber. Vnde non immeritò conqueritur Heig. *p. 1. q. 10. n. 44.* quod hodiè inferiores judices, in cauſis etiam manifeſtis in honorem judicis ſuperioris, appellationi ſuperfluæ & temerariæ deferre ſoleant de quo & Theodor. *in edict. c. 55.*

Maxima igitur litium multitudo exinde in noſtra judicia irrepſit, quod proceſſus *l. properandum. C. de jud.* impropriè obſervatus, imò abrogatus fuerit, ita vt Zanger. *tr. de except. c. 1. n. 22. dicat*, in omnibus omnium judicum judicijs non ſervari, & nullum hiſce temporibus vſum habere, quæ Dd. de exceptione peremptæ inſtantiæ, anxiè & copioſè diſputarunt.

27. Ita de jure canonico, cui proceſſus noſtri ſeculi meritò referendus, inſtantia litis triennio non finitur, ſed tempore 18. aut 29. annorum omnis lis finita dicitur, ſi interea temporis nihil actum fuerit. Ita ex Caſsod. refert Menoch. *de aa. jj. qq. ca. 202. n. 14.* Lud. Gomez. *ad reg. cancell. rub. de trien. poſſ. q 61. verb. 4.* Rob. Lancellot. *tr. de attent. p. 2. c. 4. in præf. n. 276.* Quod adhuc reſtringunt 1. ad beneficialia. 2. Reſcriptum ſub- & obreptitium. 3. ne procedat, niſi 2. concurrentibus, tantum temporis effluxiſſe, & de jure moventis litem nihil conſtare. Lancell. *d. p. 2. c. 4. n. 281.* vbi addit, contradixiſſe ſeniores Rotæ Romanæ, etiam beneficialia quod attineret, proindeq; opus eſſe, vt 37. anni currant. Pruckm. *con. 21. n. 85. cum 2. ſeqq. vol. 2.*

28. Ergo nec in Rotâ Papæ, nec in Conſiſtorio Imperij triennalis litium

litium civilium inſtantia ſervatur,ſed inſtantiſſima progreditur,cùm ob litium,vti dicunt,multitudinem, Marant. *de ord. judic. p. 5. ibi : omnia fiunt durante inſtantiâ. n. 14.* Guideriz. *tr. de ju. conf. lib. 3. c. 5. n. 3.* Myns. *cent. 2. obs. 48.* Gail. *1. obs. 128. n. 3.* tùm ob ſententiam Dd. qui volunt regulam de perempta inſtantia, in cauſis ſive litibus, quæ in conſiſtorio principis tractantur, non habere locum. Ioh. Bap. Aſin. *in pr jud §. 1 c 3. n. 28.* Matt. de Affl. *dec. 283. vbi* Cæſ. de Vrſell. *in add. n. 9.* Zang. de except. *c. 1. n. 22.* Imò generali hujus ſeculi conſuetudine eò paſſim deventum eſt, vt inſtantia ſit perpetua, & per conſequēs lites etiam perpetuæ, & immortales. Pet. Rebuff. *in præl. comm. ad Ord. Reg. Gall.* Clar. *§. fin. q. 51. n. 8.* Boſs. *in tit. de inquis. n. 89.* Wes. *con. 5. n. 42.* Iac. Spig. *in Lex. jur. verb. inſtantia.* Reg. Sixt. *vol. 3. conſ.* Acad. Marp. *10. n. 35.* Et quidem male. Religioſiſſimi enim Impp. ne lites ipſæ fierent penè immortales, & vitæ hominum modum excederent, & quia ipſas ſæpè materiam criminibus creare noſcebant, lites triennio concluſerunt. *l. properandum. §. 1. C. de jud.* Ordelaph. *ad l. fin. n. 73. de R. V.* Nonnulli litium conſarcinatores, & longiſſimorum proceſſuum favitores illudunt, & enthymematicè concludūt: Inſtantia à litis conteſtatione incipit. Ergò ſequitur, cum certum tempus inſtantijs cauſarum præſtitutum ſit, quamvis ante judicium acceptum ſive litis conteſtationem per multos annos diſceptaretur de quæſtione emergenti, aut exceptionibus dilatorijs, propterea tamen inſtantiam non perire. las. *in d. l properandum C. de judic.* Bl. *in l. & poſt edictum. §. pen. de jud.* Zanger. *de except. c. 1. n. 20.* Spec. Br. *& alij,* qui affirmarunt litigatores 100. & pluribus annis, ſine interitu litis, in eiusmodi exceptionibus verſari poſſe: & Spec. aſſeruit olim ſibi cauſam fuiſſe commiſſam, in qua de legitimatione perſonarum 34. annis fuit diſputatum. *in tit. de appell. §. breviter. verb. ſed. juſta.* 29. 30.

O longævitatem proceſſus litigioſi ? hoc tempore conſtitutum ſolum modo litium finiendarum triennium, vt ſic verè conqueri poſſimus, magis EX VSV quàm IN VSV eſſe. Quod ſi ad priſtinum redactum fuerit modum, materiam querelarum, vlulatuum, deſperationum, nullibi non frequentantium, præciſam forè exiſtimat Chriſt. Ohem. *in diſc. jur. pol. c. 5. n. 103.* At impoſſibile dicunt tot tantosq; lites, quibus exulceratiſſimum hoc ſeculum abundat, tàm brevi temporis triennalis ſpacio finiri poſſe. Imò non eſſet impoſſibile, modò cauſa principalis indagaretur, & eradicaretur, quæ liti- 31.

gioſos proceſſus reddit intricatos, prolixos, immortales, & tot litigandi terminos procreat. Sicut enim Medicus morbum tollere nequit quamdiu cauſa durat, morbumq; fovet: Ariſt. *10. Metaph. c. 1.* Ita nec politicus ſine cauſarum cognitione rerumpub. morbos curare
32. poteſt. Arnis. *lib. 1. doct. pol. c. 1. pag. 27.* At hæc vnica, vera, & principalis cauſa eſt Advocatorum diſputatio, qui non factum nudè, ac rotundè recenſent, ſed jura collitigantium ad nauſeam vſque diſputant, invertunt, & crinibus detorquent. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p. 21.* vbi ſpeciatim docet, & deducit vſque ad pag. 38. quod non ſolum reſpondeant, ſed etiam excipiant, replicent, duplicent, ſi in facto conſentiant, jus quod ex facto oritur, diſputent, judici & aſſeſsoribus ſatis ante cognitum, vt judicem ſeducant, & traducant in eam opinionem, in quam ipſemet Advocatus non eſſet judicando propenſurus. Ioh. Pet. Ala. *tr. de adv. Chriſt. p. 1. q. 37.* Quod ſi factum probetur teſtibus, inſtrumentis, & alijs documentis, ita vt lis ſententiâ finiri poſſit, non acquieſcunt, ſed deductiones probationis exhibent, replicant, duplicant, triplicant, quadruplicant, multiplicant multa litium incommoda, judicem in facto ac jure informant, dicta teſtium cavillantur, allegationum plauſtra adducunt, quibus ſcommata miſcent, ita vt ex vna lite ſæpè plures naſcantur. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck/ *pag. 21. & pag. 92.* vbi non diſtinguit inter lites graviores quæ multos concernunt, & leviores, ſed vtrobiq; breviorem proceſſum requirit. Sicut enim materia calici non mutat modulum: ita neque factum mutatur longiori litis proceſſu, quod ab initio non valuit, tractu temporis conualeſcere inquit *l. ſeruis teſtam. C. de legat.*

33. Maxima etiam litium fovendarum cauſa eſt, quòd hoc noſtro ſeculo communiter in animam alterius juretur, cum tamen proprium jurisjurandi ſit, vt ad ipſum tantùm qui jurat pertineat. Ratio, quia propter grave periculum perjurij receptum eſt in jure noſtro, vt nemo juret alieno nomine, ſed vt quicunq; jurat, juret ſuo nomine. Quamvis hodiè moribus noſtris contrà ſit receptum more peſſimo, vt quis in alienam, vt loquuntur, animam juret. Hub. Giphan. *ad l. 30. §. 1. n. 15. de procur. per l. 4. & 34. §. 2. de jurej.* Ita Nic. de Cuſa. *lib. 3. de conc. Cath. c. 35. in f.* damnat conſuetudinem, quæ admittit juramentum contra quoſcunq; & cujuſcunque numeri teſtes. Sicut cōmendanda eſt veterum legis latorum diligens, & accurata circumſpectio, qui juramento calumniæ quaſi remedio calumniantium,

iniquitates à foro atq; tribunali removere voluerunt: ita deploranda eſt noſtra hujus juramenti deſpectio, deploranda ſunt perjuria, quæ ex jure naſcuntur. Setſer. *lib. 3. juram. c. 1. n. 1.* Pleriq; enim homi- 34.
num hoc nequiſſimo ſeculo juramenta non curant magis quàm antiqua & ruinoſa domus fumum. Henn. Goden. *con. 10. n. 28.* Hering. *de fidej. c. 7. n. 592.* Gilhau. *tr. de injur. §. 9. nu. 38.* Pruckm. *con. 16. num. 36. vol. 2.* Nonnulli jurant animo fallendi, quod eſt improbæ voluntatis φαύλης προαιρέσεως: nonulli pœnitent juraſſe, quod eſt imbecillis judicij ἀσθενοῦς κρίσεως: nonnulli ſatisfacere nequeunt, quod eſt infirmæ facultatis ἐνδεοῦς δυνάμεως. Seig. de Pibrac. *la. 2. rem. p. 94.* Imò vix vno obulo æſtimant, ſed ijs ludunt, vt pueri aſtragulis, vt certè ſatius foret hoc præſertim calumniæ juramentum, propter evitanda perjuria potius tolli, quàm vſurpari: quia facti ſumus contemptores Dei & religionis *not.* Bl. *in l. poſt perf. nu. 1. C. de evict.* Mar. *p. 6. de juram. cal. n. 1.* Gab. Saray. *ad* Matth. *ſing. 64.* Speckhan. *cent. 2. cl. 4. q. 17. n. 4.* Hic deplorandus juramentorum abuſus, magnum 35.
litibus, & fomentum & incrementnm præbet: nec minores abuſus in reliquis inſtantijs, quibus litigioſi proceſſus involvuntur, & ad verum juſtitiæ finem rarò tendunt, vt calumniantium iniquitates expellantur, & jus ſuum cuique tribuatur, imò contrarium habent effectum, vt calumniantium iniquitates hoc procedendi & litigandi modo foveantur, & iniquis atque avaris hominibus, eorumq; injuſtis ac improbis patronis, jus ſuum vnicuiq; ſub prætextu juris detinendi anſa & occaſio præbeatur, litigantes ex proceſſu nihil lucrentur, ſed damnum adhuc ſentiant, atque ita afflicto litiganti afflictio addatur, extrema paupertas. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p. 16.* Ita ſæpiſſimè ſub prætextu legalis ſcientiæ, erratur in foro conſcientiæ. Bl. *in auth. ad hac. n. 12. C. de cauſa.* Ioh. Pet. Ala. *tr. de Adv. Chriſt. p. 1. q. 50. in f.* Hinc evenire videmus ordine inverſo, vt alter litigantium Actor ſc. lugeat, ſi Reus ſpontaneam ſolutionem detrectet, & ad proceſſum litigioſum provocet, etiamſi intentionem habeat fundatam, Reus econtra lætetur, ſe lites in infinitum protelare, & ſolutionem differre poſſe donec moriatur. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienw. *p. 16.*
Ne quid de judicibus dicamus, qui proceſſus facilè decernunt, & vt 36.
maximè in cauſa concluſum ſit, nonnunquam tardius lites expediunt, quo illi, qui malas cauſas fovent, hodiè nimium abutuntur, ad proceſſum juris ordinarium provocantes, vt ſub ſpeciè juris cau-

ſam injuſtam differant, & adverſarios inanibus ſumptibus fatigent. Vult. *vol.3. con. Ac. Marp. 21. n. 352.* Iudicis igitur diſcretioni permittendum, & inveniendum eſt remedium, vt longo aliquo litium ſufflamine opus non ſit, imò judex proceſſum, qui ambages habet, admittere non debet. Ias. *in l. fin. n. 5. C. de edict.* D. Hadr. ioh. Br. & ceteri Dd. *in l. 1. de R. C.* Weſenb. *con. 14. n. 51. & ſeq.* Quod ſi in perpetuam
37. litis ſententia tandem ſequatur, aut petitur reſtitutio in integrum, aut appellatur, aut deducitur nullitas & ita vnum poſt aliud quaeritur. Remedium quod lites immortales reddit. Nonnulli litigantium cum ſuis Advocatis tàm faciles in petenda reſtitutione, vt Hannibal de Marcello, ſeu vincit fortiter inſtat, ſeu victus eſt, inſtaurat cum victoribus certamen. Seigneur de P. brac. *la. 2. remonſtr. p. 108.* Plures Appellationum inſtantiæ ſunt litium alumnæ, vt *inquit* Pollet. *lib. 5. hiſt. for. Rom. c. 17.* ad quas Vitilitigatores recurrunt, tanquā S. anchoram non tam ſpe victoriæ, quam vt ſolutionem aut judicatum facere diffugiant. Sunt enim quidam Litigatores tam pervicaces, vt vinci nolint, nec poſſint, qui vel ab ipſo Rhadamanto appellarent. Interea Res tamen atteritur magno ſufflamine litis magnus abit annus Platonicus.
38. Litigioſus appellationis abuſus duplicem cauſam habet, vel ab ipſo judice, vel à perſonis appellantium, & cauſidicorum. Iudex ex imperitia nonnunquam ſententias benè latas in pejus reformat *l. 1. pr. de apell.* Quoad litigantes, prætextu *appellationis* conatur quis quandoq; ſe in ſua iniquitate confovere. Lancell. *de attent. c. 28. n. 73. tit. 5.* Brederod. *de apell. p. 1. tit. 3.* vbi ait, appellantes lites in infinitum extrahere, maximè poſſeſſores rerum controverſarum, qui practicantur illud in ore omnium: Gaudeant poſſidentes: quia fructus ſunt illorum. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 89.*

CAPVT XVI.

De ſpecialiſſimis litium cauſis in Camera Spirenſi.

SVMMARIA.

1. *Frequentiſſima litium Cameralium querela.*
2. *Lites in 1. inſtantiâ naſcuntur, 2. creſcunt, 3. ſeneſcunt.*
3. *Maximilianus 1. Cameram imperij inſtituit Anno. 1495.*
4. *Camera certat, cum Gall. Hiſpa. Neapo. Parlamentis.*
5. *Camera non ſufficit litibus Germaniæ decidendis.*

Adſeſſorum

6. *Adſeſſorum paucitas litium Camer. cauſſa.*
7. *Germaniæ longitudo, & latitudo.*
8. *Novæ lites præfixas, & concluſas impediunt.*
9. *Dilationum frequentia longiorum litium cauſſa.*
10. *Diſparitas religionis lites Cam. protelat.*
11. *Periculoſum eſt ſub judice ſuſpecto litigare.*
12. *Pax religionis an de Clericis mediatis diſponat.*
13. *Status immediati* Reichsſtende *ſub pace Relig. comprahenduntur.*
14. *Proceſſus Cam. lites immortales reddit.*
15. *Prorogatio terminorum prorogat lites.*
16. *Lites prius concluſæ, priori loco expediundæ.*
17. *Crebra Aſſeſſorum mutatio lites protelat.*
18. *Indiſtincta appellationum receptio, litium Cam. accumulatio.*
19. *Litigantes in Camera tardiſſimè vincunt.*
20. *Tardior actorum Relatio ex triplici cauſſa.*
21. *Lites Cam. prolongantur, mandatis, nullitate, interuentione.*
22. *Lites differuntur, quando ad aulam protrahuntur.*
23. *Iurisdictio ab imperatore fluit, vt ex oceano flumina.*
24. *Iurisdictio Cameralibus cumulatiuè conceſſa.*
25. *Imperator lites ex prauentione ad Cam. remittere poteſt.*
26. *Negatur Concurrentia Cæſaris, & Cameræ.*
27. *Cameræ eſt fundata, vt litibus privatis inſerviret.*
28. *Imperator ex contractu jurisdictionem in Cam. tranſtulit.*
29. *Imperator lites majores ſibi reſeravit Ergò.*
30. *Mens Imp. non fuit generalem litium concurrentiam introducere.*
31. *Concurrentia lites privatas impedit, generat.*
32. *Reges & Duces, qui ab imperij jurisdictione ſe ſubtraxerunt.*
33. *Provinciæ cohærerent, aut recuperari poſſent, modò Imp. omiſſis privatorum litibus publicis ſtuderet.*
34. *Camera non aſſumitur in conſortium imperij.*
35. *Diſputare Cæſaris, & Cameræ poteſt atem periculoſum.*

QVAMVIS enumeratæ litium forenſium cauſæ ferè omnes in Camerâ Imperiali concurrant, exceptâ corruptione, & proceſſum longiorem, imò immortalem reddant, vt cotidiana & frequentiſſima vbiq; in Imperio querela eſt. 1

Nec levis ex nihilo poterit prorumpere Fama,
Sed partem veri fabula ſemper habet

Frid. *lib. 2. de mand. ju. c. 13. Sect. 15.* Knich. *ad priv. Sax. fol. 12. verb. quod ſi gravatus ad Cam.* Pruckm. *con. 3. n. 29. vol. 2.* Rutg. Rul. *lib. 2. de Comm. c. 20. n. 2. Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p. 39.* Sunt tamen adhuc quædam ſpecialiſſimæ, & individuales, quas cogitare tutius eſſet, quàm proferre, vt inquit Ad. Keller. *lib. 2. de off jur. pol. c. 29.* Secundum iſtud:

Supprimat Orator quæ ruſticus edit ineptè.

2. Sed cum veritas celari nequeat, & à capite ſit inſciciendum, ſi membra curatum velimus, omnisq; litium abbreviatio in inferioribus judicijs inanis, vana atq; ſupervacanea, niſi prius ſummum illud Imperij Dicaſterium, ad quod lites omnes fluunt, & refluunt, ſicut flumina in mare in mollius & melius reformetur: breviter cauſas litium Cameralium ab alijs enumeratas colligemus, vt ijs cognitis Remedia poſſint applicari tutiora, ſaniora: cum Dei iram contra ſe provocare dicatur, qui Veritatem pro viribus non defendit. *c. nolite timere. 11. q. 3.* Eſt enim illa mater juſtitiæ: Bl. *in l. libertini de ſtat. hom.* & vbi opponitur de ſtylo, poteſt replicari de veritate Affl. *dec. 253. n. 6.* Huius igitur amore de Camerâ Imperiali, & litium Cameralium multitudine, proceſſu longiore, & alijs honeſtè & modeſtè diſcurremus, vt auctoritas illius illæſa ſervetur, cauſa litium intelligatur, intellecta corrigatur, correcta de foro exterminetur, & lites tandem ſopiantur, quæ in priori inſtantia naſcuntur, in ſecundâ creſcunt, in tertiâ ſeneſcunt, & emoriuntur.

3. Ante inſtitutum Cameræ judicium litigantes Imperatorem, eiusq; curiam Hoff/Burg/vnd Landtgericht ſequebantur. At cum Imperator publicis Romani Imperij curis nimis occupatus, privatorum litibus dirimendis vacare non poſſet, communi ſtatuum Imperij conſenſu à Maximiliano I. anno 1495. Camerale Conſiſtorium inſtitutum fuit, Das Keyſerlich/vnd des heiligen Reichs Cammergericht/ in quo vice Imperatoris, & ſtatuum de cauſis litigantium cognoſceretur, nec ἐγχειροδίκη Fauſt vnd Kolbenrecht amplius obtineret. Munſter. *3. Coſmogr. fol. 691.* Bruſch. *in vita Bertoldi Archiep. Mogum.* Cammergerichts Ordnung. *p. 1. tit. 27. §.* vnd ſoll der Verwalter. Heig. *p. 1. q. 9. n. 5.* Matth. Steph. *lib. 2. de juriſd. p. 1. c. 3. n. 4. ex. epiſt.* P. Frid. *de proceſſ.* Gail. *2 de P. P. c. 1. in f.* Schonborn. *lib. 5. polit. c. 20.*

Quamvis

Quamvis hoc judicium ſit perfectiſſimum juſtitiæ lumen, & 4.
columen, aſylum collitigantium oppreſſorum, domeſticæ diſciplinæ, legum, morum, totiusq; Reipub. propugnaculum, & incorruptiſſimum judicum Imperij dicaſterium, quod cum nobiliſſimis Galliæ, Hiſpaniæ, Neapoleos, parlamentis certare poſſit: *de quibus.* Bodin. *lib. 1. de Repub. c. 10.* Connan. *lib. 1. comm. c. 11. nu. 9.* Covarr. *pr. qq. c. 4. nu. 10. &* Heig. *p. 1. q. 9. nu. 7. & q. 10. nu. 34.* Tamen hoc 5.
noſtro malitioſo ſeculo omnibus Germaniæ admodum litigioſæ litibus atq; malitijs coërcendis non eſt ſufficiens, quidquid etiam dicat Matth. Stephani *lib. 2. de jurisd. p. 1. c. 1. memb. 2. n. 183.* vix audiendos eſſe qui prætendant Cameram Imperij eſſe imparem litibus Germaniæ derimendis, & dicidendis. Ipſi enim Camerales fatentur, litium multitudinem eſſe cauſam, vt *l. properandum. 13. C. de jud.* ibidem ſervari non poſſit teſtis eſt *αὐτόπτης* Gail. *1. obs. 141. num. 7.* Schvvanman. *lib. 2. pro. Cam. c. 4. n. 6. & alij.* Reclamat natura hominum malignantium, & cotidiè novas excitantium lites. Regfragatur communis experientia, & ſingulis ferè horis litigantium querelæ, lites ibi integras litigantium ætates longè excedere: pauciſſimas finaliter expediri: novas cotidiè afferri: paucos litigaturientes plenam de lite victoriam deportare. Improbant rationes quæ adferri poſſunt probabiles, & cauſæ litium Cameralium ſpecialiſſimæ, & individuales. Inter quas prima eſt paucitas Dn. Aſſeſſorũ, vt innvit Nob. Feudiſta. 6.
Roſenthal. *tr. de feud. c. 10. concl. 43. n. 139.* lites in ſupremo Germaniæ tribunali ob numerum Aſſeſſorum ſive Senatorum exiguum, eſſe immortales. Ob quod, *inquit*, ah miſeræ Germaniæ major ira divina metuenda. Cauſa cauſæ, quia pauci Aſſeſſores paucas lites expediunt, & plures plurimum præſtare poſſunt, *not.* Machiav. *lib. 1. diſc. c. 7.* quod Antimaahiav. quidem refutat *p. 3. c. 35.* nec omni ex parte probamus, ne eveniat quod Hotoman. conqueritur *in Franco-Gallia c. 20. p. 152.* ex perexiguo judicum Parlamentariorum numero, creſcente litium multitudine, incredibilem judicum & conſiliariorum ſobolem propagatam eſſe. Attamen hiſtoricâ experientiâ edocemur, ab ipſa Cameræ Imperialis fundatione Aſſeſſores fuiſſe auctos, propter litium antiquarum multitudinem, creſcentemq; indies novarum litium molem, vti primorditus 16. fuerunt, qui ab Anno. 1500. vſque ad annum 1570. & hodiernum ſeculum ſemper aucti & multiplicati, donec intra centenarium creſcentibus hominum

malitijs

malitijs atque litibus ad præſentem excreverint numerum 38. Aſſeſſorum, & 2. Præſidum. Magis auguſtum, nec tàm anguſtum fuit antiquum Romanorum judicium, quod Plin. *lib. 2. c. 6.* deſcribit ſedebant, *inquit*, judices centum & octoginta. ingens vtrinq; Advocatorum numerus, & numeroſa ſubſellia, aſtantium corona latiſſimum judicium multiplici circulo ambibat. *ref.* Franc. Polletus *lib.*
7. *1. hiſt. for. Rom. c. 2.* Altera litium Cameralium cauſa, eſt ipſa litium multitudo, vt cauſæ in Camera tardius expediantur, *teſt. ſup. citat.* Gail. *1. obs. 141. nu. 11.* Ad. Kell. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 28.* P. Frid. Mind. *lib. 1. de proc. exec. §. de cauſarum in Camera pendentium multitudine.* Myns. *cent. 2. obs 48.* Ruland. *de Commiſſ. p. 1. lib. 2. c. 20. nu. 2.* Sæpè enim vnus Procurator mille lites agit, quas omnes ſi numeraveris, inter 24. procuratores numerus litium multa millia exceder: quomodo ergò hoc vnum judicium omnibus Germaniæ litibus ſufficiet? Nõ enim Germania tã anguſtis terminis, vt eam Beroſus Rheno, Oceano Tanai, Ponto Euxino, Danubioq; vel Tacitus cũ coætaneis dividit: Sed porrigitur in longitudinem Sexcentis octaginta ſex millibus paſſuum, Iccij portus ab occaſu, & Viſtulæ fluvij adverſus Orientem: in latitudinem centum quadraginta octo millibus, maris Germanici Veneticiq;, & Alpibus limitibus circumſcripta, vt non ſolum Franciam Orientalem, ſed Galliam quoque Belgicam, Den Burgundiſchen Kreiß ad huc comprehendat. Ludolph. de Babenberg. *de jure Reg. & imp. Rom. c. 5.* Petr. Denais. *in ju. Cam. tit. 99. verb. contributis Turc. n. 18.* Paurmeiſt. *lib. 2. de jurisd. c. 1. n. 24.* Aimon. *lib. 1. de geſt. Franc. c. 1.* vbi ait, in Hercynia iter novem dierum requiri. At Gallia ne dimidiã circiter Germaniam ſui amplitudine adæquat, vt ipſi dicunt Germani. 3. Italien machen eyn Franckreich/ vnd 3. Franckreich machen eyn Teutſchlandt. Seign. de Pibrac. *la. 1. remonſtr. pag. 46. la Germanie eſt presque trois fois auſſi grande que la France, h. e.* Germania tribus incirca vicibus major eſt Francia. Et tamen 7. parlamenta habet à Philippo Pulchro Anno. 1294. inſtituta, Pariſienſe, Tholoſanum, Burdegalenſe, Gratianopolitanum, Divionenſe, Aquenſe, Rhotomagenſe. P. Greg. Tholos. *lib. 47 ſyntagm. c. 27. n. 6. & 9.* Imò regnum Angliæ non adeò magnum 3. habet tribunalia. Thom. Smith. *lib. 2. de Repub. Angl. c. 12.* Ergò cum Germania & terrarum & litium multitudine ſit ampliſſima, vnicum quin ſufficiat litibus dirimendis
8. judicium impoſſibile eſt. Hæc litium multitudo faciat, vt ordine

novarum

novarum ſubindè magis magisq; cumulato, præfixarum tardiſſimè abſolvatur, & tardiſſimè litium deniq; omnium finalis deciſio extrahatur, dicente Frider. *in ep. ded. lib. 1. pr. Cam. §. de cauſarum.* vbi reſponſum exigit ad objectum, litium multitudine Cameram quidem diſtineri, nec tamen in concluſis lites finiri? Novarum litium occaſio reliquarum occaſum creat, procreat. Natura enim novas deproperat edere formas. Ergò negotia quæ poſt emergunt, lites veteriores retardant: & quia natura novitatibus ſubinde vtitur, ad opus quoq; multarum litium & legum legiſlatorem protrahit. Auth. *de conſang, & vter. frat· l. 2. §. ſed. C. de V. I. E.* Tib. Decian. *in apol. adv.* Alciat. *c. 10. n. 9.* Pruckm. *conſ. 50. nu. 132. vol. 1.* Tertia litium Cameralium 9.
cauſa eſt nimia, & nimis longiſſima dilatio, de qua rectè proverbium, Omne niminium vertitur in vitium. Et P. Greg. Tholos. *lib. 3. de Repub. c. 6. num. 12.* in reddenda, *inquit*, juſtitiâ abuſus verſatur emendandus, quia cotidianus, dum dilationibus, & actis inutilibus prolongatur, vt ſæpè ſatius fuerit re carviſſe, quam victoriam de judicio reportaſſe. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag 44.* conqueritur, 6. 8. 10. imò 12. menſes pro vna dilatione concedi, propter loci diſtantiam. Rutg. Rul. *de comm. lib. 2. c. 9. nu. 6.* ait in cauſa H. Frantzen/ Grafen zu Waldeck & cons. contra Joachim Herrn zu Beuren/ auch H. Ernſten Biſchoff zu Cöllen/ die Herſchafft Nudinghauſzen betreffendt per 17. integros annos poſt decretam 1. dilationem diſputatum fuiſſe. Vigel. *in paradox 9. pag 568.* ait hodiè 20. 30. dilationes dari, easque ex cauſis plerumq; leviſſimis, nec ad probandum ſolum, ſed & excipiendum, replicandum, duplicandum, imò judex poſt concluſum 3. aut 4. annorum dilationem ſibi ſumit ad pronunciandum. Dilationibus, *inquit* Ant. Faber. *lib. 9. Cod. for. tit. 22.* quas tàm multas tamq; ſupervacuas litigatoribus paſſim dari moris eſt, acceptum ferri debet, quarum ſpacia & intervalla vt longiora ſunt, eò magis negliguntur, nec prius curantur, quàm temporis anguſtiæ premunt.

Quarta litium Cameralium cauſa potius cogitanda quàm no- 10.
minanda eſt Diſparitas Religionis, Auß welchem alles nachtheilig Vnvertrawen/ widerwillen/ Krieg/ noth/ vnd beſchwerung erfolget/ vti ſonat litera Des Reichsabſcheides. Anno. 1548. & innvit Sambucus:

Diſsentire pijs fidej de rebus ijsdem
Non licet incolumi ſemper amicitiâ.

Hoc litigioſum Religionis diverſæ diſſidium, omnis mali fomes,

fomentum litibus Cameralibus non exiguum præbet, & ferias duplicatas cauſatur, quas ſi numeraveris, non dimidius reſtabit annus litibus tractandis impendendus.

Lite vacent aures, inſanaq́, protinus abſint
Iurgia, differ opus livida turba tuum.

Hic optima eſt C. Caſſij ſententia de moderatione feſtorum apud Tacitum *lib. 3.* Si, *inquit*, pro benignitate Divis grates agerentur, ne totum quidem annum ſupplicationibus ſufficere, ideoq; oportere dividi Sacros & Negotioſos dies, quibus divina colerentur, & humana non impedirent. Pius IIII. ad S. P. Q. R. ne feriarum accumulatio lites in longum protrahat, ſublatis de medio cœteris ferijs, voluntariè, per vſum vel aliàs, non tamen in honorem Dei introductis, obſervatio tantum coërceatur ad ferias in antiquis ſtatutis expreſſas. *Privil. vrb. Rom. pag. 46.*

Quid facient reliqui, faciant cum talia Papæ?

11. Ne quid dicam, periculoſum eſſe ſub judice ſuſpecto litigare. *c. quod ſuſpicio. 3. q. 5. l. apertiſſ. 16. C. de jud.* Gail. *1. obs. 34. in f.* Cacher. *dec. Pad. 15. n. 5.* quia lites ſine ſuſpicione procedere debent. *d. c. quod. ſuſp. 3. q. 5.* At vbi major ſuſpicio, quàm inter homines diverſæ fidei? *Soſpetto, riſpetto, deſpetto; guaſtano tutto il mondo.* Optandum potius quàm ſperandum vnum Imperij corpus vna Religione vnius Dei regi & dirigi. Schonborn. *lib. 3. pol. c. 11.* Sicut Lutetiæ Pariſiorum inſignia habent: Vnus Deus, vnus Rex, vna Fides, vna Lex. PP. Ribadem. & Oran. *in prin. Chriſt. lib. 1. c. 28.* Kell. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 13.* vbi idem exoptat, Es were wol gut / Das ein glaub / vnd eine Müntze were. Quod cum non ſit, diſparitas Religionis lites parit, inter quas pendentes monaſteriorum cauſæ, Die Kloſterſachen/ lites Camerales non parum
12. remorantur. Reichsabſchied. Anno. 1598. Cauſa ejusmodi remorationis vtrum pax religionis ſit accipienda de omnibus clericis, etiam mediatis? Affirmant Catholici argumento pacis publ. quæ non per omnia æquiparatur pace religionis, Gylm. *p. 1. tit. 3 p. 257.* Secundò, per diverſos pacis religioſæ contextus. §. Dagegen/ ibi: vnd andern geiſtliches ſtandes/ cum verbis: ohngeachtet/ wohin ſie jhre Reſidentz. §. vnd nach dem. ibi: oder eyn ander geiſtliches ſtandes. §. Dieweil aber. & §. Damit auch. Ergò quilibet clericus ſive ſacerdos Catholicus comprehenditur, licet ſtatus non ſit, ſicut & nobiles cum civitatibus mediatis. *Vid* Gilman. *p. 2. tit. 10. nu. 17. vers. mandatum.* Deniq; Camera omnibus

gravatis

gravatis juſtitiam adminiſtrare debet. Ergò & exteris provincialibus, ſicut præjudicia docent, Carmeliten Orden contra Baden / Ottingen/ Hirſchaw. Reichsabſcheid. de Anno. 41. 42. 44. 66. §. vnd nachdem. Protectio non tribuit jurisdictionem Marpurg. *con. 9. nu. 114. vol. 3.* At principes ſeculares habēt tantum jus protectionis ſuper monaſteria, non jurisdictionem. Ergò reformare nequeunt. Hanc litem non attigiſſemus, ſed quia lites Camerales non ſolum retardat, ſed & vltima glorioſi Imperatoris Rudolphi comitia diſturbaverit, reſtitutoriâ bonorum eccleſiaſticorum clauſulâ, cum fructibus ab annis 60. & vltra, vtrorumq; fundamentâ Syncerâ mente allegabimus.

Proteſtantes reſpondent prædicta conſtitutionum verba reſtrictivè intelligenda, de ſtatibus Imperij habilibus, Reichsſtenden/ibi: kein Statt oder glied des Reichs. vt etiam reſolutio anno 55. innuit. Iuſt. Spring. *tr. de pace relig. c. 10. p. 94.* Ius advocatiæ, quod Mundiburdium vocant, juriſdictionem admixtam habet, vſu longævo acquiſitam, quod licet. Roſenthal. *de feud. c. 4. concl. 14. n. 3. & 4.* Gail. *2. obs. 54. n. 6.* vbi jus advocatiæ plus æquo extendi conqueritur, qui abuſus olim Caroli M. ſeculo Balneut dictus. Hoſpin. *de orig. monach. c. 2. verb. obl.* At Religionis exercitium pertinet ad territorium, diſtrictum, & juriſdictionem, cuius ſequela eſt. Gylm. *in Symph. tom. 1. lit. 3. vot. 2. n. 10.* Ergò Evangelici habent jus, & facultatem reformandi. § Damit auch. imò ipſi Catholici conventus, & monaſteria abrogant, & menſæ Epiſcopali incorporant, *contra c. 1. de ſtat.* Greg. Mag. *lib. 7. ep. 40.* Bruſch. *de monaſt. Germ* & Evangelicos perſequendo, lites ſanguinolentas movent, quorum concionatores expulſos, nondum reſtituerunt. Ergò nec monachi tàm facilè ſunt reſtituendi, aut lites monaſteriorum præ reliquis expediundæ. Hæc de diſparitate Religionis, litium, & bellorum cauſa. 13.

Quinta litium Cameralium cauſa conſiſtit in proceſſu, qui lites verè immortales reddit, vt ait. P. Frid. Mind. *in epiſt. ded. lib. 1. de extrah. proc.* & quinque litium Cameralium cauſas recenſet. 1. adſcribit ipſis litigantibus. 2. Advocatis & Procuratoribus. 3. Proceſſui. 4. Cauſarum multitudini. 5. ipſis Iudicibus atque Aſſeſſoribus. Quas, qui volet, videat, nec tamen leviter credat, inquit Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 29.* quia ſunt valdè exoſæ. Priores cùm litigantium, tùm Advocatorum malitias ſatis antè demonſtravimus: Quoad proceſſum videmus appellantem litis protrahendæ gratiâ exhibere grava- 14.

mina Vetero-nova: Appellatum Exceptiones contra devolutionem appellationis, cum annexâ in eventum litis conteſtatione, & ita ſuper ſolo devolutionis aut deſertionis puncto, ſimilibusq; appellationum litigioſarum formalibus, integrum ſæpè vel decennium, vel vicennium, vel tricennium diſputari, teſtes ſunt Gylman. *tom.3 ſupp. Cam. vbi præjudicia tractat. fol. 39.* P. Frid. Mind. *in ep. ded lib. 1 de proc. extrah. Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 13.* Knichen. *in præf. Com. Sax. pag. 12.* vbi ait Camerales pro amplificandâ juriſdictione appel-
15. lationi deferri. Tandem iniungitur Appellato collitiganti, vt libello appellatorio reſpondeat, & quamvis in po. Reſponſionum replicę non admittantur, ſed duobus, vt aiunt, productis lites diſputentur: Sicut etiam maturo, conſilio, litium finiendarum cauſâ modus eſt præſcriptus, ne in dilatorijs vltra duplicationem in peremptorijs verò vltra triplicationem procedatur Cammergerichts Ordnung. *p. 3. t. 26. §.* wo aber *& tit. 29 in f.* Quod ſequitur Elector Saxoniæ. *par. 1. conſt. tit. 8.* Ar. Reyger. *diſp. 4. proc. jud. theſ. 36*: tamen in puncto probationis prorogatio quartæ dilationis permittitur, & pro termino non 6. ſeptimanæ; ſed menſes 8. 10. 12. & vltra propter litium multitudinem conceduntur, qui licet accedat, nondum tamen ordo Procuratorem Appellantis aut appellati tangit; expectandum eſt, illi patienter, huic impatienter. Quia ordo præfixarum Procuratorem vix & nè vix triennio tangit; *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 14.* vbi *coniecturat*, rariſſimè litem per Appellationem ad Cam. devolutam triginta aut quadraginta annis expediri.

16. Proceſſus in litibus ſimplicis querelæ, denegatæ juſtitiæ, mandatorum cum & ſine clauſulâ, æquè diuturnus, ſi non diuturnior. Et ſi concluſum in cauſa propter multitudinem litium & obſervantiam, vt lites prius concluſæ priori loco expediantur raro intra decennium, vicennium, & vltra ſententia ſequi ſolet, quæ litem determinat. Quod ſi ſequatur, ſtatim Reviſio petitur, impetratur: cuius materiâ indies magis magisque creſcente, nullus litium finis, nec executio vnquam miſeris Litigaturientibus ſperanda; imò deſperandum.
17. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 15.* Accedit ſexta litium Cameralium cauſa, quod Aſſeſſoratus officium perpetuum non eſt, ſed cum ſumma ICti dignitas ſit, in ſummo imperij conſiſtorio, & præcipuâ jurisprudentiæ officinâ ſive Academiâ Conſiliarium agere: multi toto quaſi Conatu ad Aſſeſſoratus officium aſpirant, non eo animo vt

perpetuò

perpetuò communi patriæ inſervire cupiant, ſed vt dignitate & rerum experientiâ aucti, maius poſtea vel apud Principem, vel Civitatem imperij lucrum nanciſci poſſint: Ita fit, vt exercitatis ſubinde decedentibus, novisque ſuccedentibus, multæ lites inexpeditæ maneant. P. Frider. *in epiſt. dedic. lib. 1. de proc. extr.* Hoc enim incommodi habet ambulatoria magiſtratus dignitas, vt prius quis decedere cogatur, quam eius, quod didicit, ſpecimen exhibeat. Dion. *lib. 75.*

Et vt crebra victus mutatio in corporibus hominum à Medicis: ita magiſtratuum mutatio in Rebuspub. improbatur. Ariſt. *2. pol 6.* Ioh. Gerhardi *dec. 2. quæſt. pol. 9.* Vnde crebra Aſſeſſorum Cameralium viciſſitudo ordinis ſplendorem nõ mediocriter obfuſcat, de imperio autem nil niſi magnificum cogitandum, ac tanquam numen terrenum aſpiciendus Princeps: maieſtas imperij ſalutis eſt tutela. Curt. *de geſt. Alex. lib. 8.* Vide Politicos, vtrum præſtet ambulatoriam vel perpetuam eſſe magiſtratus dignitatem. Bodin. *lib. 4. de Repub. c. 4. n. 436.* Ioh. Gerhardi. *dec. 2. quæſt. pol. 9.* Huc forſan viſam, quod cum prius deambulatorium eſſet Cameræ judicium, conſtitutum tandem vt Spiræ perpetuum maneret. *lib. 1. ordin. Cam. tit. 45 pr. & lib. 2. tit. 34.*

Septima litium Cameralium cauſſa ex indiſtinctâ appellationũ 18.
receptione. Quamvis enim in dubio pronunciandũ, Appellationem eſſe recipiendam. Bl. *in l. properandum vers. fin. au. C. de jud.* Borch. *de jurejur. c. 9. n. 10.* Attamen lites Camerales non parum exinde cumulantur, atque protelantur, quod appellationes ferè omnes indiſtinctè recipiantur, & inhibitio absque cauſſæ cognitione decernatur. Myns. *cen. 3. obs. 87.* Rob. Lancell. *tr. de attent. p. 2. c. 20. q. 5. num. 169.* Pros. Caravit. *in tit. mag. cur. Neapol. rit. 260. n. 14.* Vnde Knichen *in præf. Comm. ad prin. Sax.* audacter ſcribit, Camerales in deferendis appellationibus promtiſſimos, vtinam in finiendis ex ſemiſſe tam proclives. Et ante eum Cuſan. *lib. 3. de conc. cath. c. 33. & ſeqq.* ſuadet, lites præſertim leviores, in locis, vbi exortæ ſunt, finiendas, nec ad Romanam Curiam, etiam minimas beneficiorum trahendas, vbi ſolum maximæ tractari deberent. Sic enim propter gratias expectativas, omnis ſudor etiam parentum per filias ad Curiam defertur, & nihil reportatur, niſi quod prius in provinciâ habebatur, puta beneficiolum à propriis parentibus datatum, aut charta, ſicut Anglicani fratres conquerebantur.

Aula dedit nobis reſcripta notata papyro,
Et ſine mente ſonos, & ſine corde manus.

Duro di Paſchal. *in aul. pol. thes. 360. pag. 198.*

19. Ita litigantibus in Camera accidit, vt tardiſſimè victoriam de lite cruentam reportent, effuſo omnium bonorum ſanguine h. e. reſcripta notata papyro, quibus jam finem litis aſſecutum gaudent miſeri Litigantes, Dijs etiam gratias agendo publicè: ſunt ſine corde manus, quia collitigantis oppoſitionibus, Reviſione, & alijs modis Executio ſuſpenditur, & judiciorum ſanctitas, juſtitiæ & æquitatis divinitas proſtituitur, illuditur, vti de Camera, & alijs judicijs conqueritur P. Frider. *in ep. ded. lib. 1. de proc. extr, verb. de cauſarum in Cameri pend. mul.* Knichen *in Com. jur. Sax. c. 3. fol. 260.* Litigantibus in Camerâ ſuadet tranſactionem, juxta illud: vtilius macre concordium pingui ſententiâ. Ita Ioh. Petrus Ala. *tr. de Adv. & cauſ. Chr.* obſervavit pauperes Litigatores qui ſummis laboribus, & infinita impenſâ obtinuerunt ſententiam juſtiſſimam, feciſſe naufragium in portu rei judicatæ, & coactos fuiſſe litem deſerere, vel ſuſcipere conditionem tranſactionis iniquiſſimam. Hoccine verum de litigaturientibus in Camerâ? Dolendum equidem in Imperio Chriſtiano ejusdemque Camerâ ſuprema lites ita protelari, quod niſi immutetur, & corrigatur, verendum, ne & judicij illius, & totius patriæ interitum experiamur. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 17.* Rutg. *Ruland. lib. 2. de pro. Cam. in po. Comm. c. 20. n. 2. & 3.*

20. Duo igitur potiſſimum ſunt quæ lites Camerales retardant, Proceſſus longior, vti demonſtravimus, & Actorum relatio tardior. Huius poſterioris cauſa eſt triplex, multitudo litium concluſarum. 2. nimia actorum atque ſcriptorum prolixitas. 3. Cotidiana Aſſeſſorum occupatio, in referendis atque expediendis ijs litibus, vbi vel proceſſus decernuntur vel interlocutoriæ feruntur. Quod cum Litigaturientes ſciant, etiam in litibus definitivis rariſſimè definitivam ſequi ſententiam, lites ex litibus in infinitum prolongant, ita vt nullus earundem finis expectetur. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 31. Id. pag. 18.*

Hic aliqua forſan litium protelandarum culpa Referentibus impingi poſſit, quorum alij ſunt velocioris, alij tardioris ingenij, *vt ait* Anton. Palazzo *par. 3. del gouerno di ſtato c. 25.* alij diligenter, & citius, alij ſuperficialiter & tardius lites expediunt, ſed manū de tabulâ: illud

illud verum, Referentes cum litigantibus colludere, aut ſententias auro vendere non poſſe. Nec enim Collitigantes, neque procuratores ſcire poſſant, quinam ex Aſſeſſoribus in cauſâ ſint relaturi, & exinde fit, vt contra potentiſſimos æque ac contra pauperculum, ſi litem foveant iniuſtam, pronuncietur liberrimè. Frider. *in opi. ded. lib. 1. de proc. extr. verb. cauſam huius rei.* Vide modum referendi in Camerâ apud Til. de Benign. *in apospac. par. 2. num. 1. 2. & 3.* Caſp. Guil. Scipion. *lib. 1. dec. Rot. Spir. 129.* Kellerum *lib. 2. de offi. ju. pol. c. 27.*

Prolongantur etiam lites Camerales aut obitu Referentium, 21. aut quod referens non referat eo tempore litem, quo ordo ad ipſum devenit, ſæpe Mandata, aut nulla, aut inſufficientia lites retardāt, quo minus referendo abſolvantur & expediantur. Ada. Keller. *d. lib. 2. c. 29. ver. 7.* vbi addit, nullitatis ratione protelari lites, quę vel in primâ inſtantiâ, vel in examine teſtium, vel alio actu judiciali committitur. Similiter lites protelantur per intervenientes ſeu intereſſentes, vt in cauſa Flatow contra Mechelburg / Schaumburg contra Hamburgk / & multis alijs. Si quis litigavit per 10. annos, aut 30. ita vt ferè pervenerit ad ſententiam, tum tertius quis ſe intromittit, ratione intereſſe, petitq; ſibi acta edi, quibus lites immortales redduntur.

Denique lites longiſſimè differuntur, cum ad aulam Cæſaris 22. protrahuntur, vt ait Kellerus. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 29. nu. 10.* Cæſar enim committit Commiſſario: coram quo etſi 10. annis lis ventiletur, facilè tamen is nullitatem committit, Ad Imperatorem ergò redit, vt is nullitate pronunciet. Verum vbi ad annos 20. ibi hæſerit, tandem devolvitur ad Cameram, atque ibi ad Annos 10. aut 20. diſputatur ſuper nullitate. Keller. *d. lib. 2. c. 29. n. 10.* Hinc tot exiſtunt querimoniæ publico-privatæ Von den Reichshoff Proceſſen / & lites ita implicantur, retardantur, remittuntur, diſtorquentur, vt hæc Cæſaris, & Cameræ concurrentia ſit vera litium præſentia, quam Gailium, nullis imperij Germani legibus adductis prius ſtatuiſſe ajunt, & vulgus practicorum inſtar ovium & avium ſecutus eſt, ne dum Cameræ plus, quam exercitium jurisdictionis tribuatur, Imperatoris auctoritas violetur, pro quâ potius pugnare quàm contra dimicare debemus vt ait Decian. *con. 19. n. 124. vol. 3.* Gail. *2. de P. P. c. 5. nu. 14.* Matt. Steph. *lib. 2. de jurisdict. p. 1. c. 1. mem. 2. n. 219.* Warem. de Erenberg. *de oner. ſubd. c. 11. n. 40.* vbi ſuadet, ne privatus hanc litem faciat ſuam.

Verè enim Sabbathina eſt quæſtio, quæ publicum concernit ſta- 23. tum,

tum, & arcana Imperij, vtrum Imperator jure præventionis ſeu præeminentiæ in cauſis Litigaturientium commiſſiones decernere poſſit, ad audiendum collitigantes, inquirendum & referendum ſine ſtrepitu judicij & longo litis ſufflamine prætermiſſo Cam. judicio? Nos & Practicorum affirmantium, & Aulicorum quorundam diſſidentium rationes in medium σκεπτικῶς proferemus, & deciſionem ſupremo LL. deciſori relinquemus. Affirmantium ratio I. quod omnis jurisdictio ab Imperatore fluat, & ad eundem refluat, vti ex Oceano flumina. Ergo & lites imperij vi jurisdictionis ejusmodi committere poteſt, levato, vt ajunt, velo. Pacian. *de probat. lib. 2. c. 43. n. 7.* Molin. *in cons Paris. t. 1. §. 1. gl. 5. n. 49.* Pet. Foller. *con. crim. 91. n. 8.* Menoch. *con. 2. n. 7. lib. 1.* Vant. *de null. ex def. jurid. n. 10.* Covar. *pr. qq. c. 1. n. 3.* Al. Valaſc. *de jur. Emph. q. 8. n. 21.* Car. Tarpe. *in rubr. de cont. pri. c. 4. n. 10.* Thom. Gram. *decis. 46. n. 1.* Hie. Magon. *dec. Luc. 30. num. 2.*

24\. II. Concurrens eſt jurisdictio Cæſaris cum Camerâ Imperiali. Ergo 2. jurisdictionibus Concurrentibus, vnâ generali, alterâ vniverſali locus eſt præventioni. *gl. in c. paſtora. Ex. de off. ordin.* Gail. *1. obs. pr. 29. n. 3. & obs. 121. n. 3. per tex. ordin. p. 2. tit. 9. vers. 2. ibi: durch Kayſerlich Mayeſtat.* Heygius. *p. 1. q. 9.* Matt. Steph. *2. de jurisd. c. 1. mem. 2. n. 219.*

III. Quando Princeps tribuit jurisdictionem magiſtratui, cumulativè concedit non privative. Ergò nemo dicet, Imperatorem talem poteſtatem Cameralibus dediſſe, vt non majorem penes ſe retinuerit, & perconſequens Commiſſarios ordinare poſſit, ad decidendas Principum lites. *arg. c. dudum. de præb. in 6.* Fer. Vasqu. *de ſucc. creat. lib. 2. §. 27. n. 88.* Van. *de null. tit. de def. jurisd. n. 10.* Amad. à Ponte. *quæſt. Laud. 24. c. 20.* Ioh. Pet. Surd. *con. 210. n. 56.* Bl. *con. 326. lib. 1.* Rol. à Valle. *con. 1. n. 136. vol. 2.* Natt. *con. 487. nu. 24. lib. 3.* And. Knich. *de jur. terr. c. 1. n. 231.* Menoch. *lib. 2. præſ. 18. n. 28.* Chaſs. *in cons. Burg. rub. 2. §. 1. in gl. vlt. n. 30.* Myns. *cen. 6. obs. 99.* Fr. Acet. *con. 162.* Rom. *con. 393.* Con. Sleiff. *par. 1. ill. not. in par.* Wes. *de jurisd. nu. 28.* Heyg *p. 1. q. 9. n. 18. & 21.* vbi addit, quod à multis annis indifferenter in aulâ Cæſaris recipi, & decidi ſolitæ fuerint lites.

25\. IIII. Subditi nullo modo prohibere poſſunt, ne ad Principem rogationem ferant; nec ipſe Princeps ſibi eam legem dicere poteſt. *l. imp.* Alex. *25. de appell. l. ſi quis. 22. de leg. 3.* Natta. *con. 614. n. 1.* Bodin:

1. de

n. de Repub. c. 10. Pacian. *lib. 2. de prob. c. 43. n. 77. facit ord. Cam. lib. 2. tit. 27.* vbi dicitur, in cauſis, quæ ad Imperatoris cognitionem pertinent, Cameram judicare. Ergò Imperatoris eſt cognitio, neque præſumendum tacitè quicquam ſubtractum. Heyg. *de q. 9. 12.* Hinc Imperator lites ex præventione ad ſe delatas ad Cameram remittere poteſt vt decidat. Gail. *1. obs. 121. nu. 2.* Frider. *in præf. lib. 1. de proc.* Matt. Steph. *d. c. 1. mem. 2. n. 224.* Denique probatur textu Des Reichsabſcheidts zu Worms Anno. 1521. modo 4. Das den klagenden Partheyen erlaubet eynen Vnpartheyiſchen Commiſſarien von Kay: Mayeſt: zuerlangen / vnd fur demſelbigen zu procediren.

Negantium rationes, primò Privilegium Der Außtrag Principibus conceſſum eſſe. At inter 8. vias Der Außtrag præſens non habetur, vt Commiſſarij ordinentur, & lites decidant ſummariè, ſoll laut der Cammerge. Ordnung. gehandelt werden. Ergò Principes privilegijs renunciare nolverunt in Comitijs Auguſt. Anno. 1548. & credere in vniverſum Imperatorem habere concurrentem cum Camerâ jurisdictionem War: de Erenberg. *in veriſimil. c. 11. n. 40.* Gail. *1. obs. 1. nu. 17.* Myns. *1. obs. 89. Ord. Cam. Anno. 1555. p. 2. tit. 4. v.* vnd wiewol Reichsabſcheid. zu Worms. Anno. 1521. Roſenthal, *de feud. concl. 1. n. 30.* And. Rauchbart. *p. 2. qq. jur. civ. & Sax. num. 11.* vbi ex alijs tradidit. Imperatorem non poſſe contra primarum inſtantiarum privilegia Electores & Principes jurisdicendi gratiâ ad aulam evocare vel litium ſuarum dijudicationem alijs delegare vel committere. 26.

II. Judicium Cameræ repræſentat Cæſarem, Iſt der Kay: Mayeſt: vnd des H. Römiſchen Reichs höheſte jurisdiction vnnd Gerichtszwangt in Memor: viſit. Anno. 1556. §. 11. It. Das höheſte vnnd letzte Gericht Reichsab. Anno. 1531. §. ferner. It. das Oberſte vnd letzte Gericht / davon nicht kan appellirt werden. Ergò præventio non habet locum, quia eadem vtrobique eſt jurisdictio Cæſaris, ſub cujus nomine & ſigillo mandata, ſententiæ & decreta emanant. *Ord. Cam. p. 2. tit. 27.* Gail. *1. obs. 29. n. 3.* Gilhaus. *in arb. jud. p. 1. c. 1. n. 25.* Huc facit ratio fundationis, vt Camera privatis litibus inſerviret, & Imperator pub. imperij curis incumberet, & ordinatio, Das dem Cammergericht ſein ſtracker lauff gelaſſen ſol werden. *p. 2. tit. 35.* Gilhaus. *in arb. jud. d. par. 1. n. 24. & 29.* Matt. Steph. *2. de juris. p. 1. c. 3. n. 4.* 27.

III. Qui rigore Contractus jurisdictionem transfert, quoad ſe privativè contuliſſe cenſendus eſt neque præventione vti poteſt. At 28.

Imperator per viam contractus in civilibus præſertim litigijs juriſdictionem in Cameram vniverſaliter tranſtulit. Ergò præventione vti nequit. *arg. c. cæterum. Ex. de jud. c. e re transmiſſa de foro comp.* Cravet. *conſ. 411. num. 31.* Menoch. *2. præs. 18. num. 23.* Gail. *1. obs. pr. 41.* Schrad. *de feud. p. 10. ſect. 2. n. 72.* Roſenth. *de Feu. p. 2. cap. 12. conc. 1. nu. 5. Evarg. p. 3. tit. vlt. §.* ſolches Heyg. *p. 1. q. 9. nu. 14.* Quod affirmantes aſſumptionem negant, Imperatorem & ſtatus Imperij non ſimpliciter contraxiſſe, ſed tantum de forma judicij certi quid conſtitviſſe: illud retundunt clauſulæ: So haben Wir vnß demnach mit den ſtänden des Reichs vnd ſie hinwiderumb mit vns vergleichen. Treutl. *pag. 1. diſp. 1. θ. 5. (e)* It. clauſula Anno. 1555. Der Kayſerlichen Mayeſtett/ vnd des Reichs Ordnung veſtiglich zuhalten.

29. IIII. Reſervatio vnius adducit abdicationem cæterorum. At Imperator ſpecialiter cauſſas & lites majorum imperij feudorum ſibi reſervavit, ſicut & caſum fractæ pacis concurrenter admiſit. In alijs itaque à ſe abdicaſſe cenſetur. *l. cum prætor. 12. de judi. l. quæſitum. 12. §. idem. 42. de inſtr. leg. c. dominus 32. q. 7.* Dec. *in l. 1. n. 21. & ibi* Cagn. *nu. 31. de R. I. Ord. Cam. inſt. vel 7. tit. 2.* Gilhau. *in arb. jud. p. 1. c. 1. nu. 31.* Affirmantes reſpondent. Imperatorem abdicaſſe quidem à ſe alias privatorum lites, quod nolit de ijs ſolus cognoſcere, ſicut de Feudis Regalibus, ſed vt Camera etiam pariter de ijs cognoſcere poſſit, vt ita quidem integra ſit juriſdictio apud Imperatorem, quamdiu in Camera lis nondum ventilari cœpta eſt: præventioni tamen locum eſſe, per quam præventi poteſtas excluſa cenſeatur. Soc. *in c. propos. n. 8. de for. comp. in ant. annot. ord. p. 2. tit.* vbi Imperator juriſdictionem Cameræ excitare dicitur. Heyg. *p. 1. q. 9. n. 35.* Fr. Clapp. *dec. fis. caus. 8. q. 1.* Menoch. *2. præs. 16. n. 1.* Mat. Steph. *lib. 2. de jurisd. c. 1. n. 2. n. 224.* Negantes vulgare apponunt, Exceptionem firmare regulam in caſibus non exceptis. *l. quæſitum. §. denique. de fun. inſt. l. nam quod liquidæ. §. f. de pen. leg.* Cagn. *in l. 1. n. 37. de R. I.* CCræ. Imol. Pan. And. *in c. ex parte. de of. deleg.*

30. Denique mens concedentis juriſdictionem ſemper inſpicienda. At mens Imperatoris non fuit generalem litium concurrentiam introducere alioquin hoc expreſſiſſet, nec vnicū excepiſſet caſum, imò omnes concedentes ſimul eſſent concurrentes, quod abſurdum. Ergò *l. ſi quis §. 1. de pœnis.* Ecl. *c paſtoral. de off. deleg.* Olden *con. 38. col. 5.* Bl. *con. 148.* Gram. *dec. 30.* Matt. de Afflic. *dec. 40.* Alij tribus verbis litem

litem dirimi poſſe credunt, Conncurentiam conducere Reipub. & privatis hominibus, vi potentum oppreſſis: vſu vero magis & facto principum proprio, quam verbis conſtitutionum probari. Pet. Heyg. *p. 1. q. 9.*

Quidquid ſit ex hac controverſâ Cæſaris, & Cameræ Imperalis 31. coucurrentia, & occurrunt lites publicæ, & decurrunt lites privatorum inexpeditæ, donec hi præcurrant & morte præripiantur, lites immortales maneant. Cui funeſtiſſimo patriæ noſtræ malo, niſi benevolentiâ Cæſaris, & correſpondente ſtatuum obædientiâ occurratur, verendum ne plures Provinciæ ab hoc auguſtiſſimo corpore ſe avellãt, ſicut avulſæ ſunt Boruſſia & Livonia à Polonis. Peuc. *5. chron. pag. 1274.* Mechov. *lib. 3. c. 34.* licet Albertus Dux Boruſſiæ à Camera impeali adhuc proſcriptus fuerit. Sleida. *lib. 8. p. 176.* Schonborn. *lib. 5. pol. c. 7.* Helvetia & Belgium. Paurmeiſt. *lib. 2. de jurisdic. c. 4. n. 29.* Metis à Gallis, & aliæ.

Imò de facto omnes ferè hodierni ſeculi Reges atque multi Duces ſe ab imperio Romano ejusdemque jurisdictione ſubtraxerunt. 32. Rex Hiſpaniarum, teſtibus Hiſpanis. Alph. Alpharez. *in ſpec. Rom. Pont. c. 31. n. 2.* Covar. *in c. peccatum 2. par. rel. §. 9. de R. I. in 6.* Gomez. *in §. fuerat. n. 5. Inſt. de action.*

Rex Galliarum, teſtibus Gallis. Chaſſ. *in cat. gl. mund. p. 5. cons. 30.* Duar. *de Feud. c. 1.* Rex Angliæ & Scotiæ. *teſte* Benev. *Strac. de mercat. p. 4. nu. 27. &* Pet. Gilkem. *de præſc. p. 3. c. 6. n. 86.* Rex Poloniæ. Pet. Royzius. *dec. Lituanicâ. 3. n. 3.* Matt. Cuno. *de pact. lib. 1. c. 6. nu. 246.* Reges Daniæ, Norvegiæ & Sueciæ. Laur. Kirchou. *tom. 4. var. con. 17. n. 28.* Dux Sabaudiæ. Claud. de Battand. *tr. de legit. art. 13. n. 34.* Ant. Sola. *ad Comt. Sabau. in proëm. gl. 1. n. 16.* Magnus Dux Hetruriæ. Ról. à Valle. *tr. de Iur. dot. q. 3. n. 4.* Dux Venetiarum & Genvenſis. Ioh. Ceph. *con. 32. nu. 5. lib. 1.* Denique civitates Italiæ, & patrimonium Petri. Car. Sigon. *lib. 4. de Reg. Ita. fol. 100.* Boter. *p. 2. Cosmog. lib. 4.*

Tot tantæque potentiſſimæ provinciæ, melioribus ſine dubio 33. nervis antiquo corpori adhuc cohærerẽt, aut aliquâ ex parte recuperari poſſent (quicquid ſtatuat Alberic. *lib. 1. de jur. bell. c. 23.* quod Imperator non agit ad ea quæ ante ſecula fuerunt imperij) ſi ſupremus omnium Monarcha Imperator Romano-Germanicus ſupremam imperij curam ſolummodo ageret, remotis privatorum litibus atq; malitijs, ad Cameras Sereniſſimæ ſuę Maieſtatis remittendis.

Frider. *in præf. lib. 1. proc. Cam.* Tho. Paurmeiſt. *lib. 2. de jurisdict. imp. Rom. c. 4. n. 52.* vbi refert Exemplum Ottonis Magni, qui totam Italiam & Siciliam imperio reſtituit. Fridericus. I. Daniam Romano reddidit orbi. Ott. Friſing. *lib. 2. c. 21.* Munſt. *lib. 3. Coſmag. c. 24.* Verum enim eſt illud Gallicum: *N'eſtans plus ſoub l'empire, ſe ſont empires.* Schonbor. *lib. 5. pol. c. 7.*

34. Interim Cameram in conſortium imperij aſſumi non præſumitur, ſed ipſi Camerales ſuos principales imperij conſortes repræſentant, & litibus Germ. decidendis vacant: quod ſi lites Ducatuum aut Civitatum ſuboriantur, aut Principum præſcriptiones, meritò ad Cæſarem, tanquam meritiſſimum imperij Caput remittuntur. Sleid. *lib. 24. de* March. Alb. Non enim ea quæ Reipub. ſtatum directè attinent, committenda ſunt ſanctiori conſilio, litibus diſceptandis occupato. Bodin. *lib. 3. de Rep. c. 1.* Hip. à Collib. *in conſil. p. 38.*

35. Has litium Cameralium cauſſas recolligere voluimus, cum ſtudio veritatis, tùm amore Germaniæ, quam mortalis morbus invaſit: cui niſi ſubito ſalutari antidoto ſubveniatur, mors indubiè ſequetur, vt ait Cuſan. *lib. 3. conc. cath. c. 32. de imperio Germanico.* Non animo diſputandi de Cæſaris Majeſtate & Cameræ imperialis poteſtate aliquid dictum, quod nihil aliud eſſet, quam in ſolem ipſum intueri, & detrimentum viſus accipere. Claud. Cantiun. *con. 1. n. 129.*

Qui rebus præficiuntur, melius cogitent, & cogitata forſan media atque remedia ſequentibus explicanda haud gravatim nobis communicent.

Hæc de litigioſis noſtris ſeculi malitijs, & malitioſis ejusdem litigijs atque cauſis.

PAR-

PARTHENII LITIGIOSI

Siue

DISCVRSVS POLITICO-IVRIDICI

LIBER II.

DE REMEDIIS ABBREVIANDA-rum Litium; tàm Generalibus, quàm ſpecialibus, & Specialiſsimis.

CAPVT I.

De Remedijs abbreviandarum litium Præambula. An ſint, & quænam?

SVMMARIA.

1. *Cognitis litium cauſsis Remediorum cognitio facilis.*
2. *Remedia neceſsaria ad retinendam imperij Monarchiam.*
3. *An ſint litium abbreviandarum Remedia?*
4. *Litium principijs occurrendum fuit.*
5. *Plures impoſsibilem litium curationem opinantur.*
6. *Modus expediendi lites non eſt impoſsibilis.*
7. *An lites humanâ prudentiâ præcaueri poſsint?*
8. *Optatur lites præcaveri; ſed fieri impoſsibile.*
9. *Cautio litium conſiſtit in legum coërcitione.*
10. *Diſtinctio inter internas litium cogitationes, & Externas.*
11. *Magiſtratus proprium lites præcauere, & punire.*
12. *Lites ex ignorantiâ non facilè præcauentur.*
13. *Remedia litium Diuina, aut humana.*
14. *Diuinum Remedium à Deo miſericorditer datur.*
15. *Ratio diuini Remedij videtur occulta.*
16. *Requiſitum eſt oratu, vt Deus lites auertat.*

17. *Litigantium ſtulta temeritas, & negligentia.*
18. *Seculum Litigioſum inſequitur ſeculum Epicuræum.*
19. *Formula precationis pro litibus avertendis.*
20. *Humana juris Remedia recenſentur.*
21. *Vigelij Remedium L C. tatio h. e. ſtatus cauſſæ.*
22. *Fabri Remedia, Compromiſſum, & ſeria litis cogitatio.*
23. *Damhouderi 4. litium Remedia recenſentur.*
24. *Iudicium, & cognitio prætoris quomodo differant.*
25. *Remedij ordinarij & Extraor. confuſio lites parit.*
26. *Ordinarium litium Remedium quid.*
27. *Extraordinarium litium Remedium definitur.*
28. *Auctoris incerti Remedia 15. recenſentur.*
29. *Adami Kelleri 7. litium Remedia traduntur.*
30. *Mynſingeri Remedium circa juris civilis prudentiam.*
31. *Magni Pegelij nova Remedia in Vtopiâ ſperanda.*
32. *Ieſſonij Remedium, ut Theologi lites deteſtantur.*
33. *Auctoris Remedia diſtribuuntur, & ſubdiſtribuuntur.*

1. SVPERIORE libro litium tàm publicarum, quàm privatarum ſive forenſium cauſas conſideravimus, generales, ſpeciales, & ſpecialiſſimas: quibus cognitis, facilem Remediorum cognitionem eſſe tradit Ariſtot. *lib. 5. pol.* & Arniſæus *lib. 2. pol. c. 5.* quia à contrarijs deſumi debent, cum contraria ſint contrariorum Remedia. Galen. *in lib. Meth.* Et contrariorum eadem diſciplina atque ratio, *l. 1. de his qui ſunt ſui vel alien. jur. l. vlt. §. vlt. de leg. 3.* Ever. *in loc. à cont. n. 1.* Schrad. *de feud. n. 10. ſect. 14. n. 47.* Weſenb. *con. 3. n. 11.* Sicut enim ad Medicum ſpectat conſideratio & ſanitatis & ægritudinis: Ita politicum intueri oportet, non ſolum quæ peſtes, ſed etiam quæ Remedia ſint, veluti alexipharmaca civitatis. Cas. *lib. 5. polit. c. 1.* & Ariſt. *4. pol. c. 2.* Et ſaltem in eo differunt, quod Medici Remedia longè vivendi: Politici benè vivendi tradant.
2. Hæc omnium neceſſaria Remediorum cogitatio atque cognitio, quibus languidum & morboſum SS. Imperij corpus curetur, niſi tempeſtivè & providè ſuſcipiatur, & malitioſa litium tàm publicarum quàm privatarum peſtis expellatur, verendū ne modo ſinguli homines, domus, familiæ, civitates, regiones affligantur: ſed & Monarchia, ſi quæ ſupereſt, à Principibus Germaniæ, quantum

quantum per imaniſſimorum hoſtium potentiam, & impreſſiones licuit, hactenus poſſeſſa & defenſa, teſte Paul. Merula *2. Coſmog. lib. 1. c 6. circ. f.* ſummo Imp: diſpenſatore ita dirigente, hoc infauſto ſeculo nobis eripiatur, & in alios ſine ſpe recuperandi transferatur, cuius ſumma putatur felicitas Oblivio. *Vid. de Monarch. Rom.* Treutl. *diſp. 1. th. 5. vbi ait, omnes ferè fateri.* Matt. Dreſser. *de 4. Monarch.* Heyg. *par. 1. q. 2. n. 21. vbi* Bodin. *in M. H. cap. 6. & 2. de Rep. c. 6. refellit, qui Monarchiam Germanorum negat.* Nos præambuli loco duo præmittemus. 1. An ſint? 2. Quænam ſint litium abbreviandarum Remedia? Quoad prius, credamus vix & ne vix ſperandum, vt litium materia radicitus evellatur, quarum ſcilicet altiſſimas radices cæca mortalium improbitas, & avaritia multorum animis infixit: & minima ſæpè ſcintilla in maximum exuberavit incendium. Anton. Fab. *lib. 9. Cod. for. tit. 22.* Ariſt. *5. pol. pag. 404.* Scip. Amirat. *lib. 18. diſc. pol. c. 10.* Sicut enim ſumptus, qui ſenſim erogatur, non ſentitur, vt in multis Regnis patet, quæ primò agrum, mox ſylvam, mox aliud quoddam vectigal in cænobia & Sacerdotes contulerunt, donec ſeipſas exhaurirent: ita prima litium cauſa, cui ſine negotio obviam iri potuiſſet, tamdiu latuit, & occulte Reipub. vnum membrum poſt aliud eroſit, donec tandem omnes Remediorum vires ſuperarit. Ariſt. *5. pol. pag. 434.* Sturm. *ſerm. 2. de bello cont. Turc.* Quirin. *in orat. ad Paul. V. & alij litis Venetianæ nuperrimè agitatæ ſcriptores.* Propterea quod Medici ab Ovidio depromſerunt, 3. 4.

Principijs obſta: ſerò medicina paratur,
Cum mala per longas invaluêre moras.

Id ad cauſas litium eò magis trahendum, quod Polyb. credat, altius jam progreſſam ſeditionem, ſicut & litem, eſſe incurabilem.

Litigijs obſta: malè juridicina paratur
Cum lites longis invaluêre moris.

Vnde rectè Tacit. 14. Annal. Sæpè modicis remedijs primi motus conſedere. Cic. 5. Philip. Omne malum naſcens facilè opprimitur: inveteratum fit plerumq; robuſtius. Et AElian. lib. 14. maximo honore putat afficiendos, qui naſcentibus malis occurrere, & ea, priusquam virium ſit facta acceſſio, extinguere ſciunt. Lites vt nunc propagatæ, ceu vites & arbores:

Quæ præbet latas arbor ſpecialibus vmbras,
Quo poſita eſt primùm tempore virga fuit.

Tunc

Tunc poterat manibus ſumptâ tellure revelli,
Nunc ſtat in immenſum viribus aucta ſuis.

5. Ita multi opinantur impoſſibile eſſe, vt infinitis & immortalibus hodierni ſeculi malitijs atq; litibus Remedium aliquod efficax adhiberi poſſit. Optant tantùm eam litigandi formam excogitari, quæ vel repugnantibus litigatoribus poſſit efficere, vt ſpacijs temporum brevioribus lites concludantur. Ant. Fab. *lib. 9. Cod. for. tit. 22.* Plures verò tam malitioſi exiſtunt, & affirmant irrationabile vt lites & maleficia diminui poſſint, quia hac ratione Reipub. gubernatio infinitæ multitudini quæ lites tractat, damnoſa eſſet. Sed hoc nõ minori ſtultitiâ dictum, ac ſi dixiſſent in Repub. morbos eſſe optandos, vt medici multùm lucrentur. Giov. Ant. Palaz. *p. 4. del gouerno di*
6. *ſtato c. 14.* Quamvis itaq; difficile ſit, principium mali litigioſi, præſertim latenter ſubrepentis cognoſcere, & cognitum radicitus exſtirpare: Ariſt. *5. pol. pag. 437.* Tamen modus expediendi lites non eſt impoſſibilis, *il modo di far giuſtitia ſpedita è ditroncar tantè dilationi Sarebbe coſa degna d' eßer meſſa in conſulta d' huomini grandi,* inquit Giov. Boter. *lib. 1. della rag. di ſtato. p. 38. & ſeqq.* Et Antimach. *lib. 3. comm. theor. 35.* judicat, iſtam litium nimis fœcundam fruticationem, & pervicacem luxuriem compeſci poſſe. Valen. Borgias *apud Machiav. de princ. c. 14.* morti proximus in lectulo dixit: Se adverſus omnia pericula, quæcunq; ſibi evenire poſſent, multò antè remedia quæſiviſſe, præterquam adverſus mortem.

Explicatâ igitur quæſtione, vtrum litigiorum ortus ſive abortus humanâ providentiâ præcaveri & impediri poſſit, aliquot litium abbreviandarum Remedia adducemus, Deo ducente & docente. Sicut enim adverſus morbos multa remedia Medici: ita & adverſus lites ſive controverſias civium multa quoq; ICti & Politici, auxilia & remedia repererunt. Giph. *in prol. tr. de jud.* Proinde & nos niſi toti morbo, ſaltem aliquibus particulis remedium apponere experiamur. Scip. Amir. *lib. 12. diſsert. pol. c. 3. in pr.*

7. An lites humanâ prudentiâ præcaveri poſſint, non immeritò dubitatur. Tanta enim perfectio quæ nullas agnoſcit lites ſolius eſt Dei, vt Entis perfectiſſimi, in quo omnes perfectiones exiſtunt. Ordelaph. *ad l. fin. n. 168. de R. V.* Giov. Ant. Pazaz. *p. 3. del gover. di ſtato. c. 24.* Anabaptiſtæ dum perfectionem quærunt, & lites nolunt, rerum omnium confuſionem inducunt, & perfectionis colore totum

Chriſtianum

Chriſtianum orbem nituntur turbare, & evertere, *vt ait*, Zepper. *de ll. Moſai. lib.2.c.5. in f.* Nonnulli ex Philoſophis ſomniant ὅτι πᾶν τὸ κατὰ φύσιν γινόμενον, ὀρθῶς γίνεται, ſed errant ex ſententia Poſſidonij. Seign. de Pibrac *la 1. remonſtr. pag. 41.* Quod ſi enim omnes probi eſſemus, non indigeremus politiâ, legibus, magiſtratibus, litibus, aut earum remedijs, ſicut Ariſt. 8. Eth. 1. ratiocinatur: Si omnes eſſemus amici, nullus eſſet locus IVSTITIAE. Propter hoc enim conduntur ſtatuta, vt humana coërceatur audacia, & inter improbos Innocentia ſecuritate lœtetur. Stat. Polon. *lib. 1. c. 2. a. 3.* Iſidor. *5. Etymol. c. facta. 1. diſt. 4.* Arniſæ. *lib. 1. doct. pol. c. 2. pr.* Optandum quidem 8.
eſſet, nos planè & plenè perfectos fieri, lites ceſſare, & de rebus bonis homines malitiosè litigioſos perſuaderi poſſe: tamen ad ea quæ firmiter ſtatuenda ſunt, non ſatis eſt optabilia eſſe, ſed illud quoque circumſpiciendum, anne vt optantur, ita etiam fieri à nobis poſſint in hac naturæ imbecillitate & imperfectione. Tollatur ergò ex hac vita imbecillitas, tollantur defectus, perficiatur humana natura, nullæ ſint occaſiones ſuſpicionum; ſint deniq; ſyncera & inculpata omnia, ita neque litibus, neque judicijs, neq; jurejurando erit opus. Ierem. Setzer. *lib. 1. de juram. c. 2. n. 32.* At illud eſt impoſſibile, cum homo ſit omnium animantium argutiſſimus vel verſutiſſimus, ſimul & moribus diverſiſſimus, qui naturâ lites amat. Vnde Nazianz. dixit: Hominem regere eſt ars artium, ſcientia ſcientiarum. Chriſt. Ohem. *in diſc. jur. pol. c. 2. n. 42.* Non enim homo homini Deus, ſed lupus, fera beſtia, & quovis angue peſtilentior Scalig. *exer. 33. 189. ſect. 5.* Picolomin. *mor. phil. grad. 1. c. 33. & ſeq.* cuius perfectio in ſummam imperfectionem, & virtus in vitioſitatem degenerauit, Heyg. *par. 2. q. 38. n. 4.* Ergò difficile, imò ferè impoſſibile eſt remedium, modis omnibus præcavere, ne lites vllæ inter homines naſcantur, aut natæ citius abbrevientur. Cautio illa conſiſtit in legum coërcitione, 9.
quam potentia cuſtodit, & exequitur. Oportet enim quod appetitus noxius freno legis teneatur, adulteria, furta, parricidia, rapinæ, & ſimilia delicta cohibeantur, deceptiones, quæ per contractus, pravitates vſurarias, monopolia, ludos taxillorum, & huiusmodi fiunt, eradicentur, tollantur exorbitantiæ, quæ in expenſis nuptiarum, exequiarum, pretioſarum veſtium, & ſimilibus, vt optimè & Chriſtianè monet Cuſan. *lib. 3. de conc. cath. c. 40. in f.* Cyprian. *in c. 23. q. 5.* Antimachiav. *3. com. theor. 35.* exiſtimat, non tàm conſtituendis, & finien-

dis inter ſubditos ortis litibus, quam ne oriantur prohibendis condendas principi leges. Alioqui prompta expeditio cauſarum obliquè multiplicandis litibus occaſionem materiemq; præberet. Ergò vt huic incommodo occurratur, abbreviandis, & radicitus evellendis litibus bonæ leges neceſſariæ ſunt, auctore Lycurgo aut Solone.

10. Hæc cautio ſi diligentiſſimè obſervaretur, forſan aut nullæ aut pauciores eſſent lites: ſed vt ille apud Plautum ait: ſæpè cautor cautus eſt, vbi hęc cautio, ibi alia captio, vbi lex inventa, ibi fraus legis invenitur, & ita lites in infinitum vſque protrahuntur. Giov. Ant. Palaz. *par. 3. del governo di ſtato. c. 26.* diſtinguit inter internas litium cogitationes, & externas. Priorum judex Deus, cum cogitationis pænam nemo patiatur. *L. cogitationis. 18. de leg.* Sed poſtquam ad effectus perducantur, & externæ maleficiorum lites inde naſcantur, ſtatim ſuccidendæ ſunt in herba, vt ait Ariſtot. & armanda jura adverſus delicta, & litigia enormia. Ohem. *in prin. jur. lib. 4. p. 169.* Min. Cels. *de hæret. cap. ſup non affic. Sect. 3. fol. 180.* Heyg *p. 2. q. 38. n. 14.* Sic lites facile præcaveri poſſunt, quę à pravâ hominum voluntate dependent, vt freno legum coërceantur, & puniantur. Oderunt enim peccare mali formidine pœnæ. Pænarum irrogatione lites præcaventur, peccata coërcentur, tollitur improbitas, innocentia conſervatur, conſolatio-

11. nem hauriunt illi, qui injuriam paſsi ſunt. Oldrad. *con. 1.* *Magiſtratus* igitur proprium eſt lites præcavere, pænas infligere *ſontibus, &* hortulanos imitari, herbas tollentes noxias vt creſcant vtiles. Heider. *lib. 3. pol c. 16.* Saxo. *lib. 14. hiſt. Dan.* Ioh. Gerhard. *dec. 6. qq. pol. 1.* Quod ſi parcat malis, nocet bonis, & fovet lites. Camer. *1. med. hiſt. c. 100.* Vnde mos Germaniæ non adeò improbandus, pænas publicè infligi, & cadavera in patibulo relinqui. 1. ne ſuſpicio iniuriæ ſuboriatur contra magiſtratum: omni enim populo ineſt quiddam malignum, & querulum in principem. Lips. *4. polit. 11.* 2. Supplicium inſuper repræſentatum, non mediocriter retundit audaciam & malitiam ſimili morbo laborantium. Philo. *de ſpec. ll ad 6. & 7. præcipit.* P. Heyg. *p. 2. q. 37. n. 38. arg. Gen. 40. verſ. 7.* Sic mendacia ſunt ex voluntate hominum. Ergò ne lites inde oriantur, ita præcaveri poteſt, ſi mendacij pæna exaſperetur: & paupertas hominum ſublevetur be-

12. neficentiâ legum. Lites reliquæ ex ignorantia facti provenientes non facilè præcaveri & impediri poſſunt, quia voluntas in antiquioribus aut propter mortem, aut diſtantiam abſentium dubia eſt, donec

per

per ſigna ad certiorem veritatis intellectum perveniat, tunc lites citius terminari & abbreviari poſſunt. Neque lites ex ignorantia rationum facilè præcaveri poſſunt, ob humani intellectus debilitatem, qui omnium rationem reddere nequit. Si lex ſcripta ſit, ignorantia allegari nequit: ſin minus ſcripta, aut minus frequenter practicata, deciſio litium remittitur ad principem, qui abbreviare & poteſt & debet. Giov. Ant. Palaz. *par. 3. del gov. di ſtat. c. 26.*

Quidquid ſit, mera & vera impoſſibilitas præcavere, ne lites omninò naſcantur, modò natæ litium frequentiæ, multitudini, & immortalitati remedijs ſaluberrimis occuri poſſet. Quod ſi & hoc impoſſibile videatur, ceſſantibus humanis auxilijs atque Remedijs, incipient divina. Sunt enim primò Remedia abbreviandum litium Divina, aut Humana. Divina nobis conferuntur à cauſa prima & abſoluta, nempè à Deo, in cujus manu ſunt mortalium corda & voluntates hominum, qui abſolutâ poteſtate omnium corda & ſtudia, quocunq; volverit, inclinat & dirigit, adeò vt cum ſuos punire volverit, eos non minus litibus & diſſidijs, quàm morbis ac reliquis adverſitatibus coërceat. Cum verò ſuos ad mutuam concordiam, & felicitatem terrenam provehere volverit, ipſorum animos à litium ſtudijs abſterret, & ad fraternam concordiam inducit. Damh. *in pr. rer. civil.* Ioh. Bapt. Magon, *de rect. patroc. rat. c. 61. nu. 4.* Vnde Ant. Sola. *ad conſt. Duc. Sabaud. rub. de jud. gl. 1. verb. ob cauſarum civilium abbreviationem. nu. 4. & 5.* judicat lites eſſe quartum flagellum Dei, quod divitibus applicetur qui peſtem fugiunt, fame diteſcunt, bello triumphant. Hæc eſt divina ratio in ſummo omnium principe Deo conſtituta, quæ cuncta diſponit, vt ait Boëtius, & permittit lites cùm publicas tùm privatas. Sicut vſus eſt Deus Pharonis & Attilæ miniſterio ad plectendum & flectendum, quorum vltimus Dei flagellum dicebatur. Hæc eſt voluntas Dei occulta, vti Chriſtus de diſſidio & excidio Hieroſolymarum dicebat Luci. 19. & 21. Mar. 13. Matth. 24. Hoc eſt vnum & ſummum providentiæ Divinæ remedium, quod à nobis commonſtratur, ſed à ſolo Deo miſericorditer cui vult contribuitur Ioh. Bap. Mag. *d. c. 61. num. 4 ex Damboud.* Ergò non ſufficit litigaturientes putare atque clamare,

13. (margin, beside "Quidquid ſit") — 14. (beside "Divina, aut Humana") — 15. (beside "triumphant")

Sic fuit in fatis tot lites perdere gratis,

quaſi fatalia ſint litigia, & non potius fatualia. Sed & imploranda 16.
eſt potentia Divina, & prudenter optimis medijs atque Remedijs

vtendum. Nullum numen abeſt ſi ſit prudentia, ait Poëta, cui addit Arnis. *lib. 2. doct. pol. c. 5. inf.*

Et ſi perpetuo cœlum clamore fatiges.

In hoc enim litium abbreviandarum remedio divino, requiſitum eſt neceſſarium, vt Divinis & placidis Dei inſtinctibus morem geramus, & obſecundemus, ſic vt ad ipſius mitem inſpirationem corda non obduremus in litibus atque malitijs. Magon. *d. c. 61. n. 4.* Imò Deum cotidiè precemur, vt lites procul à nobis avertat, non aliter atq; peſtem, famem, & bellum, ſicut in hymnis eccleſiaſticis canitur:

Diſſolve litis vincula
Adſtringe pacis fœdera. Item:
Ne litis horror inſonet. Nec non:
Extingue flammas litium.

refert. Hier. Gonzalez *ſuper reg. 8. Cancell. §. 7. proëm. n. 17.* Sicut & in noſtris eccleſijs, pro optata litium difficilium diremptione preces publicæ interponi ſolent.

177 At quotusquisq; eſt litigaturientium, qui de hoc ſalutari & præſentiſſimo litium abbreviandarum remedio cogitat? ita quisq; vivit, vt non aliam vivendi cauſam habere velle videatur, niſi vt litiget, ſic tamen litigat, quaſi ad eum nihil pertineat, ſat citè liti ſe adfuturum exiſtimans, ſi ad alia interim divertat negotia; poſthumam obtentur ſententiam. Ant. Fab. *lib. 9. Cod. for. tit. 22.* O ſtulta litigaturientium capita, helleboro purganda nigro, quæ pro capite cucurbitam, & peponem loco cordis habent, vt eſt proverbium apud Tertull. *lib. 4.*
181 *adv. Marc. c. 40.* Reſipiſcite igitur ò litigioſa hujus malitioſi ſeculi capita, ad Deum omnis concordiæ fontem vos convertite, & eumdem medullitus rogate, vt lites cùm publicas tùm privatas, præſertim à litigioſa patriâ avertat, ne ad Epicuri caſtra pleno curſu contendamus, vt teſtantur annales Eccleſiaſtici, ſeculum litigioſum continuò inſecutum eſſe ſeculum Epicuræorum. Ioh. Gerhar. *in cor. qq. pol. thes. 13.* Religio in omnibus ferè litibus publ. prætenditur, & Regio putatur, vt *inquit* Boter. *p. 2. Cosmogr. lib. 3.* vix hodiè inveniri vllum bellum, vllam ſeditionem, vllam litem, cui non Religio prætexatur, quamquam Scip. Amir. *lib. 3. diſſert. pol. 10.* reſtè oſtendat: *eſſer coſa ſcelerata ricuoprirſi i noſtri diſegni; ſotto il Zelo della religione.*

191 Tu ſumme pacis arbiter, Deus Optime, Maxime, potentiorum pectora ad pacem probè colendam flecte & dirige: diſſolve litis vincula,

culâ, adſtringe pacis fœdera: Tu triſtes inimicitias, ſanguineumq; illud Bellonæ flagellum, lites cum publicas tùm privatas, quibus defœdatur florentis imago imperij, diſcute, & extingue flammas litium: Tu ſub vmbra alarum tuarum nos protege. Sic gratâ mente tuas in omne ævum prædicabimus laudes, & vivemus absq; litibus & malitijs. Schonbor. *lib. 6. polit. c. 40. in f.* Arnis. *lib. 2. doct. pol. c. 5.* monitorij loco ſubjungit Oraculum Sybaritis, quod refert Athen. *12. diſp. c. 6.*

Semper eris felix venerans gens numina Divum:
Donec plus ſuperis fueris venerata virum quem,
Intima ſeditio, tunc & tibi prælia ſurgent.

Hujus ſeculi felicitatem exoptat M. Iacq. Faye. *la. 3. remonſtr. pag. 162:* vt Deus, qui vivendi ordinem antiquitus dederit, nunc benè vivendi largiatur. *Die ſeu propoſa de deſcendendre luy meſme icy bas, à fin d'apporter vn* REMEDE *eſgal, & convenable à ce* DISCORDE: Deus propoſuerat in terram deſcendere, vt inordinationi conveniens Remedium ordinaret. Hæc de primo litium abbreviandarum Remedio. Sequuntur hu- 20
mana, partim à Dei vicarijs Imperatoribus, partim ab alijs hominibus inventa, vt ſunt Remedia & auxilia juris, Cognitio Prætoris, *l. 1. §. 2. de R. V. t. tit. de extr. cognit.* Edictum, Pactum, tranſactio, quibus lites finiuntur. *l. non minorem. 20. C. de tranſact.* Manus militaris, *l. 6. §. qui reſti. de R. V.* Arreſtorum remedium: Imò permittitur interdum, ſed ægerrimè, vt ſuâ quis auctoritate jus dicat, & litem dirimat, *l. 3. C. de pign. l. 9. C. ſol. matr. l. pen. C. de pign. act. l. 2. ex quib. cau. mai. l. ſi alius. 7. §. bellis. quod. vi aut clam. l. 1. de int. act.* Giphan. *in proleg. tr. de jud.* ait, ſe poſſe juris remedia ferè triginta adferre. Nicolaus 21.
Vigelius inter humana litium abbreviandarum Remedia, vnum ſufficere exiſtimat, veram litis conteſtationis explicationem, h. e. verum cauſæ ſtatum indagare, & iſto cognito litis deciſionem maturare. Plurimùm enim ad lites expediendas hæc vna res valeret, vt *inquit* in præfat. *lib. de lit. cont. pag. 533.* Jn dem Richterbüchlein / & alibi paſſim. Hujus operam & Remedium non ſolùm laudat *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p. 74.* ſed & ſequuntur Obrecht. *diſp. 3. de Rei vind. the. 155.* Reuſn *in βραχυλογ. inſt. jur. civ. lib. 4. c. 12. in pr.* Ioach. Steph. *in pol. de mon. c. 18. p. 397.* Goth. *ad Lun. C. de lit. cont.* Galli *inquit*: lors que le proces eſt inſtruit, & preſt à juger: h. e. quando proceſſus eſt factus & proximus ad judicandum. Speck. *cen. 2. clas. 4. q. 15. n. 1.* ait eleganter

 expli-

explicaſſe & declaraſſe Nic. Vigelium. Iurga-valentinus Wyncher. *in diſp. de litis conteſta. c. 3. th. 16.* & Legibus & rationibus adverſari hoc
22. ipſius Rem. oſtentat. Ant. Faber. *lib. 9. Cod. for. tit. 22.* duo vice Remedij tradit. 1. vt Compromiſſi & tranſactionis prius, quàm litis viam tentare litigatores jubeantur. 2. vt quisquis litigandi votum gerere mallet, injunctam ſibi videret neceſſitatem, de lite ſtatim atq; mota eſſet, non niſi tanquam de re omnium maximè maximè ſeria & importunâ cogitandi. Sic enim alterutrum evenire neceſſe eſſet, vt vel tardius, rariuſvé litigandi conſilium hoc metu ſuſciperetur, vel ſuſcepti tàm litigioſi mali executio citius expediretur. Nulla ſiquidem lis tàm longa eſſet, quam non tertio, aut quarto ad ſummum, ne hyperbolici videamur, ſexto ſaltem menſe finitam audiremus. Hæc Fabri Remedia quæ commendat Barth. Muſculus. *clas. 1. ſucc.*
23. *conu. mem. 3. n. 46.* Damhoud. *in pr. civ.* quadrifaria litium abbreviandarũ Remedia ſibi illuceſcere ait 1. Divinum. 2. vt litigaturi litiũ moleſtias, ſumptus & diſpendia prius expendant, quàm litem incipiant. 3. Remedium apud ipſos Advocatos & procuratores conſiſtere arbitratur. Vltimum in ipſis magiſtratibus & ſuperioribus judicibus. Ioh. Bap. Magon. *de rect. patr. rat. c. 61. nu. 4.* Giphan. *in proleg. tr. de jud.* Remedia abbreviandarum litium dividit in publica & privata, vt tranſactio & jusjurandum. *l. 1. de jurej.*
24. Publica litium abbreviandarum Remedia Iuſtinianæa duo ſunt præcipua, Cognitio Prætoris. & Iudicium. Quæ licet confundantur, differunt tamen primò quòd Iudicium ſit Remedium juris ordinarium: Cognitio Prætoria verò extraordinarium. *l. qecunia. 178. §. actionis. 2. de V. S.* Sueton. *in Claud.* alium, *inquit,* interpellatum ab adverſarijs de lite propria negantem cognitionis rem, ſed ordinarij juris eſſe. Vnde in Conſt. Imp. Caroli V. & Ferdinandi, diſtinctio litium in ordinarias, & extraordinarias ſive cauſas cognitionis. 2. Magiſtratus Cognitionis cauſas; judex judiciales ſive ordinarias cognoſcit. *lib. 13. §. 1. de minor.* 3. In judicijs neceſſaria eſt actio, & litis conteſtatio: in cognitionibus non item *l. 24. de minor.* 4. Cauſæ cognitionis non ſunt multæ, ſed judiciorum plurimæ, vt videre eſt apud Hotom. *lib. 7. obſerv. 4.* Noë. Meurer. *lib. 3. de jud. Cam.* Vult. 2. *J. R. 34.* Denique de his, quæ in judicio petuntur, ſententia, de alijs Decretum proferri ſolet. *l. quamvis. 50. de acq. rer. dom. l. 2. C. ſi vt omiſ.*
25. *hered.* Sed hac in re paſſim hodiè in foro peccatur, vbi non obſervatâ cognitionis

cognitionis & judicij differentiâ, ſemper actio ſive libellus admonitionis adhiberi, & ita judicium ordinarium cum extraodinario Remedio confundi ſolet, quæ confuſio litium diuturnitatem parit immenſam. Quamvis enim hodiè ſecundum Iuſtinian. omnia judicia ſint extraordinaria Remedia. *§ fin. Inſt. de Interd. l. pen. C. eod. vbi Donel. n. 15. l. 1. C. de form. & imp. ſub.* Cujac. *5 obs. 17.* Borch. *in comm. Inſt. ad tit. 13. lib. 3. de ſucc. ſubl. quaſi per. bon. vind.* illud tamen intelligendum de formulis ſolemnibus, earumq; impetratione, non quod ordinarium Remedium omnino à foro receſſit. *l. 2. C. de ſent. & interl.* Vult. *2. I. R. cap. 25. num. 18. clem. 2. de V. S.* Giph. *de div. jur. th. 116. & ſeqq.*

Ordinarium litium abbreviandarum Remedium eſt, in quo ſolemnis & legitimus ordo procedendi, formulaq; agendi & litigandi jure veteri obſervantur. *l. 2. §. proinde. 6. de R. I. c. quoniam. 11. de probat.* Ant. Fab. *4. coniect. 7.* Vult. *1. diſcep. ſchol. c. 1. & 2.* Gœd. *ad. l. actionis. 34. n. 12. de V. S.* Hen. Rauchdorn. *in pr. crim. art. 2. vers.* Das gerichte wirdt vielfeltiger. Mar. *p. 10. diſt. 5. n. 1.* vbi definit ordinarium judicium, quod à judice ordinario ſecundum ordinem novo jure præſcriptum agitur. 26.

Extraordinarium ſive ſummarium litium abbreviandarum Remedium dicitur, cum non ex præſcripto ordine, ſed officio judicis per modum inquiſitionis aut denunciationis, vel aliàs omiſſis ſolemnitatibus ſummariè, de plano, & æquitate, ſine ſtrepitu, & longo litis ſufflamine, levato, vt ajunt, velo proceditur. *l. nec quiquam. 9. §. de plano. de off. proc. l. levia. 6. de accuſat.* Sich. *ad rub. de iud. num. 7.* Treutle. *vol. 1. diſp. 12. th. 1.* Vult. *2. I. R. c. 34.* Specul. *de off. jud. §. poſt.* Mar. *in ſpec. diſt. 6. nu. 8.* 27.

Auctor diſcurſus Vom Juſtitienwerck. 15. litium abbreviandarum Remedia tradit. 1. vt lites in reviſione pendentes ante omnia expediantur. 2. Plures Aſſeſſoribus Cam. adjungantur, vt concluſas lites definiant. 3. Proceſſus in omni Inſtantia coarctetur, nec allegationes jurium permittantur, quæ judex ipſe ſcire debet. 4. Leuteratio abrogetur. 5. Appelletionis proceſſus reformetur, ne deducta amplius deducantur. 6. Relationes litium ſemper & vbique in ſcriptis fiant. 7. Proceſſus novus & brevior inſtituatur. 8. Proceſſus Cam. corrigatur. 9. Extraordinaria reviſio cum ordinaria admittatur. 10. Sportulæ ne prohibeantur. 11. Vt litigatores ipſi jurent vnà cum 28.

Advocatis.

Advocatis. 12. Perſonæ, quæ judicijs præficiuntur, diligenter deſendantur. 13. Executio maturetur. 14. lites Criminales citius tractentur. 15. Studium juris faciliori methodo inſtituetur, & continuetur.

29. Adam. Keller. *lib. 2. de off. jurid. pol. c. 29.* ſeptem litium abbreviandarum Remedia tradit. 1. vt litigaturus in primo termino articulos cum annexione Commiſſariorum exhibeat, & ſcripto probatorio renunciet. 2. Si literas cenſuales, vel alia inſtrumenta, vnà cum libello omnia producat, & concludat, ſi bonam foveat litem. 3. Commiſſarij petantur, contra quos excipi nequeat. 4. Si libellus articulatus exhibeatur, lite conteſtatâ reſpondeatur, & probetur, quidquid negatum. 5. Dilationes anticipentur potius, quàm retardentur. 6. Poſt atteſtationes publicatas properet ad concluſionem. 7. Nullitatem proponens, ſimul jura, gravamina, & iniquitatem deducat.

30. Mynſing. in præf. obſer. ad Maximil. Cæſ. hoc repurgandæ juris civilis prudentię Remedium non prorſus incommodum fore putat, ſi Imp. & Septēviri ex multis paucos optent atq; cōſtituant, qui perſpectis diligenter tam varijs qq. opinionibus, ijſque ad æqui boni libram appenſis accedente imperatoriæ Majeſtatis, cæterorumq; imperij ordinum auctoritate pub. tandem ſtatuant, quid pro jure ſervari oporteat, quæq; ſententiæ in judicando, & docendo ſequendæ atque amplexandæ: Sicq; exploſis aut certè repurgatis immenſarum commentatiorum acervis, procelloſisq; contentionum fluctibus ſedatis, veri juris, germanæq; IVSTITIAE ſolidam effigiem poſtliminio reducere moliantur. Hoc Remedium ſequi videntur Treutl. *vol. 1. diſp. 1. th. 2.* Heyg. *ad §. omnes. n. 6. in proëm. Inſt.* Muſcul. *de ſucc. conu. clas. 1. concl. 2. n. 40.* Quod ſi non vacet totam jurisprudentiam in integrum reſtituere, curent ſaltem concilliari diſſidia nimis manifeſta Iurisperitorum, & paucis definiri controverſias, quibus ſcholæ & fora tot ſeculis tumultuantur, infinitasque turbas cient. Myn. *in dict.*

31. *præf.* vbi Deciſiones ad hoc Remedium prodeſſe teſtatur. Denique Magn. Pegel. *in theſau. rer. ſelect. pag. 6.* novam Iuſtitiæ adminiſtrationem fingit, vnde controverſiæ humanæ, juridicjæ & alia, pauciores oriantur & poſtquam exortæ ſunt, juſtè & citò dirimantur. Remedia promittit ſequentia: 1. Iudices, qui lites non poſſint aliter finire, quàm juſtè & citò, ex quorum præſcripto, viſu & auditu omnia agantur. 2. Vt cauſa ſive factum cum circumſtantijs in conti-

nenti

nenti pateſiat, & ſeipſum in lucẽ proferat, citatio non requiratur, ſed pars à parte requiſita compareat. 3. Facto cognito IVS verum, ſeu AEVITAS genuinna pateat. 1. ex naturali cujusq; rei judicio, inſigni ex Dei dono hominum dote *Phil. Comin.* quod naturale judicium totum gubernat mundum. 2. Theoria vera, conſiſtente in tit. ſive præceptis BONORVM & MALORVM, & ex horum gradibus. 3. ex quibusdam conſtitutionibus & legibus. 4. ex conſuetudine. Deniq; pronunciatum citò executioni mandetur. Poſteriora quidem Remedia aliquid poſſent: ſed priora nō facilè ſperanda, niſi in Vthopia. Mirum, *inquit* War. de Erenb. *lib. 2. de fœder. c. 1. nu. 48.* quid homini de ſchola Roſtochiana Magno Pegelio in mentem venerit, dum inter alia arcana venditat & offert luminib⁹ mundi, litium Remedia in theſauro rerum nondum reperto.

Ioh. Ieſſenius à Ieſſen in epiſt. quadam dedicat. ad Illuſtriſſimum Pomeraniæ Ducem PHILIPPVM poſt multas de litibus querelas Remedium ſuggerit, ſi ſacri Rhetores, pro ea quâ valent meritò apud populum auctoritate, commonitionibus ſuis exitioſum hunc forenſium conflictum atrum cunctis redderent & exoſum. 32.

Hæc ſunt litium abbreviandarum Remedia, quæ ab alijs tradita hucusq; vidimus. Nos eadem diſtribuemus in illicita & licita, tàm litium publicarum quàm privatarum. Hæc rurſum in Generalia Ethico-Politica, Theorico Practica, & ſpecialia. Specialia litium abbreviandarum remedia ſunt aut Curativa, vt Compromiſſum; aut præſervativa, quæ conſiſtunt in remotione cauſarum lites procreantium & protelantium. Nam & præſervationem ad Curationem ex parte redigit Galen. *11. Meth. c. 2. in f.* Arniſæ. *lib. 2. doct. pol. c. 1.* Et remotâ litium causâ, removetur effectus. *c. cum. ceſſante. de appel. c. cum infirm. de pœn. & remiſſ.* Cothm. *reſp. 1. n. 589.* 33.

CAPVT II.

De illicitis litium abbreviandarum Remedijs,
Monomachiâ, ſive ſingulari litium certamine,
Polonorum Rokosz, Obſtagijs, & Repreſsalijs,

SVMMARIA.

1. *Illicita litium Remedia poſſunt eſſe varia.*
2. *Singulare litium certamen quomodo vocetur.*

Ll 3. *Germani*

3. *Germani armis lites finiebant, quod* Kampffrecht *dicitur.*
4. *Moſchoviâ, Angliâ, Daniâ lites armis finiuntur.*
5. *Exempla litis per duellum deciſa.*
6. *Ratio huius Remedij ab eventu belli ſumitur.*
7. *Inter Teutonicos circulo facto lites dirimuntur.*
8. *Singulare litium certamen violentum, & fortuitum.*
9. *Vindicta juſta legitimum eſt Remedium.*
10. *Fortuitum, cum vincatur is, cuius lis juſtiſſima.*
11. *Furioſum eſt Remedium, quo Deus tentatur.*
12. *Hoc Remedium ſub conditionibus revocatur.*
13. *Ganerbij qui, & eorum malitia fuit Coërcita.*
14. *Optatur vt primus in campo lites decidat.*
15. *Polonorum Rokosz quid, & quomodo caſtigandi.*
16. *Poloni* ἀπὸ τῦ πολέμυ *aut Pol. h. e. campo in quo lites decidebant.*
17. *Litium deciſio penes Reges, quibus Epiſcopi & Palat. detraxerunt.*
18. *Tribunalia Polonica vtuntur jure Saxonico.*
19. *Poloni olim Magdeburgum appellarunt, nunc ad Comitia.*
20. *Woje Woda, & nuncij terreſtres in Pol. qui ſint.*
21. *Comitia Pol. lites pub. & privatas expediunt.*
22. *Mala juſtitia adminiſtratio cauſſa tumultuum & ſeditionum.*
23. *Rokosz, Remedium barbarum, eiusdemq; origo.*
24. *In tumultu Remedium quarere eſt turbatam aquam piſcari.*
25. *Vulgus & multitudo nihil pacificum conſtituit.*
26. *Lites non arma, ſed ſapientum conſilia tollant.*
27. *Obſtagium* Die Leiſtmanung *quid ſit.*
28. *Obſtagium conſtitutione imperij prohibitum.*
29. *Obſtagium lites accumulat, non abbreviat.*
30. *Repreſſaliæ quid? dicuntur & Witernamium qſ:* weiternemen.
31. *Origo repreſſaliarum vnde primò venerit.*
32. *Repreſſaliæ ſunt juri ſcripto contrariæ.*
33. *Iuſtitiæ denegatio in Repreſſalijs requiritur.*
34. *Repreſſaliarum Remedium contra juris ordinem.*
35. *Repreſſaliæ ſui naturâ iniquæ ſunt.*
36. *Impp & Reges Galliæ repreſſalias abrogarunt.*
37. *Repreſſaliæ intra belli fines coërceantur.*
38. *Indiſtinctè Repreſſaliarum Remedium improbatur.*

LITIVM abbreviandarum remedia diſtribuimus in illicita & licita. Illicita litium abbreviandarum Remedia poſſunt eſſe varia, imò naturæ contraria, ſicut eques Romanus è Vocontijs litigans apud Claudium principem, in ſinu ovum anguinum ideò ſecum attulerat, vt magicis certè illicitis, omnibusque alijs potius artibus, quàm IVRE & LEGE in judicio litem vinceret. Quod ſcelus graviſſimum Claudio viſum eſt, vt inquit Plin. *lib. 29. c. 3.* Theod. Zvving. *vol. 18. theat. hum. lib 5. verſ. litigatorum iniuſtorum.* M. Iacq. Faye *la 6. remonſtr. pag. 229.* Sed ea referre tædioſum, ne dicam periculoſum foret. Nos inter illicita litium abbreviandarum Remedia referemus primò Monomachiam, ſive ſingulare litium certamen, quo ſecum decertabant ſoli litigantes extra periculum reliquorum civium, Latini duellum, Galli querel, Itali queſtione, Germani kampff vocant, à campo, vbi communiter fieri ſolebat. Vit. Amerb. *in ann. ad Conſt. Card. conſt. 34. fol. 64.* Godelm. *lib. 3. de lam. mag. & venef. c. 5. n. 9.* Varro *lib. 6. de ling. Lat.* Tholos. *lib. 48. Syntagm. c. 16. n. 1. & ſeqq.* Heiminsf. *tom. 1. Conſt. Imperial. pag. 237.* vbi refert ordinationem des Kampffrechts. Hoc litium abbreviandarum remedium apud pleraſque gentes vſitatiſſimum fuit, & adhuc eſt. Bodin. *lib. 5. de Repub. c. 1.* auctor eſt, Septentrionales populos VI & ARMIS ſubditos, ferè in officio continere; Auſtrales religionis ac numinis metu; Cæteros Æquitate, & imperio rationis. *ſeq.* Zepper. *de ll. Moſai. lib. 1. c. 11.* Sic apud Germanos veteres receptum fuit lites armis finire. Alc. *lib. 2. parerg. c. vlt. & conſ. 132. col 3.* Gilm. *tom. 2. ſuppl. Cam. p. 1. vot. 15. n. 9.* Ratio, quia Germani belli-potentes magis, quàm ſapienti-potentes eſſe voluerunt, vt Ennius de ſuis loquitur. Heig. *p. 1. q. 7. n. 32.* Kampffrecht iſt bey den Teutſchen in ſpännigen/verworren/ vñ zweiffelhafftigen ſachen von jeder Welt her in Gerichtlichem brauch vnd vbung geweſt/vnd iſt auch keine Keyſerliche oder Königliche Satzung zu finden/in welcher das Kampffrecht abgeſetzt. Was in der Hoffzerichts Ordnung zu Rotweil *p. 5. tit. 3. §. 3.* von prohibition des Kampffrechts geleſen/ iſt per incuriam auß dem randt in den text geſetzet. Iackier Pol. in prompt. juris ait, duellum abrogatum iure municipali. *art. 33.* Sed illud intelligendum de Ruſticis, welche des Kampffrechts nicht fehig. Kampffrecht iſt noch anno 1450. im Hoffgericht zu Rotweil Gerichtlich erkandt/zu Würtzburg/ Anſpach/vnd mehr Orten in Francken gebreuchlich. Heiminsf. *tom. 1. Conſt. Imp. p 315.* vbi teſtatur

4. ſtatur ſe vidiſſe. Sic in Moſchovia lites armis finire adhuc vſitatum eſſe referunt Bodin. *lib. 4. de Repub. c. vlt.* & Schonb. *lib. 6. pol. c. 73.* Sic Angliæ conſuetudine invaluit, vt tribus potiſſimum modis ſententiæ, quæ ſummum litibus finem imponunt, pronuncientur: In comitijs Parlamentarijs, in certamine ſingulari, & in jucidicis conventibus. Thom. Smith. *lib. 2. de Repub. Angl. c. 6. & 8.* Sic in Dania olim Fronto Rex legem tulit, vt omnes controverſiæ, & lites duello finirentur. Saxo Gramm. *in hiſt. Dan.* qui libro 14. teſtatur, Suenonem lites non prudenti judicio, ſed athletarum robori commiſiſſe.
5. Theod. Zvving. *vol. 14. theat hum. lib. 3.* Exempla litis per duellum deciſæ apud Cuiac. *ad tit. 4. feud. 1.* Hotom. *ill. qq. 3.* Borchold. *de feud. c. 7. n. 50.* Tiraq. *de jure primog. q. 40.* Gramm. *dec. 1. n. 14.* Adferuntur etiam exempla Davidis & Goliath. *1. Sam. 17.* Artaxerxis & Cyri, qui ad ſingulare certamen vſq; provecti regnandi libidine. Dio. Sicul. *lib. 14.* Menelai & Paridis. Homer. *Iliad. γ.* Horatiorum & Curiatiorum: Edmundi Anglorum, & Canuti Danorum Regis. Pol. Virgil. *lib. 7. hiſtor. Angl.* Hundiugi Saxoniæ, & Rohei Daniæ Regis. Krantz. *lib. 1. Saxon. c. 4. & 22.* vbi addit exemplum Arioli Succiæ, & Frovvini Iutiæ Regis. Caroli 9. Succiæ Regis, Chriſtiano 4. Daniæ Regi in primordio belli adhuc vegetantis, duellum offerentis vt interim taceam. Imò pro nuptijs duella olim fiebant. Krantz. *lib. 1. Dan. c. 22.* Godelm. *lib. 3. de Mag. lam. & veneſ. c. 4.* vbi putat fabulas Amadiſiacas exinde ortas.

Hoc ergò Remedium antiquitus vſitatiſſimum fuit in litibus tàm publicis quàm privatis, tàm criminalibus, quàm matrimonialibus. Cui. *in c. vn. de Feud. lib. 1.* Et hoc noſtro litigioſo atque malitioſo ſeculo aliquatenus reviviſcere videtur, ἰσχυροδίκη, quaſi extremis morbis, extrema exquiſitè remedia optima ſint. Hipp. *lib. 1. aph. 1. aph. 6.* Brech. *in l. habere. 188. §. cautè. n. 9. de V. S.* Hering. *de fidej. c. 13. n. 16.*

6. Rationem huius Remedij adducunt ab eventu belli, qui velut æquus judex, vnde jus ſtat, ei dat victoriam. Liv. *lib. 21. Camer. 2. med. 3.* II. minori Reipub. jacturâ fieri, vt duo tantum pugnent & litigent, quàm vniverſa civitas aut provincia ſanguine civili perfundatur, & ita è duobus malis minus eligatur. Arnis. *lib. 2. doct. pol. c. 5.* Deinde ſi totum exercitum in bello confligere peccatum non ſit, quid vetet ſolum cum ſolo manus conſerere, & litem definire? Vnde Frid. I. Imp.

de pace

de pace ten. §. ſi quis hominem. & ſeqq. certis in caſibus duella permittenda putat, quod & fieri ex vſu Reipub. eſſe cenſet gl. Feud. *§ iniuria. de pac. jura. fir. §. non eſt. de al. feud. pat.* quamquam legibus ea præſcribi non oportet. Multa enim vel ex neceſſitate, vel boni publici causâ permittuntur, quæ aliàs non probarentur.

Quidquid ſit, in publicis litibus abbreviandis hoc Remedium aliquando permitti poſſe concedimus jure belli, ſicut inter Teutonicos circulo militum facto Dux omnibus ſimul auditis ſolet dirimere lites. Hort. Cavalcan. *de brach. Reg. p. 1. n. 278. Vid. Conſt. Imp. anno 70. Spiræ tit.* Rom. Keyſ. May. Reuterbeſtallung. Von beſtallung des feldes/ vnd ernewertem Reuterrecht. Ita Scabini Lipſenſes olim pronunciarunt, homicidium impune eſſe, jure inter nobiles Miſnicos vſitato, ſive militari, nach Ritterrecht. Dan. Moller. *p. 4. conſt. Saxon. 10. num. 11.* Et Fridericus I. in legibus Caſtrenſibus an. 1158. ſtatuit, vt nec miles, nec ſerviens litem audeat movere. Quod ſi alter cum altero rixatus fuerit, neuter debet vociferare ſigna caſtrorum, ne inde ſui concitentur ad pugnam. Quod ſi lis mota fuerit, nemo debet accurrere cum armis, ſed indutus loricâ, ſcuto, galeâ, ad litem non portet niſi fuſtem, quo dirimat litem. Heiminsf. *tom. 1. Conſt. Imp. pag. 64.* 7.

Quidquid, inquam, ſit in publicis: quoad privata hoc finiendarum litium remedium, vt violentum & fortuitum omninò improbamus. Violentum: quia nemo ſibi χειρῶν νόμῳ jus dicere poteſt. *l. 13. quod met. ca.* vbi ICtus ait, optimum eſſe, vt ſi quas putas te habere actiones, actionibus experiaris. Ioh. Koppen. *q. 51. n. 12.* Idem noviſs. *Conſt.* Wormat. anno 1595. circa *f. 1. art.* Wer zum andern zuſprechen vermeint/ der ſoll ſolches thun an den Enden vnd Gerichten/ da die ſachen hievor/ oder jetzo in der ordnung des Cammergerichts zu Außtrag vertheidig ſein/ oder Künfftlich werden/oder Ordentlich hingehören. Lud. Rom. *con. 71. n. 6.* vbicunque ſuppetit remedium juris, ceſſare debet via facti. Coler. *de proc. execut. lib. 1. c. 5. n. 32.* Quid enim à bellica confuſione pax tranquilla diſtabit, ſi per vim litigia terminentur? inquit Theod. Gothus in edict. Heiminsf. *tom. 3. Conſt. Imp. pag. 54.* Non enim ferenda ἀναρχία, ne oriatur tumultus ex hoc prætenſo litium abbreviandarum Remedio. *l. non eſt ſingulis. 176. de R. I.* Obrecht. *tr. de conc. & form. lib. c. 11. n. 7. & 8.* Airer. *p. 1. proc. hiſt. c. 1. obs. 4. per tot.* Sic Raotaris Longobardorum Rex tàm ferino remedio nunquam vtendum putavit, ne medicina ſit aſperior malo, quod fieri non debere Tac. 8.

docet,& ex eo Han. Scotus *in com.* Scip. Amir. *lib. 3. diſc. 2.* Dan. Moller. *p. 4. conſt. Sax. 10. n. 11. & 12.* vbi ait, nemini ſuaſerim, vt illi fidat juri, quod nonnulli Fauſtrecht dixerunt.

9. Non verò ad illicitum litium abbreviandarum remedium hoc referri poteſt, vt, ſi quis dicat, ego me vindicabo, Ich will mich an dir rechen / ich will das eyfern / ich will mit dir zu thun haben / ich will dirs gedencken / vnd dergleichen / quia verba eiuſmodi capiuntur in bonam partem, intelligendo ſcilicet de vindicta juſta, quæ fit mediante juſtitiâ. Bl. *con. 98. col. 2. vol. 1.* Alex. *con. 188. col. 3. vol. 7.* Hipp. *con. 132. n. 17.* Tib. Decian. *con. 4. n. 34. vol. 3.* Alciat. *reſp. 8. n. 3. lib. 7.* Hier. de Laurent. *dec. Rot. Avin. 89. n 1.* Vin. Caroc. *dec. 46. n. 5. per gl & Dd. in l. 1. C. de his quib. vt indig.* Et ita facultates juridicæ in Saxonia anno 72. reſponderunt, iſta verba nullo modo pro diffidatione, für vehde oder Drawwort eſſe habenda, cum interpretatio in re dubia fieri debeat in meliorem partem. *c. eſtote. ext. de R. I. l. proximè. §. ſed in re dub. de his quæ in teſt. del.* Georg. Monr. *in tr. de venat. p. 1. c. 1. n. 56.*

10. Fortuitum eſt ſuperius litium abbreviandarum remedium, quia fieri facilè poteſt, vt vincatur is, cuius lis eſt juſtiſſima, & tamen cædes fiat. *c. ſignif. ex. de purg. vulg. c. conſul. 2. q. 4.* Schonborn. *lib. 6 polit c. 23.* Ergò propter cædes omninò ſublatum eſt jure Canonico tàm quoad lites publicas, quàm privatas. *c. Monomachiam. 2. q. 4 c. cura ex. de purg. vulg. c. vn. §. ſanè de torneam.* Sigon. *lib. 11. hiſt. Ital.* item legibus Neapolitanis, ſtatutisq; Hiſpanorum. *tit. 32. de pug. Subl.* Pet. Bellug. *in Spec. tit. 26.* Imò torneamenta ipſa ſunt prohibita, quamvis non ita periculoſa & fato ſubiecta vti hoc litium abbreviandarum remedium. *c. 1. & 2. de Torneam. lib. 5.* Godelm. *lib. 3. de mag lam & venef. c. 4. n. 32.* Tholos. *lib. 48. Syntagm. c. 16. n. 4.*

11. Nec eſt, quod hoc litium abbreviandarum remedium reſtringamus ad probationem rei occultæ, vel purgationem criminis, aut conceſſionem principis, ſed omninò illicitum eſſe ſtatuamus, quo Deus tentetur. *c. 1. ex. de purg. vulg. vbi CCtæ.* Cagnol. *de R. I. n. 17.* Fr. Hotom. *diſp. feud. c. 45.* vbi furioſum vocat remedium. Wes. *de feud. c. 17. n. 13.* Lamb. Danæ. *lib. 2. Eth. Chriſt. c. 13.* vbi ait, neque propter principis conceſſionem excuſari Monomachiam, quia hæc non eſt juſta, & à Deo conceſſa litium & controverſiarum noſtrarum finiendarum ratio, neque etiam noſtræ innocentię probatio, cum in duello poſſit adverſarium ſuperare, qui re ipsâ, & coram Deo reus eſt.

Ergò

Ergò multò minus qui ſine decreto principis hoc litium abbreviandarum remedium vſurpat, excuſatur. Pet. Martyr. *in 1. Sam.* Bernh. *ep. 39.* Godelm. *lib. 3. de Mag. lam. & venef. c. 4. n. 30.* Hoc litium abbre- 12.
viandarum remedium cum ſit illicitum, dubium, periculoſum, non eſt quod in forum revocemus, vti revocavit Philippus Pulcher. Bodin *lib. 4. de Repub. c. 7.* aut certas præſcribamus conditiones: 1. à ſummo magiſtratu indici. 2. calumniæ juramentum præſtari. 3. judicem vti præſidem duelli adeſſe. 4. pignoris loco quid adferri vel chirotecam. 5. de ſimilibus armis conventionem fieri, 6. & tandem ſilentio per præconem impetrato poteſtatē decertandi & litem finiendi permitti. Guid. Papæ *dec. 617.* Godelm. *d. c. 4. n. 27.* Multi quidem hoc litium abbreviandarū remedium poſtliminiò reverſurū vaticinātur, plures ſcribunt, plurimi exoptant. Sub id enim tempus Cam. Imperialis inſtituta fuit, quo ἐγχειροδίκῃ noch Fauſt vnnd Kolbenrecht ferè omnia ab inſolentioribus agerentur, quæ cum non ſufficiat litibus Germaniæ decidendis; verendum ne ad jus Monomahiæ aut ἐγχειροδίκησ pedetentim relabamur. Illo tempore, Da das Fauſtrecht im 13.
ſchwang gangen/Ganerbinatus in vſu fuit, quaſi Gang/oder geh erben/ſive à communione heredum, quaſi gemeine Erben ὁμώνκατνοι, qui cum ſuis in arcibus non ſatis tuti viderentur, vicinorum clientelam expetiverunt, & certas leges ſibi fecerunt, Der Burgkfried. Rittersh. *1. par. feud. 17. p. 257.* vbi aliquot exempla arcium Ganerbicarum recenſet, quibus Gelnhauſim adnumerat. Pautmeiſt. *2. de jurisd. Imp. Rom. c. 8. n. 68.* Sed auctâ illorum potentiâ cæperunt alios opprimere quorum tamen improbitas & malitia publ. Imp. Conſt. coërcita eſt. Worm. An. 1495. Aug. anno 1500. ſub Maximil. 1. & inſertum Ordinat. Cameræ an. 1555. *p. 2. tit. 13.* Schonborn. *lib. 2. pol. c. 13.* Eiusmodi ſocios, die Strauchräuber/ ſuſtulit in Pomerania Bogislaus Magnus, heros nunquam ſatis laudatiſſimus. Hoc ἐγχειροδίκης jus ſi poſtliminiò revertatur, verendum ne ICtorum, quem & clericorum auctoritas exitum ſit habitura. Nic. Vigel. *paradox. 9. in f.*

In aula Siculi ferè omnes exoptant jura tolli, & armis lites deci- 14.
di, vt innuit Pruckm. *p. 1. cons. in præf.* Adam. Kell. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 25. in f.* Mich. Montan. *lib. 3. exper. pol. c. 13.* exoptat, vt primus quisque in campo occurrens lites decidat & abbreviet, vti in nonnullis accidit provincijs. Hoc vaticinium, hæc ſcriptio, ſive LL. proſcriptio, hoc votum ſi obtinerent, Tiberiana exclamatio de populo Rom:

Rom. ſequeretur: O homines ad ſervitutem natos, nempe in fatis erat enervari populi potentiam, & litibus & malitijs, quam tot annis obtinuerant, inconcuſſam & vegetam. Schonborn. *lib. 4. polit. c. 33.* Vid. Alciat. *de ſing. certam.* Camerar. *2. op. ſub. c. 19. 20. 21. &* Auctores *in tract. defens.* vbi Zoann. fortitudinem Germanorum laudat. Miſſo igitur hoc illicito litium abbreviandarum Remedio, Divinum potius imploremus auxilium, vt lites tam pub. quam privatas, procul à nobis avertat, vel ſemel obortas in melius vertat, terminet.

15. Huic non abſimile eſt Polonorum Rokosz, quod cũ non omnes intelligant, paucis explicabimus, & originem, & progreſſum. Eſtque nihil aliud quam conſultatio militaris, in qua armati de ſumma rerum in camporum amplitudine, ſine Rege, ſine Senatu, ſtatuunt. Nulli quidem nationi, nec huic nobiliſſimæ injurius eſſe volo, quod forte videres, ſi quæ Polonorum vicinus, Ditmarus Epiſcopus Merſepurgenſis, ex illuſtri Saxonicorum Principum familiâ ortus ante 500. annos de Polonis ſcripſit, huc transferrem, Nam populum illum, & more bovis eſſe paſcendum, & tardi ritu aſini caſtigandum, & ſine pœna gravi non poſſe cum ſalute principis tractari, *ait Ditmar. lib 8. Chron.* Guil. Barclai *lib. 4. cont. monarcham. cap. 13. inf.*

16. De vulgaribus hominum moribus forſan loquitur, qui Kmethanes aut Chlopti appellantur, & ſub durâ conditione ſunt, *vt ait Ren.* Chapp. *lib. 3. de domin.* Treutl. *vol. 1. diſp. 2. θ.. 2. (c)* Reliqui altius ſpirant, pro libertate tanquam aris & focis dimicant, nec admittunt dominium durum aut dirum. Sicut enim omnis Reſpub. duobus quaſi fulcris & fundamentis nititur, pace ſcilicet & bello: ita rebus in bellicis præcipuam gloriam ſitam eſſe putaverunt Poloni, quaſi Polemonij *ἀπὼ τῦ πολέμυ*, ſive à bello dicti, ſeu potius à Polonico Pol, hoc eſt campo, in quo dimicabant, & lites decidebant.

17. Cumque aliquando à litibus publicis ſive bellis externis otium eſſet, atque prudentiores, ſi nullis LL. nullis certis judicijs effrena malignantium & litigaturientium multitudo cohiberetur, facilè bella civilia ſuboritura conjectarent, Regem primò, vt omnes provincias obiret, atque jus vbique exerceret, & privatorum lites decideret, impulerunt. Huic Regis auctoritati plurimum poſtea detractum tàm per Epiſcopos quàm Palatinos, adeo vt Chriſtina Cæſaris filia, Vladislai. I. vxor, jam tum dixerit: Summum illud jus & auctoritatem Monarchiæ in Poloniâ vmbratilem eſſe, Cromer. *lib.*

t. de Mag. Polon. & Stanislaus Orichovius *in orat. ad procer. de LL. Pol:* Rex, *inquit*, Poloniæ nihil aliud eſt, quàm os quoddam regni veſtri, vobiſcum conjunctum, libero ac legitimo veſtro ſuffragio, vt is prorſus nihil agat, nihil moliatur, ac ne loquatur quidem, niſi id quod ex intimo ſenſu veſtro publicè ſit profectum. Arniſæus. *lib. 1. doct. pol. c. 8. adde lib. 1. ſtatut. c. 1. & lib. 9. c. 3.*

Epiſcoporum qui in rudibus illis animis Chriſtianam fidem 18.
plantaverunt, præcipua auctoritas erat, quorum judicio & conſcientiæ Poloni plurimum tribuebant. Illi Regibus ipſis jus dicebant, & lites tam publicas quam privatas, tam belli quam pacis negotia, vt-more divinæ voluntatis interpretes, decidebant: Non aliter atque Druides apud Gallos, ſi quod facinus admiſſum, ſi cœdes facta, ſi de hæreditate aut finibus lis erat, decernebant, Aymo. *lib. 1. de geſt. Franc. c. 6.* Sed poſtea cum lites vnà cum populo creſcerent, & Epiſcopi gravatim moleſtos judiciorum labores ſuſciperent, judices in ſingulis provincijs conſtituti, & lites graviores ad Regem deferebantur, quibus cum ſatisfacere non poſſet, judicia Tribunalia fuerunt inſtituta, in quibus lites privatorum deciderentur, & Teutonico jure vrbes & oppida regerentur. Sigism. *3. in confirmatione juris Municip.* Des Sachſenſpiegels vnd Weichbildes / quo jure Poloni vtuntur, non coacti ſed liberè. Treutl. *vol. 1. diſp. 1. th. vlt.* Pet. Heyg. *2. q. 17. n. 44.* vocantque Culmenſe. Fr. Romanus. *in qq. illuſt. ad tit. ext. de jud. c. clerici. ibid. par. 13.* Barth. Muſcul. *de ſucc. conven. clas. 1. mem. 2. concl. 1. nu. 189.* Hinc etiam provocatio non tam ad Regem quam Conventus Regni, pro litibus terminandis, dirigitur. Quod enim *lib. 1.* 19.
ſtatut. c. 2. & lib. 4. c. 27. §. nihilominus ſcribitur, à terminis dari provocationem ad Regiam Majeſtatem: illud ita explicant, dari ad Comitia, quorum Rex caput eſt, aut ad Regem quo demandet lites Senatui expediendas. Cromer. *12. rerum Polon.* Prilus. *in cõm. ſtat. lib. 1. c. 27.* ita Sigismundus Anno. 1550. Petricoviæ ſimpliciter ſtatuit, appellationem ex colloquijs ad Comitia Regni fieri debere. Arniſæ. *lib. 1. doct. pol. c. 8.* Nic: laskier Secretarius olim Cracov. *in gl. margi. ad jus. Municipale. 1.* Weichbildt. *art. 11.* innuit, Polonos aliquando Magdeburgum appellaſſe An die Kayſerlich Pfaltz. Appellatio *inquit* in Hallam vel Magdeburgum ex regno Poloniæ abolita eſt, Anno. Domini 1356. per Divum olim Caſimirum M. Poloniæ Regem, locatumque eſt jus provinciale in caſtro Cracov: vt illic omnes

in appellando recurſum habeant, ab illis verò tandem pro inſtantiâ vltimâ ad tribunal Regium, vel Commiſſarios 6. Civitatum ad id deputatos provocatio fit. *Vide* Schambenſpiegel *lib. 2. c. 8. §. 3.* Herm. Kirchn. *diſp. 6. de Repub. θ. 4.* In his tribunalibus non tam ex jure ſcripto reſpondetur, quam ex conſuetudine atque ex æquo & bono quaſi homines juris & juſtitiæ ignari, & quo æquitas conſiſtat, penitus inſcij, melius & felicius litem cognoſcant & judicent, quam prudentiſſimus quisq; & doctiſſimus. Sed illi tutiorem ſimplicitatem rudium, quam callidam prudentiam doctiorum in litibus dirimendis arbitrantur.

20 In litibus publicis caſu potius quam conſilio proceditur. Nam cum Rex antiquitus de bello & pace ſolus conſtitueret, adhibuit poſtea, ne ipſe omnia facere videretur, Palatinos, quos Wajevvodos appellant, ad Conſilium. Ita Caſimiro. III. quatuor adjuncti ſunt Senatores, ſine quibus nihil agere poſſet. Cromer. *lib. 22. rer Polon.*

Qui cum Regi non ſatis obediri viderentur, accitus eſt à Caſimiro populus ipſe, de quo Sen. epi. 99. A' natura diſcedimus, populo nos damus nullius rei bono auctori, & in hac re ſicut in omnibus, inconſtantiſſimo. Mittuntur ex populo nuncij, quos vocant Terreſtres, vim Tribunorum plebis obtinentes, & non ſolum Senatui, ſed etiam Regi ipſi ſunt graves, ita vt nec in rebus domeſticis, nec in ducenda vxore, Rex liberum habeat arbitrium, vti Sigism. conſitetur *lib. 1. c. 1. art. 4.* Quamvis non vniverſi Regni, ſed terrarum atq; Satrapiarum peculiares ſint officiales. Mar. Cromer. *lib. 2. pol. fol. 120.* Paurmeiſt. *lib. 1. de juris. imp. Rom. c. 6. n. 5.*

21 In hoc Conſilio, quod comitia vocant omnia de bello & pace ſtatuunt, legationes vicinorum excipiunt, ſuos legatos decernunt, Leges ferunt, abrogant, corrigunt: etiam lites privatorum graviores, quas criminales vocant, cognoſcunt: id autem tantũ intra ſex ſeptimanas conficiunt, ne Nobilitas nimijs expenſis gravaretur. Ita Reges LL. ferendarum poteſtatem à ſe amovent, dum jurant, ſe contra leges, privilegia, jura, immunitates, nihil molituros, immo adjectum in juramento Henrici Ducis Andium, vt ſi violaverit, incolæ ab obedientia liberi eſſent. Bodin. *1. de Repub. c. 9.* Arniſæ. *lib. doct. pol. c. 8. Vide lib. 1. ſtat. c. 1. art. 2. ſ. 6. & ſeqq.*

22 Hæc ſunt privata & publica Polonorum judicia atque Remedia quæ profectò ſi medijs bonis & legibus ſaluberrimis dirigerentur, ſufficerent

ſufficerent ad vniverſum Regnum benè & feliciter ſtabiliendum, ſed quia rerum vſus Polonos & alias nationes docet, multa in judicijs & litibus privatis per ignorantiam & privatos favores peccari, pauca quoque in Comitijs ſalutaria Regno ſtatui; ideo aſſiduè correctionem jurium & abbreviationem litium apud Regem flagitant, & Regem atq; Senatum non feliciter adminiſtrati Regni accuſant; hinc tumultus, ſeditiones, turbæ, lites, odia privata, & bella civilia, quaſi leges illæ corrigi poſſent, quæ nullo judicio, nulla deliberatione paucorum temeritate & importunitate in Comitijs poſtulantur, aut illi benè Rempub. gerere poſſint, qui leges ferre non poſſint. Henricus III. Rex Gall. admirans quod Nobiles Poloniæ tot militibus ſtipati incederent, cauſſam quæſivit: Reſpondit vnus nobilium, malam IVSTITIAE adminiſtrationem in cauſſa eſſe, vt quilibet potentium ſe muniat: niſi oculus Iuſtitiæ nos illuſtraverit brevi in pejus ruemus & ſuccumbemus. *refert* M. Iacq. Faye. *la. ſ. remonſt. p. 211.*
Itaque nonnulli exiſtimarunt nullum aliud labentium rerum poſſe 23.
reperiri Remedium, quàm ſi vniverſum populum convocarent, qui armatus de ſumma rerum ſtatueret, & lites tam publicas quàm privatas definiret. Hoc Remedium armatum, barbarum & agreſte, quod Rokosz appellant, ſeceſſionem, tumultum, ſeditionem latinè appellare poſſis, in qua ſummâ libertate armis vſurpatâ, viliſſimus quisque & audaciſſimus de Rege, de Senatu, de vniverſa Repub. ſententiam fert. Warem. de Erenberg. *lib. 1. de fœd. c. 1. n. 1.* Origo ab Vngaris, Vngari à Turcis acceperunt, qui cum ſibi Imperatorem elegiſſent, ſtatim in apertam Camporum planitiem prodierunt, atq; ſeipſos ſuo Duci præſentarunt, tum vt ipſe Dux ſuos milites agnoſceret, tum vt ipſi ſe à ſuo Duce non contemni exiſtimarent. Conſtituto Exercitu Imperator ipſe quærebat militem, in quam partem mundi ſigna movere & bellum inferre cuperet, non quod ipſe, quod agēdum eſſet, ignoraret, ſed vt miles belli incommoda acriùs perferret, cum putaret, ſuo etiam conſilio bellum illud ſuſceptum eſſe. Vngari cum vicinis Turcis hujusmodi Remedium militare feliciter cedere viderent, vniverſam multitudinem ad villam Rokosz evocarunt, & putarunt Principum ſuorum potentiam obſtare, quò minus hoſti pares eſſent, primores nobilitatis ad illum conventum venientes tumultu facto oppreſſerunt. & ſeipſos mutuis litibus enervarunt. Ita mos Turcicus Vngaris peſſimè ceſſit, qui Remedium iſtud bar-

barum, ſeu vt verius dicam, crudeliſſimam carnificinam ad huc deplorant, & à dicta villa Rokosz appellant. Hoc conſultandi Remedium Poloni ab Vngaris deciderunt, & ante 100. annos, cum Rex Sigismundus exercitum contra Walachos per Ruſſiam duceret, Leopoli ſeditio in Regem ab exercitu illo facta eſt, quam Rokosz dicunt, ſed Zborovij & Lacinij prudentiâ atque eloquentiâ animi multitudinis ſtatim mitigati ſunt. Nuperrimè etiam contra præſentem Regem, vti moderatiſſimum, ita laudatiſſimum, vniverſam multitudinem concitarunt, atque putarunt, ſe in armis, in tumultu, & confuſione multitudinis melius Remedium quàm in Senatu reperire poſſe, more Piſcatorum, qui non niſi ſtagno turbato capiunt anguillas, vti Cleon apud Ariſtophanem. Namque id quod iis anguillas qui capiunt, vſu tibi venit, vt vnda ſi ſtabilis ſiet, nil quicquam capere poſſint. Sin ſuſque deque concitaverint, lutum in palude, captura præſtò eſt, vt lucrum tibi motâ civitate. Sed optimus princeps ſaniori Remedio hoc inſanum diſſipauit, cunctando reſtituit rem; & arma feliciter in Moſchum convertit, vt verſus portæ Warſovianæ adſcripti Anno 1611. indicant:

Dicite Sauromatæ veſtro quis principe major
Victor hyperboreo venit ab axe procul.
Occupat hic Moſchum, ducitq; Ducem, atq; Smolenskq̄
Reſtituit regno Severeenſe ſolum.
Ergo Sigismundo ſub principe, Rege Monarchâ,
Ciuibus ô redeant aurea Secla ſuis.
Gratamur reduci tibi Rex *Sigismunde triumphis*
Viue diu, & forte vincito cuncta manu.

Ergò imprudenter meo judicio hoc illicitum LL. corrigendarum, gravaminum tollendorum, & litium dirimendarum Remedium vſurpatur, quod etiam in Germaniæ viſcera pedetentim, irrepere videtur.
25. Concitata enim & ſuſpicionibus irritata Multitudo nihil vnquam ſalubre atque pacificum conſtituit; cum populus ſit bellua multorum capitum, atque impetu potius quàm conſilio feratur, ſecundum Cleanthis verſus, à Clem. Alexan. *lib. 5. ſtrom.* relatos, & latinè factos à Ioc. Camer, apud filium Philip. 2. medit. 51.

Si ſapientiam amas, tibi ne ſit opinio vulgi
Ante oculos, populi neque ſit ſententia curæ.

Vana,

Vana pudore vacans, temeraria: nam neq; prudens
Nec juſtum eſt confuſa hominum turba, nec honeſtum
Iudicium, invenieſque bonum hoc contingere paucis.

Schonbor. *lib. 3. polit. c. 43.* vbi 16. vulgares vulgo notas adſcribit, quod verbis ſit ferox. *Tac. 2. hiſt. 2.* affectus ponat & ſumat. Quint. *2. decl.* Tac. *1. hiſt. Act. 2. 3. 28.* 3. ſtupidum, judicij expers. Cic. *pro Plan.* 4. negligat Rempub. duas tantum res anxius optet, panem & Circenſes. Iuven. 5. credulum. 6. ſuſpicare. 7. invidum. 8. leve & inconſtans. 9. lucriavidum. 10. ſuperſtitioſum. 11. Rebus ſecundis pronum ad ſeditiones. 12. ad plures inclinat. 13. faveat fervidis. 14. ſine Duce nil audeat. 15. dat vires famæ. 16. ludicris delectetur. Ex his vulgaribus vulgi notis notandum eiuſmodi Remedium, ferox, ſtupidum, ſuſpicax, invidum, leve, inconſtans, avidum, ſuperſtitioſum, nulla ratione ferendum; quod Deus ipſe inſolitâ aëris turbatione ita diſſipavit in Poloniâ ante centum annos, vt nefas ducerent, contra Regem, Senatum & Rempub. aliquid moliri. Et hoc poſtremum tàm divinâ quàm humanâ Senatorum prudentiâ prudentiſſimè compoſitum, Populari ſcilicet multitudine nihil vnquam inſipientius neque inſolentius. Itaque eos, qui tyranni ſævitiam fugiunt, ad intemperantis plebis recidere ſævitiam, nequaquam tolerandum eſt. Nam tyrannus, ſi quid facit, intelligens facit: at plebi ſuum eſt, nihil intelligere. Quo enim pacto ſciat, qui nec edoctus eſt, neque honeſtum novit, ne domeſticum quidem? & qui ad res agendas ſine Conſilio præceps ruit torrenti fulmini ſimilis *Herodot. lib. 3.*

Multa quidem ſemper etiam in ordinatiſſimâ Repub. ſunt mutanda, corrigenda, addenda; non ijs tamen medijs aut Remedijs, quibus corruunt potius Regna, quàm corriguntur. At verum eſt ſilere & leges publicas, & lites privatas inter arma, nec vnquam armatos de pace aut finiendâ lite rectè ſtatuere; cum Conſilium ſapiens de armis ſtatuere debeat, non arma de conſilio. 26.

Heu cæcæ mentes, tumefactaque corda ſecundis?

Sili. *lib. 1.* quæ extemplò vrbanos motus excitaverunt. Liv. *lib. 3. Nic. in vita Alex: Commen: de Byzantino populo*; Eſt profectò, *inquit*, morbus hic omnium civitatum, vt plebs ſit temeraria, & magno impetu feratur, neque conſilio quicquam aggreditur, neque æquo animo ab inhoneſtis conatibus deſiſtit: & interdum famâ tantum ſeditionis impulſa igni magis exæſtuat, in enſes, in præcipitia, in marinos ſcopu-

los cæco furore ruit. Hæc de confluxu nobilitatis Pononiæ aliquantum longius proponere, & incommoda ob oculos exponere volui, ne dulciſſima Germania eiuſmodi periculoſſima Remedia adhiberet, quæ quondam etiam Ruſtici tentarunt: Quid facient reliqui? Buchan: in Iepht. veré inquit:

Nunc quò quis eſt è plebe fermè indoctior,
Auctoritatem aſſumit arrogantius
Dijudicandi in rebus obſcuriſſimis.
Sed quum inter omnes maximè cæcutiat,
Cæcus videntes cæcitatis arguit.
Vt cui peruſta febre fervent viſcera,
Amara cuncta credit, vnumque autumat,
Se ſapere, quum deſipiat vnus maximè.

27. Sic inter illicita litium abbreviandarum Remedia referimus etiam Obſtagium die Leiſtung oder Leiſtmanung / quod eſt conventio quędam jurata, vel aliter datâ fide confirmata, de ſiſtendo & non recedendo ex certo loco, donec ſolutio fiat, & lis finiatur. *c. ex reſcripto. vbi* An. de Butrio. *n. 10. Ex. de jurejur.* Landtrecht *lib. 2. art. 11. §.* hat Er auch jenen gelobet dafür einzureiten. Ias. *in L. ſi convenerit. n. 41. de jurisd.* Weſenb. *par. de fideiuſſ. n. 3.* Gail. *2. obs. 45. & 2. de P. P. c. 2. n. 5.* Sich. *in L. obæs. n. 5. C. de obligat.* Dan. Moller. *lib. 3. ſem. c. 30.* Modeſt. Piſtor. *p. 2. con. 1. n. 9.* Coler: *de proc. exec. p. 1. c. 8.* Ioh. Koppen. *dec. jur. q. 3.*

28. Quamvis enim hoc litium abbreviandarum Remedium inter Germanos præſertim nobiles, hactenus fuerit vſitatiſſimum, & adhuc quibuſdam in locis vſurpetur, vt pote imperij conſtitutione permiſſum, anno 48. Sailer. *in ſententijs Cam. Imper: 23. Feli: Anno 1548. & 5. Aprilis anno 1570. latis. in Bohemiâ* mit 2. Roſſen. Hering. *de fidej. c. 17. n. 73.* Attamen noviſſimâ Imperij conſtitutione anno 1577. ſaluberrimè ſublatum eſt. Gail. *2. obs. pr. 45. n. 6. & de arreſt. imp. c. 9. n. 15.* Gœdel. *de ſequeſtr: c. 1. p. 3. ax. 3. n. 113.* Cothman. *reſp. 19. n. 5.* Treutl. *vol. 7. diſp. 28. θ. 4.*

29. Non enim litium abbreviandarum, ſed accumulandarum Remedium inventum eſt in merâ crapulâ & helluatione litium genitrice conſiſtens. Ioach. â Beuſt. *in l. admonendi n. 344. de jurejur.* Hering. *de fideiuſſ. c. 17. n. 69.* Vnde & Elector Saxoniæ per omnes provincias abrogavit. *conſt. prov. 22. p. 2. §.* Wir wollen auch. Cui non abſimilis

eſt

eſt præſentatio ad manus jure Lub vſitata. *lib. 1. tit. 3. art. 1.* quia lites ex litibus hiſce medijs generantur: Saxo ait die ſchuldener/oder Banquerottirer dem glaubigen an die Handt oder Halffter geben / vt de Thuringia teſtatur Coler. *de proc. exec. par. 1. c. 6. n. 128.* Hoc Remedium Auguſtus. *par. 2. conſt. 22.* abrogauit. Hering. *de fideiuſſ. c. 6. num. 256.*

Denique inter inter illicita litium abbreviandarum Remedia referimus Repreſſalias, quando aliquis litigaturientium pignus à me accipit, & extra territorij limites abducit, ego viciſſim aliud per mutuam deprædationem contrectem, atque intra ejus territorij fines cujus ſum incola inferam, vt per æqualem INIVSTITIAM IVS æquale obtineam, ſich recht ſchaffen/ vt Germani dicunt: Thomas Smithius. *lib. 3. de Repub. Anglorum. c. c. 10.* Withernamium qs. Weiternehmen vocat. Nihil certè frequentius, præſertim in confinijs Germaniæ, Galliæ, Poloniæ, alijsq́; quàm hoc Repreſſaliarum Remedium, ſed revera eſt iniquiſſimum, multasque tàm publicas quàm privatas lites generat. Georg. Lorich. *de vindicat. German. in exteros.* Pet. de Vineis. *lib. 5. ep. 48.* vbi refert Fridericum II. Imp. adverſus rebelles Anconitanos repreſſalias aliquando decreviſſe. Sic Rex Daniæ illuſtri nobili, viro Pom: Hen. Ramelio repreſſalias conceſſit contra Dantiſcanos. 30

Originem hujus Remedij diverſi diverſimodè tradunt: alij à Græco ἀνδρολεψίας vocabulo derivant. Gail. *de pignor. c. 2. in f.* Ioach. Steph. *de jurisd. Grac. c. 9.* Covar. *in c. peccatum. p. 2. §. 9. n. 4.* Ren. Choppin. *de doman. lib. 3. c. 25. nu. 4.* alij à clarigatione Latinorum. Herm. Barbar. Budæ. *in l. aut facta. §. eventus. de pæn.* Alciat. *in l. provinciales. 190. n. 5. de V. S.* Adr. Turneb. *lib. 21. adver. c. 1.* Quod improbare videntur. Tiraq. *in l. ſi vnquam. 147. C. de rev. don.* Spigel. *in not. ad* Rich. Barthol. *Auſtri. lib. 4.* quia clarigatio publici belli denunciationem, at repreſſaliæ privatam vindictam reſpiciunt, nec in his vlla fecialium denunciatio, aut clarâ voce repetitio intervenit. Vndecunque natum ſit, illicitum litium abbreviandarum Remedium eſt, ob ſequentes rationes. Quia Remedium, quod adverſatur juri ſcripto meritò improbatur. *Auth. Habita. C. ne fil. propat.* At repreſſaliarum Remedium quibusdam in locis receptum juri communi ſcripto adverſatur. *l. vn. C. vt nul. ex vicam. l. nullum. C. de exec. & exac. lib. 12. Nov. 52. & 134.* Reichsabſchiedt zu Speyr / darin Repreſſalien verboten. Ergò meritò improbatur Aſſumptionis proſyllogiſmi 31. 32.

mi præter textus. I. Prohibere & permittere ſunt contraria: At hoc Remedium permittit, vt quis in viâ publica & itinere publico Auff Kåyſerfreyenſtraß poſſit prehendi, capi, impediri, detineri, quo illi datur damnum, & adimitur tranſeundi commodum, quod prohibet *l. 1. §. 2. 3. & 11. ne quid in lo. publ. & l. fin. de jurisd. omn. jud. imò t. t. C. ſi à non comp. jud.* vt in repreſſalijs judex Actoris, non Rei aditur. Ergò juri civili ſcripto contrarium eſt Remedium: imò iniquiſſimum, ſub vno eodemq; principe repreſſalijs vt. Heig. *pag. 1. q. 12. num. 53.*

33. II. In repreſſalijs requiritur IVSTITIAM fuiſſe denegatam, & eius conſequendæ non aliud, quàm ex repreſſalijs ſupereſſe Remedium. Iac. à Canib. *tr. repreſ. p. 1. n. 14. & ſeqq.* Hen. Gœden. *con. 34.* Weſen. *con. 46.* Fer. Vasq. *in l. ſi quis. §. legis. nu. 11. C. de inoff. teſtam.* Col. *de proc. exec. p. 1. c. 2. n. 271.* At jus civile jubet, vt judice inferiore juſtitiam denegante, adeatur ſuperior. & principi ſupplicetur. *l. & in majoribus. C. de appellat. t. t. C. quand. libell. princ. obl. lit. cont. faci. Auth. Quæ ſupplicatio. C. de prec. imp. offer.* quod hoc Remedium vetat, & ſontes cum inſontibus comprehendit. Ergò juri civili eſt contrarium.

III. Ius civile præcipit, vt contra judicem malè judicantem agatur. *l. fin. de var. extr. cogn.* At iſtud Remedium prohibet quò minus judex malè judicans conveniatur. Convenitur *enim hic alius* quidam innocens, contra regulam quâ innocens *abſolvendus non* condemnandus. *l. abſentem. de pæn.* Eſt igitur juri contrarium.

34. IIII. Leges & jura non ſinunt vt liber homo pignori obligetur. *l. 6. C. quæ res pign.* quia nullum eſt liberi hominis commercium. *§. 1. Inſt. de leg. vbi* Weſemb. *n. 4 Paul. 5. ſentent. tit. 1.* imò legibus ſancita eſt pœna in eos, qui tale pignus conventionale accipiunt. *l. vlt. quæ res pign.* Wolff. Grun. *tr. de pign. & hypoth. tit. 62. & 65. n. 6. & 7.* Sed in repreſſalijs liber homò alius pro alio capitur. Ergò legibus contrariatur.

Denique jus civile præcipit, vt judiciorum ordo ſervetur *l. prolatam. 4. C. de ſent. & interloc h. e.* vt judex Rei non Actoris adeatur. *l. 2. C. de juris. omn. jud.* vt partes citentur: libelli edantur: Rei exceptiones audiantur: pars litem conteſtetur, probationes & reprobationes decernantur: ſententiæ ferantur: quæ omnia repreſſaliorum Remediũ negligit. Eſt igitur juri civili contrarium. Altera decidendi ratio:

35. Quod non ratione introductum, ſed initio errore, poſtea conſuetudine

dine obtentum eſt, in alijs & ſimilibus non obtinet. *l. 39. de ll.* At repreſſaliarum Remedium ratione non nititur, imò naturali rationi adverſatur. Ergò potius improbandum ejusmodi litium finiendarum Remedium. Aſſumptio probatur dupliciter. 1. quia injurioſum & iniquum eſt alium pro alio teneri, conveniri, obligari. *l. 3. & 11. C. de O. & A.* Sed per repreſſalias capiuntur alij pro alijs & bona non debentium pro bonis debentium, vt *inquit* Theod. apud Caſſiodorum *lib. 4.* audacia ad ſolutionem trahit extraneos. Repreſſaliæ igitur naturâ ſui ſunt iniquæ. 2. Quia naturâ iniquum eſt alterum cum alterius damno & jactura locupletari. *l. nam hoc natura. C. de cond. indeb. c. locupletari. de R. I. in 6.* Sed in repreſſalijs alius cũ alterius jactura ditatur. Sunt ergò naturâ ſui iniquæ, & non decet propter injuriam privato alicui illatam ſtatim totas gentes ad arma concitari, ne occaſione cujusq; etiam exiguæ litis Reipub. tranquillitas turbetur. Coler. *p. 1. de proc. exec. c. 2. n. 288.* Wolff. Gruning. *tr. de pign. & hypoth tit. 65. p. 111.* ac proinde non ſtatim ad querelas eius, qui ſe alicubi per injuſtitiam & injuriam læſum contendit, ad hoc genus contentionis veniamus. Ferd. Vasq. *in l. ſi quis. §. leges. nu. 14. C. de in off. teſtam.* Heig. *p. 1. q. 12. n. 36. & ſeq.*

36. Vltima decidendi ratio: quod hoc illicitum litium finiendarum Remedium, nempe repreſſalias, Impp. Romani non indulſerunt, ſed libentius adverſus eas privilegia dederunt. Gail. *de pignor. c. 2. n. 3.* Coler. *de proc. execut. p. 2. c. 3. nu. 346.* Heig. *d. q. 12. nu. 4. & 10.* Sic Fridericus II. ſupplicem cujusdam libellum repreſſalias adverſus Tudertinos poſtulantis reiecit, cum eidem ſalva & incolumis rerum ſuarum perſecutio patefacta eſſet in conſiſtorio Imperiali, vt refert Pet. de Vineis *lib. 5. epiſt. 24.* Sic inter ſubditos regni Galliæ repreſſalias eſſe abrogatas tradit Cuiac. *in l. vn. C. vt nul. ex vican. lib. 11. per text.* Renat. Choppin. *de Doman. lib. 3. c. 25. n. 5.*

37. Nonnulli hoc litium abbreviandarum Remedium approbant, & intra juſti belli fines coërcent, vt adverſus quos belligerare, hic etiã repreſſalijs certare liceat. Covar. *c. peccatum. p. 2. §. 9. n. 4.* Hotom. *de feud. diſp. c. 45.* Heig. *p. 1. q. 12. n. 23. & 25.* vbi 2. requirit in repreſſalijs. 1. Auctoritatem principis ſuperioris. 2 Cauſam indicendi belli.

38. Sed cùm repreſſaliæ communiter inter privatos exerceantur, quibus indicendi belli jus minimè competit, miſsâ hac diſtinctione ſimpliciter illicitum litium finiendarum Remedium eſſe repreſſalias exiſtimamus,

mamus, cum quiſq; litigaturientium jure & judicio experiri poſſit, & ante omnia Paci, quæ nihil habitura ſit inſidiarum conſulendum, neque ad hoc ferox decertandi genus prius confugiendum, quàm ſi Æquo illo ſuperiore vti non liceat. Cic. *off.* 2. AErod. *lib.* 9. *rer. jud. tit.* 3. *c.* 1. *per l. æquiſſ. de vſufr.* Wurmbſiſch. *Deputation* Abſcheidt. *an.* 64. §. Dann erſtlichen. Iniquum enim foret ob vnius civis læſionem plurimos exponere prædæ: Magis expedit vt princeps de ſuo læſis in judicio ſuccurrat. AErod. *lib.* 10. *rer. jud. tit.* 1. *c.* 2. Bodin. *lib.* 1. *de Repub. c.* 10. *p.* 214.

Hæc de illicitis litium abbreviandarum Remedijs.

CAPVT III.

De licitis litium publicarum Remedijs, tàm religioſis, quàm politicis.

SVMMARIA.

1. *Tyrannicidium litium Remedium à nonnullis ſtatuitur.*
2. *Theologi hoc Remedium adprobare videntur.*
3. *Rationes huius Remedij allegantur, & refutantur.*
4. *Nonnulli diſtinguunt inter Tyrannum, & invaſorem.*
5. *Indiſtinctè hoc Remedium improbatur.*
4. *Licita Tyrannidos euertendæ Remedium traduntur.*
7. *Coactiua, litium publicarum Remedia improbantur.*
8. *1. Litium pub. Remedium, vt Cæſar vtramq; juriſdictionem ſibi vindicet.*
9. *Cæſares qui imperij jura defenderunt, recenſentur.*
10. *Hoc Remedium non ita extendendum, vt Hierarchia tollatur.*
11. *Ratio huius Remedij, quod Eccleſiaſticis non competat juriſdictio.*
12. *Hiſp. Galli, Veneti removent epiſcopos à litibus privatorum.*
13. *Duplex judicium in Epiſcopatibus, Spirituale & temporale.*
14. *Pax Religionis multa bella, & litigia extinguit.*
15. *Generale Concilium litium pub. Remedium.*
16. *Amniſtia ſancienda & conciones ſeditioſæ inhibendæ.*
17. *Statutum ne Clericis bona vendantur abſq; magiſtratus conſenſu.*
18. *Electoria dignitas Remedium in Germ. tumultibus.*
19. *Arctior principum coniunctio litium Remedium.*
20. *Regiments Conventus pro ſubditorum litibus & querelis.*

21. *Novus ordo Militum pro ſalute imperij.*
22. *Præcauendum, ne ſeditio oriatur.*
23. *Reconciliatio eſt ſeditionis Remedium.*
24. *Eloquentia eſt Remedium ſopiendæ ſeditionis.*
25. *Fortiora litium publicarum Remedia, arma, cædes, exilia.*
26. *Auctores ſeditionum* Die Rädlinführer *ſunt tollendi.*
27. *Seditioſi præmijs, & fallacijs demulcendi.*
28. *Seditioſorum pœna varia refertur.*
29. *Diſtinguitur ſeditio publica ab accidentali.*
30. *Deſperatio cavenda, cujus Remedium ſpes veniæ.*
31. *Arma ſeditioſis ſunt auferenda.*
32. *Reliquæ litium cauſſæ contrarijs Remedijs tollantur.*
33. *Vicinorum potentia eſt ſupprimenda.*
34. *Contemptus Remedium eſt AMOR MVTVVS.*
35. *Proditores ſeditioſi raro pœnam effugiunt.*
36. *Delatorum conſtitutio illicitum Remedium.*
37. *Seditiones non ſunt Reipub. vtiles.*

ILLICITA litium abbreviandarum Remedia præmiſimus: ſequun- 1.
tur licita, quæ ſunt vel litium publicarum, vel privatarum. Sed inter illicita publicarum litium remedia adhuc duo ſuperpondij loco recenſebimus, Tyrannicidica, & coactiva. Tyrannicidium multi ex philoſophis, theologis, & ICtis approbare videtur. Gramm. *dec. 6. n. 18. verſ. præterquam contra tyrannos.* Alex *con. 13. n. 2. lib. 6.* Decian. *lib. 7. c. 4. & 5. n. 21.* Ioh. Mariana *lib. 1. de Reg. & Reg. inſt. c. 6.* expeditum tyrannidos remedium tradit, vt publicus inſtituatur conventus, & communi conſenſu deliberetur quid ſtatuendum. Monendus imprimis tyrannus, vt abſtineat, quod niſi fecerit, cuicunque privato facultas eſto ferro perimere, aut veneno. O horrendum inſtitutum! cuius libros Parlamentum Pariſienſe Vulcano ſacrauit. O horrendius elogium, quod Comoletus in concione ſuper c. 3. Iud. de
Henrico III. interfecto reliquit: Ah edum nos oportet aliquem ha- 2.
bere, ſive monachus, ſive miles, ſive cerdo, ſive ſubulcus. Bodin. *lib. 2. de Republ. c. 5.* vbi peregrinis, non ſubditis tyrannicidium permittit. Zvvingl. *art. 21. & Calv. in c. 6. Daniel.* abdicationem tyrannorum ſuadent. *Steph. Iun. Brut. in vindic. cont. tyran.* Magnus ille Lutherus, concedit, minori magiſtratui licere quandoque reſiſtere ſuperiori.

Sleid. lib. 8. Beza de Carol. 9. & matre, ſcrofam cum omnibus nefren-
dibus tollendam dixit. *Gerh. dec. 10. qq. pol. 6.* Sed Alberic. Gentilis
diſp. 3. de vi civium in Reg. ſemp. iniuſta. p. 121. abiudicat theologis
hanc judicationem. Keckerm. *lib. 11. ſyſt. pol. c. 28.* Quod ſi nullus
optimatum patriȩ ſalutem curet, ſubditi poſſunt vindicem & repreſ-
3 ſorem tyrannidos eligere. Rationes huius illiciti remedij, quod pa-
renti nonnunquam adimi vita ſine ſcelere poſſit. *Cic. 3 paradox. l 35.
de relig. & ſumpt. fun. Cuiac. lib. 2. obs. 37.* Ergò & principi. Imò prin-
cipi magis debemus quàm patri. Br. *extrav. ad reprim.* Bodin. *6. de
Repub 6. Chaſſ. 5. cata 24.* nec etiam bannitum patrem interficere li-
cet. *Ceph. con. crim. 5.* Clar. *§. homicid.* Decian *9. pr. 15.* Covar. *2. de ſpon-
ſal. c. 7. §. 7.* Bodin. *1. de Repub. 4.* Ergò multò minus principem ty-
rannicum, cuius morte totius patriæ ſtatus concutitur. Dec. *con. 410.*
vt interfecto Cæſare ſeculum fuiſſe everſum lamentatur Virgil. *1.
Georg. &* Cic. *11. fam. 28.* At eiuſmodi princeps eſt maledictio: ergò
auferendus. Minimè. quia eius eſt tollere, qui poſuit, DEVS. Similia
argumenta à ſervis, medicis, civibus, exemptis poteſtate principis ſæ-
vientis Alber. *3. de jur. bel. c. 9.* & exempla adducuntur Belgarum, Li-
bonenſium à Ichoramo deficientium. *2. Chron. 21.* Sed neque ſimi-
4 libus neque exemplis certi quid concluditur. Vnde *nonnulli* hoc
remedium non ſimpliciter admittunt, ſed diſtinguunt *inter tyran-
num* legitimum titulum habẽtem, & invaſorem absq; titulo, quem
licitè interficere liceat. D. Thom. *2. Sentent. diſt. 44. art. 2.* Caiet. *2. 2.
q. 64. art. 3.* Ferd. Velloſillus *tom. 4. adv. in S. Aug q. 23.* Dom. Soto de I. &
I. lib. 5. q. 1. art. 3. Covar. *in 4. dec. p. 2. cas. 3. §. 4. n. 6.* Pet. à Navar. *lib. 2.
de reſt. c. 3.* vbi ampliat, quod quis teneatur interficere. Tholos. *lib.
26. de Repub. c. 7. n. 5.* Vaſq. *1. illuſt. cont. c. 8. n. 33. Lips. 6. pol. c. 5.* vbi ty-
rannum vocat immanem beluam. Sed quod in eam remedium?
duplex auferre, aut ferre. Greg. de Val. *tom 3. q. 8. de juſt. pun 3.* Leon. Leſ-
ſius. *2. de Iuſt. & ju. c. 9. d. 4.* Lud. Molina. *tom. 4. de j. & j. tra. 3. diſp. 6 n.*
5. *2.* Quidquid ſit in foro fori, in foro poli hoc remedium, quamvis
tot auctorum teſtimonio comprobetur, mihi tamen dubium eſt in-
quit Azoz. *2. mor. Inſt. lib. 11. c. 5. q. 10.* Menoch. *de recuper. poſſ. rem. 10.
n. 83.* Br. *tr. de Guelf. & Gibellin. n. 9.* Gig. *de crim. læs. mai. lib. 1. rub. qui
& à quib q. 15. n. 3.* vbi de Italiæ tyrannellis, quos Alexander 6. filius
Val. Borgia, dominandi cupiditate ductus partim ferro, partim ve-
neno ſuſtulit. Farin. *p. 5. oper. crim. q. 112. n. 30.* Rationes cur hoc re-

medium

…medium illicitum, impium, inhoneſtum, imò ſceleſtum. 1. quod regula fortiter ſit tenenda. Dec.*con. 452.* Ceph *con.218.* Decian.*conſ.61 vol.3.* At regula eſt vt principem honoremus, nec ei maledicamus Exod.*22.* Act *23.*

Portat avis cœli maledicta latentia Regi.

E. 2. imperita medicatio eſt iniuſta. At hoc remedium eſt imperita medicatio mali principis. E. 3. Quodcunque remedium ſequitur peius malum, illud evitandum. At hoc remedium ſequitur peius malum. E. 4. Quod bonum non eſt, id faciendum non eſt, etſi æquum eſt. Sed hoc remedium bonum non eſt, etſi æquum videatur. E. Cic.*2. de orat.* Etſi omnes moleſtæ ſeditiones, juſtæ tamen nonnullæ, & propè neceſſariæ: Alb.Gent. *diſp.3. de viciv. in Reg. ſemp. iniuſta pag. 125.* vbi 10. argumentis probat. Multò minus eo caſu tyrannicidium probatur, quando titulus prætenditur.*arg.1.*Pet.*2.*Con.Conſtant.*ſeſſ.15.* Exploſo igitur hoc illicito litium publicarum remedio, duo licita tyrannidos avertendæ remedia ſubnectemus: Politicum & Theologicum. Politicum conſiſtit in forma Reipub. vt vnus ſplendorem & dignitatem præ ſe ferat, & formam Regalis ſtatus. Sed adminiſtratio & poteſtas diſponendi de ijs, quæ vniverſaliter ad ſalutem Reipub. pertinent, ſit penes optimates; nec plebi negetur aditus ad munera, officia, nec in qnibuſdam facultas ſuffragiorum. Hoc temperamentum ſive remedium faciet, ne abvſus introducatur, & tyrannidos periculum evitetur. Elv. *in apodem ep. 18.* Quod ſi jam tyrannus irrepſerit, aliud remedium politicum tradit Alber. Gentil. *d. diſp. 3. pag. 107.* vt obſequio noſtro faciamus malos principes amicos, & patientiâ noſtrâ frangamus feritatem illorum. Fr. junius *de tranſl. imp. lib. 1. c. 2. verſ. 49.* omnes iniurias à magiſtratu ſuo potius ferant boni, quamvis atrociſſimas, quam vt in eum inuehantur ſermone, ſcripto opere, ad ordinis & pacis pub. perturbationem. Theologicum tyrannidis evertendæ remedium conſiſtit in contritione, confeſſione, & patientia. Bard. *lib. 6. cont. Monarch. c. 24. pag. 505.* It. in precibus. *1. Timoth. 2.* Den Underthanen wirdt kein bequemer mittel gelaſſen/ wider die böſe Obrigkeit zu handlen/ deñ das ſie dieſelbe zu todt bettẽ. Sarcer. *in Summ. 1. Sam. c. 8.* Mons. de la nove *diſc. 10. op. 3.* Warem. de Erenb. *de reg. ſubs. & oner. ſubd. c. 11. n. 64.* vbi addit, mortuis tyrannis flere etiam ſubditos ad novercæ tumulum. D. Thom. *lib. 1. de reg. prin. c. 6.* quod ſi contra tyrannum auxilium humanum haberi non poſſit, recur-

rendum ad regem omnium Devm, qui eſt adiutor in opportunitate tribulationis, in cuius manu cor regis.

7. Hæc de tyrannidos remedijs illicitis & licitis: Coactiva litium publicarum remedia ſunt illicita, imprimis circa religionis litigium. Dann Religionsſachen wollen mit dem Schwerdt nicht gerichtet werden. *Maximil. 2. in epiſt. ad Lazar. à* Swendi. *Goldaſt. tom. 2. conſt. imp. pag. 208.* Rationem addit Luther. *tom. 6. Witeb. fol.* 575. Der Schlan ſoll / vnd kan niemandt/gebieten. Thuanus in præfat. hiſt. ait, bellum non eſſe legitimum modum tollendæ ex eccleſia ſciſſuræ. Et quis non videt arma armis concitari? ait Plinius. Bellum non alia de cauſa ſuſcipitur, niſi vt hoſte profligato, aut bonis conditionibus conciliato Pace vivatur. Cic. *1. off. &* Phil. *13.* Lips. *lib. 5. pol. c. 18.* Eraſm. *in querim. pac. & belli deteſt.* Heig. *p. 1. q. 11. n. 5.* Sed in religionis litigio quæ reconciliatio ſperanda? deſperanda. Ergò coactivum hoc remedium eſt illicitum, neque juſta belligerandi cauſa, niſi tentatis prius omnibus remedijs alijs Pax & Ivstitia haberi nequeat. 1. vtendum verbis. 2. herbis. 3. lapidibus, & vbi non ſufficit virtutis ingenium, ibi

8. valet armorum præſidium. El. *in c. olim. ex. de reſcrip.* Reliqua litium publicarum remedia licita, cùm circa religionis diſſidium, tum juſtitiæ adminiſtrationem ſunt Eccleſiaſtica vel Politica. *Inter illa* primum & præcipuum eſt, vt Cæſar eâdem auctoritate *qua Pontifex* vtramq; juriſdictionem Cæſaream, & Pontificiam *more Maiorvm* defendat, & coniunctim teneat vtramq; dignitatem. Warem. de Erenb. *de Reg. ſubs. & Oner. ſubdit. c. 1. n. 21.* Huic adſtipulatur. Ar. Pinel. *p. 3. l. 2. C. de reſcind. vend. c. 1. n. 21. ſub. f.* dicens: Cæſares ethnicos vtrumq; gladium ſibi vendicaſſe: imò & noviores catholicam fidem agnoſcentes, nimium circa religionem & eccleſias conſtitutiones ſuas extendiſſe. Ferrar. *in form. lib. quo ag. ex ſub. gl. 9. n. 4.* vbi optat Imperatorem, qui clericis juriſdictionem auferat. Ratio huius remedij, quia Pontifex duplicem hanc dignitatem ſibi ſervorum ſervo vendicat, ſicut enſe accinctus, & coronâ imperiali coronatus Bonifacius 8. in publicum venit, exclamans: Ego ſum Caesar & Pontifex. *Paralipo. Vrſperg. Cuſpin. in vit. Alber.* War. de Erenb. *d. c. 1. n. 22.* Ergò multò magis Dominis Dominorum, h. e. templorum & reliquorum omnium hanc duplicem dignitatem ſibi vendicare poteſt. *Alb. Gent. lib. 3. c. 6. p. 508. arg. Nov. 3. 5. 6. 16. 37. 56. 58. 59. 67. 83. 117. 129. &c. 146.* & Auguſt. *ep. 48. 162. 166.* teſtatur eccleſiæ & fidei negotia à ſecularibus principibus ſeu Imperatoribus tractata & deciſa eſſe.

More MAIORVM: inter quos potiſſimum Iuſtinus, Mauritius, Carolus M. Ludovicus, Pius, Conradi, Ottones, Henrici, Friderici, qui omnes Imperij jura acriter defenderunt, & pontificem docuerunt, vt abdicatâ Regnorum & humanarum litium curâ, æmulanda pauperis Chriſti, cujus vicarium ſe jactitaret, veſtigia ſequeretur. Auct. *rum. jur. de pontif. mut. confirm. pag. 33.* Crantz. *lib. 4. Sax. c. 9. & 10.* Aveni. *lib. 6. fol. 643.* Radev. *lib. 3. c. 55. Greil. Brito. lib. 10. Philipp.* 9.

Eccleſiæ decimas oblataq; munera tantum
Poßideant, nobis villas & prædia linquant,
Vt ſua & hinc populus, habeatq; ſtipendia miles.

Maximiliani I. conatum in hoc litium publicarum remedio tentando laudat Warem de Erenb. *de reg. ſubs. & oner. ſubd. c. 1. nu. 21. ex epiſt.* ad Baronem Paulum à Lichtenſtain Anno 1511. 16 Septemb. Carolus V. Electorum literis ſollicitatus, vt vrbem Romam Imperij caput, & antiqua Impp. jura imperio reſtitueret, reſpondiſſe fertur: Facerem, niſi me RELIGIO moveret. Hæc falſa religionis opinio multos deterruit, quod Imperio ſuam majeſtatem non reddiderint. Auct. *de pontif. mut. confirm. pag. 34.* Vtinam immutatâ opinione tandem exiſtat, qui donationem Conſtantini revocet, & conſtantiſſima reparationis remedia adhibeat, cum non concordet pſalterium cum cithara, vt innuit ante 163. annos Pract. Ferrar. *in form. rei conv. verb. praſcript. num. 24.* Hoc litium publicarum remedium non 10. adeò extentendum, vt Hierarchia ſive ſtatus eccleſiaſticus improbetur, & litium cauſa ſtatuatur, ſicut hoc remedij Albigenſes in Narbon. Galliâ vſurparunt. Paul. AEmil. *lib. 6.* Bernar. Girar. *lib. 1. folio. 820.* Ioh. de Serres. *tom. 1. fol. 482.* Iohannes Ziſcha, & noſtro ſeculo Botskay. Catal. *teſt. ver. lib. 19.* Wulff. *lib. 1. lect. memorab. fol. 870.* Ratio, quia Epiſcopos oportet eſſe in eccleſia, vt *inquit* Magnus Britanniarum Rex Iacobus in monit. ad Chriſt. Monarch. *fol. 64.* Sed illud tantum vitio vertitur, & divitijs refertur, quod ſtatus eccleſiaſticus imperij jura involet, & vtramq; jurisdictionem miſceat, quæ miſculatio eſt litium publicarum procreatio, omni jure prohibita. Milites 11. enim Chriſti non debent ſe immiſcere ſecularibus negotijs. At jurisdictio, & litium humanarum tractatio ſunt ſecularia negotia. Ergò. Matth. *20. vers. 25. Rom. 13. pr.* Mar. *10. vers. 42.* Luc. *22. vers. 25.* Deut. *17. vers. 18.* Eſai. *49. vers. 23. 1.* Tim. *2. vers. 2. pſal. 2. vers. 11. c. 1. & 2.*

q. 3.

q.3.c. reprehenſibile. cau. 23. q.8. Exemplum 2. Reg. 10. vers. 30. 2. chron. 23. 2. chron. 34. vers. 3. Eſai. *47. vers. 13.* Hedeman. *diſp. 3. θ. 47.* Eleganter ſynodus Romana ſub Sylveſtro *c. 16.* Sacerdotes non intrent in curiam, quoniam omnis curia à cruore dicitur, & ſimulachrorum immolatio eſt. 2. Periti tantum, non experientiâ rerum ſecularium deſtituti judicare poſſunt. *c. ſtatus diſt. 61.* Obrecht. *diſp. 2. de jud. θ. 251.* Harpr. *diſp. 1, concl. 38.* Emer. à Rosbach. *c. 4. num. 17.* Ruland. *de comm. lib. 1. c. 13. n. 4.* At opprobrioſum eſt eccleſiaſticis ſe litium ſecularium peritos oſtendere. E. *arg. l. placet. 17. & 41. verb. obſurdum. C. de epiſc. & cleric. c. cum ad verbum. diſt. 96.* Nov. Leon. *86.* Molin. *ad Alex. con. 63. lib. 3.* P. Greg. *ſyntag. jur. pag. 3. lib. 50. c. 12.* Dauth. *tr. de teſtam. nu. 93.* Duar. *lib. 1. de ſac. eccl. miniſt. c. 2. & 5.* Pet. Mart. *in loc. com. cl. 4. loc. 13.* 3. Prædicatio Evangelij eſt μυσαγωγία. At imperium & jurisdictio ſunt notæ dominij, & cohærent territorijs quæ Apoſtoli non habuerunt. E. neque jurisdictionem. *1.* Pet. *5.* Duar. *d. l. 1. c. 4. per. l. pupillus. §. territorium de V. S. c. eſto diſt. 95. ibi :* epiſcopi ſciant ſe ſacerdotes eſſe, non Dominos. Pacian. *de prob. lib. 2. c. 28. n. 135.*
12. Vnde neque Galli neq; Hiſpani, aliàs acerrimi Eccl. Rom. vindices, epiſcopos publica aut privata vlla judicia tractare volverunt, niſi quæ religionis cauſâ ſuſcipiantur, *inquit* Bodin. *lib. 3. de Repub. c. 3. nu. 278. vbi laudat.* Fel. *in c. quæ in ecc. col. 2. ex de conſt. adde* Cuj. *in par. C. de epiſc. aud. l. pen de vac. mun. l. 23. C. de teſt.* Veneti exclamant. *Fuoraipreti* Bodin. *lib. 3. de Repub. c. 1. & 8.* Imò Philippus Valeſius Rex Galliarum Epiſcopos à parlamento removit. Obrecht. *diſp. 1. de bel. θ. 96. & θ. 112.* ait, eccleſiaſticum munus dextrâ, & ſeculare lævâ tractari, inſtar præſbyteri iohannis, qui manè togatus, veſperi armatus ſedet. 4. Qui habet jurisdictionem, dignitatem habet. *c. de multa. de prab. & dign.* At miniſterium eccleſiaſticum eſt λειτουργία, & muneri non honori ſimile. E. *l. honor. de mun. & honor.* Ioach. Steph. *lib. 3. de jurid. eccl. cap. 2.* Denique Hiſtoricis vel chronicis fides adhibetur etiam in judicijs. At ex nulla fide digna hiſtoria apparet, Papam imperium aut jurisdictionem accepiſſe. Ergò. Dd. *in l. 1.* Ias. *n. 25.* Dec. *n. 21. de R. C.* Zaſi. *con. 16. n. 39. lib. 2. Parıs. con. 23. n. 133. vol. 1.* Soc. jun. *cons. 76. n. 64. vol. 1.* Donatio enim Conſtantini fabuloſa eſt, vt latè probant Pruckm. *in tr. de Reg. & Rud.* Hoſpini. *lib. 5. de orig. prog. & mer. don. & bonis. Eccl. c. 1.* Hel. *prebij. c. 4. Chron.* Sclau. epiſcopos principes cæli vocat. Beat. Rhen. *lib. 2.* German. *p. 94.* civitatibus ſub Francis

Regibus

Regibus & Impp. præfectos fuiſſe comites, qui velut advocatos quoſdam epiſcoporum agere cogebantur. Duplex igitur judicium in epiſcopatibus fuit: Spirituale, cujus caput epiſcopus; Temporale, cujus præſes Burggravius. Matth. Dreſſer. in der Sachſ. Chron. *pag. 136* Mart. Welſer. *pat. Augu. in rer. Aug. com. lib. 4.* nullam civitatem quam vrbem epiſcoporum aliquando dictam invenimus, in epiſcoporum poteſtate, ſed ſolummodo ſub illorum inſpectione fuiſſe. Munus Burggravij deſcribit Peucer. *lib. 5. Chron. pag. 528.* Gylm. *p. 3. ſup. Cam. vot. 23. p. 95.* Weichbild. *art. 44.* Der Burggraff zu Magdeburgk iſt der hoheſte Richter in der Statt / deſſen Ambt iſt ſubordinatum des Schuldtheiſſen. *art. 16. 44. & 45.* Hæc de ſeculari eccleſiaſticorum jurisdictione latius, cujus Remedium, vt abrogetur, aut reſtringatur. Quod ſi intellexerit Pontifex Romanus non quæri bona & poſſeſſiones, quas ex liberalitate Regum ac Principium habent, ſed tantum VERITATIS amorem, publicam tranquillitatem, & honeſtatem, ſperat Heimainsfel. *tom. 3. Conſt. Imp. fol. 641. §. 5. in f.* ſedari poſſe odia eccleſiaſticorum & laicorum. Licet interea verum, quod Ioh. de Rochetaille ſeu rupe ſciſſa dixit: Imp. Rom. & Alemaniæ, Regesq; Chriſtiani eccleſiaſticis donavere bona vt ſervirent Deo, vos verò per ſuperbiam ea profunditis, per nequitiam & luxum, eoque nomine iraſcitur Deus, & prius donata auferent. *de quo* Froiſſar. *1. c. 211.* Guil. Paradin. *2. de l hiſtoi. de Lyon. c. 86.* Catalog. *teſt. verit. lib. 18.* 13.

Alterum in periculoſo Religionis litigio Remedium eſt Pax illa 14.
ſancita Anno 1552. triennio poſt confirmata, quæ dira bella & litigia publica ſub prætextu religionis antè exorta, penitus extingvere, & ſedare viſa eſt. Camer. *lib. 1. med. hiſtor. c. 58.* quod adverſarij ſemen ſerpentinum, & venenum diaboli vocant. Auct. *autonom &* Anton. Poſſavin. *in caut. ad diſcur. de la Nove.* Omne tranſactionis genus, quo & olim, & jam noſtro ſeculo in Imp. Gall. & alijs regnis, controverſiæ de Religione ſine ſanguine amicè & fraternè compoſitæ ſunt, repudiat. Nos Divinum religioſæ pacis Remedium in hoc exulcerato conſcientiarum ſeculo ferendum, nec auferendum putamus. Quis enim mihi imponat neceſſitatem vel credendi quod nolim, vel, quod velim non credendi? vt ait Lactant. Melius eſt, *inquit* Tacit. *12. Annal.* pauciores ferrè, quàm vnitatem perdere, & ad tempus connivere, quàm intempeſtivis Remedijs delicta accendere, vti teſtatur Euſeb. *lib. de vita Conſtant. & Niceph. lib. 10.*

c.24. lib.11. c. 1. & lib. 12. c.29. RELIGIO ſuadendo magis quàm pugnando proficit. Theod. *apud* Caſſiod. *lib. 2. epiſt. 28.* Nemo cogi poteſt vt credat invitus. Nam fictos magis quàm veros Catholicos coactio facit, ſecundum Auguſt. Heyg. *p. 1. q. 12. num. 49.* Sic neque Carolus V. turbatam Germaniam, nec Henricus IIII. Galliam, nec Maximilianus II. Auſtriam, neq; Stephanus Poloniam, Rudolphus II. Vngarium aliter ſedare potuerunt, niſi liberum omnibus Religionis exercitum permiſiſſent. Imò Solimanus Sultanus cum à Baſſis admoneretur, vt Chriſtianos ad Muſulmannizandum cogeret, fortè ex feneſtra in hortum proſpexit, & dixit: quemadmodum iſta varietas herbarum atq; florum nō ſolum nihil obeſt, ſed mirifice oculos & ſenſus recreat: ſic in imperio meo diverſa fides & religio potius vſui eſt quàm oneri, modò pacatè vivant. Camerar. *p. 1. med.*
15. *c. 58. p. 262. ex* Levenc. *in pand. Turc.* Tertium religioſæ litis Remedium: & quidem vnicum ſtatuit Carolus V. in comit. Aug. Annó 1530. 23. Sept. Generale & liberum CONCILIVM, per quod Chriſtianæ ſocietati tàm in eccleſiaſticis & ſpiritualibus, quàm politicis & civilibus negotijs publica pax atq; tranquillitas reſtitui & conſervari poſſit. Heiminsf. *tom. 3. conſt. Imp. pag. 514.* Licet hoc vlcus medio Conciliorum non ſanatum, ſed exulceratum teſtatur *Iuſt. Spring. tr. de pa. relig. c. 15. pag. 166.* 1. quia factiones de Iudice *delegando*, & norma judicij. 2. quia nullus decretis eſt obtemperaturus. *Ergò* precibus potius quàm ſynodorum decretis, & temporis ſucceſſu, quàm humanis conſilijs huic malo quærendum eſt Remedium. Spring. *d. tr. c. 15. pa. 166.* Magis optandum, quàm ſperandum, vt in vnam conſonantiam redigatur diſpar Religio. Placida, amica, pacata tranſactio ſuſcipiatur, odium, ira, virulentia, nihil ſibi vendicent. Schonborn. *lib. 4. polit. c. 6.* Religionſ. *Anno 1566.* Sleidan. *lib. 26. pag. 398.* Quod ſi tamen hoc contentioſo ſeculo Sinnij conſilium, & Theodoſij Imp. Remedium imitari velimus, admitti poſſet, vt ſecundum antiquorum patrum & Dd. doctrinam, & explicationem Scripturæ ſacræ à patribus orthodoxis traditam, litigioſi noſtræ fidei articuli deciderentur. Staphyl. im Vortrab contra Iacob. Andr. Hoc Cæſaris & ſtatuum prudentiæ incumbit, ex vtroq; ordine prudentes moderatos, & rerum diſceptandarum notitiâ pariter inſtructos deligere, qui toti actui regundo ita præſint, ne ſuæ parti, aut allatis ſi veant præjudicijs, ſed vt intermedios & ſequeſtros ſe præbendo litigioſis

gioſas tanti momenti actiones, religioſè ſimul & prudenter moderentur, ſicut in ſynodis veteribus. Iuſt. Spring. *tr. de pac. relig. c. 12. p. 28. vbi 6.* argumentis probat Concilium Tridentinum fuiſſe nullum.

Quartum Religioſi litigij remedium eſt Amniſtia. Ita Religionis causâ ſæpè in multis Europæ regnis, veluti Boëmia, Moravia, Polonia, Litvania, & Sabaudia ſancita eſt amniſtia, injuriarum tumulus, ſive oblivio litium publicarum. Thuan. *in præf. ope hiſt.* Bodin. *2. de Repub. c. 5. nu. 214.* Germani dicunt Vergeben vnd Vergeſſen. 16.

Quintum litium Theologicarum Remedium, vt interdicuntur turbulentæ, & ſeditioſæ conciones, quibus homines malè feriati, & in peſtem Reipub. nati, civilibus ſuis ac immoderatis ſermonibus plebem concutere, & lites publicas in populo ciere ſtudent. Hoc Remed. eſt Conſtantis II. Imp. Aug. Anno Chriſti 648. de concordia eccleſiaſtica, & SILENTIA Eriſticis ac ſeditioſis ſcriptoribus & Concionatoribus imponendo, quod Heiminſf. *p. 3. Conſt. Imp. pag. 639. allegât.*

Sextum Remedium ad reprimendam Eccleſiaſticorum cupiditatem, eſt CONSTITVTIO ſive STATVTVM, ne clericis allodialia ſive feudalia bona tanquam litium fomenta, ſine Magiſtratus Politici conſenſu vendere, & abalienare liceat, quale ſtatutum Venetijs nuperrimi litigij cauſa. Iuliaci à Ferdinando anno 1560 comprobatum, & in Brabantia extat. Rutg. Rul. *tr. de invoc. vtr. brach. c. 13. n. 7.* 17.

Vltimum eſt Gamalielis Remedium Act. 5. quod Lutherus allegavit, & propterea atheiſmi arguitur ab *Auct. autonom. par. 3. c. 40.* Hæc de eccleſiaſticis litium publicarum Remedijs. Sequuntur Politica: inter quæ omnium optimum Remedium in magnis Germaniæ tempeſtatibus, litibus, atque tumultibus eſt Electorij ordinis dignitas, & conventus collegialis. Quod innuit Carolus IV. in pr. bullæ, ſe omnem contentionum & inimicitiarum materiam ſuâ ſanctione amputaturum. Heig. *p. 1. q. 3. n. 7.* Huius ſolius medio & remedio, S. R. I. poſſeſſio adverſus molitiones pontificum, & alias eius modi lites atque malitias publicas ſemper fuit conſervata, & adhuc conſervatur, teſte nuperrimo Electorum conventu Noribergæ habito. Heig. *d. p. 1. q. 3. n. 7. & 41.* vbi ait, non adeò firmiter Bohëmiam cum Imperio ſuperioribus ſeculis coaluiſſe. Nihil enim cogitari poteſt ad ſeditioſorum hominum factiones, & civilia bella declinanda vtilius, quàm multitudini principum & magiſtratuum creationem eri- 18.

pere, & paucilſimis committere qui Regem Romanorum deſignent. Bodin. *lib. 6. de Repub. 5.* Quia deſignatio futuri ſucceſſoris optimum ad extirpandas ſeditiones remedium eſt. Pol. Virg. *lib. 20. hiſt. Ang. pag. 411.*

19. Deinde non præſentius vllum vnquam Remedium Teutonis, ad evitandas litium publicarum machinas, quàm arctior ſocietas & coniunctio, vt inquit Heiminsf. *in praf. tom. 3. Conſt. Imp.* Vtinam noſtri Reges atque Principes alij alios ſocios amicosq; habere mallent, quàm ſervos & inimicos. Sic Germani & Galli coniunctiſſimi, quaſi fratres fuerunt. Sic Henricus II. Angliæ Rex in comitijs Herbipolen. vt confrater adfuit. Sic Dani Carolo V. reſponderunt: ſe non Cæſari, ſed Imperio fidos eſſe. Quod ſi Cæſar contra Imperium machinaturus ſit, pro virili nixuros, vt antiqua Imperij libertas defendatur.

Denique ſi æmulatio, & ζηλοτυπία, obtrectatio & invidia gloriæ, ſuſpitiones, & ſimultates, quas ambitio & avaritia peperêre, juxta ll. Maiorum veluti monſtra ſuffocarentur, eádem operâ & technæ ad Reges & Principes perdendos paratæ ſuffocarentur. Vnde Michael Coccinius lib. de imp. à Græc. ad Germ. tranſl. *Quod ſi Principes* Germani, vt maiores, animi fortitudinem & prudentiam, *& juſtitiam* coniunxiſſent, & Imperatori ipſorum concordi*ter adhæſiſſent,* nunquam Imperium Romanum & Eccleſiaſticam *inveſtituram per*didiſſent, nec tot Impp: excommunicationes, depoſitiones, & imperij ſubditorum à fidelitatis juramento relaxationes, in totius imperij excidium, & damnum irrecuperabile paſſi fuiſſent: Melch. Goldaſt. Heiminsf. *in repl. adv. Gretſer. cap. 13:*

20. Tertium litium publicarum Remedium Politicum in Germania fuit conventus Regimenti, ad cognoſcendas ſubditorum querelas. Schonborn: *lib. 4. polit. c. 33:* in quo erant 20. perſonæ loco Senatus Imperij. Verum hæc Regimenti Conſtitutio ſub Carolo V. in deſuetudinem abijt, creſcente ipſius auctoritate & potentiâ, vt inquit Paurmeiſt. *lib. 2: de Iuriſd. Imp: Rom. c. 2: n. 48.* & obſervat; patrum memoriâ omnem imperij adminiſtrandi vim ac poteſtatem penes Comitia fuiſſe. Quæ cum magno ſumptu fierent, & ſæpius negotia litigioſa inciderent, anno 1500. Maximil. I. prædictum conventum inſtituit. Dec. Aug. *tit. 1.* von den zwenzigen/ſo zu der König. May. vnd des heiligen Reichs Regiment geordnet: vt jus & juſtitiam adminiſtrarent, & quibuscun-

quibuscunque ſubditorum querelis cognoſcerent, pacem ac tranquillitatem publicam tuerentur, bella contra Turcas & Imperij hoſtes ſuſciperent. Paurmeiſt. *d. c. 2. n. 50. & ſeq.*

Quartum Remedium, vt novus ordo militum, ſive equitum inſtituatur, quorum operâ Imp. vtatur non ſolum contra Turcas, ſed etiam in litibus publicis ſedandis. Hoc deliberatum fuit Ratisbonæ anno 1576. §. ferners. & anno 1603. §. auch ohnvergeſſen. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 82.* Reliqui ordines Aurei velleris, Annunciationis, S. Stephani, Spiritus S. &c. pleriq; omnes defendendæ religionis cauſâ inſtituti. Spangenb. im Adelsſpiegel *p. 2. lib. 6. c. 52.* Franc. Sarmienta *tr. de redit. eccl. p. 4. c. 1. n. 15. Claud. Parad. int. ſymb. hero. pag. 24. 41. 46.* War. de Erenb. *lib. 1. de fœder. c. 6. n. 12.* Sed hic pro vtraque & Religione & Regione, ex vtriusq; Religionis nobilibus atq; militib⁹ colligatur, inſtituatur, terrâ partâ potiatur, ditetur, dilatetur. 21.

Quintum litium publicarum Remedium, quod ſummopere laborandum, & præcavendum, ne ſeditio oriatur. War. de Erenb. *de reg. ſubs. & oner. ſubd c. 7. n. 38.* Cyro Sponto. *lib. 9. del governo di ſtato. c. 4. p 249.* vbi cautionem tradit, ne propter impoſita tributa oriatur ſeditio, aut ortæ occurratur in tempore; quia omne malum naſcens facilè opprimitur, inveteratum fit plerumque robuſtius. Cic. Phil. 5. Nihilq; in diſcordijs civilibus feſtinatione tutius, vbi facto magis, quàm conſulto opus eſt. Tac. *1. hiſt. 16.* Schonborn. *lib. 6 polit. c. 14.* Tholos. *lib. 35.* Syntagm. *c. 6. n. 24.* Et cur, inquit Iulianus *l. æquiſſimum. 17. de vſuf.* ad arma & rixam procedere patiatur prætor, quos poteſt ſuâ juriſdictione componere. Ante ſeditionem providentia magiſtratus requiritur: in concitatâ auctoritas & vindicta: in ſopitâ diſcordiarum oblivio. Iuſtin. *ex Trogo. lib. 5.* Herodes vt ſeditiones præcaveret, turbas & conſpirationes ſuſtulit, otium abſtulit plebi, eamq; perpetuis laboribus fatigavit. Ioſeph. *lib. 15. c. 13. Gunth. lib. 8.*

Nec conventiculum, vel conſpiratio fiat,
Sive ſodalitij; ſeu juncti ſanguinis actu.

In omni enim Repub. diligenter advertendum eſt Remedium, ne in ſcijs ſuperioribus Conventus aut comitia habeantur, quod Hiſpanis, Neapolitanis, Bohemis, interdictum legimus. Bodin. *lib. 3. de Repub. c. 7.* vbi notat Thomam Menado. *ad conſt. reg. in aliq. pag. 35. n. 56.* Marin: Frecc. *de feud. lib. 1. par. 13.* Rol. à Valle *conſ. 17. n. 32. lib. 3.*

Acta Bohem. de an. 47. Heig. *p. 1. q. 4. n. 44.* Ergò multò magis conventicula tanquam litium nutriculæ prohibeantur.

23. Sextum Remedium eſt, vt cura attentetur prius LENITATE & CONSILIO, quibus populus reconciliatur maximè. Bodin. *lib. 4. de Repub. c. vlt.* Frid. *in lib. de pa. Conſtant.* Chriſt. Ohem. *in diſc. jurid. pol. c. 3. nu. 12.* Non enim ſtatim ad majora remedia tranſeundum eſſe ſuadet Machiavel. *lib. 3. diſc. 27.* ſed à mitioribus incipiendo, tentanda eſt litigantium reconciliatio, nec omninò deſperanda. Scip. Amirat. *lib. 15. diſſert. pol. vlt.* Arniſæ. *lib. 2. doct. pol. c. 5.* Reconciliatio enim, ſive pacis reſtitutio eſt remedium, quod ſeditionibus modum ponit. *c. placuit. diſt. 90.* & concordiam maximè affectat. D. Thom. *1. 2. 2. q. 61.* Rain. Cors. *de priv. reconc. c. 4. pag. 13.*

24. Huc facit ſeptimum litium publicarum Remedium, Eloquentia, quæ ad ſopiendam ſeditionem multum conducit. Lupum, aiunt, auribus non teneri: at populum & civitatem auribus maximè oportet ducere. *teſt.* Plutar. Duro. di Paſch. *in Aul. polit. θ. 140.* ad ſedandos tumultus aptiſſimos eſſe ait, qui bonis artibus in vulgus grati ſunt, Chriſt. Ohem. *in diſc. c. 3. nu. 12.* ſapientiſſimos, ac ſummâ virtute præſtantes viros, qui litigioſos Populi motus orationis lenitate atque prudentiâ regere poſſint, adhibendos eſſe exiſtimat. Virgil. 1. AEneid.

Tum pietate gravem, ac meritis, ſi fortè virum quem
Conſpexerè, ſilent, arrectisq; auribus adſtant.
Ille regit dictis animos & pectora mulces.

Hujusmodi litium publicarum Remedio feliciter vſi ſunt Menenius Agrippa, qui populum à patribus ſecedentem oratione ſuâ flexit. Liv. *lib. 28.* Polyb. *lib. 11.* M. Popilius ſeditionem patribus motam cùm auctoritate, tum oratione ſuâ ſedavit. Cic. in Brut. Pyrrhus ipſe fatebatur à Cynea Oratore ac legato ſuo plures vrbes oratione, quàm ſe armis expugnatas eſſe. Plut. in Pyrr. Divus Iulius ſeditionem exercitus verbo vno compeſcuit.

Diſcedite caſtris
Tradite noſtra viris ignavi ſigna Quirites.

Lucan. Tac. *1. ann. p. 14.* D. Auguſtus vultu & aſpectu Actiacas legiones exterruit. Quod idem de Caligula notat Sueton. c. 9. Petrus Loredanus Venetus nauticæ turbæ tumultum compreſſit, ad quam Senatorum nemo progredi audebat. Bodin. *lib. 4. c. 7.* Fran.

Soderinus

Soderinus Florentinos habitu pontificiali à ſeditione deterruit. Machiav. *lib. 1. diſc. 54.*

Hoc arcanum quaſi litium publicarum Remedium, quod conſilio, non impetu opus habet, vt ait Curt. *lib. 7.* Magnum enim in auctoritate & reputatione momentum ſitum eſſe docent. Scip. Ammir. *lib. 5. disc. 8. & lib. 12. diſc. 2.* Patrit. *in parall. milit. lib. 6. c. 7.* Ian. Gruter. *in diſc. ad Tacit. pag. 32.* Lips. *lib. 4. polit. c. 9.* Ergò vir auctoritate pollens ad ſopiendas lites publicas eligendus eſt, qui ſi nihil proficiat, & excipiatur, vti Muſorinus in ſeditioſis caſtris, ad fortiora progrediendum Remedia, quæ minanda potius à principio quàm tentanda, ſecundum Apollo. *lib. 5. Phil.* Res novas molientibus terribilem te oſtende, minitando tamen magis quàm puniendo.

Fortiora litium publicarum Remedia ſunt arma, cœdes, exilia, ſecundum illud Tac. *lib. 1.* Annal. Si detrectetur imperium, bello certandum. Sic Vitalianus motâ ſeditione contra Anaſtaſium navali prælio victus à Mariano. Proclus Mathematicus naves ſeditioſorum incendit arte Archimedicâ, adhibitis cavis ſpeculis, à quibus radij ſolis accenſi vicinas naves inflammarunt. Phil. Melancht. *lib. 3. Chron. pag. 534.* Theodoſius Arbogaſtum & Eugenium ſeditioſos ingenti prælio vicit, & Henricus 4. Rudolphum Sueviæ Ducem ad Mersburgum. Sed hoc Remedium cordatis non probatur, in ſubitis rebellium motibus bellum movere, qui malum talis exempli exitum animo prævidentes, lege potius quàm armis litem decernī voluerunt. Thom. Smithius. *lib. 2. de Repub. Angl. c. 4.* quod in lite Brunſvicenſium meritò obſervandum fuiſſet. 25.

Qui vult compeſcere ſeditionem, is quàm celerrimè tollat è medio capita ejus, Die Redlinſührers / qui lites publicas & privatas excitant. Du. di Paſch. *in Aul. θ. 144.* Machiav. *lib. 2. c. 24. de Repub. & lib. 3. c. 27.* Intereſt enim Reipub. ejusmodi hominibus purgari. *l. 3. & 13. de off. præs.* Chriſt. Ohem. *in diſc. c. 3. n. 12.* Sic Carolus V. in Gandavienſium tumultu ſolos auctores punivit. Et laudatiſſimus Rex Poloniæ Sigismundus Rockoſanos, vti vocant, partim vitâ donavit, partim auctores ſuſtulit. Plebs ſeditioſa atque litigioſa varijs artibus verſanda, & negotijs opprimenda eſt, quia otium & res ſecundæ extemplò vrbanos motus excitarunt. Liv. *lib. 3.* Cy. Spont. *par. 1. cor. del. princ. Non ha la plebe il maggior nemico, alla ſua ſalute, che il troppo facile ſucceſſo delle ſue attioni.* Machiav. *lib. 1. diſc. 52.* non putat meliorem eſſe conatus 26

ſeditioſo-

ſeditioſorum litigaturientium excludendi viam, quàm ſi eâdem arte, quâ illi plebem ad ſe trahunt, eandem ab his avertas. Plebs etiam ambiguis promiſſionibus induci poteſt, vt quieti ſe tradat: Sin inſtantius vrget lites publicas, irrita facilè faciet princeps, quæ per ſeditionem populus extorſerit. Tac. *1. Annal.* Schonb. *lib. 7. polit. c. 14.*
27. Divellendi ſunt auctores ſeditionum: quo Remedio tutiſſimè conſenſus multitudinis tollitur. Et occultis præmijs alliciendi ſunt ad obædientiam. Non deerunt, qui gratiam melioris partis bono publico velint quæſitam. Liv. *lib. 2.* Quidam per fallaciam demulcendi ſunt: mittendi ad eos, qui eadem velle ſimulent, quò plus auctoritatis conſilijs inſit. Tac. *2. Hiſtor.* Schonborn. *lib. 7. polit. c. 14. n. 4. 5. 6.* Sic Antigonus Rex Pythonem, ſeditioſum hominum, humanitate ad ſe allectum in Medio Macedonum trucidavit. Polyæn. *lib. 4. ſtrat.* Sic Rex Galliarum Bironium humaniter pellexit, vt etiam ludentem cum Regina in carcerem detruderet, & ſeditionem averteret. In ſeditioſos culpam deprecantes ſupplicio non animadvertendum: ſufficiat, ſi nefariæ ſeditionis auctores ſanguine luant quod admiſerunt.
28. Liv. *lib. 28.* Hujusmodi autem rebelles & ſeditioſi, pro qualitate dignitatis aut in furcam tolluntur, aut beſtijs obijciuntur, aut deportantur. *l. ſi quis. 38. §. 2. de pœn. t. t. C. de ſeditio.* vbi Impp. graviſſimam mulctam imponunt, quam mortis eſſe interpretantur *Sal. n. 1.* Vultej. *1. I. R. 54. nu. 64.* Hotom· *ill. qq. 42. per. l. 3. §. 4. ad l.* Cornel. *de ſicar. l. aut fact. §. de pœn.* Obſervandum etiam quandoq;. *c. latores 4.* Ex. *de cler. exc.* Gail. *2. de P. P. c. 9.* Tiraq. *de pœn. ll. temp. caus.* 47. Pap. *24. arr. 10. art. 1.*

Olim apud Suevos & Francos prædones, incendiarij & ſeditioſi, ſi nobiles eſſent, antequam morte plectebantur, ignominiæ cauſâ canem ferre de comitatu in proximum comitatum cogebantur. Gunth. *lib. 5. Lig.* Cujac. *11. obs. 22.* Peucer. *4. Chron. pag. 902.* Schonb. *lib. 7. polit. c. 14. in f. P. H. O. art. 127.* Mit abſchlagung ſeines Haubts geſtrafft / oder mit Ruten geſtrichen / vnd auß der Lantgegendt verwieſen. Idem obſervari in Palatinatu, & foro Stetinenſi teſtis eſt Iac. Airer. *p. 2. proc. hiſt. c. 6. obs. 1. n. 2. latè* Capic. *dec. 130. n. 3.* Gramm. *vot. 19. c. 1.* Clar. *5.*
29. *ſentent. §. fin. q. 68. n. 36.* Hæc procedunt, quando tractatus præceſſit ipſam ſeditionem ſive litem publicam; ſecus verò eſt, ſi tumultus vel ſeditio accidentaliter h. e. ob aliquod factum, puta ex civili diſſenſione eveniat, quo caſu pœna locum non habent, *per l. ſi quis. § in civili.*

civili. de captiv. Bl. *in l. 1. §. fin. de I. & I.* Gramm. *vot. 19. n. 2.* Ratio, quia ordinatio ſola ſeu tractatus etiam in delictis atrocioribus non punitur, niſi ad actum aliquem per ſe ad factum ipſum ordinatum proceſſum fuerit. Bl. *in l. non ideò. col. 6. C. de accus.* Dec. *con. 256. &* Cap. *dec. 130. nu. 3. & 5.* Ita in Complices ſeditioſorum non nimis anxiè inquirendum eſt: non qui conſilijs, non qui opibus juviſſe dicentur, ſeverius indagandi. Tacit. *2. Annal.* Schonborn. *lib. 7. polit. c. 14. rem. 9.* Ratio: Quod ſi velis omnes ſeditionis participes inquirere, infinitis cogaris te cædibus cruentare, nec habiturus ſis denique cui imperari poſſit, *inquit* Scip. Ammir. *lib. 2. diſc. 9.* quod ab Epicteto ſumpſit apud Arrian. *lib. 3. c. 4.* Sic Octav. Farneſius noluit in omnes ſeditioſos inquirere, ſed ſolum confeſſos, & convictos puniri permiſit: cæteros ſilentio obliteravit. Hen. Scot. *ad. lib. 2. Tac. pag. 150.* Alia ratio: ne iſtâ ſeveritate ſeditioſi atque litigioſi ad de- 30.
ſperationem adigantur. Nam, vt Scip. Ammir. *lib. 1. diſc. 8. inquit, dalla deſperatione naſce in vn ſubitò vn fermo proponimento di commiter ogni coſa empia, & ſcelerata.* Et Cyr. Spont. *par. 4. cor. del prin. il princepe no troua mai nemici piu feroci di i cittadini deſperati.* Sicut Gandavenſes cum ſe in Ludovici pacem æquis conditionibus dedere vellent, & is juſſiſſet eos pedibus nudis, aperto capite, laqueo in collum inſerto, ad ſe ſupplices prodire, ſuoq; de ijs quid facturus eſſet, arbitrio relinquere, per deſperationem animum reſumentes, 30000, ex Ludovici exercitu ceciderunt. Cyr. Spont. *3. par. cord. del princ.* Bodin. *lib. 3. de Repub. c. 7.* Remedium contra deſperationẽ eſt, ne ſpes veniæ vllis præcidatur. Quod vtinam nonnulli Germaniæ principes obſervarent, multi ſeditionum motus ſedarentur. Es ſol der vnſchuldig des ſchuldigen nicht entgelten/noch das Kindt mit dem Bade außgeſchüttet werden/ *inquit* Ad. Kell. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 20.* vbi tria contra ſeditiones atque rebelliones remedia tradit. 1. vt Rector Reipub. præcaveat maturè ne accidant. 2. vt eadem emendet oportunè, priusquam vires ſumpſerint, & ad effectum pernitioſioris perturbationis venerint. 3. vt pœnis afficiat ſeditioſos, Auctores ſcilicet, non omnes complices. ita Veget. *lib. 3. c. 4.* ait: auctores criminum vindicari, vt ad omnes metus, ad paucos pœna pertineat. Vnius improbi ſupplicio multorum improbitatem coërceri inquit Cic. *3. in* Verr. AEquum enim eſt, dicente Liv. *lib. 38.* vt ibi pœna conſiſtat, vnde orta eſt culpa. Deniquè arma ſeditioſis 31.
adimenda ſunt. *1. Sam. 13. verſ. 19.* Gail. *2. de P. P. c. 9. num. 34.* Albér.

Gentil. *lib. 3. de ju. bel. c. 11.* Schonborn. *lib. 7. polit. c. 14. remed. 11.* Plura tumultuum ſedandorum remedia annotata habet. P. Greg. Tholos. *lib. 23. c. 9.* Decian. *de delict. tit. de coni. fact. & ſed. lib 7. c. 7.* Machiav. *c. vlt. ſua Reipub.* Bodin. *lib. 3. c. 7.* Arnis. *lib. 2 doct. pol. c. 5.* Sicut enim plures ſunt litium publicarum cauſæ: ita etiam varia earundem remedia adhiberi oportet.

Annonæ caritatem inter litium publicarum cauſas retulimus, cuius Remedia tradit Scip. Amirat. *lib. 12. diſſert. polit. c. 3.* 1. confugiendum ad Deum. 2. emptionem frumenti. 3. importationem. 4. diſpenſationem annonæ: Nam citò emenda, cautè convehenda, demum admirabili, œconomiâ diſpenſanda. Huc pertinent Die Kornheuſer/& concilium frumentarium ſive annonarium, quod in id incumbit, vt vitæ neceſſaria tam abundè ſuppetãt, vt partem etiam vicinis & alijs impertiri poſſint, vt de Hiſpania teſtatur Fur. Ceriol *de conſil. c. 1.* Bodin. *lib. 3. de Repub. c. 1.* Hipp. à Collib. *in Conſiliar. p. 68. in* Spec. *aul. obs.*

32. Reliquæ litium publicarum cauſæ contrarijs Remedijs ſunt tollendæ h. e. diſtributis vnicuiq; pro dignitate ac meritis honoribus, vindicatâ omni cuiusq; ignominiâ, & contemptu, ſublato metu, & eiusdem causâ, ſeveritate, curâ in ſervandis religioſè legibus, æquatis deniq; inter ſe civibus, ne vel odio, invidiæ, contentioni, æmulationi, ſimulationi occaſio relinquatur. *Auct. dial. de Reg. & Reg. inſtit. lib. 2. pag. 39. poſt.* Scip. Amir. Ariſt. *8. & 9.* Eth. Cic. *3. de ll.* Sæpiſſimè enim initium ſumit ſeditio à privatis civium litibus, vt ait Arniſæ. *lib. 2. doct. pol. c. 5. & 4.* vbi vndecim litium publicarum cauſas recenſet. 1. honorum & bonorum inæqualitatem, quæ invidiam
33. & invidia lites cùm publicas tùm privatas parit. Remedium: qui vult homines adęquare, non opes ſubtrahere debet, ſed arrogantiam, vt illi potentes & elati, pares ſe mendiciſſimis ſciant. Lactant. *lib. 3. div. inſt. c. 21.* Ioh. Gerhar. *dec. 8. qq. pol. 2.* Nimia enim potentia & αὔξησις ſunt 2. aliæ litium publicarum cauſæ, quarum Remedium eſt: diligenter proſpicere, ne quis vltra menſuram creſcat aut diteſcat. Bl. *in F. §. convent. de pac. jur. firm.* Schonborn. *lib. 7. polit. c. 27.* Machiav. *lib. 1. diſc. c. 50.* Ita rectè Venetos conſtituiſſe ſcribit Iov. *lib. 1. hiſt.* ne cuiquam temerè ex optimatibus, qui vel inſigni virtute, vel ſpiritu in rebus gerendis antecellat, nimio plus creſcere, vel collectâ gratiâ potenti & elato fieri liceret. Ita Reges Franciæ Comites ſtabuli ſemper

ex infima nobilitate elegerunt. Bodin. *lib. 6. c. 5.* Hoc remedium ſuadet Auct. exhor. ad German. vt poteſtati Hiſpanorum maturè obſiſtamus, exemplo Venetorum, & Laur. Medices, qui vicinos principes exurgere altius niſuros ſubinde repreſſerunt. Arnis. *lib. 2. doct. polit. c. 5.*

Succedunt 3. aliæ litium publicarum cauſæ. Deſperatio, Contemptus, & contumelia. Prioris Remedium tradidimus, & monet Machiav. *lib. 3. diſc. 6.* nunquam eò adducendos homines, vt videant vel ſibi pereundum eſſe, vel alium tollendum. Poſterioris Remedium: AMOR MVTVVS, imperantium & parentium. Sen. *epiſt. 9. ad* Lucill. quia ſecuritas ſecuritate mutuâ paſcenda eſt. Sen. *1. de clem. c. 19.* Deinde tutius ad ſeveritatem declinare, quàm ad conteptum. Arnis. *lib. 2. doct. pol. c. 4.* 34.

Denique neglectus rerum publicarum, qui & contemptum, & lites publicas parit, diligenter præcavendus. Vt exempla proh dolor videmus cum in Germaniâ, tum Moſcoviâ. Pyrrhum non alia ad expugnandam Siciliam cauſa evibravit, quàm quod poſt Agathoclis mortem omnia illic turbata, & cuiusque armis expedita viderit. Reliquæ litium publicarum cauſæ parum important, vt ἐρίθεια ſive vilium & humilium coitio, quàm Machiv. *lib. 3. diſ. 6.* ſtultiſſimam vocat. Rarò enim mortem evadunt eiusmodi proditores ſeditioſi, vt exemplo noviſſimo ſunt Thomæ Porci miniſter, qui Iacobum Britanniarum Regem pulvere tormentario extirpare voluit, & Ioh. Ravalliac qui Henricum IIII. Galliarum Regem cultro interemit. 35.

Nona litium publicarum cauſa eſt ὀλιγωρία quando Reſpub. datur adminiſtranda odio habenti. 10. parvi contemptus. 11. indifferens peregrinorum receptio. Polyb. *lib. 2.*

Duo præcavendarum ſeditionum, ſive litium publicarum Remedia annectimus, licitum, & illicitum. Hoc poſterius litium publicarum remedium, eſt delatores conſtituere. Quamvis enim Plato 3. de ll. in Republica ſua exploratores omninò eſſe jubeat; Alb. Gent. *lib. 3. de Legat. c. 14.* Alex. ab Alex. *lib. 4. gen. dier. c. 22.* Lips. *4. polit 10.* Nos tamen exulare eiusmodi κατασκόπους melius putamus, quorum inſtitutio ſervilem metum in animis ſubditorum parit, alitq; potius flammas ſeditionis, quàm extinguat. Ar. Epictet. *lib. 4 c. 13.* Ariſt. *5. polit. 11. vbi* Cas. *in comm.* Ceriolan. *de conc. & conſ. c. 2.* Comin. *lib. 1. c. 9.* Marcellin. *lib. 14.* teſtatur, quod per clandeſtinos verſutosq; rumi- 36.

gerulos, compertis leviter addere quædam malè ſuetos, falſa & placentia ſibi dicentes, affectati Regni, vel artium nefandarum, calumnias inſontibus affigant. Licitum litium publicarum Remedium eſt levis Oſtraciſmus ſive amandatio ſub prætextu quodam ſpecioſo, & cum ſpe melioris fortunæ eorum, à quibus ſeditionem exortum iri ſuſpicio eſt. Liv. *lib. 10.* Tac. *lib. 2. Annal.* Arnis. *lib. 2. doct. pol. c. 5.*

Annonæ & cenſui plebis ita proſpiciendum, ne nimiâ paupertate ad res novas moliendas cogatur. Scip. Amm. *lib. 12. diſc. 3.*

Principem ita ſubditis ſe ſubtrahere oportet, ne ſeditionibus & tumultibus civium anſam præbeat, ſicut ad Iudæos Titus dicebat: Inſolentiores vos noſtra abſentia fecit: quia nos occupatos putaſtis. Egeſip. *lib. 5. c. 46.* Hæc de litium publicarum remedijs præmiſiſſe
37. ſufficiat. Non enim credimus Remedium, quod Craſſus apud Cic. *lib. 2. de Orat. teſtatur*, ſeditiones Reipub. vtiles & neceſſarias, quas etiam probat Machiav. *lib. 1. diſc. c. 4. & Cyr. Spont. p. 3. col. del princ.* quia committunt fallaciam accidentis, & perinde faciunt, ac ſi quis ſcelera, lites atq; malitias laudet, quod bonis legibus cauſam præbeant. Scip. Amir. *lib. 2. diſc. 11.* Antimach. *lib. 3. theor. 31.*

CAPVT IIII.

De communibus ſeu Generalibus litium Remedijs *Ethico-*politicis PATIENTIA, & CONCORDIA.

SVMMARIA.

1. *Vtrarumq; litium Remedia diſtinguuntur.*
2. *Ethicum litium Remedium eſt PATIENTIA.*
3. *Quale ſit patientia Remedium.*
4. *Tria ad vitam requiruntur, prudentia, amicitia, Patientia.*
5. *Romani patientiores, nunc rara eſt herba.*
6. *Prius concordiâ, quam judicio lis terminanda.*
7. *Litium Concordia initiò tentanda, non levato velo.*
8. *Concordia, Remedium in publicis optatur litibus.*
9. *Iudex in privatis litibus tenetur Concordiam offerre.*
10. *Italiæ, Galliæ, Germ. Statuta de concordandis litibus.*
11. *Hæc ſtatuta non ad cognatos ſolum, ſed omnes extendenda.*
12. *His ſtatutis neutra litigantium pars læditur.*
13. *Qui malam litem fovet, Pacificatione ſibi conſulat.*

14. *Amiſſir*

14. *Amicabilis Compoſitor differt à Compromiſſario.*
15. *Compoſitor litem cognoſcat, finiat, aut ſuperiori referat.*
16. *Compoſitor non à litigante nominetur, ſed publicè conſtituatur.*
17. *In arbitramentis remittitur de jure litigantium.*
18. *Arbitrium æquum, quod æquus vir in ſeipſo optat.*
19. *Concordiæ laus, & Diſcordiæ vituperium.*
20. *Beneficium & gratia concordiæ vincula.*
21. *Vtrum judex Litigantes ad concordiam cogere poſſit.*
22. *Caſus quibus litigantes ad Concordiam cogantur.*
23. *Compromiſſa non corrigunt jus commune, ſed lites minuuntur.*
24. *Amicalis compoſitio* Gütlich verhör vnd vergleichung.
25. *Tranſactio eſt actui, quo à lite receditur.*
26. *In amicali compoſitione Mediatores à litigantibus adhibeantur.*
27. *Reſciſſiones tranſactionum non feruntur, vt ſit litium finis.*
28. *Nec ob quadruplam aut enormiſſimam læſionem.*
29. *Advocatus totum ſalarium debetur lite compoſitâ.*
30. *Dextra cur detur in amicali litium compoſitione.*

CVM publica privatis ſemper anteferantur: licita litium publicarum Remedia præmiſimus. Vtrarumq; & litium publicarum & privatarum Remedia meritò ſequuntur tàm communia & generalia, quàm ſpecialia, & ſpecialiſſima. Inter generalia vtrarumq; litium Remedia ponimus philoſophicum ſive Ethicum, & Politicum; quia Ethica eſt catecheſis ICtorum, & vbi deſinit Ethicus, ibi incipit Iureconſultus. Lancell. *de off. præt. n. 9. ſecundum l. 1. de I. & I.* 1.
Philoſophicum ſive Ethicum litium abbreviandarum Remedium generaliſſimum eſt PATIENTIA, totius Philoſophiæ robur, vt ait Plato. Sarisber. *lib. 3. de nug. curial. c. 14.* Hoc Patientiæ Remedium ſi litibus atque malitijs oppoſveris, extinguetur protinus litigium, tanquam ſi igni aquam ſuperfuderis. Magna itaque patientiæ ratio eſt, vt nihil malorum fiat, hæc ſola efficit, quæ ſi detur omnibus, nullum ſcelus, nulla fraus, nulla lis in rebus humanis erit. not. Virgil. Pingiz. *ill. qq. Saxon. 59. nu. 86.* Symmach: Dura quidem commotio eſt, quam gignit injuria, ſed mollior delet dolorem medicina PATIENTIA. Iſidor: contra linguæ gladium patientiæ præbe ſcutum. 2.

Perfer perpetienda parit patientia palmam.

Galli cummuniter dicunt: *patience par force.* Eſt igitur Patientia 3.

Remedium malorum, & magna peritia, quâ aliorum ferre quis poteſt imperitiam. Keller. *lib. 1. de off. jurid. pol. c. 14. & lib. 3. c. 3.*

Durum patientia corpus
Inſtruit vt nulli cupiat ceſſiſſe labori. *Claud.*
2. parerg. in laud. Stili. Et Sil. Ital. *lib. 6. de bell. pun.*
Abſiſte ò juvenis lachrymis, Patientia cunctos
Hos ſuperat caſus.

Hæc eſt rerum arduarum ac difficilium voluntaria perpeſſio, honeſtatis ac vtilitatis causâ. Keller. *lib. 1. de off. jur. pol. c. 14.* cujus exempla refert. Sarisber. *lib. 3. de nug. Curial. c. 14.*

Nobile vincendi genus eſt patienaia, vincit
Qui patitur: ſi vis vincere diſce pati.
Eſt Deus excellens hominis patientia, mundi
Qua poterit forti pectore ferre malum.

4. Hinc veteres dixerê, tria ad hanc vitam regendum eſſe neceſſaria, prudentiam, amicitiam, PATIENTIAM. Oculus vitæ prudentia, ſal vitæ amicitia, baculus vitæ patientia. Effuſione ſalis portendi litem, & diſſolutionem contractæ amicitiæ refert Stuck. *lib. 1. antiq. conv. 30.* Quod ſi fiat, nullum melius extemporaneum ſedandæ litis Remedium inveniri poteſt, quàm patientia. Dolori tuo ò homo divexate Remedium ſit Chriſtiana Patientia, quâ vt moderatè fers *adverſam* fortunam, ne malis ſuccumbas: ita vel Reipub. cauſa fortiter perfer ſuperiorum injurias, nec animo frangaris. Otto. Caſm. *de mun. immund. c. 42. pag. 501.* Ovid. *lib. 2. de Rem. Am.*

Poſſe pati facile eſt, tibi ſi patientia deſit,
Protinus ex facili gaudia ferre licet.

5. Romani ſicut alijs præſtantiores, ita & reprehenſionis patientiores extiterunt in ferendis ſcommatis, & lœdorijs. Ioh. Sarisb. *lib. 7. de nug. curial. c. 25.* vbi explicat vocem lædoriæ Germ. Lodderey/ & ſcommatis, Germ. Schimpſ.

Wer nicht kan ſchimpff vorſtehen
Sol nicht zu Leuthen gehen.

Keller. *de off. jur. pol. c. 14.* Qui varios hominum mores pati nequit, aut nimis delicatus eſt, aut à communi mortalium conſortio ſe extrudit. Sen. *de reg. lib. 7. t. 14.* Diſcamus exemplo Chriſti noſtras injurias

juriis magnanimiter ſuſtinere. Dei autem injurias neque vſque ad auditum ſufferre. Nam ſi injurijs PATIENTIAM tenere laudabile eſt: injurias autem Dei patientia ſuſtinere nimis impium eſt. Chryſoſt. *Hom. 9. ſuper Matth.* licet accidat, quod in verſiculis dicitur:

Dum fero longvorem, fero religionis amorem

Expers langvoris, non ſum memor hujus amoris. Boer. *dec.168.n.19*

Sed cum patientia ſit herba, quæ adferat infinitis mortē, vt ait Duro di Paſch. *in Aul. θ. 307.* nec in omni creſcat horto, quia crudelis dicatur qui famam negligit, nec ob eam litigat. *c. non ſunt audiendi. 11. q.3. c. nolo. 12. q. 1.* Geil. *1. obs. 10. n. 4. & obs. 123. n. 6.* Cothman. *reſp. 1. n. 347.* vbi ait nihil inhoneſtius, quam inhoneſtum de ſe ſparſum ſermonem probare: h. e. tacere, neq; legitimis modis auctorem perſequi. Vnde Hieron. ad Ruffin. Reſponde, *inquit*, criminanti, ne ſi tacueris conſenſiſſe videaris. Deficiente communiter hoc litium 6.
Remedio, ad alterum procedendum, nempe Concordiam. Iudices enim litem prius concordiâ, quàm judicio terminare debent. *c. 1. ibi:* concordiâ vel judicio negotium terminetis. *de mut. petit. c. fin. de tranſact. c. cauſam. q. 19. ext. de teſtib. ibi:* concordiâ & juſtitiâ mediante. *c. ſi illis. 23. q. 4. c. querelam. 15. de Simon. c. ſi primates. 5. q. 2. l. æquiſſimum. de vſufr. l. 1. §. & poſt. vbi* Alex. *n. 7. de nov. oper. nunc. l. quidam. 21. vbi* Caſtr. *n. 6.* Alex. *n. 4.* Dec. & Ias. *n. 4. ſi cert. pet. l. 4. de aq. quotid. l. congruit. 13. de off. præſ.* Felin. *ad rubr. de treug. & pac. n. 1.* Dec. *in c. vt debit. vol. 2. ext. de appell.* Iaſ. *in Auth. ſi verò contingat. num. 7. C. de jud.* Wes. *con. 21. n. 1. lib. 1.* Neviz. *lib. 6. Syl. nupt. n. 8.* Tholos. *lib. 47. Syntagm. c. 1. n. 14.* Hinc Ariſtot. 8. Ethic. *c. 1.* ait, legum latori circa amicitiam & concordiam magis, quam circa juſtitiam ſtudendum. Id. *2. pol. c. 2.* Lancellot. *de off. prat. §. 1. num. 10.* Ant. de Guevar. *lib. 2. c. 38.* Non eſt ſapientis, *inquit*, fortunæ arbitrio committere, quod per concordiam componi poteſt. And. Knich. *in comm. ju. Saxon. c. 3. fol. 260.* ait, vtilius eſſe macre concordium pingui ſententiâ. Rationes huius Remedij 1. ſumptus litis. 2. jactura temporis. 3. moleſtiæ. 4. juramenti præſtatio 5. calumniæ & diſſidia 6. euentus litis dubius, de quibus. *lib. 1. c. 4.* Ayrers. *par. 1. proc. hiſt. c. 2. obs. 3. n. 2. & ſeqq.* Vtinam, inquit Guilbert. Cognat. in narrat. tranſigentium prudentiam 7.
imitari ſtudeant, quibus volupe eſt ordiri lites nunquam finiendas apud judices διοβοφάγυς aureo hamo piſcantes. Horum enim & patronorum fit corruptela, vt ferè litigantium vtræq; partes plectantur: adcò

adeò vt frequenter pœniteat eum qui vicit litem. Indocti enim Advocati & cauſidici non ſtudent, vt mediocri jacturâ tranſigatur cum adverſarijs, & lites citò dirimantur. Quod cum accidit, non minus actum de illo, ſecundum quem ſententia lata eſt, quàm de altero, qui in judicio ſuccubuit. Nam vt hunc amiſſa perdidit lis, ita illum conſumpta res depauperavit. Lites in principio vt plurimum faciles, quæ per malitioſas litigaturientium tàm principalium, quàm ſecundariorum ambages redduntur intricatæ, immortales, ſecundum illud Frontonis: Lis naſcitur, pertinacia efficit controverſiam. Seig. de Pibrac. *la 1. remonſtr. p. 42.* vbi exemplum de nobili & pictore refert, quos judex litis invtilis arguè arguit ex Lucia. in encom. Demoſt.

8. Hoc Concordiæ Remedium non ſolum in litibus forenſibus, ſed & publicis meritò adhibendum. Nec dubium eſt, inquit Iuſt. Spring. *de pac. relig. p. 19.* ſi CONCORS principum Imperij expulſâ ſimultate conjunctio foret animorum, quin ſine magno negotio ab incurſionibus hoſtilibus agrorum ſuorum limites tuerentur. Chalcondyles Atticus de Germanis: ſe nullam gentem noſſe honeſtiorem Germanicâ, quæ ſi CONCORS ſit, invicta ſit. Et Criſpus ad Cæſarem de Reipub. Romanæ excidio: Ego ſic exiſtimo, quoniam omnia orta intereunt, quâ tempeſtate vrbi Romanæ fatum *excidij* adventarit, cives cum civibus manus conſerturos, atq; ita *defeſſos & exangues* Regi aut Nationi prædæ futuros: aliter (inquit) *non orbis* terrarum, neq; cunctæ gentes conglobatæ movere aut contundere

9. queant hoc imperium. Quoad lites privatas optime faciunt judices, qui partibus Litigantibus concordiam, & amicabilem vt vocant compoſitionem offerunt. Et ad hoc judices etiam tenentur, adeò vt ſi poſſint in principio litis partes, ad æqualem concordiam redigere, & non faciant, peccatum comittant mortale. Caſtriti. *ad pract. Muſuer. fol. 36. n. 1.* At poſtquam ex actis intellexerint, quæ pars litigantium ſit iuſta, quæ iniuſta, tàm graviter peccant perſuadendo iuſtæ parte ad concordiam, ſi eam cum detrimento ineat. Butrig. *in c. 1. in gl. fin. de mut. pet.* Hen. Goden. *in proc. jud. rub. 2. n. 16.* Sic in omnibus ferè Europæ provincijs & provinciarum civitatibus tale viget ſtatutum, vt lis omnis concorditer & amicabiliter componatur, antequā litis ſive potius litigioſi proceſſus via tentetur. Ita Statutis Romanis cavetur, vt pro bono pacis PACERII adhibeantur duo ad minimum in anno, quod ſi ſint diſcordes, tertius adhibetur, qui cogunt

ad

ad compromittendum, nec ab illis appellare, vel ſupplicare licet. Stat.
Rom. *lib. 2. c. 83. & 85.* Liv. *lib. 2. dec. 1.* Medium nominatim appel-
lat. Rein. Cors. *de priv. reconc. c. 8. p. 37.* pacificatorem æquum, inte-
grum, ab omni ſtudio ſolutum, cui litigantes tutò ſe credere poſſint.
l. ſocietatem mecum §. fin. pro. Soc. Spec. *de arbit. §. 1. verb. arbit.* Bl *con.*
373 in cau. Chri. vol. 1. Vindictam ex conſuetudine locorum & ex vul-
gi opinione metimur, atque aliud quid eſt iniuriam apud magiſtra-
tum perſequi, aliud PACEM multitudini ſuadere. Tale ſtatutum 10.
in reliquis Italiæ civitatibus vigere teſtantur Fulgos. *con. 152.* Bl. *con.*
350. vol. 5. Ias. *con. 35. vol. 1.* Alex. *con. 125. vol. 7.* Roman. *con. 262.* Caſtr.
con. 170. vol. 2. Hoc idem conſtitutionibus Gallicis diſtrictè obſerva-
ri juſſum, ait Ant. Fab. *lib. 9. Cod. for. tit. 22.* Nec eſt, quod de Germa-
niæ ſtatutis dubitemus, vbi plerisq; in locis ante litigij telam Amica-
biles compoſitores, Gütliche Unterhendler adhibentur. Hinc Delega-
tiones Principum ad concordiam, & juſtitiam inuentæ ſunt, vt prius
iudices delegati concordiam tentent & perſuadeant, qua ſolutâ, Re-
medium juris procedat. *c. 1. in f. de mut. pet. Auth. ſi verſ. C. de judic.*
Ayrer. *c. 1. pr. hiſt. c. 2. ob. 3. n. 8.* Hæc laudatiſſima ſtatuta à nonnul- 11.
lis, vti verum reſtringuntur ad agnatos cognatosq; proximiores, ſed
ad omnes litigaturientes meritò extendi deberent, quia inter vniver-
ſos homines natura ſuam conſtituit cognationem, fides verò chriſtia
na inter omnes Chriſtianos multò maiorem. Ant. Fab. *lib. 9. tit. 22.*
imò Hominis appellatio ex Græco ὁμονέω, quod concordiam ſignifi-
cat, derivatur. Rein. Cors. *de priv. reconc. c. 2. pag. 5.* Ergò Bart, obie-
ctamentum flocci faciendum, ſtatuti intentionem eſſe, ne lædatur
ius alterius. At tali ſtatuto ius alterius lædi, & appellationem tolli.
Ergò. *l. ſi minor. §. minor. de minor. c. erit autem. diſt. 4.* Neutra enim 12.
pars paciſcentium ante litem dicitur lædi, vbi potentia læſionis ha-
bet ſe æqualiter inter partes litigantes. *l. fideic. C. de tranſact. l. ſi pater.*
C. de inoff. teſtam. Nec appellationi derogatur vi ſtatuti, ſed vi juris-
dictionis communis, & conſenſus in Pacerium. Ergò valent eius-
modi ſtatuta, cum nitatur Imperator lites abbreviare propter vtilita-
tem publicam, & ad arbitros causâ tollendarum litium eatur. *l. quam-*
vis. de arbit. Alex. *con. 125. vol. 7.* Blanc. *de Comprom. q. 1. n. 1.* Vnde 13.
nec vtilius litium abbreviandarum Remedium dari poteſt, quàm vt
ſingulis in inſtantijs duo aut tres conſtituantur amicabiles compoſi-
tores, qui litigaturis varia litium incommoda, periculoſam juramen

totum gravitatem, dubium litis eventum, & alia diligenter ob oculos ponant, & ſuadeant, ne litigij tela pertexatur, ſed res omnis amicabiliter componatur, præſertim inter coniunctiores. Melius enim Rei ſuæ conſulere is qui malam litem fovet, non poteſt, quàm vt vel in totum à lite diſcedat, vel quibuscunq; poteſt medijs paciſcatur atque tranſigat. *c dudum. clem. 2. ex. de elect. c. vlt. ex de tranſ.* Specul. *de requis. conſil. §. 1. n. 10. verſ. hac autem.* Pruckm. *con. 18. num. 161. vol. 2.* Ob multa litium incommoda multoties receditur à communi foro, vel ſponte, vel juris municipalis coactione, litibus ad arbitros remiſſis, vt auctoritate ſibi tributâ, quod fortean judex ex formulis ſibi à jure præſcriptis non faceret, ipſi faciant, tollantq; omnem litium occaſionem. Ioh. Ordelaph. *ad l. fin. n. 126. de R. V. per l. dicere. de R. A.* Tranſigere ad excuſandas lites magnæ cauſæ vnusquisq; debet, maximè propter dubium litis eventum. *l. in Summa 65. de cond. indeb. l. ſub prætextu. 19. C. de tranſact.* Aug. Morla. *in emp. jur. p. 1. tit. 4. q. 2. n. 4.* ſicuti pleraq; non aliâ ratione à legibus recepta, quàm vt lites ſopiantur. Tholos. *lib. 28. Syntagm. c. 3. n. 1. 112.*

24. Amicabilis compoſitor ſive Mediator eſt perſona electa ſuper lite tranſigenda, & ad Concordiam viâ æquitatis inter partes inducendam. *gl. in add.* Spec. *rub. de arbit. pr.* Br. *ad l. vlt. n. 1. de var. & extra cogn.* Guil. de Tulal. *ad l. quod Nerva. n. 7. Depoſit.* Camil. Borel. *tr. de Comprom. §. 3. gl. 1. n. 18.* Pruckm. *con. 50. n. 217.* Differtq; ab Arbitro compromiſſario, vt hic ex litigatorum compromiſſo cognoſcat, vel ſtipulatione ſimplici & nudo pacto, *l. litigatores. 11. §. 2. 3. & 5. de recep. arbit.* Vultei. *lib. 2. I. R. c. 1. n. 25.* vel adiectâ pœnâ. Nov. *82. c. 11.* Reg. *diſp. 1 proc. jud. θ. 19.* Gail. *1. obs. 150. n. 6.* Cacher. *dec. Pedem. 39. n. 5.* Germ. Willkurlicher Schiedesrichter / Niderſas vnd obman. Ayrer. *p. 3. proc. hist. c. 5. pr.*

25 Nos autem de Compoſitoribus eiusmodi loquimur, qui loco judicis eliguntur, non à litigatoribus, ſed à ſupremo cuiusq; provinciæ præſide, non ad vnam aut alteram litem, ſed ad omnes, vt auditâ diligenter vtráq; parte, de ijs quæ controverſa ſunt, inter litigantes, cognoſcere poſſint aut debeant. *l. in cauſa. §. cognit. de minor. l. qua de re de judic. c. cum lite. ex. de in int. reſtit.* Roman. *con. 168. n. 1.* Moller. *ad conſt. Saxon. p. 1. conſt. 1. n. 4.* Lite cognitâ aut determinent, pro varietate circumſtantiarum, aut pro gravitate ad ſuperiorem remittant, qui diligenter inſpectâ Compoſitorum ſeu judicum pedaneorum

rum relatione, breviores litigandi terminos præſcribet, hâc commi-natione, vt alter litigantium provocans ſi litem perdat, in omnes litis expenſas ſeverius condemnetur. Ant. Fab. *lib. 2. Cod. for. tit. 22. art. 1.* vbi litigatorum voluntati relinquit, vt intra octiduum compromittant.

Sed hoc litium abbreviandarum Remedium conventioni litigatorum relictum parum proficiet, quia litigantes communiter ſunt heterocliti, vt neutra pars velit videri tranſactionem rogaſſe, ſed eſſe rogata, vt multa protrahendo multis collitigantem adverſarium fatiget, Jch wil jhn wol müde machen / vt eam tandem vltrò vrgeat, vt ait Guicciard. *pol. hypom. 88.* Pet. Frid. *de cont. caus. lib. 3. c. 2. nu. 1.* Adam. Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 7.* Multæ etiam lites ſuper nominatione Arbitrorum ab vtrisque litigantibus facienda, multæ ſuſpiciones, multæ dilationes occurrent. Ergò publicâ auctoritate publici litium compoſitores in omnibus inſtantijs conſtituantur, nec vlli poſthac liceat movere litem, quin ante omnia interpellaverit adverſarium collitigantem coram compoſitoribus litium amicabilibus. Sic Archidamus Rex Lacedæmon. duos amicorum ſuorum litigantes in fanum convocatos rogavit: Ecquem ſuarum litium arbitrum capere vellent? Cum innuerent, & Regem pro arbitro nominarent: Vos igitur, ait, veto hinc diſcedere, quoad in amicitiam bona fide redeatis. Arnis. *lib. 2. doct. pol. c. 5.* In omni enim lite dubiâ amicabilis compoſitio prius amplectenda eſt, quæ ſi locum habere non poſſit, Reus litigans abſolvendus, & agenti jus agendi per aliam viam ſibi competentem reſervandum eſt, & pars ſuccumbens ab expenſis abſolvenda. Corn. *cons. 163. vol. 3.* Arn. de Reig. *in thes. jur. lit. L. n. 158.* Atqui ſententia ſeu arbitramentum non eſt ſemper ferendum ſecundum juſtitiam, ſed ſecundum quod arbitrator credit veriſimiliter litigantes acquieturos, ſchlagt Zimbliche mittel für / quoniam arbitrator ſolùm attendere debet partium concordiam, & ideò ei permittitur, vt poſſit pro bono pacis dare vni aliquid de jure alterius. *c. niſi eſſent. ext. de præb.* Br. *in l. idem Pomp. de rec. arbit* Myns. *in §. reſpon. n. 37. Inſt. de I. N. G. & C.* Keller. *lib. 2. de off. jur pol. c. 7.* vbi ait: Es gibt gemeynlich eynen Bauren ſchied / vnd bald newe hendel. Illud verò arbitrium in alio æquum, quod bonus vir optat in ſeipſo. *l. vn. C. de his. qui pæn. nom.* Roman. *con. 55. n. 1.* Barb. *con. 68. lib. 1.* Tiraq. *de vtr. ret. num. 1. §. 1.* Nec ambigendum, æquum an

iniquum quod aggrediaris, quia æquitas per ſe lucet, & dubitatio injuſtitiæ affinis eſt. In omni enim actione, cum quid agimus, nullâ firmitate, nullaque animi conſtantiâ, ſed vacillante mente ac dubiâ, judice conſcientiâ damnamur. Lev. Lemn. *in exhort. ad. vit. opt. inſtit. c. 46.* Iudicium enim pecuniæ eſt certæ, Arbitrium incertæ. Ad illud venimus, vt totam litem obtineamus; ad hoc, vt neque nihil, neque tantum, quantum poſtulavimus. Cic. pro Roſc. Tholos. *lib. 47. Syntagm. c. 1. n. 21.*

19. Hæc virtus CONCORDIA in omni civitate maximam ſemper vim habet, adeò vt vrbium Domina, atq; Regina dicatur. Eâ quippè res parvæ creſcunt, diſcordiâ verò maximæ dilabuntur. Fr. Patric. *lib. 8. de Reg. tit. 14.* Micipſa apud Saluſt. in Iug. Et eâ non modò ij, quibus natura ſenſum dedit, ſed etiam tecta & agri lætari videntur. Cic. de l. Agrar. Nihil vnquam præclarius inter homines exiſtit CONCORDIA. Nov. *36. c. 1.* imò maximum ad conſervanda imperia atq; principatus ſtabiliendos adminiculũ. Curt. in vit. Alex. Chriſt. Ohem. *in diſc. c. 3. nu. 10.* Diſcordia econtra & lites venenum ſunt Rerumpub. quod Sturm. *dial. 1. de bel. Turc.* per longam hiſtoriarum ſeriem demonſtravit, principum Europæ diſcordias præbuiſſe poteſtati Turcarum ſatis magnum incrementum. Quid reliquis dabit Monarchiæ cupidiſſimis hoc noſtro malitioſo atq; *infelici ſeculo?* Græcos intueamur, inter quos lites atque diſſenſiones *ſeminarunt* Artaxerxes, Philippus, & Romani, vt tandem potirentur. Polyæn. *lib. 7.* Iuſtin. *lib. 8. &* Herod. *lib. 5.* Cæſar inter Arvernos & Æduos tamdiu lites atque diſſenſiones aluit, donec vtroſque ſibi ſubijceret. Cæs. *lib. 1. & 6.* Nec longè eſt, dum Pontifex quidam Columniorum & Vrſinorum controverſias mirâ ſimulatione alebat, vt *multis* attriti cladibus ab ipſo demũ ſine negotio delerentur. Iovi. *in Colum.* Nec hoc vltimo & hæretico ſeculò deſunt, qui cum Caligula exoptant hæreticis vnam tantum cervicem eſſe. Suet. *in Calig. c. 30. p. 205.* Magiſtros habemus, qui nihil ſpei niſi per diſcordias habent. Tacit. *11. Annal.*

Proh quantum infelix diſcordia rerum
Iusq́, piumq́, poteſt miſcere, & cuncta ſub auras
Vertere. Minturn. *lib. 11 de adv. Carol. V.*

20. Vtinam vel cornicum exemplo mutuam & intemeratam toleremus fidem! Alciat. *embl. 38.* Vtinam Geryonis naturam haberemus.

mus! Iuſtin. *lib. 44. pag. 254.* Vtinam Mercurialem illum anguibus circumvolutum ſpectaremus caduceum! dubio procul Rempubl. haberemus florentiſſimam, & ab exterorum incurſionibus, litigioſisq; incolarum ſeditionibus inviolabilem: Illud amicitiæ ſanctum & venerabile nomen vbique obtineret, nec amplius calamitoſum illud audiretur:

Victa jacet pietas, & Virgo cæde madentes
Vltima cæleſtum terras Aſtrea reliquit.

Ovid. *1. Metamor.* Iven. *ſat. 6.*

Ad concordiam plurimùm facit beneficentia, cum beneficium & gratia concordiæ ſint vincula. Patrit. *lib. 5. de inſt. Reip. tit. 4.* Cic. *2. de finib.* Hæc obiter dixiſſe lector ignoſcat & cognoſcat. Sed cum 21.
plerumq; heteroclita ſint litigantium ingenia, non immeritò diſquiritur, vtrum judex litigaturos ad concordiam compellere poſſit? Id quod jure communi negandum videtur: quia nemo compellitur ad compromittendum, tranſigendum, vel paciſcendum. *l. 3. §. tametſi. l. diem prof. §. ſtari. de recept. arb. l. ſi quis major. C. de tranſact. l. nec emere. C. de ju. delib. l. ſi dictum fuerit. 56. §. ſi compromiſero. ff. de evict.* Nov. *124. c. 4. col. 9.* Bl. *in l. ex ſtipul. 7. C. de ſent.* vbi ait: Concordiam ſuaderi, non imperari poſſe, aut PACEM eſſe bonum perſuaſibile, non compulſibile. Bl. *dict. loc. nu. 17.* Ayrer. *p. 1. pr. h. c. 2. ob. 3. n. 9.* Menoch. *de aa. jj. qq. lib. 2. cent. 5. cas. 442. n. 8.* Deindè Compromiſſa ratione pœnæ ſunt quodammodo odioſa. *l. ſi minor. de minor.* Bl. *cons. 223. col. 2. vol. 1.* Bapt. de S. Sever. *in l. omnes. col. 42. n. 112. de I. & I.* Dec. *con. 3. col. 3. num. 5. vol. 1.* Anchor. *con. 184.* Socin. *con. 71. vol. 4.* Corn. *con. 65. col. 1. vol. 4.* Ergò ad ea nemo facilè cogi poteſt.

Affirmativam, quod judex litigantes ad Concordiam cogere 22.
poſſit, tenent Dd. *in l. qui ſe. C. vnde lib.* Anch. *cons. 158.* Socin. *con. 4. vol. 1.* Alex. *con. 125. vol. 7.* Crot. *in l. omnes populi. n. 3. de I. & I.* Ias. *con. 4. nu. 17.* Dec. *con. 13. vol. 1.* Roch. Curt. *in c. fin. col. 47. vers. 8. ext. de conſuet.* Barbat. *con. 54. vol. 4.* Weſem. *in Oecon. decret. lib. 1. tit. 34. de trenga & pac.* Geil. *lib. 2. de P. P. c. 18. n. 6. & 7.* Wes. *con. 21. n. 1. pag. 1.* Maximè ſi ſubſit timor ſcandali ob diſcordiam, ne ad arma partes veniant. Apoſtill. *ad diſp.* Bl. *de vi turbat. in §. 9. vers. 3. cas. num. 235.* Menoch. *lib. 2. arb. jud. qq. cent. 5. c. 442. n. 9.* Kell. *lib. 2. de offic. jurid. pol. c. 7.* aut partes diu litigarint, & ſic Reſpub. inquietaretur: *§. eos a. Auth. de mand. princ.* Cam. Borel. *tr. de comprom. § 2. gl. 3. num. 6.*

Matth. de Affl. *dec. 194. n. 7.* Rom. *cons. 126.* Airer. *p. 1. proc. hiſt. c. 2.*
obs. 3. nu. 10. aut de præjudicio tertij agatur. Pa. de Put. *tr. de Synd. c. 1.*
n. 6. aut diſſenſio ſit inter partes inſignes, ex qua Reſpub. turbari poſ-
ſit: *l. 21. §. in civilibus. ff. de capti.* Caccial. *tr. de tranſact. q. 20. n. 1.* aut
lis ſit de alimentis: Dec. *in l. quidam. 21. n. 4. v. hoc tamen.* aut conſtet
judicj alteram partium juſtitiam fovere: Dec. *d. l. n. 5.* aut lis ſit apud
judices ſupremos, qui ad pacem partes compellere poſſunt. Matth.
de Afflict. *dec. 149. nu. 7. & 8.* Iac. Airer. *p. 1. proc. hiſt. c. 2. obs. 3. nu. 15.*
In criminalibus tamen concordiæ partium ſtudere non debet ante-
quam puniat. Iac. Butr. *in l. æquiſſimum de vſufr.* Bl. *in l. tranſigere C.*
de tranſact. quia officium ejus eſt punire *l. ſi. operis. & l. ſi vendicari. ff.*
de pœn. Secus verò, quando pœna eſt impoſita, nam tunc partes
concordare debet. *l. congruit. de off. præs.* Par. de Put. *tract. de Synd. c. 1.*
23. *n. 9. f.* Ratio affirmationis, quia compromiſſa in odium litium di-
cuntur eſſe facta & introducta. *l. fin. ff. fam. erciſc.* cum mens & inten-
tio ſtatuentium fuerit, lites inter conjunctos debere dirimi per com-
munes amicos ſine ſtrepitu judicij. Vnter den neheſt befreundten wider-
vmb voreinigen vnd hinlegen. Keller. *lib. 2. de off. jurid. pol. c. 7. per l. con-*
gruen. C. de pat pot. l. properandum. C. de jud. c. finem litibus. ext. de dol.
& cont. Ergò non corrigunt jus commune, ſed potius corrobo-
rant, quoad abbreviationem & amputationem litium. Anchor. *con.*
158. Hoſt. & Ioh. And. *in c. 1. de tranſact.* Barbat. *con. 53. vol. 4. arg. l. ſi id*
quod. §. ſi quis. de don. int. vir. & vxor. Blanc. *de comprom. q. 1. n. 3. & 4.*
vbi limitat, in generale ſit ſtatutum, vt omnis litigans teneatur com-
promittere, quod fieri poſſe teſtatur Bl. *in proæm. in 1. conſtit. C. ſeq.*
Caſt. *in l. quidam. 21. n. 6. ff. ſi cert. petat.* Tale ſtatutum eſt Bergomi,
ſub. rub. de his qui cog. poſ. ad comprom. Et in Regno Neapolitano, quo
vnâ partium petente, altera cogitur compromiſſum facere. Camil.
Borel. *de comprom. §. 2. gl. 3. nu. 8.* Sed vbi ſtatutum cogit partes ad
compromittentum, judex etiam parte non petente cogere poteſt,
maximè in ſtatuto ſi dicatur cauſa publicæ vtilitatis ad tollendas di-
cordias. Raph. Comens *con. 59.* Camil. Borel. *de comprom. §. 2. gl. 3. n.*
24. Hoc nos exoptamus atq; putamus præſentiſſimum litium ab-
breviandarum Remedium fore, vt innuit Iuſtinian. *Nov. 82. & 86.*
vbi tria dirimendarum litium remedia commemorat, amicam
compoſitionem, quæ videtur vel tranſactione, vel arbitrio fieri: an-
notationem, ſive judicis pedanei cognitionem, & juſtam ſivè plenâ

cauſæ

cauſæ cognitionem, quæ fit ordinario judicio, cui arbitrium eſt ſimile, & vt ait Paulus ad finiendas lites pertinet. *l. 1. de rec. arbit.* Videtur tamen ea amicalis compoſitio in d. Nov. eſſe potius tranſactio, quàm arbitrium. Nam & amicalis compoſitio dicitur ab ipſo Imperatore *in l. 2. §. vlt. C. de V. I. E.* Germ. gütliche verhör / vnd vergleichung. Pruckm. *con. 49. nu. 30.* Cothm. *reſp. 30. n. 208.* Tranſactio enim in 25. genere ſignificat omnem actum, per quem à lite receditur. *l. trans. 229. de V. S.* Coras. *1. miſcell. c. 23. n. 2.* Welem. *par. de tranſact. n. 2.* Caccial. *de tranſact. q. 1. n. 3.* Pet. Raven. *ſing. 713.* Loriot. *tr. de pact. ax. 78.* Delrio. *in l. tranſig. n. 6. C. de tranſact.* Conan. *5. comm. 6. n. 1.* Coler. *tr. de alim. lib. 2. c. 8 n. 49.* Pruckm. *con. 50. n. 27.* Requiſita ejusdem ſunt tria, vt interponatur ſuper lite, & re dubia. 2. alioquo dato & retento. 3. dolus ex propoſito nullus adſit Gail. *2. obs. 70. n. 12.* Pr. Papien. *form. lib. quo agit. vt pact. ſerv. nu. 5.* Tile de Benign. *lib. 4. dec. Cam. 1. vot. 6. n. 24.* Zas. *con. 18. n. 16. lib. 1.* Fr. Pfeil. *con. 78 n. 111. vol. 1.* Pruckm. *con. 49. nu. 33.* vbi ait, ſatis eſſe ſi metuebatur ne lis oriretur, adeoq; ad judicis tribunal ad vltimum concurreretur. *l. 2. vbi Curt. n. 1.* Ias. & Sich. *n. 1. C. de trans.* Delr. *ad. l. tranſig. n. 56. C. eod.*

Noſtra amicalis compoſitio non dependeat ex voluntate & arbirio litigantium, ſed auctoritate publicâ fiat, & tenetur in omni 26. lite, ita tamen vt litigaturis Mediatores quosdam adiungere liceat. Quamvis enim privatim compromittant pœnali ſtipulatione, & juramento adiecto: rarò tamen arbitramentis acquieſcunt, ſuſpicionem olfaciunt, dolum prætendunt, læſionem allegant, & ita litigij telam pertexunt. *l. 37. & 41. C. de trans.* quæ lex nimis dura, & in praxi minimè ſervatur. Rol. à Val. *con. 57. nu. 46. lib. 1.* licet ex ea proceſſus obtinverit Braunſchwig contra Goslar.

Quamvis enim Dd. vt plurimùm ſcribant, conſulant, decidant, 27. diſpoſitionem *l. 2. C. de reſcind. vendit.* ad tranſactionem non extendi, nec eam reſcindi poſſe. Pinel. *p. 1. c. 4. n. 12.* Sal. *n. 6.* Cyn. *n. 15 & alij.* Ioh. Ficha *con. 31. nu. 8. vol. 2.* Zas. *cons. 18. lib. 1. nu. 16.* vbi dicit, hanc non ſolùm communem, ſed etiam infructuoſum fore ab ea recedere, cum omnes huic deciſioni eſſent reclamaturi, velut olim orthodoxi patres Euticheti. Ioh. Bapt. Plot. *cons. 32.* Pruckm. *cons. 50. n. 206.* Cothm. *cons. 30. n. 300.* vbi plures allegat. Ratio prægnans, quia nullus litium finis eſſet ſi tranſactionum reſciſſio ſemel irruptionem in Rempub. faceret. *l. fratris. 10. C. de tranſact. c. ex lite. ext. eod.* Welem.

cons.

conſ. 50. ſub. n. 20. Tib. Decian. *conſ. 29. nu. 11. vol.* Ergò ſicut clericis, ita omnibus viris bonis piaculo ſit quicquam attentare contra ſemel à ſe inimitam tranſactionem. Pet. de Anch. *con. 136. n. 3.* Soc. ſen. *con. 15. n. 31. vol. 1.* Dec. *con. 474. n. 10. &* Decian. *conſ. 28. n. 12. vol. 3.* Cothm. *reſp. 30. n. 279.* Pruckm. *con. 49. n. 98.* Sic in Regno Val. & Caſtell. *lib. 34. conſtit. tit. 14. pag. 5.* cautum eſt, nullam tranſactionem reſcindi poſſe, ex quacunque deceptione. Caſtillæ adſignat rationem, quia lites eſſent immortales, & nunquam litibus finis imponeretur. Aug. Morla *in emp. jur. par. 1. tit. 4. q. 2. n. 9.*

28. At hoc noſtro, proh dolor, litigioſo & malitioſo ſeculo nihil frequéntius, quàm firmas obligationes & tranſactiones reſcindere, reſciſſas diſputare, & in infinitum litigare non creditur eſſe piaculum, niſi à pietate dictum, cum ſit impijſſimum remedium contra remedium. Nec etiam ob quadruplam, imò enormiſſimam læſionem tranſactionem reſcindere licet. Gail. *2. obs. 70. n. 12.* Pruckm. *con. 49. n. 126.* Bl. *ad l. ordi. n. 5. C. de ex. rei jud. vt 100. pro mille.* Tilem. de Benign. *Syn. 4. dec. Cam. 1. vot. 6. n. 21.* Cothm. *conſ. 30. n. 258.* Pruckm. *conſ. 50. n. 251.* Hæ reſciſſiones & litium occaſiones vt evitentur, nihil conſultius, quàm judicem ordinarium adire, qui auditis vtrimq; collitigaturis, ad compromiſſarios remittat, quod ſi litem finire nequeant tranſactione, aut ſi finierint, litigantes ſe gravatos *exiſtiment*, ad ordinarium redeant, vt lectâ compromiſſorum cognitione, *ſive* ſententiâ arbitramentali, & intellectâ lite, eamdem tantò citius aut finiat, aut breviori proceſſu dirigat, condemnando ſemper malitioſè detrectantem compromiſſum in ſumptus litis, ſive vincat, ſive ſuccumbat. Ant. Fab. *lib. 9. Cod. for. tit. 22. art. 2.* modò acta oblati & re-

29. cuſati compromiſſi oſtendantur. Quod ſi litigantes à lite tranſactione diſcedant, nihilominus totum ſolarium Advocato debetur, quia non ſtat per Advocatum, quò minus operam navet litigatori. Guid. Pap. *dec. 102.* Dec. *conſ. 70. n. 7.* Marſil. *tr. de Bann. verb. expedit. n. 5.* Car. Benineas. *de paup. q. 7. priv. 1. n. 6.* Caroc. *de locat. tit. de lit. exp. q. 8. n. 14.* Ioan. de Amic. *con. 148. dub. 1.* Ioh. Pet. Ala *tr. de adv. & caus. Chriſt. q. 20. p. 32. per tot.* Ioh. Bapt. Mag. *de rect. patroc. rat. c. 8. n. 40.* Imò ſi nihil præſtiterit, poterit retinere ſportulas, à litigatore datas, quia favorabilior retentio quàm petitio. *l. per retentionem. C. de vſur.* Dec. *con. 299. n. 4.* Bl. *in l. 1. §. in pr. n. 8. C. de cad. toll.* Alber. *in l. 1. n. 4. C. de Suffrag.* Lopez. *de contract. lib. 1. c. 27.* Ita partes litigantes quando-

quandocunq; voluerint, absq; requiſitione judicis, & onere ſolutionis byrſagiorum, liberam concordandi habent facultatem, vt antiqua & laudabilis Regni noſtri conſuetudo huiuſmodi concordiam in quibuscunq; factis potentialibus & alijs liberè faciendam dictat & conſentit. Heiminsf. *tom. 3. conſt. Imp. Sigismundi Hung. anno. 1435. art. 8. p. 443. It. conſtit.* Alberti *art. 26.*

30. In hoc litium abbreviandarum Remedio CONCORDIA coniunctio dextrarum intervenire ſolet, German. Handtſchlag. Sicuti ſemper in rebus maximi momenti, tutelis, pactionibus, tranſactionibus, ſponſalibus dextra dari ſolita eſt Cypræ. *de jure con. c. 4. §. 23. n. 4.* tanquam evidens ſymbolum ac ſignum perfecti conſenſus, perfectæ pactionis, perfectæ concordiæ & maioris fidei. *c. 1. in f. ext. de ſponſa. duo.* Tib. Decian. *conſ. 64. n. 14. vol. 3.* Oldendorp. *in claſſ. in act. ex ſtipulatu.* Per dextram enim teſtis fidei dari ſolet. *gl. c. fundamenta. verb. dextras. de elect. in 6.* Xenoph. *lib. 8. de pæd. Cyr. ad fin.* Alex. ab Alexand. *lib. 2. genial. dier. c. 19. & lib. 5. c. 3.* Ovid. *lib. 6. Metamorph.*

Vt pignus fidei dextras vtrasq; popoſcit,
Inter ſeq; datas junxit.

Hering. *de fidejuſſ. c. 11. n. 169. & 166.* Rain. Corſus *de priu. reconc. c. 15.* Cur ora manusq; Et dextræ potius, quam ſiniſtræ coniungantur, explicat ex Liv. *lib. 1. dec. 1.* Xenoph. *de Cyropæd. lib. 2.* Cæl. Rhodius. *lib. 1. hiſt. anteq. c. 39.* Hæc de Remedijs litium Ethico-politicis vbi occurrit Gorgias Rhetor, qui cum pulcherrimum librum de concordiâ, Græcis inter ſe diſſidentibus, recitaſſet Olympiæ; Melantius inimicus reſpondit: Hic nobis de concordiâ præcipit, qui ſe, vxorem, & ancillulam tres in vnâ domo concordare non potuit. Ioh. Sariſberien. *lib. 8. de nug. Curi. c. 11.*

CAPVT V.

De generalibus litium abbreviandarum Remedijs, Theorico-practicis.

SVMMARIA.

1. *Remedia litium præſervatiua in remotione cauſarum.*
2. *Imperfectitudinis humanæ Remedium divinum.*
3. *Humana eiusdem remedia, Dei & ſui cognitio.*

adeò vt frequenter pœniteat eum qui vicit litem. Indocti enim Advocati & cauſidici non ſtudent, vt mediocri jacturâ tranſigatur cum adverſarijs, & lites citò dirimantur. Quod cum accidit, non minus actum de illo, ſecundum quem ſententia lata eſt, quàm de altero, qui in judicio ſuccubuit. Nam vt hunc amiſſa perdidit lis, ita illum conſumpta res depauperavit. Lites in principio vt plurimum faciles, quæ per malitioſas litigaturientium tàm principalium, quàm ſecundariorum ambages redduntur intricatæ, immortales, ſecundum illud Frontonis: Lis naſcitur, pertinacia efficit controverſiam. Seig. de Pibrac. *la 1. remonſtr. p. 42.* vbi exemplum de nobili & pictore refert, quos judex litis invtilis argutè arguit ex Lucia. in encom. Demoſt.

8. Hoc Concordiæ Remedium non ſolum in litibus forenſibus, ſed & publicis meritò adhibendum. Nec dubium eſt, inquit Iuſt. Spring. *de pac. relig. p. 19.* ſi CONCORS principum Imperij expulsâ ſimultate conjunctio foret animorum, quin ſine magno negotio ab incurſionibus hoſtilibus agrorum ſuorum limites tuerentur. Chalcondyles Atticus de Germanis: ſe nullam gentem noſſe honeſtiorem Germanicâ, quæ ſi CONCORS ſit, invicta ſit. Et Criſpus ad Cæſarem de Reipub. Romanæ excidio: Ego ſic exiſtimo, quoniam omnia orta intereunt, quâ tempeſtate vrbi Romanæ fatum excidij adventarit, cives cum civibus manus conſerturos, atq; ita defeſſos & exangues Regi aut Nationi prædæ futuros: aliter (*inquit*) *non orbis* terrarum, neq; cunctæ gentes conglobatæ movere aut contundere
9. queant hoc imperium. Quoad lites privatas optime faciunt judices, qui partibus Litigantibus concordiam, & amicabilem vt vocant compoſitionem offerunt. Et ad hoc judices etiam tenentur, adeò vt ſi poſſint in principio litis partes, ad æqualem concordiam redigere, & non faciant, peccatum comittant mortale. Caſtriti. *ad pract. Maſuer. fol. 36. n. 1.* At poſtquam ex actis intellexerint, quæ pars litigantium ſit iuſta, quæ iniuſta, tàm graviter peccant perſuadendo juſtæ parte ad concordiam, ſi eam cum detrimento ineat. Butrig. *in c. 1. in gl. fin. de mut. pet.* Hen. Goden. *in proc. jud. rub. 2. n. 16.* Sic in omnibus ferè Europæ provincijs & provinciarum civitatibus tale viget ſtatutum, vt lis omnis concorditer & amicabiliter componatur, antequã litis ſive potius litigioſi proceſſus via tentetur. Ita Statutis Romanis cavetur, vt pro bono pacis PACERII adhibeantur duo ad minimum in anno, quod ſi ſint diſcordes, tertius adhibetur, qui cogunt
ad

ad compromittendum, nec ab illis appellare, vel ſupplicare licet. Stat.
Rom. *lib. 2. c. 83. & 85.* Liv. *lib. 2. dec. 1.* Medium nominatim appel-
lat. Rein. Cors *de priv. reconc. c. 8. p. 37.* pacificatorem æquum, inte-
grum, ab omni ſtudio ſolutum, cui litigantes tutò ſe credere poſſint.
l. ſocietatem mecum §. fin. pro Soc. Spec. *de arbit. §. 1. verb. arbit.* Bl. *con.*
373 in cau. Chri. vol. 1. Vindictam ex conſuetudine locorum & ex vul-
gi opinione metimur, atque aliud quid eſt iniuriam apud magiſtra-
tum perſequi, aliud PACEM multitudini ſuadere. Tale ſtatutum 10.
in reliquis Italiæ civitatibus vigere teſtantur Fulgos. *con. 152.* Bl. *con.*
350. vol. 5. Ias. *con. 35. vol. 1.* Alex. *con. 125. vol. 7.* Roman. *con. 262.* Caſtr.
con. 170. vol. 2. Hoc idem conſtitutionibus Gallicis diſtrictè obſerva-
ri juſſum, ait Ant. Fab. *lib. 9. Cod. for. tit. 22.* Nec eſt, quod de Germa-
niæ ſtatutis dubitemus, vbi pleriſq; in locis ante litigij telam Amica-
biles compoſitores, Gütliche Unterhendler adhibentur. Hinc Delega-
tiones Principum ad concordiam, & juſtitiam inuentæ ſunt, vt prius
iudices delegati concordiam tentent & perſuadeant, qua ſolutâ, Re-
medium juris procedat. *c. 1. in f. de mut. pet. Auth. ſi verſ. C. de judic.*
Ayrer. *c. 1. pr. hiſt. c. 2. ob. 3. n. 8.* Hæc laudatiſſima ſtatuta à nonnul- 11.
lis, vti verum reſtringuntur ad agnatos cognatoſq; proximiores, ſed
ad omnes litigaturientes meritò extendi deberent, quia inter vniver-
ſos homines natura ſuam conſtituit cognationem, fides verò chriſtia
na inter omnes Chriſtianos multò maiorem. Ant. Fab. *lib. 9. tit. 22.*
imò Hominis appellatio ex Græco ὁμονέω, quod concordiam ſignifi-
cat, derivatur. Rein. Cors. *de priv. reconc. c. 2. pag. 5.* Ergò Bart. obie-
ctamentum flocci faciendum, ſtatuti intentionem eſſe, ne lædatur
ius alterius. At tali ſtatuto ius alterius lædi, & appellationem tolli.
Ergò. *l. ſi minor. §. minor. de minor. c. erit autem. diſt. 4.* Neutra enim 12.
pars paciſcentium ante litem dicitur lædi, vbi potentia læſionis ha-
bet ſe æqualiter inter partes litigantes. *l. fideic. C. de tranſact. l. ſi pater.*
C. de inoff. teſtam. Nec appellationi derogatur vi ſtatuti, ſed vi juris-
dictionis communis, & conſenſus in Pacerium. Ergò valent eius-
modi ſtatuta, cum nitatur Imperator lites abbreviare propter vtilita-
tem publicam, & ad arbitros causâ tollendarum litium eatur. *l. quam-*
vis. de arbit. Alex. *con. 125. vol. 7.* Blanc. *de Comprom. q. 1. n. 1.* Vnde 13.
nec vtilius litium abbreviandarum Remedium dari poteſt, quàm vt
ſingulis in inſtantijs duo aut tres conſtituantur amicabiles compoſi-
tores, qui litigaturis varia litium incommoda, periculoſam juramen

torum gravitatem, dubium litis eventum, & alia diligenter ob oculos ponant, & ſuadeant, ne litigij tela pertexatur, ſed res omnis amicabiliter componatur, præſertim inter coniunctiores. Melius enim Rei ſuæ conſulere is qui malam litem fovet, non poteſt, quàm vt vel in totum à lite diſcedat, vel quibuscunq; poteſt medijs paciſcatur atque tranſigat. *c. dudum. clem. 2. ex. de elect. c. vlt. ex de tranſ.* Specul. *de requis. conſil. §. 1. n. 10. verſ. hac autem.* Pruckm. *con. 18. num. 161. vol. 2.* Ob multa litium incommoda multoties receditur à communi foro, vel ſponte, vel juris municipalis coactione, litibus ad arbitros remiſſis, vt auctoritate ſibi tributâ, quod fortean judex ex formulis ſibi à jure præſcriptis non faceret, ipſi faciant, tollantq; omnem litium occaſionem. Ioh. Ordelaph. *ad l. fin. n. 126. de R. V. per l. dicere. de R. A.* Tranſigere ad excuſandas lites magnæ cauſæ vnusquisq; debet, maximè propter dubium litis eventum. *l. in Summa 65. de cond. indeb. l. ſub prætextu. 19. C. de tranſact.* Aug. Morla. *in emp. jur. p. 1. tit. 4. q. 2. n. 4.* ſicuti pleraq; non aliâ ratione à legibus recepta, quàm vt lites ſopiantur. Tholos. *lib. 28. Syntagm. c. 3. n. 1. 112.*

14. Amicabilis compoſitor ſive Mediator eſt perſona electa ſuper lite tranſigenda, & ad Concordiam viâ æquitatis inter partes inducendam. *gl. in add.* Spec. *rub. de arbit. pr.* Br. *ad l. vlt. n. 1. de var. & extra cogn.* Guil. de Tulal. *ad l. quod Nerva. n. 7. Depoſit.* Camil. Borel. *tr. de Comprom. §. 3. gl. 1. n. 18.* Pruckm. *con. 50. n. 217.* Differtq; ab Arbitro compromiſſario, vt hic ex litigatorum compromiſſo cognoſcat, vel ſtipulatione ſimplici & nudo pacto, *l. litigatores. 11. §. 2. 3. & 5. de recep. arbit.* Vultei. *lib. 2. I. R. c. 1. n. 25.* vel adiectâ pœnâ. Nov. *82. c. 11.* Reig. *diſp. 1 proc. jud. th. 19.* Gail. *1. obs. 150. n. 6.* Cacher. *dec. Pedem. 39 n. 5.* Germ. Willkürlicher Schiedesrichter / Niderſas vnd obman. Ayrer. *p. 3. proc. hist. c. 5. pr.*

15. Nos autem de Compoſitoribus eiusmodi loquimur, qui loco judicis eligantur, non à litigatoribus, ſed à ſupremo cuiusq; provinciæ præſide, non ad vnam aut alteram litem, ſed ad omnes, vt auditâ diligenter vtráq; parte, de ijs quæ controverſa ſunt, inter litigantes, cognoſcere poſſint aut debeant. *l. in cauſa. § cognit. de minor. l. quæ de re de judic. c. cum lite. ex. de in int. reſtit.* Roman. *con. 168. n. 1.* Moller. *ad conſt. Saxon. p. 1. conſt. 1. n. 4.* Lite cognitâ aut determinent, pro varietate circumſtantiarum, aut pro gravitate ad ſuperiorem remittant, qui diligenter inſpectâ Compoſitorum ſeu judicum pedaneorum

rum relatione, breviores litigandi terminos præſcribet, hâc commi-
natione, vt alter litigantium provocans ſi litem perdat, in omnes li-
tis expenſas ſeverius condemnetur. Ant. Fab. *lib. 2. Cod. for. tit. 22. art. 1.* vbi litigatorum voluntati relinquit, vt intra octiduum compromittant.

Sed hoc litium abbreviandarum Remedium conventioni liti- 16.
gatorum relictum parum proficiet, quia litigantes communiter ſunt heterocliti, vt neutra pars velit videri tranſactionem rogaſſe, ſed eſſe rogata, vt multa protrahendo multis collitigantem adverſarium fatiget, Jch wil jhn wol müde machen/ vt eam tandem vltrò vrgeat, vt ait Guicciard. *pol. hypom. 88.* Pet. Frid. *de cont. cauſ. lib. 3. c. 2. nu. 1.* Adam. Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 7.* Multæ etiam lites ſuper nominatione Arbitrorum ab vtrisque litigantibus facienda, multæ ſuſpiciones, multæ dilationes occurrent. Ergò publicâ auctoritate publici litium compoſitores in omnibus inſtantijs conſtituantur, nec vlli poſthac liceat movere litem, quin ante omnia interpellaverit adverſarium collitigantem coram compoſitoribus litium amicabilibus. Sic Archidamus Rex Lacedæmon. duos amicorum ſuorum litigantes in fanum convocatos rogavit: Ecquem ſuarum litium arbitrum capere vellent? Cum innuerent, & Regem pro arbitro nominarent: Vos igitur, ait, veto hinc diſcedere, quoad in amicitiam bona fide redeatis. Arnis. *lib. 2. doct. pol. c. 5.* In omni enim 17.
lite dubiâ amicabilis compoſitio prius amplectenda eſt, quæ ſi locum habere non poſſit, Reus litigans abſolvendus, & agenti jus agendi per aliam viam ſibi competentem reſervandum eſt, & pars ſuccumbens ab expenſis abſolvenda. Corn. *conſ. 163. vol. 3.* Arn. de Reig. *in theſ. jur. lit. L. n. 158.* Atqui ſententia ſeu arbitramentum non eſt ſemper ferendum ſecundum juſtitiam, ſed ſecundum quod arbitrator credit veriſimiliter litigantes acquieturos, ſchlagt Zimbliche mittel für/ quoniam arbitrator ſolùm attendere debet partium concordiam, & ideò ei permittitur, vt poſſit pro bono pacis dare vni aliquid de jure alterius. *c. niſi eſſent. ext. de præb.* Br. *in l. idem Pomp. de rec. arbit* Myns. *in §. reſpon. n. 37. Inſt. de I. N. G. & C.* Keller. *lib. 2. de off. jur pol. c. 7.* vbi ait: Es gibt gemeynlich eynen Bauren ſchied/ vnd bald newe hendel. Illud verò arbitrium in alio æquum, quod bonus vir optat 18.
in ſeipſo. *l. vn. C. de his. qui pæn. nom.* Roman. *con. 55. n. 1.* Barb. *con. 68. lib. 1.* Tiraq. *de vtr. ret. num. 1. §. 1.* Nec ambigendum, æquum an

iniquum quod aggrediaris, quia æquitas per ſe lucet, & dubitatio injuſtitiæ affinis eſt. In omni enim actione, cum quid agimus, nullâ firmitate, nullaque animi conſtantiâ, ſed vacillante mente ac dubiâ, judice conſcientiâ damnamur. Lev. Lemn. *in exhort. ad. vit. opt. inſtit. c. 46.* Iudicium enim pecuniæ eſt certæ, Arbitrium incertæ. Ad illud venimus, vt totam litem obtineamus; ad hoc, vt neque nihil, neque tantum, quantum poſtulavimus. Cic. pro Roſc. Tholos. *lib. 47. Syntagm. c. 1. n. 21.*

19. Hæc virtus CONCORDIA in omni civitate maximam ſemper vim habet, adeò vt vrbium Domina, atq; Regina dicatur. Eâ quippe res parvæ creſcunt, diſcordiâ verò maximæ dilabuntur. Fr. Patrit. *lib. 8. de Reg. tit. 14.* Micipſa apud Saluſt. in Iug. Et eâ non modò ii, quibus natura ſenſum dedit, ſed etiam tecta & agri lætari videntur. Cic. de l. Agrar. Nihil vnquam præclarius inter homines exiſtit CONCORDIA. Nov. *36. c. 1.* imò maximum ad conſervanda imperia atq; principatus ſtabiliendos adminiculũ. Curt. in vit. Alex. Chriſt. Ohem. *in diſc. c. 3. nu. 10.* Diſcordia econtra & lites venenum ſunt Rerumpub. quod Sturm. *dial. 1. de bel. Turc.* per longam hiſtoriarum ſeriem demonſtravit, principum Europæ diſcordias præbuiſſe poteſtati Turcarum ſatis magnum incrementum. Quid reliquis dabit Monarchiæ cupidiſſimis hoc noſtro malitioſo atq; *infelici ſeculo?* Græcos intueamur, inter quos lites atque diſſenſiones *ſeminarunt* Artaxerxes, Philippus, & Romani, vt tandem potirentur. Polyæn. *lib. 7.* Iuſtin. *lib. 8. &* Herod. *lib. 5.* Cæſar inter Arvernos & Æduos tamdiu lites atque diſſenſiones aluit, donec vtroſque ſibi ſubijceret. Cæs. *lib. 1. & 6.* Nec longè eſt, dum Pontifex quidam Columniorum & Vrſinorum controverſias mirâ ſimulatione alebat, vt multis attriti cladibus ab ipſo demũ ſine negotio delerentur. Iovi. *in Colum.* Nec hoc vltimo & hæretico ſeculò deſunt, qui cum Caligula exoptant hæreticis vnam tantum cervicem eſſe. Suet. *in Calig. c. 30. p. 205.* Magiſtros habemus, qui nihil ſpei niſi per diſcordias habent. Tacit. *11. Annal.*

Proh quantum infelix diſcordia rerum
Iusq́; piumq́; poteſt miſcere, & cuncta ſub auras
Vertere. Mintum. *lib. 11. de adv. Carol. V.*

20. Vtinam vel cornicum exemplo mutuam & intemeratam toleremus fidem! Alciat. *embl. 38.* Vtinam Geryonis naturam haberemus.

mus! Iuſtin. *lib. 44. pag. 254.* Vtinam Mercurialem illum anguibus circumvolutum ſpectaremus caduceum! dubio procul Rempubl. haberemus florentiſſimam, & ab exterorum incurſionibus, litigioſisq; incolarum ſeditionibus inviolabilem: Illud amicitiæ ſanctum & venerabile nomen vbique obtineret, nec amplius calamitoſum illud audiretur:

Victa jacet pietas, & Virgo cæde madentes
Vltima cæleſtum terras Aſtrea reliquit.

Ovid. *1. Metamor.* Iven. *ſat. 6.*

Ad concordiam plurimùm facit beneficentia, cum beneficium & gratia concordiæ ſint vincula. Patrit. *lib. 5. de inſt. Reip. tit. 4.* Cic. *2. de finib.* Hæc obiter dixiſſe lector ignoſcat & cognoſcat. Sed cum 21.
plerumq; heteroclita ſint litigantium ingenia, non immeritò diſquiritur, vtrum judex litigaturos ad concordiam compellere poſſit? Id quod jure communi negandum videtur: quia nemo compellitur ad compromittendum, tranſigendum, vel paciſcendum. *l. 3. §. tametſi. l. diem prof. §. ſtari. de recept. arb. l. ſi quis major. C. de tranſact. l. nec emere. C. de ju. delib. l. ſi dictum fuerit. 56. §. ſi compromiſero. ff. de evict.* Nov. *124. c. 4. col. 9.* Bl. *in l. ex ſtipul. 7. C. de ſent.* vbi ait: Concordiam ſuaderi, non imperari poſſe, aut PACEM eſſe bonum perſuaſibile, non compulſibile. Bl. *dict. loc. nu. 17.* Ayrer. *p. 1. pr. h. c. 2. ob. 3. n. 9.* Menoch. *de aa. jj. qq. lib. 2. cent. 5. cas. 442. n. 8.* Deindè Compromiſſa ratione pœnæ ſunt quodammodo odioſa. *l. ſi minor. de minor.* Bl. *conſ. 223. col. 2. vol. 1.* Bapt. de S. Sever. *in l. omnes. col. 42. n. 112. de I. & I.* Dec. *con. 3. col. 3. num. 5. vol. 1.* Anchor. *con. 184.* Socin. *con. 71. vol. 4.* Corn. *con. 65. col. 1. vol. 4.* Ergò ad ea nemo facilè cogi poteſt.

Affirmativam, quod judex litigantes ad Concordiam cogere 22.
poſſit, tenent Dd. *in l. qui ſe. C. vnde lib.* Anch. *conſ. 158.* Socin. *con. 4. vol. 1.* Alex. *con. 125. vol. 7.* Crot. *in l. omnes populi. n. 3. de I. & I.* Iaſ. *con. 4. nu. 17.* Dec. *con. 13. vol. 1.* Roch. Curt. *in c. fin. col. 47. verſ. 8. ext. de conſuet.* Barbat. *con. 54. vol. 4.* Weſem. *in Oecon. decret. lib. 1. tit. 34. de treuga & pac.* Geil. *lib. 2. de P. P. c. 18. n. 6. & 7.* Weſ. *con. 21. n. 1. pag. 1.* Maximè ſi ſubſit timor ſcandali ob diſcordiam, ne ad arma partes veniant. Apoſtill. *ad diſp.* Bl. *de vi turbat. in §. 9. verſ. 3. cas. num. 235.* Menoch. *lib. 2. arb. jud. qq. cent. 5. c. 442. n. 9.* Kell. *lib. 2. de offic. jurid. pol. c. 7.* aut partes diu litigarint, & ſic Reſpub. inquietaretur: *§. eos a. Auth. de mand. princ.* Cam. Borel. *tr. de comprom. §. 2. gl. 3. num. 6.*

Matth. de Affl. *dec. 194. n. 7.* Rom. *cons. 126.* Airer. *p. 1. proc. hiſt c. 2. obs. 3. nu. 10.* aut de præjudicio tertij agatur. Pa. de Put. *tr. de Synd c. 1. n. 6.* aut diſſenſio ſit inter partes inſignes, ex qua Reſpub. turbari poſſit: *l. 21. §. in civilibus. ff. de capti.* Caccial. *tr. de tranſact. q. 20. n. 1.* aut lis ſit de alimentis: Dec. *in l. quidam. 21. n. 4. v. hoc tamen.* aut conſtet judicj alteram partium juſtitiam fovere: Dec. *d. l. n. 5.* aut lis ſit apud judices ſupremos, qui ad pacem partes compellere poſſunt. Matth. de Afflict. *dec. 149. nu. 7. & 8.* Iac. Airer. *p. 1. proc. hiſt. c. 2. obs. 3. nu. 15.* In criminalibus tamen concordiæ partium ſtudere non debet antequam puniat. Iac. Butr. *in l. æquiſſimum de vſufr.* Bl. *in l. tranſigere C. de tranſact.* quia officium ejus eſt punire *l. ſi. operis. & l. ſi vendicari. ff. de pœn.* Secus verò, quando pœna eſt impoſita, nam tunc partes concordare debet. *l. congruit. de off. præs.* Par. de Put. *tract. de Synd. c. 1. n. 9. f.*

23. Ratio affirmationis, quia compromiſſa in odium litium dicuntur eſſe facta & introducta. *l. fin. ff. fam. ercisc.* cum mens & intentio ſtatuentium fuerit, lites inter conjunctos debere dirimi per communes amicos ſine ſtrepitu judicij. Vnter den neheſt befreundten widerumb voreinigen vnd hinlegen. Keller. *lib. 2. de off. jurid. pol. c. 7. per l. congruen. C. de pat pot. l. properandum. C. de jud. c. finem litibus. ext. de dol. & cont.* Ergò non corrigunt jus commune, ſed potius corroborant, quoad abbreviationem & amputationem litium. Anchor. *con. 158.* Hoſt. & Ioh. And. *in c. 1. de tranſact.* Barbat. *con. 53. vol. 4. arg. l. ſi id quod. §. ſi quis. de don. int. vir. & vxor.* Blanc. *de comprom. q. 1. n. 3. & 4.* vbi limitat, in generale ſit ſtatutum, vt omnis litigans teneatur compromittere, quod fieri poſſe teſtatur Bl. *in proæm. in. 1. conſtit. C. ſeq.* Caſt. *in l. quidam. 21. n. 6. ff. ſi cert. petat.* Tale ſtatutum eſt Bergomi, *ſub. rub. de his qui cog. poſſ. ad comprom.* Et in Regno Neapolitano, quo vnâ partium petente, altera cogitur compromiſſum facere. Camil. Borel. *de comprom. §. 2. gl. 3. nu. 8.* Sed vbi ſtatutum cogit partes ad compromittentum, judex etiam parte non petente cogere poteſt, maximè in ſtatuto ſi dicatur cauſa publicæ vtilitatis ad tollendas diſcordias. Raph. Comens *con. 59.* Camil. Borel. *de comprom. §. 2. gl. 3. n. 1.*

24. Hoc nos exoptamus atq; putamus præſentiſſimum litium abbreviandarum Remedium fore, vt innuit Iuſtinian. Nov. *82. & 86.* vbi tria dirimendarum litium remedia commemorat, amicam compoſitionem, quæ videtur vel tranſactione, vel arbitrio fieri: annotationem, ſive judicis pedanei cognitionem, & juſtam ſivè plenã

causæ

cauſæ cognitionem, quæ fit ordinario judicio, cui arbitrium eſt ſimile, & vt ait Paulus ad finiendas lites pertinet. *l. 1. de rec. arbit.* Videtur tamen ea amicalis compoſitio in d. Nov. eſſe potius tranſactio, quàm arbitrium. Nam & amicalis compoſitio dicitur ab ipſo Imperatore *in l. 2. §. vlt. C. de V. I. E.* Germ. gütliche verhör/vnd vergleichung. Pruckm. *con. 49. nu. 30.* Cothm. *reſp. 30. n. 208.* Tranſactio enim in 25. genere ſignificat omnem actum, per quem à lite receditur. *l. trans. 229. de V. S.* Coras. *1. miſcell. c. 23. n. 2.* Welem. *par. de tranſact. n. 2.* Caccial. *de tranſact. q. 1. n. 3.* Pet. Raven. *ſing. 713.* Loriot. *tr. de pact. ax. 78.* Delrio. *in l. tranſig. n. 6. C. de tranſact.* Conan. *5. comm. 6. n. 1.* Coler. *tr. de alim. lib. 2. c. 8. n. 49.* Pruckm. *con. 50. n. 27.* Requiſita ejusdem ſunt tria, vt interponatur ſuper lite, & re dubia. 2. alioquo dato & retento. 3. dolus ex propoſito nullus adſit Gail. *2. obs. 70. n. 12.* Pr. Papien. *form. lib. quo agit. vt pact. ſerv. nu. 5.* Tile de Benign. *lib. 4. dec. Cam. 1. vot. 6. n. 24.* Zas. *con. 18. n. 16. lib. 1.* Fr. Pfeil. *con. 78 n. 111. vol. 1.* Pruckm. *con. 49. nu. 33.* vbi ait, ſatis eſſe ſi metuebatur ne lis oriretur, adeoq; ad judicis tribunal ad vltimum concurreretur. *l. 2. vbi Curt. n. 1.* Ias. & Sich. *n. 1. C. de trans.* Delr. *ad. l. tranſig. n. 56. C. eod.*

Noſtra amicalis compoſitio non dependeat ex voluntate & ar- 26. bitrio litigantium, ſed auctoritate publicâ fiat, & tenetur in omni lite, ita tamen vt litigaturis Mediatores quosdam adiungere liceat. Quamvis enim privatim compromittant pænali ſtipulatione, & juramento adiecto: rarò tamen arbitramentis acquieſcunt, ſuſpicionem olfaciunt, dolum prætendunt, læſionem allegant, & ita litigij telam pertexunt. *l. 37. & 41. C. de trans.* quæ lex nimis dura, & in praxi minimè ſervatur. Rol. à Val. *con. 57. nu. 46. lib. 1.* licet ex ea proceſſus obtinuerit Braunſchwig contra Goslar.

Quamvis enim Dd. vt plurimùm ſcribant, conſulant, decidant, 27. diſpoſitionem *l. 2. C. de reſcind. vendit.* ad tranſactionem non extendi, nec eam reſcindi poſſe. Pinel. *p. 1. c. 4. n. 12.* Sal. *n. 6.* Cyn. *n. 15 & alij.* Ioh. Ficha *con. 31. nu. 8. vol. 2.* Zas. *cons. 18. lib. 1. nu. 16.* vbi dicit, hanc non ſolùm communem, ſed etiam infructuoſum fore ab ea recedere, cum omnes huic deciſioni eſſent reclamaturi, velut olim orthodoxi patres Euticheti. Ioh. Bapt. Plot. *cons. 32.* Pruckm. *cons. 50. n. 206.* Cothm. *cons. 30. n. 300.* vbi plures allegat. Ratio prægnans, quia nullus litium finis eſſet ſi tranſactionum reſciſſio ſemel irruptionem in Rempub. faceret. *l. fratris. 10. C. de tranſact. c. ex lite. ext. eod.* Welem.

cons-

conſ. 50. ſub. n. 20. Tib. Decian. *conſ. 29. nu. 11. vol.* Ergò ſicut clericis, ita omnibus viris bonis piaculo ſit quicquam attentare contra ſemel à ſe inimitam tranſactionem. Pet. de Anch *con 136. n 3.* Soc. ſen. *con. 15. n. 31. vol. 1.* Dec. *con. 474. n. 10. &* Decian. *conſ. 28. n. 12. vol. 3.* Cothm. *reſp. 30. n. 279.* Pruckm. *con. 49. n. 98.* Sic in Regno Val. & Caſtell. *lib. 34. conſtit. tit. 14. pag. 5.* cautum eſt, nullam tranſactionem reſcindi poſſe, ex quacunque deceptione. Caſtillæ adſignat rationem, quia lites eſſent immortales, & nunquam litibus finis imponeretur. Aug. Morla *in emp. jur. par. 1. tit. 4. q. 2. n. 9.*

28. At hoc noſtro, proh dolor, litigioſo & malitioſo ſeculo nihil frequêntius, quàm firmas obligationes & tranſactiones reſcindere, reſciſſas diſputare, & in infinitum litigare non creditur eſſe piaculum, niſi à pietate dictum, cum ſit impijſſimum remedium contra remedium. Nec etiam ob quadruplam, imò enormiſſimam læſionem tranſactionem reſcindere licet. Gail. *2. obs. 70. n. 12.* Pruckm. *con. 49. n. 126.* Bl. *ad l. ordi. n. 5. C. de ex. rei jud. vt 100. pro mille.* Tilem. de Benign. *Syn. 4. dec. Cam. 1. vot. 6. n. 21.* Cothm. *conſ. 30. n. 258.* Pruckm. *conſ. 50. n. 251.* Hæ reſciſſiones & litium occaſiones vt evitentur, nihil conſultius, quàm judicem ordinarium adire, qui auditis vtrimq; collitigaturis, ad compromiſſarios remittat, quod ſi litem finire nequeant tranſactione, aut ſi finierint, litigantes ſe gravatos exiſtiment, ad ordinarium redeant, vt lectâ compromiſſorum *cognitione, ſive* ſententiâ arbitramentali, & intellectâ lite, eamdem tantò citius aut finiat, aut breviori proceſſu dirigat, condemnando ſemper malitioſè detrectantem compromiſſum in ſumptus litis, ſive vincat, ſive ſuccumbat. Ant. Fab. *lib. 9. Cod. for. tit. 22. art. 2.* modò acta oblati & re-

29. cuſati compromiſſi oſtendantur. Quod ſi litigantes à lite tranſactione diſcedant, nihilominus totum ſolarium Advocato debetur, quia non ſtat per Advocatum, quò minus operam navet litigatori. Guid. Pap. *dec. 102.* Dec. *conſ. 70. n. 7.* Marſil. *tr. de Bann. verb. expecta. n. 5.* Car. Benineas. *de paup. q. 7. priv. 1. n. 6.* Caroc. *de locat. tit. de lit. exp. q. 8. n. 14.* Ioan. de Amic. *con. 148. dub. 1.* Ioh. Pet. Ala *tr. de adv. & caus. Chriſt. q. 20. p. 32. per tot.* Ioh. Bapt. Mag. *de rect. patroc. rat. c. 8. n. 40.* Imò ſi nihil præſtiterit, poterit retinere ſportulas, à litigatore datas, quia favorabilior retentio quàm petitio. *l. per retentionem. C. de vſur.* Dec. *con. 299. n. 4.* Bl. *in l. 1. §. in pr. n. 8. C. de cad. toll.* Alber. *in l. 1. n. 4. C. de Suffrag.* Lopez. *de contract. lib. 1. c. 27.* Ita partes litigantes quando-

quandocunq; voluerint, absq; requiſitione judicis, & onere ſolutionis byrſagiorum, liberam concordandi habent facultatem, vt antiqua & laudabilis Regni noſtri conſuetudo huiuſmodi concordiam in quibuscunq; factis potentialibus & alijs liberè faciendam dictat & conſentit. Heiminsf. *tom. 3. conſt. Imp. Sigismundi Hung. anno. 1435. art. 8. p. 443. It. conſtit.* Alberti *art. 26.*

In hoc litium abbreviandarum Remedio CONCORDIA conjunctio dextrarum intervenire ſolet, German. Handtſchlag. Sicuti ſemper in rebus maximi momenti, tutelis, pactionibus, tranſactionibus, ſponſalibus dextra dari ſolita eſt Cypræ. *de jure con. c. 4. §. 23. n. 4.* tanquam evidens ſymbolum ac ſignum perfecti conſenſus, perfectæ pactionis, perfectæ concordiæ & maioris fidei. *c. 1. in f. ext. de ſponſa. duo.* Tib. Decian. *conſ. 64. n. 14. vol. 3.* Oldendorp. *in claſſ. in act. ex ſtipulatu.* Per dextram enim teſtis fidei dari ſolet. *gl. c. fundamenta. verb. dextras. de elect. in 6.* Xenoph. *lib. 8. de pæd. Cyr. ad fin.* Alex. ab Alexand. *lib. 2. genial. dier. c. 19. & lib. 5. c. 3.* Ovid. *lib. 6. Metamorph.* 30.

Vt pignus fidei dextras vtrasq; popoſcit.
Inter ſeq; datas junxit.

Hering. *de fidejuſſ. c. 11. n. 169. & 166.* Rain. Corſus *de priu. recont. c. 15.* Cur ora manusq; Et dextræ potius, quam ſiniſtræ coniungantur, explicat ex Liv. *lib. 1. dec. 1.* Xenoph. *de Cyro pæd. lib. 2.* Cæl. Rhodius. *lib. 1. hiſt. anteq. c. 39.* Hæc de Remedijs litium Ethico-politicis vbi occurrit Gorgias Rhetor, qui cum pulcherrimum librum de concordiâ, Græcis inter ſe diſſidentibus, recitaſſet Olympiæ; Melantius inimicus reſpondit: Hic nobis de concordiâ præcipit, qui ſe, vxorem, & ancillulam tres in vnâ domo concordare non potuit. Ioh. Sarisberien. *lib. 8. de nug. Curi. c. 11.*

CAPVT V.

De generalibus litium abbreviandarum Remedijs, Theorico-practicis.

SVMMARIA.

1. *Remedia litium præſervatiua in remotione cauſarum.*
2. *Imperfectitudinis humanæ Remedium divinum.*
3. *Humana eiusdem remedia, Dei & ſui cognitio.*

 4. Cupidita-

4. *Cupiditatis Remedium divinum & Philoſophicum.*
5. *Iuridicum Remedium, ut acrius puniatur.*
6. *Vicinia diſcordijs aut matrimonio coniungenda.*
7. *Rerum diviſionis Remedium, diſpoſitio & adfiliatio.*
8. *Iudicio ſortis lites dirimuntur.*
9. *Sortitionis Remedium probatur exemplis.*
10. *A Iudicio ſortis non appellatur.*
11. *Sortis Remedium defenditur, ubi de Venetis.*
12. *AEqualitas eſt medium huius Remedij.*
13. *Ius Romanum à Turcis receptum.*
14 *Vbi Leges Romanæ, lites longiores.*
15. *Germani ſecundum bonos mores lites finierunt.*
16. *Imperij Vicariatus*, Pfaltz vnd Sachſen.
17. *Legibus mutatis lites natæ ſunt.*
18. *Remedium, juris ſupervacanei abrogatio.*
19. *Fideicommiſſa litium & malorum cauſa.*
20. *Nimia librorum moles inhibenda.*
21. *Nec in jure, nec in gl. methodus.*
22. *Redactio juris in artem, an Remedium.*
23. *Soli textui inhærendum, remotis commentarijs.*
24. *Remedium, ut jus juſtin. mutetur ſecundum quid.*
25. *Rationes huius Remedij adducuntur.*
26. *Modus eiuſdem Remedij aperitur.*
27. *Codex incipiendus Imperatorius.*
28 *Comportatio ſcriptorum juridicorum facienda.*
29. *Finis juris, ut IVSTITIA adminiſtretur.*
30. *Ius ſubtile abrogandum, quia lites parit.*
31. *Conſilia ad gratiam & quæſtum ſcribuntur.*
32. *Alia juridici ſtudij Remedia indicantur.*
33. *Theoria & praxis an coniungendæ.*
34 *Coniugium inter Theoriam & praxim.*
35. *An leges Moſaicæ in litibus finiendis ſervandæ.*
36. *Lites arbitrariè, LL. exploſis, non decidendæ.*
37. *Experientia rerum omnium magiſtra.*
38 *Applicatio legis ad factum, ſingulare remedium.*
30. *Praxis eſt neceſſaria ad juſtitiæ regimen.*
40. *Coniunctio utriuſque ſtudij probatur.*

41. *Doctores à Scribis diſcere abſurdum.*
42. *Vltimum Remedium, ſunt conſtitutiones* Landtsordnungen.
43. *Rationes huius Remedij.*
44. *Applicatio horum remediorum requiritur.*

QVOD ſi hæc generalia litium abbreviandarum Remedia Ethico-politica vtpotè Patientia & Concordia, non ſufficiant: ad alia procedendum Theorico-practica, quæ ſunt θεραπευτικὰ, curativa, aut προφυλακτικὰ, præſervativa. Nam & præſervationem ad curationem ex parte redigit Galen. *lib. 2.* Meth. *cap. 2. in fin.* Arniſæ. *lib. 2. doc. pol. cap. 1.* Keller. *lib. 2. de offic. jur. pol. c. 21.* Ergò mixtim trademus, ſecundum cauſas litium à nobis propoſitas, in quarum remotione Remedia præſervativa conſiſtunt. *arg. c. cum infirmitas. De pœn. & remiß.* Inter remotas litium forenſium cauſas, propoſuimus imperfectitudinem humanę naturæ, vti primum omnium malorum gradum, & fundamentum ſcalæ, quam ponit An. Gion. Palazzo. *p. 3. del. gouerno. c. 24. in fin. & c. 25.* vbi teſtatur, quòd huic malo humanâ prudentiâ mederi vix & ne vix poſſimus. 1.

Remedium eſt duplex, Divinum & humanum. Divinum, vt inferiores litigiorum motus, & fluctivagos huius ſeculi æſtus ſpernamus, Spiritu Sancto navigij curſum regente, ad portum perpetuæ tranquillitatis, dicente Carolo Mag. *in conſt. contra Elipandum Hiſpan. anno, 794.* Heiminsfel. *tom. 1. conſt. Imp.* Deploremus imperfectitudinem humanam, quæ plus litigia, quàm veritatis veſtigia ſequitur, ſecundum vulgares verſiculos: 2.

Terram terreno comprendimus, æthera flammis,
Humorem liquido noſtro, ſpiritabile flatu,
Pacem tranquillo, LITEM quoq; LITIGIOSO.

Humanum humanæ imperfectitudinis Remedium conſiſtit primò, in imitatione atque imagine Dei, κατὰ δύνατον, vt inquit Philo Iudæus, & Zeno, τέλος ἐςὶν ἕπεσθαι θεῷ. Seigneur de Pibrac. *1. Remonſtr. pag. 6.* Omnis enim Chriſti actio, debet eſſe noſtra inſtructio, & quò propriores ad illum venimus, eò perfectiores reddimur, litesque deteſtamur. Legiſtæ nil aliud ſcribendo conantur, niſi vt Chriſti præcepta obſerventur. Alex. de Halos. *p. 1. ſum. q. 8.* Neviz. *in rit. q̃do Iud. num. 80.* 2. Deinde in ſui ipſius cognitione, ſecundum illud: 3.

γνῶτι σεαυτὸν, ex quo ſe homo humiliat, & vnicuique quod ſuum eſt, reddit, iuxta legem naturæ, & Decalogi præcepta, vt inquit Ioh. Bapt. Magonius, *de patroc. rat. cap. 1. n. 22:* Ioh. Sarisber. *lib. 3. de nug. curial. c. 2.* vbi ait 4. huius contemplationis fructum vtilitatem ſui, charitatem proximi, contemptum mundi, amorem Dei. Tertium infirmitatis humanæ Remedium, eſt literatum vſus, vt inquit Ioh. Sarisber. *in prol. de nug. curial. pag. 1.* Niſi enim literæ eſſent, Leges, litium expultrices, oblucrarentur. In hac imperfectitudinis humanæ ſcala gradatim ſequuntur, effrenata hominum cupiditas, vſurpandi bona alterius maleficium, atque litigium, quod vtrumq; ex priori deſcendit: prius immediatè; poſterius mediante mendacio. Giov. Ant. Palazzo. *part. 4. del gouerno. cap. 11.*

4. Remedia cupiditatis I. Remedium Divinum, ne concupiſcas bona alterius, ad Roman: 7. Exod. 20. Iohan. Bapt. Magon: *de rect. pat. rat. part. 2. cap. 57. n. 41.* vbi monet cupidos alienæ ſubſtantiæ, vt ſe retrahant, & obtemperent divino præcepto. Omnis enim appetitus bonorum temporalium, qui principaliter non dirigitur in Deum, eſt culpabilis & vitioſus. Navar. *tr. de orat. miſcell. 42. n. 72. vers. 3.* Ioh. Pet. Ala. *tr. de Adu. & cauſſ. Chriſt. part. 1. quaeſt. 93.* vbi monent, huiuſmodi cogitationes rapiendi & capiendi bona aliena, quandoq; inſtillari ab antiquo hoſte. Ergo nullum eſt ſecurius remedium, quàm pia oratio, cupiditatum auocatio, ſumma devotio; *litium* remotio, affectuum moderatio, conſcientiæ conſolatio. Sic nobilis politicus, Eberar. à Weihe, *de vanit. glor. mund. pag. 56.* inſatiabilis, *inquit*, habendi fames, nullo, niſi cruce & calamitatibus, ac mortis remedio extingui poteſt.

II. Philoſophicum, de frenandis cupiditatibus, & regendis affectibus, ex lib. 2. Rhet. ad Theodecten. Cic. Tuſcul. 4. affectuum partitiones, & remedia ſingulis opponenda recitat, Stoicum deliramentum ſequens de tollendis affectibus. Non omnes ex natura tollere, ſed ordine ad normam legis divinæ regere atque dirigere licet. Chytr. *in reg. vit. præcept. 9. & 10. pag. mihi 362.*

5. III. Iuridicum, conſiſtens in tribus generalibus Iuris præceptis, honeſtè vivere, alterum non lædere, SVVM cuiq; tribuere, quorum priora ad hominem abſolutè & relatè conſideratum, tertium ad res ſpectat, vt videlicet rem debitam cuiq; tribuamus, & ab alienis, mentes, oculos, animos abſtineamus. Cic. *1. de Orat.* Coras. *p. 1. de ar. jur. c. 25.*

c. 25. Donel. *2. comm. c. 1.* Vacon. *1. decla. 30. n. 4.* Quod ſi non fiat, vt hoc Seculo Lex olim ſanctiſſimè habita, Honeſtè vivere, alterum non lædere, ſuum cuiq; tribuere, nunc prorſus hominum moribus ſublata eſt, indignè indignante Euphorm. Luſini. *par. 1. Satyr. p. 13.* Sequitur quartum, dubius litis eventus, & pœna. Eventus dubius, ne aliena appentendo, litibus iniuſtis propria quis amittat iuſtè. Pœna diſtinguitur, vt mente cogitatum aliena habendi deſiderium, vltorem Deum habeat; productum ad effectus externos atque operas malignas, & hæ, & cogitationes malignæ puniantur à Magiſtratu. Ratio, quia naſcuntur à prohibito deſiderio, & proximum modò bonis, modò vita priuant. At lites, vtpote malus malum, abijſdem cogitationibus malis naſcuntur, homines bonis privant, ad contentiones, ſcandala, homicidia irritant, divinæ voluntati, & actioni iudiciariæ repugnant, cuius fundamentum eſt, VERITAS, ſuper qua Decreta & ſententiæ feruntur. Ergò eiuſmodi malitioſa, & litigioſa habendi cupiditas, meritò coërcenda eſt, carcere, infamia, pœna pecuniaria, morte. Ratio vtriuſq;. Sicut enim homines non delinquunt fortuitò, ſed incenduntur habendi cupiditate: ita eadem cupiditas irritat atque invitat Litigiturientes ad celandum veritatem, & dicendum mendacium, litigiorum matrem. Giov. Ant. Palazzo. *part. 4. del. governo. c. 11.*

Deniq; Communio rerum, quondam commune cupiditatis compeſcendæ, & litis tollendæ Remedium fuit habitum; ſed eventus docuit, magis ſeditionibus, quàm ſedationibus inſeruiſſe, nec tàm rebus in ipſis diviſis aut indiviſis, quàm perplexis hominum voluntatibus, cauſa litium, conſediſſe. Iccircò ad rerum diviſiones & vicinias res redijt, quæ rurſum lites peperit. Hic Politici pro remedijs tradunt, Viciniam aut litibus, iurgijs & diſcordijs frangendam, aut matrimonijs coniungendam. Cominæ. *cap. 116.* War. de Erenberg. *in medit. pro fœd. cap. 2. n. 130.* Alb. Gentil. *lib. 1. de jur. bell. cap. 16.* Tacit. *lib. 2. Ann.* Ant. Guib. Coſtan *tr. de matrim. n. 30. c. 2. De diſp. impub.* Exemplo Salomonis. 3. Reg. 3. Duar. *c. 3. De rit. nupt.* Poſterius honeſtum, prius moleſtum eſt, quod Vicini cotidiè practicantur, & Germaniam litibus, ligis, vnionibus ita involuunt, vt 6.

Inter vtroſque volet dubijs victoria pennis.

Circa rerum diviſiones, duplex occurrit Remedium; præſervatiuum & curatiuum. Illud conſiſtit in diſpoſitione hominum, teſta- 7.

mentis, vnione prolium, & alijs, quibus multæ lites præcaveri poſſunt, vt innuit Carol. Magn. *in conſt. de diviſion. Regni faciend. inter filios. Anno 806. ibi*: ne jurgij aut litis controverſiam eis reliquamus. Heiminsfel. *tom. 1. conſt. Imp. pag. 10.* τὰ γὰρ ἴσα πόλεμον οὐ ποιεῖ.

Non bellum pariunt æqualia jura cruentum.

Ita lites ex diverſis patrimonijs, per matrimonium ſubſequens confuſis, per adfiliationem præcaveri poſſunt. Bar. Muſcul. *de ſucc. conu. clas. 1. memb. 3. n. 44.* Gail. *2. obs. 125.* Gylman. *tom. 1. part. 3. vot. 13.* Trentl. *part. 1. diſp. 2. thes. 11.* Petr. Gilken. *de præſcript. part. 3. cap. 3.* Pet. Heyg. *ad §. cum autem. n. 13. Inſt. de adopt.* Abra. Saur. im guldenen Flus von Erbſchafft/ *part. 2. cap. 3.* Phil. Meiſte. *in Spec. Notar. lib. 2. part. 2. Sect. 6. tit. 3.* Von Einkindſchafft. Alb. Gentil. *diſp. 2. de vnio. Brit. pag. 98.* ait Vnionis Remedium tollere occaſiones diſſidiorum, & litium

8. graviſſimarum. Curativum Remedium eſt iudicium Sortis, quo non ſolum lites, circa diviſiones ortæ, ſed & omnes res dubiæ breviter decidi poſſunt, probatur cum jure divino, *Num. 16. & 33. 1.* παραλ. *25. n. 26. v. 5. & 33. v. 54. Deut. 1. v. 38. & 31. v. 7.* vbi terra per ſortem diviſa eſt. *Act. 1. v. 26.* vbi Matthias per Sortem ad Apoſtolatum pervenit, & κληρικὸς, quaſi Sorte datus dicitur. Alciat. *5.* παρ. *22.* Saul per Sortem Regnum obtinuit. Tum jure civili. *l. 14. De iudic.* Sorte rem diſcernendam eſſe, quis litigantium Actoris vel Rei partes obtineat. *l. 2. poſt. pr. C. quand. & quib. quart. pars. lib. 10. l. generaliter. §. proinde. vers. & fortaſſis. De fideic. libert. l. ſi qua. 5. ibi: ſortiri eos oportet. Famil. erciſc.* Tiraquel. *de primog. quaſt. 17. opin. 1. n. 1. §. optiones. vbi* Angel. *Inſt. de legat. & l. fin. C. commu. de legat.* Reyg. *in theſau. jur. lit. L. n. 158.*

9. Denique exemplis illuſtribus hoc ſortitionis Remedium probatur. Romæ dignitates omnes, è quibus maximæ interdum lites, per ſortem cuius obveniebant, teſte Livi. *lib. 2. & 5. dec. 4.* Varr. *lib. 5. de ling. lat.* Suet. *cap. 18.* Nec alijs gentibus ſortium vſus fuit incognitus, de Germanis, Cæſ. *lib. 1. de bell. Gall.* de ſucceſſoribus Alex. Magn. teſtatur Iuſtin. *lib. 13.* quòd ſorte diviſerint Regna. Appian. *1. de bell. civil.* ait, Triumuiros non abhorruiſſe à ſortitione. Vide Godelm. *lib. 1. de Mag. Lam. Veneſ. cap. 8. n. 7.* vbi triplex ſortiendi genus facit. Hoc Sortitionis remedio lites ſeſſionum honeſtius tollerentur, quàm taxillis, vt Legatus quidam exiſtimarat, Man ſolte mit Würffeln darumb Spielen. Ergo hoc litium abbreviandarum Remedium, & æquiſſimum & breviſſimum, quod noſtri vocant Kaſdlen/ quaſi Kan

ſehlen/

ſehlen/oder glücken. Nemo enim cogi poteſt, ſed alter litigantium, ſi ſortis judicium ſubire nolit, contentio ſorte non dirimitur. Schneidevvin. *4. inſt. tit. 6. n. 63.* Calvin. *in proc. iudic. cap. 5. in Coron. n. 22.*

Quod ſi vterque litigantium in hoc litium abbreviandarum 10.
Remedium conſenſerit, nulla à judicio ſortis, Vom dem Loß/ datur appellatio, ſed vterq; ſtare cogitur. Bal. *ad l. vlt. commu. de legat.* Iaſ. *ad l. ſuſpect. §. vlt. nu. 16. de legat. 1.* Hip. de Marſil. *in l. 1. n. 140. de rapt. virg.* Tiraq. *de jur. primog. quaſt. 17. opin. 1. n. 15.* Dan. Muller. *ad conſt. Saxo. part. 3. conclus. 15. nu. 8.* Brederod. *tr. de appell. part. 1. col. 519.*

Similiter contra litem ſorte diremptam, fruſtra petitur reſtitutio in integrum, vt aliquis ſit litium finis. Tiraq. *de jur. primog. quaſt. 17. opin. 1. nu. 6.* Mandel. *ad rub. nu. 1. De minorib.* Sfor. Odd. *tract. de reſt. in integ. quaſt. 66. nu. 25.* Pruckm. *cons. 20. n. 117.* vbi extendit, etiamſi extra litem & judicium, facta eſſet diviſio per ſortem, cujus contrarium ſtatuit Hakelman. *diſp. 6. thes. 8.* Ratio vtriuſque, quia ſortis mater fortuna vulgariter dicitur. Tiraq. *de jur. primog. quaſt. 17. opin. 1. nu. 87.* At fortuna ſuperiorem in mundo non habet. Ergo ab ea appellari non poteſt. Bal. *ad l. vlt. nu. 16. De legat. 1.* Toloſan. *tr. de appell. lib. 2. c. 19. n. 20.* Pruckm. *cons. 29. n. 9. vol. 1. & cons. 20. n. 53. vol. 2.*

Iuſtum eſt, vt ſemper par ſit fortuna Labori.

Quod objicitur, conſilio non fortuna litem dirimendam eſſe: 11.
At ſortis remedium fortunæ arbitrijs regi. Ergo prudens ſe illi ſubijcere non debet. Illud facili ratione dilui poteſt. Non enim fortuna, ſed Deus ſortes temperat, quæ mittuntur in ſinum, Dominus verò dirigit. Proverb. *16. in fin & ibid. c. 18.* dicitur: Sors contradictiones comprimit, & inter potentes dijudicat. Hoc cum ita ſit, non fortuitum eſt litium abbreviandarum, & Magiſtratus eligendi Remedium, ſed certum, quod interdum neceſſitate poſtulante adhiberi poteſt, & ita fit, vt quæſtio litigioſa, & omnes ſub illa opiniones ſcribantur, & fiant ſchedulæ, ſecundum numerum conſiliariorum. Et detur cuilibet vna ſchedula; qua habita, vnuſquiſq; in domo per juramentum præſtitum vnam eligat, & alias caſſet, lineam groſſam per medium eius trahendo, manè conveniant ad conſilium, & reponat vnuſquiſque ſchedulam in ſaccum. Quibus impoſitis Secretarius extrahat vnam poſt aliam, & ſedeat Computiſta, & facta ratione, opinio quæ plura habverit vota, illa electione omnium melior. Hæc eſt litium per ſortem aut vota diremptio, quam tradit Cuſanus. *lib. 3 de concord.*

cathi-

cath. cap. 38. vbi ſimiliter modum conſilij Veneti refert, in vna nigra & alba *la biancha, nera.* Vide Schonborn. *lib. 2. polit. cap. 2. in fin.*

12. In hiſce Remedijs ad vnum medium potiſſimum eſt ſpectandum, AEqualitatem ſcilicet, quæ eſt inductiua, nutritiua, conſervatiua, & conſolidativa Concordiæ & amoris fraterni: inæqualitas diſcordiæ, litis, & omnis generis contentionum. Iac. Rictius. *de vnio prol. cap. 3. nu. 7.* An. Knichen. *de jur. Sax. prou. neſc. cap. 3. nu. 253.* Iac. Orloshaus. *in Reſp. an ſam. exta. maſc. rectè exclud. cap. 17. num. 3.*

Vnde Lex ipſa parentes ſæpè ad æqualitatem ſervandum invitat. Nou. *22. c. vlt. Auth. in ſucceſſ. C. de ſui. & legitim.* Nov. Leon. *19. l. 11. Famil. ercis.* vbi Goth. probat, liberos parentibus ſuccedere æqualibus portionibus. Gœdd. *reſp.* Marp. *26. n. 99. lib. 1.* Iac. Schulte. *in loc. jur. ciu. & Sax. vers. diviſio. nu. 5.* Proq; ſervanda æqualitate veniunt multa in diſpoſitionem, quæ aliâs non venirent, ſcilicet, vt diſcordiarum & litium occaſiones penitus reſecentur. *l. 77. §. 20. De legat. 2.* Ceph. *con. 456. nu. 10.*

13. Hæc de prioribus litium forenſium cauſis remotis atque remedijs: ſequitur tertia, multitudo Legum.

Ius Romanum eſt verè divinus æqui & boni theſaurus, theſaurus veræ germanæq; juſtitiæ, fons omnis humani & civilis juris, cuius reſpectu ab omnibus ferè Monarchis Chriſtianis, etiam *infidelibus*, vti Turcis, receptum eſt. Chriſt. Ohem. *in diſc. pol. ju. cap. 3. nu. 76.* Ioa. Levenclau. *in præfa. ant. par.* Treutl. *part. 1. diſp. 1. thes. 5.* Giphan. tam inſignem ff. & C. librum vocat, vt nullum præſtantiorem in orbe terrarum, poſt ſacra Biblia, putet exiſtere. Quicquid enim vſq; gentium, de jure vel ſcriptum vel vſurpatum eſt in Germania, Gallia, Anglia, Polonia, Hungaria, Hiſpania, Turcia denique, id vel hinc eſt deſcriptum, vel deſumptum, ac depromptum. Adde Laur. Vallam. *in præfat. lib. 3. eleg.* Donel. *1. com. cap. 16. num. 12.* Zopperum. *de LL. Moſaicis l. 1. c. 13.* vbi ait, Romanos LL. à Græcis, Græcos ab AEgyptijs, AEgyptios à Mercurio Trismegiſto, hunc à Moſe de manu in manû accepiſſe. Philo. *lib. 2. de vita Moſis.* Lactan. *lib. diu. inſt. cap. 6.* Arnol. *lib. 4. ad. gent.* Bulling. *dec. 3. ſerm. 8.* Guil. Veluod. Scot. *in jur. Iud. & Roma. parallelis.*

14. Hoc Legum Romanarum encomium paſſim videmus, ſed illud invidemus, quod Both. *inquit, lib. 2. della cita. pag. 340.* vbi ſecundum formam Legum Romanarum proceditur, lites ſunt longiores. Vnde multi

multi ab eo jure diſceſſerunt, & adhuc diſcedunt, aut diſcedere cupiunt, quia temporum mutationibus immutari Leges oportet, quod ſi non fiat, multis malis occaſio præbetur. Machiau. *lib. 3. de Repub. cap 9.*

Nec omnibus horis
Omnia conveniunt, res prius apta nocet.

De noſtris quidem verum, quod Hering. *de fidejuſſ cap. 17. num. 71.* refert. *Non temerè antiquos mutat Germania mores,*
Ponere difficile eſt, quæ placuere diu.

Antiquitus Germani, non ſecundum LL. ſcriptas, ſed bonos mores, terminarunt lites, ex Tacito: Plus ibi bonos mores valviſſe, quàm alibi bonos Leges. Omnium primum Lex Salica. quam Franci ſcripſerunt, & ſuſceperunt jus, juſſu Alarici Gothorum Regis, ab Aniano latum in Breviario & à Theodoro confirmatum, poſt devictos Gothos, vnde & LL. Theodoricianæ fuerunt dictæ, non ab Alaraci affine Dittich von Bern/ vti putat Cujac. *præfat. in Paul. Sent.* Baron. *anna. tom. 6.* Sauaro. in Sidon. *lib. 2. c. 1.* Iſidor. *Etymolog. lib. 5. cap. 1.* Iuo. Epiſc. Carnot. *lib 4. 4. Decret. cap. 170.* Hoc corpus Alaricianum confirmauit Carolus Magnus, Anno Chriſti, 804. Aquisgrani, & Germani eodem vſi ſunt, vſque ad tempora Lotharij, 2. qui jus Iuſtinianæum, vnà cum litibus revocauit in forum, Anno, 1137. quod adhuc obſervatur. Obrecht. *de cons. & form. lib. c. 9. n. 2.* Sed in Interregno duo Vicariatus introducti, quorum prior competit Palatino Rheni, Als dem Oberſten Richter des Reichs/ vnnd Hauſmaior quod vocabulum remanſit in Gallia & Anglia. Schwabenſpiegel / *lib. 1. c. 24. §. 2.* Gulden Bull/ *c. 5. pr.* Carol. V. *in conf* der handlung des Vicariatampts / *fol. 242.* 16.

II. Duci Saxoniæ Iudicium Cæſareum, Magdeburgi commiſſum fuit. Weichbildt. *art. 10.* Gulden Bull / *cap. 5. §. 2. ibi:* Der Hertzog von Sachſen ſol eyn Vormünder ſein in allen Stetten vnnd Landen / da man Sachſenrecht helt. Hinc exiſtunt der Sachſen vnd Schwabenſpiegel/ cuius prioris Autor, Ecco von Repkaw/ de quo proverbium: Der Trewe Eckart warnt Jederman. Poſterioris, Bertoldus Baro à Grimmenſtein/ parum differunt, niſi in ſucceſſionibus hereditatum, & appellationibus, Sachſen Spiegel/ *lib. 1. art. 17.* Schwaben Spiegel/ *lib. 1. cap. 393. §. 2.* Heyg. *part. 1. q. 8. n. 45.* vbi latius deducit.

17. Mutatis ita Imperijs, ſæpius mutatæ ſunt LL. quarum multitudo non obſtaret, ſi non ſubtilitas ingeniorum tantas inveniſſet contradictiones, interpretationes, & alia, quæ verum obſcurant, & certum in controverſiam revocant, adeò vt nunquam IVSTITIA in peiori hæſerit ſtatu, Giov. Botero. *lib. 1. della rag. di ſtato. pag. 38.* Affectata enim ſubtilitas errores profert. *Molin. in L. 1. §. qui præs. n. 4. De verb. oblig.* Idcirco meritò cogitandum de Remedijs, quibus tanta & Legum, & litium conſequenter, multitudo corrigi poſſet. Id quod non privatæ, ſed publicæ auctoritatis eſt: quæ facilè Remedia inveniret, cum theorica, tum practica. In ſtudio iuris theorico, theoricum litium abbreviandarum Remedium foret, abrogatio juris ſubtilioris

18. & accommodatio veri ad forum. Verum enim eſt, ſupervacanea in jure non eſſe admittenda. *§. quibus. C. de novo Cod. fac.* Bart. *ad l. ſi conſtans. n. 6. ff. ſol. matr.* Strach. *tract. de merc. part. 1. n. 40.* Hip. Rim. *ad L. omnes. n. 10. C. qui admitt.* Pruckm. *con. 50. n. 299.* At multa in jure ſunt ſupervacanea & invtilia, propter mutatam Reipub. formam, de Magiſtratibus antiquis, eorumq; officijs, origine juris, ac forma Iudiciorum tum temporis vſitata, de mancipijs, manumiſſionibus, libertis, libertinis, & pluribus alijs, quæ parum aut nihil vtilitatis hoc litigioſo ſeculo habent. *Aut. diſc.* Vom Juſtitienwerck / *pag. 72. remed.*

19. *15.* Ant. Maria Spelta, *lib. 2. della pazzia diletteu. cap. 10.* miratur, quòd Principes nullam fideicommiſſorum rationem habeant, cum ſint cauſa multorum malorum & litium, quæ non exiſterent, ſi tollerentur. Chri. Portius, *inſt. de fideic. hered. n. 2.* notat, fideicommiſſa olim fuiſſe infirma, Ratio, quia ſunt odioſa veneni, ferri, inſidiarum plena. Rimin. *con. 20. n. 37.* Ceph. *cons. 375. n. 34.* Dec. *con. 636.* Alban. *con. 29. n. 7.* Vnde de jure antiquo non habebant neceſſitatem. Dec. *con. 519. n. 6.* Tales ſunt etiam materiæ, bonorum poſſeſſiones contra tabulas, ſubſtitutionum, peculij, & multæ aliæ, ne quid dicam de legibus correctis, abrogatis, contrarijs, repetitis. *Aut. diſc.* Vom Juſtitienwerck / *pag. 72.* quamvis Walther. *2. miſc. 16.* ſcribat in iure concordiam eſſe,

20 ſed eſt concordia diſcors, & Legum, & litium pleniſſima. Huc accedunt infinitæ gloſſæ, lecturæ, fallentiæ regularum, practicæ, gemmæ, ſylvæ, ſummæ, notæ, formulæ, clauſulæ, cautelæ, methodi, commentarij, loci communes, inſtitutiones, analyſes, variæ lectiones, illuſtres quæſtiones, deciſiones, reſolutiones, diſputationes, lucrubationes, annotationes, interpretationes, repetitiones, enucleationes, con-

ciliationes,

cilliationes, refutationes, opiniones communes, communiores, communiſſimæ, obſervationes, concluſiones, paratitla, ſynopſes, lexica, repertoria, exercitia, ſemeſtria, miſcellanea, collectanea, ſingularia, conſilia, reſponſa, Syntagmata, apoteleſmata, ſingulares intellectus, proceſſus, tractatus tractatuum, & infinita eiuſdem farinæ ſcripta, quæ infinitas nobis lites reliquerunt, & iurisprudentiam, vtpotè litium genitricem, ſuſpectam, diſputabilem, dubiam, intricatam reddiderunt, ſecundum illud veriverbium, quod nimium altercando VERITAS amittatur, nec vlla lis tam ſcabioſa, quæ non vtramq; in partem diſputari poſſit, adeò ſunt euulgata juris civilis myſteria, tantâ librorum mole, vt hoc ſtudium videatur propè abiectum atque contemptum. Cic. *in orat. pro Mure.* Ioh. Pet. Ala. *de Adu. atque cauſi. Chriſt. part. 1. quæſt. 19. Aut. diſc.* Vom Juſtitienwerck/*pag. 72.* In his Remedium ſuggerit Metrocles Maronita, Cratetis Thebani auditor, qui libros ſuos combuſſit, & dixit: eſſe ſomnorum imaginacula, hoc eſt, nugas & deliramenta, quod de multis ſeculi noſtri libris liberè dici & optari poteſt, vt ſimili Remedio è medio tollantur.

Hæc enim omnia corpus juris, quod per ſe vaſtum atq; ſpacioſum, in immenſum pelagus exonerant, cuius navis eſt gloſſa, per quam navigamus per vaſtum maris pelagus, & quæ nos ducit in portum veritatis. Borch. *de Regal. cap. 1. n. 53. ex Sal. in l. 1. C. de pact.* & dicit Advocatorum idolum. Alex. *4. con. 51.* Gothof. ad Schneide. *in præfat. n. 2 lit.* Sed nec in hoc, nec in illo certa methodus, vbi Weſenb. *ad §. 2. inſt. de teſtam. ordin.* ait, ſibi nec materiam, nec methodum, ſi qua tamen adhibita, placere, neque putat difficilè fore, aliquid melius ex his, quæ ſuperſunt, reliquiis adornare. Vultei. *in proleg. de ſtud. jur. pag. 24. Aut. diſc.* Vom Juſtitienwerck/*pag. 72.* 21.

Vnde Procuratores nequitias atque malitias ſuas, commentariorum pelago nutriunt. Zas. *in l. 2. De orig. jur.* Vinc. Caſtellan. *de offic. Reg. lib. 3. cap. 24.* Hering. *de fideiuſſ. cap. 7. n. 596.* P. Cornel. Brederod. *tr. de appellat. 2.* Confuſionis juridicæ Remedia tradit, 1. vt ſingularia ex optimis juris Autoribus, ſub. tit. Pandect. redigantur, vt Gothof. in aur pr. civil. oſtendit, 2. vt loci communes materiales in ſubſidium congerantur.

Idcircò meritò cogitandum de Remedijs, quæ conſiſtunt in eo, vt aut jus Iuſtinianæum retineatur, & in formam artis redigatur, aut omnino mutetur.

Quoad prius Remedium, replicabis forſan cum Bodino; Ius in
22. formam artis redigi non poſſe, aut antea redactum fuiſſe ab Althuſio, Vultcio, Coraſio, Donello, & alijs, nec tamen lites exinde breviores extitiſſe, ſed lites ex litibus accreviſſe. Illud quidem fateor, magnos magni nominis Iuriſconſultos, aliquid præ alijs hoc ſeculo tentaſſe, & Inſtituta, Pandectas atque Codicem cum Novellis, in vnum collegiſſe corpus. Sed illa juris redactio, potius diſtractio imperfecta; quia Ius tractarunt tantum civile Romanum, nimis ſubtiliter diſtribuerunt, atque ſubdiſtributionum diſtributiones tradiderunt, nec ſuperflua reſecarunt, nec foro accommodarunt, confuſum eſt, quicquid vſq; in pulverem ſertum eſt, inquit Mich. Montan. *lib. 3. exp. pol. cap. 13.* Sicut enim pueri argentum viuum collecturi, diſpergunt, ita Interpretes nimis ſubtiliter diſtributuri, veritatem diſſipant.

Melius igitur & mollius eſſet Remedium ſoli textui inhærere,
23. nec vllas Dd. opiniones, interpretationes, atq; commentarios admittere, exemplo Lycurgi, qui prohibuit, ne de legibus ſemel receptis & probatis diſſerere liceret. Quod vtinam in Imperio ſanciri, & obtineri poſſit, minus inextricabilium litium, & otioſarum diſputationum, minus dubitationum, minor Legum & Iudiciorum, Magiſtratuum, Iuriſperitorumq; contemptus eſſet, ex quibus Reipub. mutationes oriri ſolent, inquit Herm. Kirchner. *diſp. 6. de Repub. thes. 4. in fin.* Forcat. *dial. 46. n. 3.* O quàm juvat aſſiduum eſſe, & iugiter verſari in Iuriſconſultorum reſponſis potius, ſuis contentorum, quàm per Dd. confragoſas deciſiones diſcurrere. Annotatiunculæ enim Doctorellorum non ſunt attendendæ. Ias. *ad l. quidam. n. 38. De verb. oblig.* Ioh. Fr. Purpur. *ad l. 1. n. 455. De offic. eius cui mand.* An. Mar. Corat. *tr. de com. opin. tit. 9. n. 39.* Pruckm. *con. 50. n. 298. vol. 1.* Sicut in vnum flumen diverſæ ſe exonerant aquæ, vna tamen aqua manet: Sic corpus Iuris, diverſi onerant commentarij, vnum tamen jus exiſtit. Mic. Montan. *lib. 3. exp. pol. cap. 13. pag. 980.* At hodie proh dolor, ordine inverſo, gloſſas tantum legunt, quibus adhærent tanquam caroccio veritatis, nec in æternum errare ſe poſſe ſomniant. Bal. *l. fin. §. neceſſitatem. n. 9. C. de bon. qua lib.* Coler. *part. 1. de proceſſ. exec. cap. 11. n. 263.* Interim textus ignorant, imò etiam ſi hos legant, intelligere non poſſunt, & nihilominus Practici vocari volunt, ſcilicet juris, quod neque legerunt, neque intelligunt. *Aut. diſc.* Vom Juſtitienwerck *pag. 74.*

Alterum litium abbreviandarum Remedium, in ſtudio Theorico, mutatio ſcilicet, juris Iuſtinianæi, ſi non totalis; ſaltem particularis, eſſet vtilius, conſultius atq; ſalubrius, imò neceſſarium. Leges enim magis ab vſu & conſuetudine dependent, quàm verbis & litera, adeò vt poſſit quid corpore juris cautum eſſe, quod tamen vſu reclamante non obſervetur, & econtra quid obſervetur, quod in corpore juris non habeatur, vt vnio prolium, ſimultanea inveſtitura, & alia. And. Knichen. *de jur. Sax. cap. 3. n. 14. ex Rod. Suar.* Ergo leges ita corrigendæ, vt priſtinæ rei vmbra quædam ſemper retineatur. Machiau. *lib. 1. diſc. 25.* Clapm. *lib. 6. de arc. Rerump. cap. 5.* Arniſæ. *lib. 2. doct. pol. cap. 5.* reſecatis, reiectis, ac omiſſis omnibus amplius non vſitatis, correctis contrarijs, vel abrogatis ac ſuperfluis legibus, conſtitutionibus, ac decretis. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck / *pag. 73.* Quippe quæ vſu non receptæ viribus carent, & cum effectu contra inobædientes allegari nequeunt. Gail. *2. obs. 110.* Inſtituuntur cum promulgantur, firmantur cum moribus vtentium approbantur. *c. in iſtis. diſt. 8.* Muſcul. *de ſucc. conu. clas. 1. memb. 2. concl. 5. n. 188.* 24

II. Mutato Imperij ſtatu, iuriſdictione, & termino, jus ipſum ſolet immutari. At illa ſunt mutata, quia auguſtum & tantoperè celebratum Imperij Romani faſtigium nihil aliud eſt, hodierno die, quàm tenuis quædam magni corporis vmbra, inquit Sleidan. *lib. 3. de ſum. Imp.* Ergo mutatio Legum neceſſaria, ſi nitori priſtino reſtitui debeant. ἐν τοῖς νόμοις ἐστὶν ἡ σωτηρία τῆς πόλεως. Ariſt. *1. Rhet.* 25

Denique natura novas deproperat edere formas. Ergo negotia, quæ poſt emergunt, LL. veteriorum laqueis nondum ſunt innodata. *l. 2. §. ſed C. de vet. jur. enuc. gl. 1. in Auth. de non elig. coll. 2.* Tib. Decian. *in apol. adver.* Alcia. *cap. 10. n. 9.* Et quia natura novitatibus ſubinde vtitur, ad opus quoque novarum legum Legislatorem protrahit. *Nou. 84. pr.* Pruckm. *con. 50. n. 132.*

Quamvis igitur LL. non facilè aut ſubitò ſint abrogandæ, ne LL. auctoritati derogetur. Ariſt. *2. pol. c. 6.* & litigantibus occaſio præbeatur, Legis, quæ ipſis obſtat, abrogationem petendi, cum Omne ſubitaneum naturæ inimicum. Ariſt. *5. pol. p. 486.* Tac. *1. annal.* Bodin. *4. de Repub. cap. 3.* Scip. Amirat. *lib. 1. diſc. 5.* Attamen euidens ſuadet vtilitas, vt recedatur ab eo jure, quod diu æquum viſum eſt, ſed hodie propter mutatam Reipub. formam atque Iurisdictionem, propter abrogationem, correctionem, & contrarietatem plurimarum LL.

propter novos caſus, minimè ſervari aut cum effectu obſervari poteſt.
26. teſt. *L. 2. De conſtit.* Ergo ad aliud medium atque Remedium eſt confugiendum, vt exemplo Iuſtiniani, Sacra Cæſarea Maieſtas, hoc & Legum & litium abbreviandarum negotium committeret aliquot viris probis, ſolidè in omni jure doctis, & vſu rerum expertis, qui primum de certa methodo convenirent, & ſecundum eandem omnes Inſtitutionum, Pandectarum, Codicis, Novellarum, Conſtitutionum, Receſſuum Imperij, & ordinationis Cameræ Imperalis, ſeu Proceſſus, nec non juris feudalis materias, ordine diſponerent, & in Authenticum corpus, præmiſſa cuiuſlibet materiæ definitione atque diviſione, per certas, breves, intelligibiles, atque infallibiles concluſiones, vel Regulas redigerent, quibus exceptiones atque replicas neceſſarias annerecterent, quicquid in textu deſideratur vſu obſervatum, ex approbatis gloſſis aut alijs commentarijs ſupplerent, ex controverſis opinionibus aut æquiorem eligerent, aut dubiam vnâ cum toto opere, Sacræ Cæſareæ Maieſtati, atque ſtatibus Imperij dijudicandam relinquerent.

27. Hos penes cum ſit Leges condere, abolere, emendare, & corrigere, pro arbitrio atque temporis vſu, etiamſi Imperator juraverit, ſe has illas LL. obſervaturum. Alex. *con. 224. lib. 6.* Bodin. *lib. 1. de Repub. cap. 8. nu. 86. pag. 135.* Lancell. *in templ. om. jud. lib. 1. c. 1. §. 4.* Menoch. *con. 604. n. 2.* Vultej. *1. l. R. 12. n. 27.* vbi ait paſſim extare exempla juris mutati, poſſent ex prædictis, exemplo Codicis Henriciani in Francia, Codicem ab eo denominandum Imperatore, qui Imperatorium opus hoc aggreſſus fuerit authentiſare, illuminare, & plenum robur tribuere, vt ſolus iſte Codex forenſis, in cognoſcendis atque finiendis cuiuſlibet fori litigijs adhiberetur, nec vlla diſputatio, dubitatio, aut commentatio admitteretur, ſub pæna arbitraria, imò capitali. *Auth. diſc.* Vom Juſtitienwerck, *p. 73.* Huic Codici inſerendæ eſſent Novellæ Impp. Latinæ, ſicut Græcæ olim, Aurea Bulla, quam Cujac. inſerere voluit, quod Papa impedit, & pro ijs ſuas decretales venditat.

Huic Remedio præparatoria ſubminiſtrarent, Diſputationes juris in diverſis Academijs habitæ, quæ materias omnes, non ſolum ex corpore juris, ſed etiam Receſſibus, & alijs libris Iuridicis, breviter atque methodicè diſpoſitas tradunt, inprimis Hier. Treutler. qui ſi alius vnquam in jure noſtro, non ſolum novit inſtigare boves, ſed & fuit arator. Muſcul. *clas. 1. de ſucc. conu. mem. 3. num. 160.* Methodus

Nicolai

Nicolai Vigelij, diverſæ Deciſiones, & Codex forenſis Ant' Fabri.

Talis Codex non ſuperaret magnitudine ſua Corpus juris, magiſque inſerviret litibus decidendis, quàm tot librorum myriades, innvit Iuſtin. *in 3. conſt. A. §. noſtra. §. hoc. §. illud.*

Item, Remedium foret, collatio atque comportatio diſputationum, conſiliorum, deciſionum, obſervationum, commentariorum, & eiuſdem farinæ ſcriptorum, quæ ſi diligenter legeris atque relegeris, videbis idem per idem vtrobique tractari, & ferè omnia ex alienis præſertim antiquis in ſuum vſum converti, nec vllum in re literaria plagium committi. Warem. de Erenb. *lib. 1. de fœd. c. 1. n. 52. & ſeq.* Hoc Remedio parcetur labori in evolvendo tot juris libros, ſumptib⁹ in emendis, tempori in perficiendo ſtudio, & abbreviando litigio. Sed eſt magis optandum, quàm ſperandum. 28.

Nonnulli prætendent, ſtudium juris nimis breve, ſimplex atque contemptibile futurum, ita vt quilibet audiretur ICtus ſi tantum vnus reciperetur Codex. Quibus reſponderi poſſet, ex communi verſu:

Quicquid agis, prudenter agas, & reſpice finem,

quod in omnibus artibus ac facultatibus, inprimis & ante omnia finis conſiderandus ſit. At finis Iurisprudentiæ non eſt, vt ſtudium juris reddatur difficile, prolixum atque perplexum, & ita ſtudioſus eiuſdem ſibi præparet caput bovinum, aureum marſupium, & plumbeum culum, vt in vulgari dicitur, & in tribubus artificum practicorum ne quis admittatur, niſi tantum pecuniæ ſolverit: Sed finis Iurisprudentiæ eſt, vt juſtitia debito modo adminiſtretur, & jus ſuum vnicuiq; tribuatur. Hoc quò compendioſiori & breviori viâ fieri poteſt, tantò minori litigantium damno adminiſtratur, peccatum lites protelandi vitatur, Deus Iuſtitiæ autor laudatur. Cogitent, quòd librorum multitudo diſtrahat, vt ait Schneide. *ad rubr. inſt. de actio. num. 4.* & forſan hic vnus Codex, tantum laboris requiret, in transferendo ad vſum, quàm tot ex libris in vtramq; partem diſputando. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 75.* 29.

Hoc ergò remedium cum ſit dictu ſatis facile, ſed facto & effectu difficile, ad prius redimus, vt jus Iuſtinianæum retineatur, reſecatis ſolummodo inutilibus & minus vſitatis. Non enim ſapientis eſt ſtultas pertinacias ſectari, vel inſectari. Ariſt. *3. de par. anim. cap. 4.* Scalig. *exer. 324.* At ſtudium juris theoreticum dividitur in ſubtile, & 30.

verum.

verum. Illud in nuda contemplatione imaginatiua conſiſtit, quod ſecuti Cujacius, Donellus, Goveanus, Duarenus, Petr. Gregorius, Coraſius, Anton. Faber & alij: qui in ſpeculo quaſi demonſtrant, quod in vſu nihil. Hoc in ipſa rerum conſideratione, quod amplexi Menochius, Tiraquellus, Maſcardus, Iaſon, Zaſius, Weſenbecius, Gail, Mynſingerus, & alij: Borch. *in præfat. cons. part. 1.* Prius abrogandum, poſterius retinendum, ita vt magis deciſionibus, quàm conſilijs fides tribuatur.

31. Quamvis enim maiori diligentiâ, & inquiſitione accuratiori conſilia ſcribantur, quàm Commentarij, ad aucupandam ingenij & ſubtilitatis famam extruſi. Bart. *l. pater. nu. 2. C. de inſt. & ſubſt.* Bal. *l. compar. num. 10. C. de fid. inſtr.* vbi ait, ICtos docentes ſæpè in curſu lectionum errare. Corn. *cons. 222. nu. 1. vol. 1.* Tib. Decian. *in apolog. cap. 10. nu. 26.* Phil. Matth. *vol. 1. cons. Ac. Mar. 31. n. 57.* Attamen vt plurimum ad gratiam, quæſtum, & nudam conſulentis relationem ſcribuntur. Toloſan. *lib. 47. ſyntag. c. 7. nu. 11.* Alc. *lib. 12. παρ. cap. vlt.*

32. Corat. *lib. 1. de com. opin. tit. 6. nu. 43.* Huic & legum & litium coërcendarum Remedio poſſunt alia ſubnecti: 1. vt ſcribendi cacoëthes, quod tenet inſatiabile multos, tandem prohibeatur, ſub confiſcatione librorum, vt Iuſtin. innvit, 2. Leges, non autoritates Dd. in foro allegentur. 3. Studium juris Theoricum & practicum, *poſt jacta* Philoſophiæ fundamenta conjungantur. Theorici enim ad *forum* accedentes, vanas & inanes Legiſtarum ſubtilitates adducunt, Donellum crepant, Duarenum ſomniant, Vlpianum & Cujacium terunt, atterunt ſpe maximâ, ſed diſpari ſucceſſu, vt lites non abbrevientur, ſed intricentur, & intricatæ ad futurum vſque ſeculum protelentur.

33. Ex hoc vltimo Remedio naſcitur Quæſtio, an conſultum ſit juris ſtudioſis, vt ſtatim ab initio cum Theoria & Legum acroaſi, praxin ipſam conjungant, & ſimul in ſcholis & foro diſcant? quod optimis rationibus negandum putat Arnol. de Reyger. ICtus eximius, & de praxi benè meritus, *in proc. diſp. 1. corol. 1.* quas ipſe non addit, ſed ſupplet Adam. Keller. *lib. 1. de off. jur. pol. cap. 27.*

I. Quia cauſa ſemper eſt prior effectu, vt nemo exercere poſſit, quod antea non didicerit.

II. Vtraque ſolum hominem requirit,

Ne pluribus intentus ſit minor ad ſingula ſenſus.

III. Vlpian.

III. Vlpian. *in l. moris eſt, 9. §. nonnunquam. De pœn.* ait, ſolere ſine infamia ſtudioſis juris interdici, ne ſe negotijs fori accommodent. Ita Leo X. Anno Domini, 1513. ſtatuit, vt nullus Dd. conductorum ad legendum, advocationis munus, aut aliud curiæ officium in vrbe exerceret, ne à lectionibus diſtraheretur: permiſſa tamen domi poſt lectiones, conſultandi poteſtate. Toloſan. *lib. 18. de Repub. c. 10. n. 14.*

Danda opera eſt praxi, non cum vulnere Theoriæ.

Nos inter Theoriam & praxin, conjugium quaſi, & individuam quandam conjunctionem ſtatvimus: modò conjugium ſit maturum, hoc eſt, ſi non ſtatim ab incunabulis Legum, ſine diſcretione ſimul, in Scholis nondum poſitis fundamentis, & perceptis generalibus, quæ ad forum adferenda, conjunctio hæc de præſenti inſtituatur, quo ſenſu laudamus judicium Amici & vicini noſtri Arn. de Reygers, cum Bart. Muſculo, *de ſucc. conven. clas. 1. memb. 3. n. n. 168. & Auctore diſc.* Vom Juſtitienwerck. *d. pag. 76.* vbi monet ſtudioſos ex trivialibus, & reformatione indigentibus venientes, ne ſtatim ad juris ſtudium convolent, ſed prius encyclopædiæ, & inprimis Dialecticæ operam navent, 34.

Nec ſit de Ramo, nec magno cura Philippo,
Verus vterq; placet, falſus vterque jacet.

Hoc profeſſoribus iſtius artis relinquant, & Artifici credant. Quod ſi altercandi artem imbibant, & ad praxin accedant, adminiſtrando Rempub. in partibus ſuis, de omni materia ſubtiliter in vtramque partem diſputant, ſed nihil certi concludunt, quia aſſueti diſputationibus, & per conſequens dubitationibus, quid juſtum aut injuſtum ſit, ignorant, vti Scriba, qui maximum vitæ tempus parandis pennis conſumpſerat, nec ipſe vllam literam pinxerat. De his vers. dicunt:

Eſt multis pariter mos omnia dicere contra:
Sed non eſt ſimilis dicere recta, labor.

Stupidorum eſt in omnibus contradicere.

Neceſſaria ignorant, quia non neceſſaria didicerunt. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *d. pag. 76.*

II. Antequam juris ſtudium aggrediantur, Ethicen & ſacra Biblia, tanquam ſcaturiginem, principium, & fundamentum totius jurisprudentiæ diligenter legant, non vt lites Theologicas moveant,

Tt ſed

cath. cap. 38. vbi ſimiliter modum conſilij Veneti refert, in vna nigra & alba *la biancha, nera.* Vide Schonborn. *lib. 2. polit. cap. 2. in fin.*

12. In hiſce Remedijs ad vnum medium potiſſimum eſt ſpectandum, AEqualitatem ſcilicet, quæ eſt inductiua, nutritiua, conſervatiua, & conſolidativa Concordiæ & amoris fraterni: inæqualitas diſcordiæ, litis, & omnis generis contentionum. Iac. Rictius. *de vnit prol. cap. 3. nu. 7.* An. Knichen. *de jur. Sax. prou. neſc. cap. 3. nu. 253.* Iac. Orloshaus. *in Reſp. an fam. exta. maſc. rectè exclud. cap. 17. num. 3.*

Vnde Lex ipſa parentes ſæpè ad æqualitatem ſervandum invitat. Nou. *22. c. vlt. Auth. in ſucceſſ. C. de ſui. & legitim.* Nov. Leon. *19. l. 11. Famil. ercis.* vbi Goth. probat, liberos parentibus ſuccedere æqualibus portionibus. Gœdd. *reſp.* Marp. *26. n. 99. lib. 1.* Iac. Schulte. *in lec. jur. ciu. & Sax. vers. diviſio. nu. 5.* Proq; ſervanda æqualitate veniunt multa in diſpoſitionem, quæ aliâs non venirent, ſcilicet, vt diſcordiarum & litium occaſiones penitus reſecentur. *l. 77. §. 20. De legat. 2.* Ceph. *con. 456. nu. 10.*

13. Hæc de prioribus litium forenſium cauſis remotis atque remedijs: ſequitur tertia, multitudo Legum.

Ius Romanum eſt verè divinus æqui & boni theſaurus, theſaurus veræ germanæq; juſtitiæ, fons omnis humani & civilis juris, cuius reſpectu ab omnibus ferè Monarchis Chriſtianis, etiam *infidelibus*, vti Turcis, receptum eſt. Chriſt. Ohem. *in diſc. pol. ju. cap. 3. nu. 70.* Ioa. Levenclau. *in præfa. ant. par.* Treutl. *part. 1. diſp. 1. thes. 5.* Giphan. tam inſignem ff. & C. librum vocat, vt nullum præſtantiorem in orbe terrarum, poſt ſacra Biblia, putet exiſtere. Quicquid enim vſq; gentium, de jure vel ſcriptum vel vſurpatum eſt in Germania, Gallia, Anglia, Polonia, Hungaria, Hiſpania, Turcia denique, id vel hinc eſt deſcriptum, vel deſumptum, ac depromptum. Adde Laur. Vallam. *in præfat. lib. 3. eleg.* Donel. *1. com. cap. 16. num. 12.* Zopperum. *de LL. Moſaicis l. 1. c. 13.* vbi ait, Romanos LL. à Græcis, Græcos ab AEgyptijs, AEgyptios à Mercurio Triſmegiſto, hunc à Moſe de manu in manũ accepiſſe. Philo. *lib. 2. de vita Moſis.* Lactan. *lib. diu. inſt. cap. 6.* Arnol. *lib. 4. ad. gent.* Bulling. *dec. 3. ſerm. 8.* Guil. Veluod. Scot. *in jur. Iud. & Roma. parallelis.*

14. Hoc Legum Romanarum encomium paſſim videmus, ſed illud invidemus, quod Both. *inquit, lib. 2. della cita. pag. 340.* vbi ſecundum formam Legum Romanarum proceditur, lites ſunt longiores. Vnde multi

multi ab eo jure diſceſſerunt, & adhuc diſcedunt, aut diſcedere cupiunt, quia temporum mutationibus immutari Leges oportet, quod ſi non fiat, multis malis occaſio præbetur. Machiau. *lib. 3. de Repub. cap 9.*

Nec omnibus horis
Omnia conveniunt, res prius apta nocet.

De noſtris quidem verum, quod Hering. *de fidejuſſ cap. 17. num. 71.* refert. *Non temerè antiquos mutat Germania mores,*
Ponere difficile eſt, quæ placuere diu.

Antiquitus Germani, non ſecundum LL. ſcriptas, ſed bonos mores, terminarunt lites, ex Tacito: Plus ibi bonos mores valuiſſe, quàm alibi bonos Leges. Omnium primum Lex Salica. quam Franci ſcripſerunt, & ſuſceperunt jus, juſſu Alarici Gothorum Regis, ab Aniano latum in Breviario & à Theodoro confirmatum, poſt deviſtos Gothos, vnde & LL. Theodoricianæ fuerunt dictæ, non ab Alaraci affine Ditrich von Bern / vti putat Cujac. *præfat. in Paul. Sent.* Baron. *anna. tom. 6.* Sauaro. in Sidon. *lib. 2. c. 1.* Iſidor. *Etymolog. lib. 5. cap. 1.* Iuo. Epiſc. Carnot. *lib 4. 4. Decret. cap. 170.* Hoc corpus Alaricianum confirmauit Carolus Magnus, Anno Chriſti, 804. Aquisgrani, & Germani eodem vſi ſunt, vſque ad tempora Lotharij, 2. qui jus Iuſtinianæum, vnà cum litibus revocauit in forum, Anno, 1137. quod adhuc obſervatur. Obrecht. *de cons. & form.* 16.
lib. c. 9. n. 2. Sed in Interregno duo Vicariatus introducti, quorum prior competit Palatino Rheni, Als dem Oberſten Richter des Reichs / vnnd Haußmaior quod vocabulum remanſit in Gallia & Anglia. Schwabenſpiegel / *lib. 1. c. 24. §. 2.* Gulden Bull / *c. 5. pr.* Carol. V. *in conſ* der handlung des Vicariatampts / *fol. 242.*

II. Duci Saxoniæ Iudicium Cæſareum, Magdeburgi commiſſum fuit. Weichbildt. *art. 10.* Gulden Bull / *cap. 5. §. 2. ibi:* Der Hertzog von Sachſen ſol eyn Vormünder ſein in allen Stetten vnnd Landen / da man Sachſenrecht helt. Hinc exiſtunt der Sachſen vnd Schwabenſpiegel / cuius prioris Autor, Ecco von Reptaw / de quo proverbium: Der Trewe Eckart warnt Jederman. Poſterioris, Bertoldus Baro à Grimmenſtein / parum differunt, niſi in ſucceſſionibus hereditatum, & appellationibus, Sachſen Spiegel / *lib. 1. art. 17.* Schwaben Spiegel / *lib. 1. cap. 393. §. 2.* Heyg. *part. 1. q. 8. n. 45.* vbi latius deducit.

17\. Mutatis ita Imperijs, ſæpius mutatæ ſunt LL. quarum multitudo non obſtaret, ſi non ſubtilitas ingeniorum tantas inveniſſet contradictiones, interpretationes, & alia, quæ verum obſcurant, & certum in controverſiam revocant, adeò vt nunquam IVSTITIA in peiori hæſerit ſtatu, Giov. Botero. *lib. 1. della rag. di ſtato. pag. 38.* Affectata enim ſubtilitas errores profert. *Molin. in L. 1. §. qui præs. n. 4. De verb. oblig.* Idcirco meritò cogitandum de Remedijs, quibus tanta & Legum, & litium conſequenter, multitudo corrigi poſſet. Id quod non privatæ, ſed publicæ auctoritatis eſt: quæ facilè Remedia inveniret, cum theorica, tum practica. In ſtudio iuris theorico, theoricum litium abbreviandarum Remedium foret, abrogatio juris ſubtilioris
18\. & accommodatio veri ad forum. Verum enim eſt, ſupervacanea in jure non eſſe admittenda. *§. quibus. C. de novo Cod. fac.* Bart. *ad l. ſi conſtans. n. 6. ff. ſol. matr.* Strach. *tract. de merc. part. 1. n. 40.* Hip. Rim. *ad L. omnes. n. 10. C. qui admitt.* Pruckm. *con. 50. n. 299.* At multa in jure ſunt ſupervacanea & invtilia, propter mutatam Reipub. formam, de Magiſtratibus antiquis, eorumq; officijs, origine juris, ac forma Iudiciorum tum temporis vſitata, de mancipijs, manumiſſionibus, libertis, libertinis, & pluribus alijs, quæ parum aut nihil vtilitatis hoc litigioſo ſeculo habent. *Aut. diſc.* Vom Juſtitienwerck / *pag. 72. remed.*
19\. *15.* Ant. Maria Spelta, *lib. 2. della pazzia diletteu. cap. 10.* miratur, quòd Principes nullam fideicommiſſorum rationem habeant, cum ſint cauſa multorum malorum & litium, quæ non exiſterent, ſi tollerentur. Chri. Portius, *inſt. de fideic. hered. n. 2.* notat, fideicommiſſa olim fuiſſe infirma, Ratio, quia ſunt odioſa veneni, ferri, inſidiarum plena. Rimin. *con. 20. n. 37.* Ceph. *cons. 375. n. 34.* Dec. *con. 636.* Alban. *con. 29. n. 7.* Vnde de jure antiquo non habebant neceſſitatem. Dec. *con. 519. n. 6.* Tales ſunt etiam materiæ, bonorum poſſeſſiones contra tabulas, ſubſtitutionum, peculij, & multæ aliæ, ne quid dicam de legibus correctis, abrogatis, contrarijs, repetitis. *Aut. diſc.* Vom Juſtitienwerck / *pag. 72.* quamvis Walther. *2. miſc. 16.* ſcribat in iure concordiam eſſe,
20 ſed eſt concordia diſcors, & Legum, & litium pleniſſima. Huc accedunt infinitæ gloſſæ, lecturæ, fallentiæ regularum, practicæ, gemmæ, ſylvæ, ſummæ, notæ, formulæ, clauſulæ, cautelæ, methodi, commentarij, loci communes, inſtitutiones, analyſes, variæ lectiones, illuſtres quæſtiones, deciſiones, reſolutiones, diſputationes, lucrubationes, annotationes, interpretationes, repetitiones, enucleationes, conciliationes,

cilliationes, refutationes, opiniones communes, communiores, communiſſimæ, obſervationes, concluſiones, paratitla, ſynopſes, lexica, repertoria, exercitia, ſemeſtria, miſcellanea, collectanea, ſingularia, conſilia, reſponſa, Syntagmata, apoteleſmata, ſingulares intellectus, proceſſus, tractatus tractatuum, & infinita eiuſdem farinæ ſcripta, quæ infinitas nobis lites reliquerunt, & iurisprudentiam, vtpotè litium genitricem, ſuſpectam, diſputabilem, dubiam, intricatam reddiderunt, ſecundum illud veriverbium, quod nimium altercando VERITAS amittatur, nec vlla lis tam ſcabioſa, quæ non vtramq; in partem diſputari poſſit, adeò ſunt euulgata juris civilis myſteria, tantâ librorum mole, vt hoc ſtudium videatur propè abiectum atque contemptum. Cic. *in orat. pro Mure.* Ioh. Pet. Ala. *de Adu. atque cauſi. Chriſt. part. 1. quæſt. 19. Aut. diſc.* Vom Juſtitienwerck/*pag. 72.* In his Remedium ſuggerit Metrocles Maronita, Ciatelis Thebani auditor, qui libros ſuos combuſſit, & dixit: eſſe ſomnorum imaginacula, hoc eſt, nugas & deliramenta, quod de multis ſeculi noſtri libris liberè dici & optari poteſt, vt ſimili Remedio è medio tollantur.

Hæc enim omnia corpus juris, quod per ſe vaſtum atq; ſpacioſum, in immenſum pelagus exonerant, cuius navis eſt gloſſa, per quam navigamus per vaſtum maris pelagus, & quæ nos ducit in portum veritatis. Borch. *de Regal. cap. 1. n. 53. ex Sal. in l. 1. C. de pact.* & dicit Advocatorum idolum. Alex. *4. con. 51.* Gothof. ad Schneide. *in præfat. n. 2. lit.* Sed nec in hoc, nec in illo certa methodus, vbi Weſenb. *ad §. 2. inſt. de teſtam. ordin.* ait, ſibi nec materiam, nec methodum, ſi qua tamen adhibita, placere, neque putat difficilè fore, aliquid melius ex his, quæ ſuperſunt, reliquiis adornare. Vultei. *in proleg. de ſtud. jur. pag. 24. Aut. diſc.* Vom Juſtitienwerck/*pag. 72.* 21.

Vnde Procuratores nequitias atque malitias ſuas, commentariorum pelago nutriunt. Zas. *in l. 2. De orig. jur.* Vinc. Caſtellan. *de offic. Reg. lib. 3. cap. 24.* Hering. *de fideiuſſ. cap. 7. n. 596.* P. Cornel. Brederod. *tr. de appellat. 2.* Confuſionis juridicæ Remedia tradit, 1. vt ſingularia ex optimis juris Autoribus, ſub. tit. Pandect. redigantur, vt Gothof. in aur pr. civil. oſtendit, 2. vt loci communes materiales in ſubſidium congerantur.

Idcircò meritò cogitandum de Remedijs, quæ conſiſtunt in eo, vt aut jus Juſtinianæum retineatur, & in formam artis redigatur, aut omnino mutetur.

22\. Quoad prius Remedium, replicabis forſan cum Bodino, Ius in formam artis redigi non poſſe, aut antea redactum fuiſſe ab Althuſio, Vulteio, Coraſio, Donello, & alijs, nec tamen lites exinde breviores extitiſſe, ſed lites ex litibus accreviſſe. Illud quidem fateor, magnos magni nominis Iuriſconſultos, aliquid præ alijs hoc ſeculo tentaſſe, & Inſtituta, Pandectas atque Codicem cum Novellis, in vnum collegiſſe corpus. Sed illa juris redactio, potius diſtractio imperfecta, quia Ius tractarunt tantum civile Romanum, nimis ſubtiliter diſtribuerunt, atque ſubdiſtributionum diſtributiones tradiderunt, nec ſuperflua reſecarunt, nec foro accommodarunt, confuſum eſt, quicquid vſq; in pulverem ſertum eſt, inquit Mich. Montan. *lib. 3. exp. pol. cap. 13.* Sicut enim pueri argentum viuum collecturi, diſpergunt, ita Interpretes nimis ſubtiliter diſtributuri, veritatem diſſipant.

23\. Melius igitur & mollius eſſet Remedium ſoli textui inhærere, nec vllas Dd. opiniones, interpretationes, atq; commentarios admittere, exemplo Lycurgi, qui prohibuit, ne de legibus ſemel receptis & probatis diſſerere liceret. Quod vtinam in Imperio ſanciri, & obtineri poſſit, minus inextricabilium litium; & otioſarum diſputationum; minus dubitationum; minor Legum & Iudiciorum, Magiſtratuum, Iuriſperitorumq; contemptus eſſet, ex quibus Reipub. mutationes oriri ſolent, inquit Herm. Kirchner. *diſp. 6. de Repub. thes. 4. in fin.* Forcat. *dial. 46. n. 3.* O quàm juvat aſſiduum eſſe, & iugiter verſari in Iuriſconſultorum reſponſis potius, ffiis contentorum, quàm per Dd. confragoſas deciſiones diſcurrere. Annotatiunculæ enim Doctovellorum non ſunt attendendæ. Ias. *ad l. quidam. n. 38. De verb. oblig.* Ioh. Fr. Purpur. *ad l. 1. n. 455. De offic. eius cui mand.* An. Mar. Corat. *tr. de com. opin. tit. 9. n. 39.* Pruckm. *conſ. 50. n. 298. vol. 1.* Sicut in vnum flumen diverſæ ſe exonerant aquæ, vna tamen aqua manet: Sic corpus Iuris; diverſi onerant commentarij, vnum tamen jus exiſtit. Mic. Montan. *lib. 3. exp. pol. cap. 13. pag. 980.* At hodie proh dolor, ordine inverſo; gloſſas tantum legunt, quibus adhærent tanquam carroccio veritatis, nec in æternum errare ſe poſſe ſomniant. Bal. *l. fin. §. neceſſitatem. n. 9. C. de bon. quæ lib.* Coler. *part. 1. de proceſ. exec. cap. 11. n. 263.* Interim textus ignorant, imò etiam ſi hos legant, intelligere non poſſunt, & nihilominus Practici vocari volunt, ſcilicet juris, quod neque legerunt; neque intelligunt. *Aut. diſc.* Vom Juſtitienwerd/ *pag. 74.*

Alterum

Alterum litium abbreviandarum Remedium, in ſtudio Theorico, mutatio ſcilicet, juris Iuſtinianæi, ſi non totalis, ſaltem particularis, eſſet vtilius, conſultius atq; ſalubrius, imò neceſſarium. 24.
Leges enim magis ab vſu & conſuetudine dependent, quàm verbis & litera, adeò vt poſſit quid corpore juris cautum eſſe, quod tamen vſu reclamante non obſervetur, & econtra quid obſervetur, quod in corpore juris non habeatur, vt vnio prolium, ſimultanea inveſtitura, & alia. And. Knichen. *de jur. Sax. cap. 3. n. 14. ex Rod. Suar.* Ergo leges ita corrigendæ, vt priſtinæ rei vmbra quædam ſemper retineatur. Machiau. *lib. 1. diſc. 25.* Clapm. *lib. 6. de arc. Rerump. cap. 5.* Arniſæ. *lib. 2. doct. pol. cap. 5.* reſecatis, reiectis, ac omiſſis omnibus amplius non vſitatis, correctis contrarijs, vel abrogatis ac ſuperfluis legibus, conſtitutionibus, ac decretis. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck / *pag. 73.* Quippe quæ vſu non receptæ viribus carent, & cum effectu contra inobædientes allegari nequeunt. Gail. *2. obs. 110.* Inſtituuntur cum promulgantur, firmantur cum moribus vtentium approbantur. *c. in iſtis. diſt. 8.* Muſcul. *de ſucc. conu. clas. 1. memb. 2. concl. 5. n. 188.*

II. Mutato Imperij ſtatu, iuriſdictione, & termino, jus ipſum ſolet immutari. At illa ſunt mutata, quia auguſtum & tantoperè celebratum Imperij Romani faſtigium nihil aliud eſt, hodierno die, quàm tenuis quædam magni corporis vmbra, inquit Sleidan. *lib. 3. de ſum. Imp.* Ergo mutatio Legum neceſſaria, ſi nitori priſtino reſtitui debeant. ἐν τοῖς νόμοις ἐςὶν ἡ σωτηρία τῆς πόλεος. Ariſt. *1. Rhet.* 25.

Denique natura novas deproperat edere formas. Ergo negotia, quæ poſt emergunt, LL. veteriorum laqueis nondum ſunt innodata. *l. 2. §. ſed. C. de vet. jur. enuc, gl. 1. in Auth. de non elig. coll. 2.* Tib. Decian. *in apol. adver.* Alcia. *cap. 10. n. 9.* Et quia natura novitatibus ſubindè vtitur, ad opus quoque novarum legum Legislatorem protrahit. *Non. 84. pr.* Pruckm. *con. 50. n. 132.*

Quamvis igitur LL. non facilè aut ſubitò ſint abrogandæ, ne LL. autoritati derogetur. Ariſt. *2. pol. c. 6.* & litigantibus occaſio præbeatur, Legis, quæ ipſis obſtat, abrogationem petendi, cum Omne ſubitaneum naturæ inimicum. Ariſt. *5. pol. p. 486.* Tac. *1. annal.* Bodin. *4. de Repub. cap. 3.* Scip. Amirat. *lib. 1. diſc. 5.* Attamen euidens ſuadet vtilitas, vt recedatur ab eo jure, quod diu æquum viſum eſt, ſed hodie propter mutatam Reipub. formam atque Iurisdictionem, propter abrogationem, correctionem, & contrarietatem plurimarum LL.

propter novos caſus, minimè ſervari aut cum effectu obſervari po-
26. teſt. *L. 2. De conſtit.* Ergo ad aliud medium atque Remedium eſt confugiendum, vt exemplo Iuſtiniani, Sacra Cæſarea Maieſtas, hoc & Legum & litium abbreviandarum negotium committeret aliquot viris probis, ſolidè in omni jure doctis, & vſu rerum expertis, qui primum de certa methodo convenirent, & ſecundum eandem omnes Inſtitutionum, Pandectarum, Codicis, Novellarum, Conſtitutionum, Receſſuum Imperij, & ordinationis Cameræ Imperalis, ſeu Proceſſus, nec non juris feudalis materias, ordine diſponerent, & in Authenticum corpus, præmiſſa cuiuſlibet materiæ definitione atque diviſione, per certas, breves, intelligibiles, atque infallibiles concluſiones, vel Regulas redigerent, quibus exceptiones atque replicas neceſſarias annerecterent, quicquid in textu deſideratur vſu obſervatum, ex approbatis gloſſis aut alijs commentarijs ſupplerent, ex controverſis opinionibus aut æquiorem eligerent, aut dubiam vnâ cum toto opere, Sacræ Cæſareæ Maieſtati, atque ſtatibus Imperij dijudicandam relinquerent.

27. Hos penes cum ſit Leges condere, abolere, emendare, & corrigere, pro arbitrio atque temporis vſu, etiamſi Imperator juraverit, ſe has illas LL. obſervaturum. Alex. *con. 224. lib. 6.* Bodin. *lib. 1. de Repub. cap. 8. nu. 86. pag. 135.* Lancell. *in templ. om. jud. lib. 1. c. 1. §. 4.* Menoch. *con. 604. n. 2.* Vultej. *1. l. R. 12. n. 27.* vbi ait paſſim extare exempla juris mutati, poſſent ex prædictis, exemplo Codicis Henriciani, in Francia, Codicem ab eo denominandum Imperatore, qui Imperatorium opus hoc aggreſſus fuerit authentiſare, illuminare, & plenum robur tribuere, vt ſolus iſte Codex forenſis, in cognoſcendis atque finiendis cuiuſlibet fori litigijs adhiberetur, nec vlla diſputatio, dubitatio, aut commentatio admitteretur, ſub pæna arbitraria, imò capitali. *Auth. diſc.* Vom Juſtitienwerck, *p. 73.* Huic Codici inſerendæ eſſent Novellæ Impp. Latinæ, ſicut Græcæ olim, Aurea Bulla, quam Cujac. inſerere voluit, quod Papa impedit, & pro ijs ſuas decretales venditat.

Huic Remedio præparatoria ſubminiſtrarent, Diſputationes juris in diverſis Academijs habitæ, quæ materias omnes, non ſolum ex corpore juris, ſed etiam Receſſibus, & alijs libris Iuridicis, breviter atque methodicè diſpoſitas tradunt, inprimis Hier. Treutler. qui ſi alius vnquam in jure noſtro, non ſolum novit inſtigare boves, ſed & fuit arator. Muſcul. *claſ. 1. de ſucc. conu. mem. 3. num. 160.* Methodus

Nicolai

Nicolai Vigelij, diverſæ Deciſiones, & Codex forenſis Ant Fabri.

Talis Codex non ſuperaret magnitudine ſua Corpus juris, magiſque inſerviret litibus decidendis, quàm tot librorum myriades, innvit Iuſtin. *in 3. conſt. A. §. noſtra. §. hoc. §. illud.*

Item, Remedium foret, collatio atque comportatio diſputationum, conſiliorum, deciſionum, obſervationum, commentariorum, & eiuſdem farinæ ſcriptorum, quæ ſi diligenter legeris atque relegeris, videbis idem per idem vtrobique tractari, & ferè omnia ex alienis præſertim antiquis in ſuum vſum converti, nec vllum in re literaria plagium committi. Warem. de Erenb. *lib. 1. de fœd. c. 1. n. 52. & ſeq.* Hoc Remedio parcetur labori in evolvendo tot juris libros, ſumptib⁹ in emendis, tempori in perficiendo ſtudio, & abbreviando litigio. Sed eſt magis optandum, quàm ſperandum. 28.

Nonnulli prætendent, ſtudium juris nimis breve, ſimplex atque contemptibile futurum, ita vt quilibet audiretur ICtus ſi tantum vnus reciperetur Codex. Quibus reſponderi poſſet, ex communi verſu:

Quicquid agis, prudenter agas, & reſpice finem,

quod in omnibus artibus ac facultatibus, inprimis & ante omnia finis conſiderandus ſit. At finis Iuriſprudentiæ non eſt, vt ſtudium juris reddatur difficile, prolixum atque perplexum, & ita ſtudioſus eiuſdem ſibi præparet caput bovinum, aureum marſupium, & plumbeum culum, vt in vulgari dicitur, & in tribubus artificum practicorum ne quis admittatur, niſi tantum pecuniæ ſolverit: Sed finis Iuriſprudentiæ eſt, vt juſtitia debito modo adminiſtretur, & jus ſuum vnicuiq; tribuatur. Hoc quò compendioſiori & breviori viâ fieri poteſt, tantò minori litigantium damno adminiſtratur, peccatum lites protelandi vitatur, Deus Iuſtitiæ autor laudatur. Cogitent, quòd librorum multitudo diſtrahat, vt ait Schneide. *ad rubr. inſt. de actio. num. 4.* & forſan hic vnus Codex, tantum laboris requiret, in transferendo ad vſum, quàm tot ex libris in vtramq; partem diſputando. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 75.* 29.

Hoc ergò remedium cum ſit dictu ſatis facile, ſed facto & effectu difficile, ad prius redimus, vt jus Iuſtinianæum retineatur, reſecatis ſolummodo inutilibus & minus vſitatis. Nõn enim ſapientis eſt ſtultas pertinacias ſectari, vel inſectari. Ariſt. *3. de par. anim. cap. 4.* Scalig. *exer. 324.* At ſtudium juris theoreticum dividitur in ſubtile, & 30.

verum.

verum. Illud in nuda contemplatione imaginatiua conſiſtit, quod ſecuti Cujacius, Donellus, Goveanus, Duarenus, Petr. Gregorius, Coraſius, Anton. Faber & alij: qui in ſpeculo quaſi demonſtrant, quod in vſu nihil. Hoc in ipſa rerum conſideratione, quod amplexi Menochius, Tiraquellus, Maſcardus, Iaſon, Zaſius, Weſenbecius, Gail, Mynſingerus, & alij: Borch. *in præfat. cons. part. 1.* Prius abrogandum, poſterius retinendum, ita vt magis deciſionibus, quàm conſilijs fides tribuatur.

31. Quamvis enim maiori diligentiâ, & inquiſitione accuratiori conſilia ſcribantur, quàm Commentarij, ad aucupandam ingenij & ſubtilitatis famam extruſi. Bart. *l. pater. nu. 2. C. de inſt. & ſubſt.* Bal. *l. compar. num. 10. C. de fid. inſtr.* vbi ait, ICtos docentes ſæpè in curſu lectionum errare. Corn. *cons. 222. nu. 1. vol. 1.* Tib. Decian. *in apolog. cap. 10. nu. 26.* Phil. Matth. *vol. 1. cons. Ac. Mar. 31. n. 57.* Attamen vt plurimum ad gratiam, quæſtum, & nudam conſulentis relationem ſcribuntur. Toloſan. *lib. 47. ſyntag. c. 7. nu. 11.* Alc. *lib. 12. parerg. cap. vlt.*

32. Corat. *lib. 1. de com. opin. tit. 6. nu. 43.* Huic & legum & litium coërcendarum Remedio poſſunt alia ſubnecti: 1. vt ſcribendi cacoëthes, quod tenet inſatiabile multos, tandem prohibeatur, ſub confiſcatione librorum, vt Iuſtin. innvit, 2. Leges, non autoritates Dd. in foro allegentur. 3. Studium juris Theoricum & practicum, *poſt jacta* Philoſophiæ fundamenta conjungantur. Theorici *enim* ad *forum* accedentes, vanas & inanes Legiſtarum ſubtilitates adducunt, Donellum crepant, Duarenum ſomniant, Vlpianum & Cujacium terunt, atterunt ſpe maximâ, ſed diſpari ſucceſſu, vt lites non abbrevientur, ſed intricentur, & intricatæ ad futurum vſque ſeculum protelentur.

33. Ex hoc vltimo Remedio naſcitur Quæſtio, an conſultum ſit juris ſtudioſis, vt ſtatim ab initio cum Theoria & Legum acroaſi, praxin ipſam conjungant, & ſimul in ſcholis & foro diſcant? quod optimis rationibus negandum putat Arnol. de Reyger. ICtus eximius, & de praxi benè meritus, *in proc. diſp. 1. corol. 1.* quas ipſe non addit, ſed ſupplet Adam. Keller. *lib. 1. de off. jur. pol. cap. 27.*

I. Quia cauſa ſemper eſt prior effectu, vt nemo exercere poſſit, quod antea non didicerit.

II. Vtraque ſolum hominem requirit,

Ne pluribus intentus ſit minor ad ſingula ſenſus.

III. Vlpian.

III. Vlpian. *in l. moris eſt, 9. §. nonnunquam. De pœn.* ait, ſolere ſine infamia ſtudioſis juris interdici, ne ſe negotijs fori accommodent. Ita Leo X. Anno Domini, 1513. ſtatuit, vt nullus Dd. conductorum ad legendum, advocationis munus, aut aliud curiæ officium in vrbe exerceret, ne à lectionibus diſtraheretur: permiſſa tamen domi poſt lectiones, conſultandi poteſtate. Toloſan. *lib. 18. de Repub. c. 10. n. 14.* Danda opera eſt praxi, non cum vulnere Theoriæ.

Nos inter Theoriam & praxin, conjugium quaſi, & individuam quandam conjunctionem ſtatvimus: modò conjugium ſit maturum, hoc eſt, ſi non ſtatim ab incunabulis Legum, ſine diſcretione ſimul, in Scholis nondum poſitis fundamentis, & perceptis generalibus, quæ ad forum adſerenda, conjunctio hæc de præſenti inſtituatur, quo ſenſu laudamus judicium Amici & vicini noſtri Arn. de Reygers, cum Bart. Muſculo, *de ſucc. conven. clas. 1. memb. 3. n. n. 163.* *& Auctore diſc.* Vom Juſtitienwerck. *dag. 76.* vbi monet ſtudioſos ex trivialibus, & reformatione indigentibus venientes, ne ſtatim ad juris ſtudium convolent, ſed prius encyclopædiæ, & inprimis Dialecticæ operam navent, 34.

Nec ſit de Ramo, nec magno cura Philippo,
Verus vterq; placet, falſus vterque jacet.

Hoc profeſſoribus iſtius artis relinquant, & Artifici credant. Quod ſi altercandi artem imbibant, & ad praxin accedant, adminiſtrando Rempub. in partibus ſuis, de omni materia ſubtiliter in vtramque partem diſputant, ſed nihil certi concludunt, quia aſſueti diſputationibus, & per conſequens dubitationibus, quid juſtum aut injuſtum ſit, ignorant, vti Scriba, qui maximum vitæ tempus parandis pennis conſumpſerat, nec ipſe vllam literam pinxerat. De his vers. dicunt:

Eſt multis pariter mos omnia dicere contra:
Sed non eſt ſimilis dicere recta, labor.

Stupidorum eſt in omnibus contradicere.

Neceſſaria ignorant, quia non neceſſaria didicerunt. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *d. pag. 76.*

II. Antequam juris ſtudium aggrediantur, Ethicen & ſacra Biblia, tanquam ſcaturiginem, principium, & fundamentum totius jurisprudentiæ diligenter legant, non vt lites Theologicas moveant,

Tt ſed

ſed vt affectus regant, & eoſdem ſecundum inſtituta divina atque ethica moderentur, monente Cic. *in orat. pro Cluentio:* Quod ſapientis judicis ſit, ſemper non quid ipſe velit, ſed quid Lex, aut religio cogat, cogitare. Lex enim civilis cum divina concordare dicitur. Neviz. *in rit. quando eſt judicandum. nu. 74.* Magon. *de recta. patr. rat. part. 2. c. 1. nu. 11. & ſeqq.* Interim non probamus illorum opinionem, qui Leges Moſaicas, circa litium diremptiones obſervandas clamitant. Cum tantò dignior ſit lex, quantò dignior eſt Legiſlator.
35. At Deus illarum autor. Ergo Sanctiones ſunt optumæ, & ſecundum eas lites decidendæ. Eapropter Moyſes nominatim de judicijs & ſtatutis forenſibus pronunciavit, nec addendum, nec auferendum. Deut. *4. vers. 2.* Nec Deus eſt, quaſi homo, vt mentiatur, vel mutetur. Num. *23. vers. 19.* Sed quas ſemel condidit LL. firmæ, ratæ & perpetuæ ſunt: Levit. *24. vers. 13.* Exod. *29. vers. 9.* Quamvis enim non omninò excludamus, præſertim quæ in lege naturæ, Decalogo, & æquitate fundantur: Quod tamen Reipub. Iſraeliticæ in proceſſu judiciario, & litibus finiendis congruum eſſe viſum eſt, id non ſtatim alijs etiam expedit Rebuspub. Quia leges iſtæ peculiariter huic populo latæ ſunt, quo extincto conſequens eſt, alios hiſce non teneri. Aretin. *1. prob. 54.* Zopp. *in tr. de LL. Moſaic. lib. 1. cap. 2. & ſeqq.* vbi diſtinguit inter forenſia temporanea, ſeu mutabilia, *& perpetua,* vt hæc tantùm Chriſtianos obligent. Schonb. *lib. 3. pol. cap. 1. pag. 197.* Melancht. *tom. 4. diſp.* errare ſcribit Carolſtadium, qui finxit ex lege Moiſis res politicas eſſe judicandas. Calvin. *4. inſt. cap. 20. ſect. 14.* Luth. *tom. 1. Wit. Lat. fol. 7.* Leges Moſaicas Iudaicas ad nos non magis pertinere, quàm Solonis & Draconis. Fr. Iunius. *de pol. Moſa. obſer. thes. 29. & 30.* Henr. Bulling. *dec. 3. ſerm. 8.* Bucer. *de reg. Chri. lib. 2. cap. 17.* & alij à Zeppero allegati. De LL. tam ceremonialium quam forenſium abrogatione. Chemnit. *part. 2. loc. theol. cap. 4.* Hafenreff. *lib. 3. loc. theol. 4.* Harpr. *ad §. pœna. 5. n. 23. inſt. de oblig. quæ ex del. naſc. ex. Ierem. 31. vers. 31.* vbi Dominus novum pactum promittit. Ergo veteravit ſive antiquavit prius. Hebr. *8. vers. 13.*
36. Multò minus illorum probamus opinionem, qui lites omnes arbitrariè, Legibus ſcriptis extirpatis, dirimendas clamitant. Si enim peritos aliquando recti ſpecies decipiat; quomodo non imperitos? Gratia & odium peritiſſimos occæcat. Ergò magis imprudentes. Proponant ſibi Athenienſium exemplum, & cautiores facti, Remedium

dium reſtauratæ Reipub. à Solone adhibitum, attendant, id ſcilicet, quod illi è finibus Reipub. exterminatum cupiebant, revocare, & priſtino ſtatui reſtituere. Mynſing. *in epiſt. dedic. obſer. præfixa.* Petr. Gregor. Tholos. *lib. 47. Syntag. cap. 3. nu. 2.* Chriſt. Ohemi. *cap. 3. diſc.*

Retento igitur juris Iuſtinianæi Corpore, & reſecatis inutilibus, jactisq; Philoſophiæ fundamentis, conjungatur ab initio praxis cum Theoria, & exempla LL. convenientia in diſciplinam juris producantur. Petr. Heygi. *in §. pen. in fin. Inſt. de adopt.* Adam. Keller. *lib. 1. de off. jur. pol. cap. 27.* Barth. Muſcul. *de ſucc. con. clas. 1. memb. 3. n. 160.* Thom. Freig. *in pr.* Ant. Maſſa. *lib. de exerc. juriſp.* vbi ſuadet, vt ſtudioſus Iuris occaſionem quærat, ex clari cuiuſdam viri conſuetudine, diſcere vniverſalia juris præcepta, ad particulares negotiorum ſpecies, litiumq; deciſiones deducere, quem quaſi ſpectator cauſarum accedat.

Ratio, quia πράξισ ſtudij legalis finis eſt, Ariſt. in Eth. & experientia rerum magiſtra, atque mater efficaciſſima, quæ reddit Artificem promptum per vſum, ars facilem, natura potentem. *c. quam ſit. vbi gl. De elect. in 6. §. pen. Inſt. de ſatiſdat.* Pec. *tr. de teſt. conſ. lib. 4. cap. 5. n. 4.* Burs. *con. 200. n. 78. vol. 2.* Afflict. *dec. 13. n. 18.* Hier. Pappon. *ad rub. n. 572. De verb. obligat.* Flam. de Rub. *con. 1. n. 49. vol. 1.* Pruckm. *con. 49. n. 84. vol. 1.* Ioh. Pratei. *lib. 4. regul. tit. 10. cap. 3.* Rutg. Rul. *de Commiſſ. part. 1. cap. 27. lib. 1.* 37.

Aliàs ſoliuaga cognitio & ieiuna videtur, Cic. *1. offic.* Adam. Keller. *lib. 1. de off. jur. pol. cap. 27.* Rationis ratio, ſapientiam non modò ex libris bonarum artium hauriri, quæ potius imaginem atque figuram ſapientiæ præſtant, quàm veram eius ſpeciem atque formam, ſed ex electione, actu & habitu clariſſimarum actionum. Quis enim Citharædum illum probaret, qui tantum cordeo judicio Citharisticam optimè calleret, & tamen nec voce caneret, nec plectro citharam percuteret? Fr. Senen. *de reg. & reg. inſt. in præfat. ad lib. 5.*

Pari ratione ſcire in noſtra ſcientia juris non eſt propter ſcire tantum, ſed propter operari. Natta, *con. 1. n. 1. tom. 1.* Siquidem Leges in Schola diglutiuntur, in palatio digeruntur, & practica eſt ſcientia digeſtiva, vt vbi Theoricus deſinat, ibi practicus incipiat, aut vtrumq; potius conjungatur ſive applicetur. Ioh. Drezler. *ad diſp.* Bl. *quæ incipit. Accuſatus de vi turbat. in §. 5. verſ. ſed in diſputativis. n. 175.* Cott. *in memorab.* Hartm. Piſtor. *in præfat. lib. 1.* Mat. Vran. *tom. 1. con. 11. n. 19.* 38.

Bald. *in l. AEmilius. n. 8. De minor.* Faber. *in §. ſed. non vſq. inſt. de legat.* vbi tradit parum proficere ſcientiam juris, niſi benè & frequenter negotijs applicetur. In hac applicatione, ſingulare litium abbreviandarum Remedium ſubſiſtit. Quamvis enim omnia, quæ Theoricam reſpiciunt, etiam ad praxin conducant, ſi rectè applicentur. *l. 14. Ad L. Corn. de falſ. l. 21. ibi: morem agentium ſequi debemus. De ſtat. lib. l. 3. C. de ædific. priva. L. 2. §. 5. De orig. jur. l. 10. & 38. De verb. oblig.* Attamen in Scholis tractantur magis quæſtiones infinitæ in theſi, in foro finitæ in hypotheſi, vt ait Treutl. *lib. 1. thes. eloq. 2. pag. 22.* Quod ſi coniungerentur, ſingulare litium finiendarum Remedium foret.

39. Vnde praxin multum neceſſariam ad Regimen juris & Iuſtitiæ, dixit Hipp. *in pr. crim. §. 1 n. 1. vſq. ad n. 4.* confer Alciat. *2. præſumpt. 30.* Coler. *in epiſt. dedic. proceſſ. execut.* Sic praxin obſervandam tradit Menoch. *lib. 2. arbit. Iudic. quæſt. cent. 5. cas. 474. n. 61.* Ego, inquit Arius Pinellus, *ad L. 2. C. de reſcind. vendit. part. 2. cap. 4. n. 2.* poſt longam legendi profeſſionem, poſtq; diligentiſſimam foro navatam operam, in ea ſententia ſum, quòd Theoria ſine praxi, digeſtam, ſolidamq; juris cognitionem præſtare nequeat, PRAXISQVE abſque Theoria, maximè periculoſa, & manca evadat, citans illud Quintil. *lib. 12. cap. 6.* Quantumlibet ſecreta ſtudia contulerint, *eſt tamen* proprius quidam fori profectus, alia lux, alia veri facies, plusq; ſi ſepares, vſus ſine doctrina, quàm citra vſum doctrina valet.

Ediſcas vſum, quamvis perceperis artem.

Nec verò diſciplinæ diſcendæ, vt lateant in pectore, inſtar theſauri abſconditi, ſed vt inſerviant Reipub. & Eccleſiæ. *gl. & Dd. in c. niſi cum. §. verum. De renunc.* vbi πρᾶξιν τῇ γνώσει præfert, à qua tantum diſtat, quantum tactus à viſu intellectuali. Neviz. *lib. 3. Syl. nupt. n. 7.*

40 Nemo igitur tàm patiens, vt velit addiſcere, quod in vſu non ſit habiturus. Plin. *epiſt. 14. lib. 8.* Vnde idem ad Nepotem, veras lites in foro appellat, Scholam verò rem inermem. Vultei. *in προλεγο. Iuriſpruden.* hoc ſtudium in 2. ponit, cognitione & vſu: illa licet ſine vſu eſſe poſſit, vix tamen eſt, vt cuiquam niſi illi, qui rei cognitionem habet, vtilis ſit, at vſus ſine cognitione incertus & ferè nullus. Ergo vtrumq; coniungere, & praxin Iuriſprudentiæ ab initio, quaſi aratro manum admovere debemus, vti dixit Reg. Sixt. ſemper magnifacere

&

& attendere. Bald. *in l. illud. per tex. De excus. tut.* Iac. Schul. *in add.* Mod. Piſt. *quæſt. 56. n. 57.* Dec. *con. 286. n. 2.* Zas. *con. 14. n. 74. vol. 1.*

Ratio quia PRAXIS eſt optima legum jurisq; interpres, enucleatrix & intellectrix. Bald. *ad c. 1. n. 2. De feud. ſine culp. non amitt.* Schultes *d. quæſt. 56. n. 56.* Deci. *cons. 11. n. 9.* Damhoud. *tract. de ſubhaſt. cap. 1. n. 3.* Caball. *tr. de eo quod intere. n. 38.* Cache. *dec. Pad. proœm. n. 14.* Maran. *part. 4. diſt. 1. n. 74.* Schrad. *vol. 1. con. 3. n. 220.* vbi dicit, quòd vera interpretatio ab ea ſumatur.

Hoc & Legum & litium abbreviandarum Remedium, cum negligatur vt plurimum in Academijs, neceſſe eſt vt Dd. à ſcribis diſcant, quæ circa litium tractationes ſunt neceſſaria, quod abſurdum dicit Freig. *in præfat. pract.* Adam. Keller. *lib. 1. de off. jur. pol. cap. 27.* qui ad forum ſe parant Germanicum, inquit, filios poſt abſolutas inſtitutiones, Cancellarijs Principum, Comitum, Civitatum deſtinant, vt diſcant ſcribere, & cotidiana experiantur negotia: quidam eos ad Cam. Imp. mittunt, vt proceſſum Iuris atq; alia ad praxin neceſſaria imbibant, & poſtea rurſus ad ſtudia ablegant, vt quæ deinceps ex Corpore Iuris audituri ſint, melius intelligant, quodq; in Scholis diglutiunt, melius digerant, dirigant. Ita in Gallijs tres Advocatorum ſpecies, Apprentiſs, Auſcultantes, litigantes, conſultantes, & apud Romanos Iuvenis, qui foro parabatur, imbutus honeſtis ſtudijs, deducebatur à Patre in forum, vt omnibus actionibus intereſſet: magna ex ea re vtilitas, plurimum judicij juvenibus ſtatim contingebat, in media luce ſtudentibus, atque inter ipſa diſcrimina. Seign. de Pibrac. *la 1. Remonſt. p. 17.* His non opus eſſet, ſi Theoria cum praxi ſtatim ab initio coniungeretur, vt late diximus. 41

Reſtat vnum & Legum & litium abbreviandarum Remedium, quod conſiſtit in ſtatutis provincialibus, Den Landsordnungen / vt in ſingulis provincijs aut in Circulis, Provinciales ſeu circulares fiant Conſtitutiones, quibus frequentiores eiuſdem Provinciæ caſus decidantur, & ita lites abbrevientur. Chri. Ohem. *in diſc. jur. pol. cap. 3. n. 55.* addens, nihil aliud in civitate vel ad vtilitatem fructuoſius, vel ad dignitatem amplius, vel ad Vrbis formam pulchrius excogitari poſſe, quàm ſaluberrima Reipub. ſtatuta fieri, vt in multis Germaniæ provincijs vſitatum, ne quid dicam de Poloniæ ſtatutis, Danorum Lowbock / Suecorum, Neapol. conſuetud. Novellis Conſtitu. Saxoniæ, quarum ad imitationem reliqui ſuas formarunt, firmarunt, vt ait 42

Huitfeld. Dan. Cancellar. *in præfat. LL. provincialium Scan.* Omnes tamē hæ leges, ſcilicet Selandicæ, Scanicæ, Cimbricæ, magna ex parte originem habent ex jure Saxonico. Eiuſmodi conſtitutiones provinciales, in jure inter provinciales dicendo, primas ante omnia reliqua jura obtinent. Schrad. *tr. feud. part. 1. quaſt. 1. n. 2.* Bender. *de Revis. concl. 1. n. 20. & concl. 27. n. 9.* Pruckm. *con. 25. n. 4. vol. 2. adde l. 13. §. 1. Commu. prædior. l. 6. in fin. pr. Quod cuius. vniuerſ. c. fin. in fin. de conſuetud.* Coler. *de proceſſib. execut. part. 1. cap. 3. n. 172.*

43. Nec eſt, quod ambigamus, conſtitutiones eiuſmodi, inconſulto Imperatore, pro litibus abbreviandis & terminandis, optumè fieri poſſe, quicquid diſtinguat Schrad. *in §. prætorum. n. 5. & 6. Inſt. de obligat.* inter ſtatuta civitatum, & conſtitutiones Ducum, & neget Tho. Paurm. *lib. 1. de juris. cap. 6. n. 11.* Quicunque enim Dux, vel conditor ſtatuti, dignitatem habet perpetuam, & ad ſuos deſcendentes tranſmiſſibilem, eius conſtitutio pro lege perpetuò ſervanda. *L. omnes 9. De iuſt. & jur. ibi;* quod quiſque populus ipſe ſibi jus conſtituit. Bart. *ibid. in 1. quaſt. princ. vers. 4. quaero.* Angel. *l. 5. pr. vbi Iaſo. n. 9. De verb. oblig.* Georg. Natta, *in rep. c. quamvis. n. 144. De pact. in 6.* Ratio propoſitionis, quia introducitur autoritate juris communis. Alb. Brun. *de ſtat. exclu. fœm. art. 5. n. 63.* Alb. de Roſat. *lib. 1. ſtat. quaſt. 29.* Pet. Surd. *de alim. tit. 5. quaſt. 7. n. 53.* Ioh. Dauth. *de teſtam. mus. pot. n. 86.* Chri. Ohem. *diſc. jur. pol. cap. 3. n. 87.* Cons. Saxon. *part. 4. quaſt. 78. n. 1.* vbi de conſtitutionibus Saxonicis in ſpecie probatur, quòd ſint lex generalis in Electoratu.

At Principes Germaniæ Regimen habent perpetuum, & ad heredes tranſitorium. Ergò eorum ſtatuta pro lege ſunt cuſtodienda. Aſſumptio probatur, quia Principes Germaniæ ſunt Imperatores in ſuis territorijs, hoc eſt, juribus, præeminentijs, & privilegijs Imperatori indultis coruſcant. Borck. *de feud. cap. 5. n. 37.* Schrader. *de feud. part. 10. Sect. 1. n. 33 tom. 2.* Weſenb. *cons. 27. n. 29.* And. Knichen. *de jur. territ. cap. 1. n. 360.* Modeſt. Piſtor. *cons. 24. n. 1. vol. 1.* Quinimò reſpectu ſucceſſionis, plus juris in ſuis dignitatibus habent, quàm Cæſar in Imperio. Nic. Feſtas. *de aſtim. cap. 7. n. 37.* Ioh. Dauth. *ad l. fin. n. 16. C. de pact.* Ergo optumo jure, Conſtitutiones provinciales formare atque firmare poſſunt Principes Germ. qui maiorem hodie dignitatem habent, quàm olim Magiſtratus Romani habuerunt. Pet. Heyg. *part. 1. quaſt. 4.* Coler. *de proceſſib. execut. part. 2. cap. 1. nu. 140.*

Menoch.

Menoch. *conſ. 302. n. 21.* Rauchb. *1. quæſt. 13. n. 22.* Ant. Sola, *ad conſt. Sabaud. in proœm. gl. 3. n. 9.* Sic Interpretes per manus tradunt, Duces, Marchiones, Comites, Barones, in territorijs ſuis non tantum redden di, ſed & conſtituendi quoque & abrogandi jura provincialia habere poteſtatem. Pau. de Caſt *conſ. 34.* Brun. *conſ. 45. n. 21.* Decian. *con. 96. n. 2. vol. 5.* Seb. Medic. *de LL. part. 19. 20.* Fich. *conſ. 2. n. 2.* Weſenb. *con. 1.* Myns. *reſp. 10. n. 29.*

Et hæc de Remedijs generalibus theorico-practicis, contra re- 44
motas litium forenſium cauſas. Quæ Remedia minimè ſanant, niſi applicentur: Ita LL. licet ſufficiant ad deſtruenda & abbrevianda litigia: tamen vanæ & inanes, niſi miniſtri curent, vt ab omnibus cuſtodiantur. Tertull. *1. ad Mart.* Quale eſt, vt præcepta conſtituat, non executurus? vt delicta prohibeat non vindicaturus? judices tunc velut appictæ larvæ parietibus cernentur. Livi. *lib. 4.* Fruſtrà inſtituiſſet, ſi obſervari noluiſſet, & fruſtrà obſervari voluiſſet, ſi vindicari noluiſſet. Leges quidem ſunt rationabiles, ſanctæ, perfectæ, quæ per malitiam, imprudentiam & pigritiam miniſtrorum redduntur imperfectæ. Vnde Principes vigilare debent. Non enim Leges, ſed imperfectio miniſtrorum, cauſa eſt malæ gubernationis. Giov. Ant. Palazzo, *part. 4. del gou. di ſtat. cap. 14.*

CAPVT VI.

DE REMEDIIS CONTRA MALITIAM litigaturientium principalium.

SVMMARIA.

1. *Remedium malitiæ litigioſæ genericum.*
2. *S. Scriptura litigioſam malitiam deteſtatur.*
3. *Deus malitiam punivit, vbi de cratere Siculi.*
4. *Lex punit malitiam Litigaturientium.*
5. *Malitiam malitiâ tolli lex concedit.*
6. *Clauſula malitioſa jurare petentis improbatur.*
7. *Ratio, quia Diabolica calliditas malitijs vti.*
8. *Leges, non LL. executores malitijs occurrunt.*
9. *Iudex malignandi occaſionem auferat.*
10. *Litigantium pœna remiſſa lites augent.*

11. *Victus victori in expenſas litis damnandus.*
12. *Quod etiam in lite criminali procedit.*
13. *Expenſa ante & poſt litem conteſtatam.*
14. *Retardati proceſſus expenſa advertantur.*
15. *Malitia in litibus reputatur negligèntia.*
16. *Cautio de refundendis expenſis decimarja.*
17. *Iuramentum calumnia Litigantes compeſcit.*
18. *Iuramentum litium expediundarum Remedium.*
19. *Cal: Iuramentum ne obulo æſtimatur.*
20. *Pœna litigantium exacerbanda.*
21. *Quarta aut octava pars litis deponatur.*
22. *Litem perdens in 2. inſtantia damnatur in expenſas.*
23. *Alia litigantium pœna in duplum.*
24. *Iuramenta majori ſolemnitate præſtanda.*
25. *In Gallijs cal: jurameutum eſt revocatum.*
26. *Malitiæ remedium eſt ratio honeſta.*
27. *Hujus ſeculi malitias mutare difficile.*
28. *Educatio malitias præcavere poteſt.*
29. *Cenſura morum eſt malitiæ Remedium.*
30. *Manus regia malitias rigidè tollit.*
31. *Manus regia quid ſit?*
32. *Poteſtas extra ordinem procedendi.*
33. *Quomodo in Anglia, Turc Suec: lites finiantur.*
34. *Litigare per ſeipſum conducit.*
35. *Manlius optatur, qui malitiam cum lite tollat.*

1. HACTENUS de remotis litium forenſium cauſis & Remedijs: ſequuntur proximiores, inter quas primum & præcipuum locum obtinet MALITIA, cum litigaturientium principalium, tùm ſecundariorum, Advocatorum, Procuratorum ſollicitatorum, notariorum, quorum litigioſis malitijs, & malitioſis litigijs via non eſſet aperienda, ſed omnibus modis occurrendum, & opponendum hoc Brocardicum tanquam generale remedium, MALITIIS OBVIANDUM. Cic. *lib. 2. de Repub. & 1. off. L. cum ſi §. ſi cum. de tranſact. L. fin. §. 1. de ſuſp. tut. L. 1. pr. ſi. quis omiſſ. cauſa teſtat. L. in fundo de R.V. L. ſed & jul. §. mutui. ad SCT. Maced. L. 1. §. fin. de cal. c. ſi civitas de ſent. ex com.* Hier. Setzer. *lib. 3. de juram. c. 1. nu. 1.*

Reliqua

Reliqua contra malitiam Litigaturientium omniumq; hominum calumniam, obtrectationem, diffamationem ſpecialia Remedia ſuppeditat partim S. ſcriptura, partim jus civile, partim rationes honeſtæ. Sacra ſcriptura malitiam litigaturientium, adeoq; omnium hominum, vt indignam foro, indignam civili converſatione deteſtatur, Eccles. *cap. 23. ibi*: brevis omnis malitia. 3. Reg. 2. *ibi*: malitiam tuam reddet Dominus Pſalm. *51. 93. & 140.* Hier. *2. & 5.* Epheſ. *4.* 1. Corin. 5. Reg. 12. Proverb. *14. & 20.* Sap. *16.* Ioh. Ordelaph. *ad L. fin. nu. 44. de Rei vind.* 2.

Imo propter malitiam hominum totus terrarum orbis diluvio perijt, & Lex per Moyſen data eſt ad cohibendum hominum malitiam. Gen. 6. Hoſti. *in proœm. ſum. num. 6.* quia Lex malis moribus impoſita eſt. *1. ad Timoth. 1. ad Rom. 3. & 5. c. fin. 11. quæſt. 2.* Cic. *de LL.* Ordelaph *ad L. fin. nu. 24. de Rei vind.* Ergo primum Remedium contra malitiam hominum eſt vltio diuina, quæ maximè omnes Litigaturientes deterrere deberet, vti refert Alex. ab Alex *lib. 5. cap. 10.* quod apud Siculos ſit crater, ad quem multiplici ſcaturigine ebullientem Litigaturi jurabant, & qui caſtè juraſſet, illæſus, qui vero fidem abjuraſſet, morte pænas dabat, & crater cæca origine igneos globos evomebat. Andr. Gerrutius. *lib. 3. de prou. Dei c. 11.* ait, tantam virtutem aquis à Deo dari ſcelus eiuſmodi Litigaturientium vlciſcente. 3.

Lex ita abhorret MALITIAM, vt protervitati Litigantium modis omnibus occurrere ſtudeat, modò pecuniaria pæna in expenſas condemnando, modò jurisjurandi religione, modò infamiæ metu temeritatem tàm agentium, quàm eorum, quibus cum agitur, coërcendo. *§. 1. Inſt. de pæn. tem. litig. vbi* Pet. Heyg. *num. 5.* & potitutiſtæ gregatim. *L. 2. C. de Epiſc. aud. L. eum quem temerè 79. de jud. L. ab execut. C. quorum appell. non. L. 1. C. de jur. prop. cal. cap. 2. §. fin. de jur. cal. in 6.* Ordelaph. *ad L. fin. n. 1. & 2. de Rei vind.* Bender. *tr. de revis. concl. 5. nu. 4* Pruckm. *con. 19. nu. 12. vol. 2. not. in L. propemodum 3. §. fin aut. C. de jud.* Bl. *in L. non igno. n. 1. C. de fruct. & lit. expenſ. & in L. generaliter. nu. 13. C. de Epiſc. & Cleric.* Dn. Obrecht. *de jur. cal. c. 11. n. 3.* 4.

Imò lex ita deteſtatur malitiam, vt ſicut clavus clavo truditur: 5.
ita litigioſam malitiam malitia tolli poſſe concedat. *L. in fundo de re jud. gl. in c. cupien. verb. malig. de elect. in 6. c. Dominus noſter. 23 q. 2.* Qui enim juſtam litem fovet, nec alio modo, quod ei debetur conſequi valet, perſpicitq; protervià litem agi, ab adverſario, cavillatio-

nibus ad convincendum ſui adverſarij malitiam dummodo ad id falſum, aut perjurium non adhibeat, vti valet. Tiraq. *de vtr. retract. in præf. nu. 70.* Cagn. Dec. & Mayn. *in L. ea eſt. natura. 65. de Reg. jur.* Bolog *in Auth. habita 44. C. ne fil. pro patre.* Anchor. *con. 145.* Alciat. *præs. 26. reg. 3.* Thom. *in 2. 2. q. 69. art. 2.* Clavas. *in ſum. verb. interrog. vers. 63.* Ioh. Pet. Ala. *tr. de Advoc. Chriſt. p. 1. q. 29.* Ratio, quia malitiam excludens, non præſumitur malitioſus. Alciat. *3. præs. 18. L. 1. §. 3. de dol. L. 6. §. 8. ſi. quis omiſ. cauſa teſtat. L. cum pater. 77. §. 31. de leg. 2.*

6. Hinc aliud Remedium, & cautela minimè cauta ſuggeritur, ad repellendam malitiam, obijciendumq; pervicacibus litibus, vt Reus ab initiò petat per adverſantem Litigatorem jurari de calumnia, nec vlterius inſiſtat, quod ſi non juretur, & petatur ſententia pro Actore, talis ſententia erit ipſiſſimo jure nulla, & executioni demandari non poterit. Rol. *con. 71. lib. 1. nu. 2.* An, de Carot. *de exe. inſti. q. 45.* Aufrer. *ad dec. cap. Tol. 114.*

Quibus in caſibus, MALITIA nomen malitiæ amittit, & hodierno ſeculo proh dolor ſolertia dicitur, ſecundum illud Verg. *lib. 2. AEneid.*

Dolus an virtus, quis in hoste requirat:

vbi dolum pro ſolerti machinatione accipiunt Sabell. & *Aſc.* tam in
7. litibus quam extra lites. Germa. Schirmſchlege. Verum eiusmodi malitioſæ malitiarum atque litium defenſiones, imò offenſiones nobis diſplicent, quia malitijs non eſt via aperienda, ſed potius claudenda. *L. civili. §. ſed: cum. lis de tranſact.* Spec. *tit. de off. omnium. jud. 6. vers. ſi quis.* At iſtis caſibus non clauditur, ſed via litibus atque malitijs aperitur. Ergò non admittendi: Quid enim eſt, quod malitijs deditus Homo non adinveniat. *§. 1. in Auth. vt qui oblig. ſe per. hab. res min:* Vnde Ioh. Pet. Ala, *tr. de Advo. Chriſt. pag. 1. q. 26.* vocat diabolicam calliditatem eiusmodi malitioſis cautelis vti. Illa enim vera eſt prudentia, qua Homo diſponitur ad quærenda vera bona, per media verè bona. D. Thom. *2. q. 55. & 57.* Navar. *in Manual. cap. 23. num. 77.*

8. MALITIIS in ſumma occurrunt Leges, non Legum Executores, quarum illæ principem litis cauſſa inſtitui nolunt. *L. pen. de her. inſt. §. ſi. Inſt. quib. modis teſt. infer. L. cum donat C. de tranſact.* vſque adeo Leges oderunt lites, vt confeſſio liberatoria abſente parte facta, in

renuncia-

renunciatione litis odio litium præjudicet. *gl. in L poſtquam liti.* vbi Purpur. *col. 7. C. de poſt.* Bl. *in auth. in ſucceſſ. in f. C. de leg. hered.* Gabriel. *tit. de conſ. concl. 1. nu. 31.* Sal. *in L. generaliter q 12. C. de non num. pec.* Coërcenda igitur litigioſa hominum malitia, & non permittenda à judicibus. *L ſi long. §. ſi fide. L. judic.*

Iudex enim aliâs ex officio malitiam litigioſam repellere poteſt. 9.
c. fin. vbi Felin. *ne calumn.* Angel. *in L. athletas §. calumniator. de his qui not. infam.* Rom. *con. 42. & 67.* Barb. *con. 10. col. 1. vol. 1.* Quod quidem recte fit cum ipſa malignandi & litigandi occaſio aufertur, vel pœnali judicio, vel expenſarum diſpendio: quia antiqui Philoſophi malitiam igni comparaverunt, quorum vtramq; pabulo deſtitutum extingvitur. Pabulum ignis ſunt ligna quibus ſublatis extingvitur: pabulum litigioſæ malitiæ eſt illius diſſimulatio, & non caſtigatio, vt Italo more loquitur Ordelaph. *ad L. fin. n. 30. de R. vind.*

At hoc noſtro ſeculo pœna litigantium tantum in inſtitutis 10.
tractatur, raro in praxi obſervatur, nullibi exacerbatur, cum malitia creſcente, debeat etiam pœna augeri. *L. ſi diutino. vbi gl. de pæn.* Nic. Boer. *tr. de ſeditios. q. 7. num. 54.* Quod cum negligatur, & remiſſius in judicijs adhibeatur, Lis atq; Malitia creſcit,

Viresque acquirit eundo.

Imò de jure Canonico nulla temerè Litigantium pœna conſtituta eſt, quia Papa vellet quod totus mundus iret ad curiam ſuam litigatum. Fulgos. *in L. eos. §. ne ſent. C. de appell.* Wolff. *cent. 15. rer. mirab. fol. 779.* Hinc ipſe ſatis ridicule dicit & edicit, quæſtiones difficiliores, magisq; arduas lites ad Papam remittendas. *cap. 3. de baptiſm. c. 1. de tranſl. epiſ.* Calvin. *in pr. iud. c. 5. in fi. nu. 31.*

Rectius de jure civili tria ſunt conſtituta Remedia, adverſus te- 11.
merè Litigantes, quæ paucis explicabimus. Primum remedium eſt condemnatio in expenſas, de qua Reg: circumfertur: Victum victori in expenſas litis condemnandum eſſe. *L. 79. pr. de jud. L. vlt. C. quand. prov. non eſt neceſſa. L. 4. C de fruct. & lit. exp. c. finem litibus de dol. & contum.* Konig. *p. 4. c. 52.* Wurmbs. *1. obs. 24.* Gœd. *in L. ſpons. 7. nu. 9. de V. S.* Roſbach. *cap. 78. nu. 1.* Harpr. *diſput. 1. concl. 97.* Treutl. *1. diſp. 12. th. 16.* Pr. Papien. *in form. lib. act. real. verb. & expenſis. num. 3* Ioh. Bapt. Magon. *de rect. patroc. ratione cap. 25. n. 20.* Nec hoc remedium vnquam intermittendum, quia dantur fomenta deteſtabilis jurgij, cum improbi vincuntur illæſi. Athalar. Goth. *conſt. 40.* Heiminsf. *tom. 3. con. 8. pag. 108.*

12. Hoc remedium eſt antiquiſſimum, quod ex Edicto Theodorici Gothi patet, Anno 497. *art. 11, & 74.* Si poſſeſſor pulſatus Legibus, non reddiderit rem petitam, & ſub cognitionis eventu adverſus eum lata ſententia; à die qua per auctoritatem conventus eſt, & dedit Reſponſum; expenſas litis vel ſumptus victus exſolvat. Hoc Remedio fiet, vt in mala cauſſa, nullum Litigare delectet. Heiminsfel. *tom. 3. conſt. Imp. pag. 24.* Nec tantum in lite civili; ſed etiam criminali procedit Br. *ad L. 1. ad Turpil.* Covarr. *pr. qq. c. 27.* Hip. Riminal. *con. 303. lib. 3.* Gail. *2. obs. 152. nu. 1.* Althus. *lib. 2. I. R. c. 33.* Reyg. *diſp. 9. pro. iud. θ. 3.* Clar. *5. ſent. § f. q. 62. nu. 4.* quod ſi quis alieno dicam ſcripſerit temerè nullam habens vel probabilem litis cauſſam à magiſtratu puniendus eſt, & parti in expenſas condemnandus Cypræ. *de jur.*
13. *conn. p. 1. c 14. nu. 10. in fin.* Adeoq; Victus victori in Expenſas condemnandus, tam ante quam poſt litis conteſtationem factas, quia L. properandum *13. §. ſin au. C. de jud. non diſtinguit.* Ergo neque nos diſtinguere debemus. 2. quia temerariæ citationis Expenſæ refundendæ ſunt: *L. eum quia. 79. de jud.* vt & contumaciæ expenſæ ante Litis conteſtationem factæ. *L. ſancimus 15. C. de jud. c. cum dilect. Ex de dol. & cont.* Ergò etiam Expenſæ in cauſſam principalem ante litis conteſtationem factæ refundi debent. Bocer. *claſ. 5. diſp. 9. θ. 32.* Gilhaus. *in arb. jud. c. 9. nu. 15.* Spec. *tit. de Execu. vers. ſi ante litis conteſtat. nu. 13.* Mull. *ad conſt. Sax. pag. 1. conſt. nu. 6.*

14. Huc faciunt Expenſæ retardati proceſſus litigioſi, quæ non deberent reſervari ad finem litis, ſed in quolibet litis articulo, qui proceſſum impedit, victori refici, non expectata definitiva *L. pen. de fruct. & lit. exp.* Bl. *in L. generaliter. n. 4. C. de reb. cred.* Felin. *in c. ſignif. n. 25. L. lib. obl.* Cammerge: Ordnung. *tit. 50. §. 7. pag. 3.* Reyg. *diſp. 9. pro. jud. θ. 14.* In has litium Expenſas omnes Iudex ad quem potiſſimum ſpectat reprimere malitiam litigaturientium etiam non requiſitus victum condemnare vel abſolvere deberet. *L. propor. §. ſin autem. vbi* Sichar. *nu. 18. C. de judi.* Meur. *p. 12. in fin.* Maran. *pag. 6. de lib. obl. n. 12.* Konig *p. 4. c. 48.* Myn. *22. obs. 22.* Vulteius: *ad pr. inſt. de pæn. tem. litig. nu. 21.* Goed. *in L. 22. n. 17. de V. S.* Harpr. *diſp. 1. proc. concl. 101.* Bercht. *de pro. jud. concl. 337.* Hakelm: *diſp. 4. θ. 7.* Ius. Wirtenb: *pag. 117.* Gail. *1. obs. 151. nu. 21.* vbi ait in Camera obſervari.

15. At quoniam ſuperiores, ac judices non advertunt ſed remiſſius atque negligentiꝰ puniunt, MALITIA creſcit, vt ab eorum torpore,

Malitia

Malitia ipſa pro negligentia interdum vſurpetur. Archidiac: *inc.grad. de ſupp. negl: præl: in 6.* Ioh. Ordelaph. *ad L. fin. num. 30. & ſeqq. de Rei vindic.* Immò alicubi impenſæ in litem factæ, juſtam habenti cauſam non adjudicantur, & ita datur occaſio temerè litigandi, & opprimendi pauperes, quibus lites differuntur. Hic abvſus Litigantes maximè affligit, qui cum liberaliter in judices, & advocatos plura expendant, vt eorum operam, & favorem ſibi concilient, pauciſſima in taxatione repetunt, & potius damnis opprimuntur, quàm ex jure reddito juvantur. P. Greg. Tholoſan: *lib. 2. de Republ. c. 6. n. 16.* Quid? hoc 16.
malitioſo ſeculo Litigaturientes non poſſunt refrenari condemnatione expenſarum, quia MALITIA tantas vires acquirit eundo, vt exiſtiment ſibi magis commodum eſſe, Expenſas perſolvere & retardare litem, quam reſtituere alterius bona. Ergò ſicut infirmitas humana augetur: ita Malitia in infinitum creſcet, niſi falſæ & avaræ hominũ voluntates timore pœnarum coërceantur. Gio. Ant. Palazzo *p. 4. del governo di ſtato c. 11.* Ioh. Ordelaph. *ad L. fin. n. 5. 88. de Rei vind.* vbi ſummam virtutem vocat, reſiſtere calumnijs Litigantium, & punire protervos atq; mendaces. Vnde cavendum erit, propter abbreviandas lites, de ſumptibus & expenſis ad 10 eius quantitatis quæ libello continetur, pulſato reſtituendos, ſi iniuſtè litem moviſſe appareat. Schneid *§. ſin minus n: 4: inſt. de actionib. Nov. 96: Auth. diff. jur. civ. & Sax. lib. 1. diff. 40. & lib. 2: p: 2: diff. 2:*

Alterum malitiæ Remedium in jure civili eſt juramentum ca- 17.
lumniæ, quod etiam malitiæ dicitur, vt timore ſacramenti contentioſa litigantium malitia compeſcatur. *L. 1. vbi* Goth. *C. de jur. propter cal.* Sichar: *ibid. n. 9.* Obrech. *de jur. cal. c. 11. n. 32.* vbi hoc inter 4 vtilitates refert 2. ne litigatotores iniuſtis, & non neceſſarijs probationibus onerentur *Nov. 49. c. vlt.* dum verſus:

Iuro meam litem mihi juſtam jure videri
Nec delaturum ſi qua rogatus ero.
Nec promiſſurum, neque cauſa falſa levanda
Dicere, nec litem ducere velle meam.

Vultei *2: T. R. c. 31: n. 59:*

III. Ne lites multiplicentur, ſed cohibeantur potius. *L. 13. C. de* 18.
tranſact. L. 2. de aq. & aq. plu. arcend. L. quidam 21. de rebus cred. clem. diſpen: de jud. Multi enim vt cotidiana experientia teſtatur, Iura-

 mento

mento calumniæ deterriti, malunt non litigare, quam hoc juſiurandum præſtare.

IIII. Vtilitas eſt, vt lites motæ eo facilius ac melius dirimi poſſint. *L. 2. §. ſic enim C. de jur. prop. cal.* Et propterea non immeritò hoc jusjurandum maximum Remedium dirimendarum, & expediendarum litium appellari poteſt, cum Imp: Iuſtin: *in L. 2. §. ſic enim de jur. cal:* quod mutuatus eſt à Caio. *L. 1. de jurej.* Obrecht. *de jur. cal. c. 11. nu. 35. in f.*

19. Quicquid ſit, & hoc malitiæ Remedium hoc malitioſo ſeculo in ſufficiens, imo tollendum eſſe videtur, ſi perpendamus, quantâ facilitate & levitate à litigatoribus & procuratorib. præſtetur: & quod hodierno ſeculo ferè magis de calumnia committendâ, quam vitandâ iuretur. *not*: Socin: *c. cæterum 5. n. 8. de jur. cal.* Adeò vt propter contemptum DEI & religionis nebulo quidem hoc jusjurandum æſtimetur. Bl. *in L. ſi poſt prefict. 24. n. 1. C. de evict.* ſed multa perjuria committantur. Obrecht. *de jur. cal. c. 11. n. 22.* Mar: *p. 6. de jur. cal. n. 11. Auct. diſc.* Vom Juſtiti enwerck/*pag. 49.* Ioh. Oldendorp. *claſſ. 1. progym. for. act. 7.* Habemus nunc, *inquit*, juramentum calumniæ quo periuria magis introducuntur, quàm excludatur calumnia. At meritò in id incumbitur: ne perjurijs anſa & occaſio detur. *not: Gail. 1 obs 85.*

20 Vltimum malitiæ coërcendæ Remedium in jure civili eſt infamiæ metus *L. furt. §. alicu. de furt. L. 1. l. 1. de his qui not. infam.* Ordelaph. *ad l. fin: n. 2. de Rei. vind.* Vnde Cic. *pro. Cecin.* in privatis rebus, ſi quis rem mandatam, non modò malitioſus geſsiſſet, ſui quæſtus aut commodi cauſſa, ſed etiam negligentius, cum maiores noſtri ſummum admiſiſſe dedecus exiſtimabant. Sed nec hunc infamiæ metum Litigaturientes metuunt, quia lites ſuperant ætates hominum. Ergo pœnæ litigantium ſeverius exercendæ, aliæq; graviores pro modo doli, & vexationis illatæ ſunt ſanciendæ. P. Gregor: Tholos: *lib. 2. de Repub. c. 6, n. 16.*

21. Inter has primò referimus, vt malitioſi Litigaturientes rigoroſius in Expenſas litis & retardati proceſſus condemnentur, imò quartam aut octavam partem illius, ſuper quo litigatur, deponant, ſecundum antiquum Athenienſium aut Romanorum morem, de quo Iohan.: de DEO *tr. de cunt. ſeu cavill. lib. 1. c. 6. n. 5.* Obrecht. *de jur. cal. c. 1. n. 3.* Quod ſi nimium videatur hoc Remedium, tantam litis

partem

partem deponere, ſolidum pro floreno deponant Litigantes, donec ad 25. fl. pervenerint, ſicut Rex Galliarum anno 1563. Edictum fecit. *Il ordonne, que le demandeur à l' inſtant de la conteſtation en cauſe conſigne ſix denieis pour liure jusques à la ſomme de 25 livres. Et ſi la Demando excede 25. liures, qu' il paije vn ſol pour liures, jusques à la ſomme d' cent ſols: que l' doffendeur ſoit tenu & contrainct par corps au rembour ſement de ladicte ſomme, en cas que le Demandeur obtienne ſentence à ſon profit ſoit de proviſion ou definiti.* h. e. Litigans tempore litis conteſtatæ deponat 6. obulos pro libra vſq; ad 25 libras: quod ſi major ſit ſumma ſolidum pro libra vſque ad 100 ſolidos. Collitigans eundem ſummam deponat, quum Victoriam obtinens lucratur. Non autem ſemper compenſentur, vti communiter adijci ſolet clauſula Die Gerichtskoſten werden auß beweglichen Vrſachen gegen einander auffgehoben. Gail. *2. obs. 151. n. 23.*

Quod ſi partem juſtam, partim iniuſtam litigandi cauſſam habeat, quoad juſtam abſolvatur, quoad iniuſtam condemnetur. Br. *in L. ſi quis in f. Depoſ.* Bl. *in L. 13. §. 6. C. de jud.* Reyg. *diſp. 9. pro. jud. th. 12.* Fachin. *1. cont. jur. c. 41.* Nam ſi toto litis tempore juſtam cauſſam habuerit, ab omnibus expenſis abſolvendus. Ergò ſi pro parte temporis juſtam litigandi cauſam habuerit, pro ea parte abſolvendus erit. Quod ſi quis Litigatorum in ſecunda ſuccumbat inſtantia, ſemper & indiſtinctè in expenſas litis condemnari debet. Ioh. Bap. Aſin. *in pr. §. 32. c. 2. ampl. 6.* Lanf. *tr. de exp. n. 14.* Ratio, quia juſtam litigandi cauſſam non habere præſumitur, ex quo contra eum prima ſententia lata fuit. Corn. *con. 181. n. 19. lib. 3.* Hæc & alia niſi rigoroſius obſerventur Litigaturientes potius expenſas ſolvent, quàm liti cedent. 22.

Hic forſan obijci poſſet ratione præſumptæ calumniæ Litigaturientes excuſari ab Expenſis, & compenſationem fieri vt Alex. *in L. ait. prætor. 3. n. 6. de jurei.* ſed malè, quia meritò expenſas refundere tenetur, qui temerè litigaſſe convincitur, & ita Salicetus, dicit, totum tenere mundum *in L. qui crimin 3. in f. C. qui accu. non poſſe.* Alex. *in L. athletas 4. §. calumniat. n. 3. ex quibus cauſis inf. gl. in c. finem litibus. 5. vbi.* Ab. *n. 21. de dol. & cont.* Sæpius peccant ipſi Rei conventi improbâ litigandi pervicaciâ, & nolentes bonam cognoſcere fidem, veritatem occulunt, contra quos vti improbos collitigatores procedatur & in pœnam, & in damnum. Pœna collitigatorum negantium in actione L. Aquiliæ, & Legatis venerabilibus eſt duplum. *L. contrane-* 23.

tra negantem C. de leg. Aqui. §. 1. Inſt. de pæ. tem. litigant. Aret. & Plat. *in §. ex maliſ. Inſt. de action.* Damnum, vt conventus actione reali ſi neget ſe poſſidere, & convincatur de mendacio, perdat rei petitæ poſſeſſionem, & poenam ſuæ protervitatis, & malitiæ patiatur. *L. fin. de R. V.*

24 Alterum malitiæ Remedium: Iuramentum ſcilicet calumniæ vitandæ, majori cum ſolennitate præſtandum, aut in judicio, aut coram Commiſſarijs ſingulariter ad id deputatis, adhibito vno & altero Theologo, quia juſiurandum eſt ſpiritualis quædam tortura. Socin. *con. 253. col. 2. pr.* Sic gentes ſapientiores juramentum verbis & factis præſtari voluerunt, vt & ſenſibus, auribus & oculis percipi poſſet: Germ. dicunt Auß grundt des Hertzens. Cypræus. *de jur. conn. cap. 14. §. 25. nu. 2. & §. 27. n. 5.* ait in Ducatu Sleſvicenſi juramentum cum 12. Sacramentalibus fieri gladio ſtricto terræ infixo, & tribus digitis capulo impoſitis. Vnde nonnulli ex ICtis in materia juramentorum tam dubij, ancipites, ac timidi fuerunt, vt de iure reſpondere auſi non fuerint. Ang. de ſeipſo *in §. aliæ Inſt. de donat.* Step. Bertrand. *con. 206. nu. 9. vol. 1. p. 2.* Pantſchman. *q. 10. nu. 91. &c.* Hi Litigaturientes diligenter moneant, muniant, minentur perjurij gravitatem, Litigij pravitatem, quo Remedio & multis perjurijs & multis litibus præcavebitur. Deinde non ſolum jurent *Litigaturientes* & procuratores ſed etiam Advocati, qui potiſſimum *intelligunt,* vtrum lis ſit juſta aut injuſta, ſuper qua jurabitur. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p. 49. gl. in L. ab Anaſtaſio. 23. verb. morantur. c. mandat.*

25. Apud Gallos vt nulli Litigatores de calumnia jurant: ſic tantum ſemel Advocati, ſed Pariſijs annuatim hoc juramentum præſtant. Baldvin. *in §. vtriusq. Inſt. de pæn. tem. litig.* cui Baro ibidem adſtipulatur Forner. *lib. 2. ſelect. cap. in f.* affirmat comitijs Aurelianenſibus juramentum calumniæ revocatum eſſe, quod inventum eſt, vt non lites ſolum, ſed etiam calumniatores minuantur, & pro judicijs putent homines ſeſe in ſacrarijs ſiſti. Auth. *princ. § quod ſi actor. C. de jur.*

26. *cal.* Ordelaph. *ad L. f. num. 137. de R. V.* Denique infamia famoſis Litigatoribus, & redemptoribus litium irrogetur. Hæc de Remedijs juris civilis, quibus temeritas atq; malitia Litigaturientium coërceri poteſt: ſequuntur Rationes honeſtæ. Malitias & viritutes in poteſtate noſtra habemus teſte Paul. *in L. eum qui pr. de injur.* Iac. de Bello Vis. *lib. 1. pr. crim. cap. 3. nu. 61.* Ergò ſecundum rationem vivamus

nec

nec vllâ Legis coërcitione indigebimus. Hæc propterea nos cohibet, quod ſecundum rationem non vivamus, quæ cum juſtititiam ac charitatem præcipiat, per malitiam juſtitiam ac charitatem abijcimus. *Paul. ad Tit. 2.* Ordelaph. *ad L. fin. nu. 53. de R. vind.* Caſſiod. Pax viva, *inquit*, eſt concordiam habere cum moribus & litigare cum vitijs.

Quamvis conetur γὲρ ἀνδρεῖον μεταφυτεύειν, ideſt, annoſam quercum transferre, vt fertur in proverbio, qui vetuſtos æui noſtri mores atque malitias in melius mutare velit. Rectè enim Seneca: Deſinit eſſe remedio locus vbi quæ fuerant vitia, mores ſunt. Quippe cum vitia proſunt, peccat qui rectè facit. Et citius frangas quam corrigas, quæ in pravum indutuerunt. Adeò habent Leges & mores, ſuum ævum & fatum; vt quod quandoq; inhoneſtum viſum eſt, deinde honeſtè fieri putetur, & malitia judicetur ſolertia atque prudentia. Vid. Per. Heyg. *pag. 2. q. 29. nu. 81. & ſeq.* Hering. *de fideiuſſ. c. 30. nu. 46. & 3. ſeqq.* 27.

Attamen optumum litis atque malitiæ præcavendæ Remedium ſitum eſſe putamus, cum prima in Educatione, tum cenſura morum, quibus temeritas Litigaturientium, & malè viventium facile præcaveri poſſet. Educationis enim tanta vis eſt, vt probè educatis Legibus opus non ſit, dicente Machia. *1. diſc. 3.* Quæ ſi enim negligatur, fruſtra feruntur leges, aluntur lites, vt innuit Ariſt. *5. Polit. pag. 451.* Arniſæus. *lib. 1. doct. pol. cap. 19.* vbi addit homines malè inſtitutos Leges etiam exquiſitiſſimas contemnere. Phocion legatis Philippi Macedonici hortantibus vt Liberis proſpiceret, reſpondit: ſi boni evaſerint facile diteſcent, ſi mali, quorſum debeam illorum malitiam opibus alere & augere? *AEmil. Prob. in Phocion.* Hoc remedium potiſſimum in potentioribus obtinet, qui præter bonam inſtitutionem parum Remedij habent, vt Iſidor. *3. ſent. c. 51.* ait, populos peccantes judicem metuere, & à malo coërceri, Reges ſolo Dei timore, metuq; gehennæ, quod inſtitutione bona præoccupari poteſt. Ita Brutus filios trucidavit, quod ad popularem ſtatum minus educati regnum redactum cuperent. Clapmar. *lib. 2. de arcan. cap. 10.* 28.

Cenſura morum optumum fuit expellendę malitiæ Remedium, quod ex vſu Reipub. meritò reducendum, ita vt cenſores acriter animadvertant, ſi malitiam, ſi ebrietatem, ſi jurgia, ſi perjuria, ſi contemptum religionis Rempubl. invadere deprehendant. Schonborn. 29.

lib. 3. pol. cap. 10. Arniſæ. *lib. 1. doct. pol. cap. 16. &* Gell. *lib. 4. cap. ult.* Dion. *lib. 43. & alijs.* Adverſus injuſtitiam, petulantiam, timiditatem ex omni genere artium maximè conveniens animadverſio, caſtigatio, judicialis cenſura *inquit* Plato. *dial. 15. in Soph.* Et Iohannes à Schellenbergſ. *in epiſt.* Doleo *inquit* gravem Majorum noſtrorum, morum CENSVRAM, quæ nobiles in officio retinebat, vnâ cum celeberrimis haſtiludijs, quæ Itali larbarè Torniamenta vocant, ſimul interijſſe. Heiminsfel *par. 2. conſt. imp. pag. 305.* Malitioſi enim ignominiâ notabantur Wurden zu Schelmen gemachet/ quam vocem Cypræus. *tr. de jur. conn. c. 13. n. 4.* à Schildt/ à ſcuto deducit Schelmen quaſi Schiltnemen/ qui ſcutum deſerverunt, ſecundum illud Tacit. *de mor. Germ.* Scutum reliquiſſe præcipuum flagitium. Animadvertant igitur principes atque judices, vt malitioſi pœnis debitis ſubiugentur, & ceſſabit litigioſa malitia. Ordelaph. *L. fin. n. 30. de Rei Vind.* Hæc de Remedijs litigioſæ malitiæ ex honeſtis rationibus petitis.

30. Quod ſi neutrum horum Remediorum ſufficiat ad coërcendam Litigaturientium malitiam, & abbreviandas lites, è malitiâ natas reviviſcat MANVS REGIA, ne ſcelera præmeditata fluant cum ſceleratis. Plac. *epit. del. c. 16.* quæ principaliter impartitur judicibus maleficiorum, vt rigoroſiſſimè contra culpabiles procedant Bl. *in L. obs. § prof. q. 11. de offic. proc. Dd. in rub. de V. O.* Socin. *nu. 7.* Bl. *Nov. n. 13.* Burtg. *nu. 1,* Ruin. *nu. 4.* Bolog. *nu. 12.* Menoch. *cons. lib. 1. c. 7. nu. 3.* Quò reſpexit ordinatio Des heymlichen WeſtPhaliſchen Stulgerichts introducta à Carolo, confirmata à Sigismundo Anno 14. 39. & Anno 1512. in Comit: Trevir: de quibus Heminsf. *tom. 2. conſt. Imp. p. 163. & 235.*

31. Manus ſ. brachium Regium eſt arbitrium ſupremum non recognoſcentis judicem ſuperiorem, nullo jure certo, forma, tempore aut ordine reſtrictum, ſed liberum, cuncta regens, vel naturalis rationis dictamine, vel effreni libidine de fortunis, & vita hominum ſtatuens; vt aliqui diffiniunt. Socin. *rub. de V. O. num. 4.* Bolog. *num. 14.* Budæ. *ad L. 31. de LL.* vocat παμβασιλείαν. Regum arbitrio lites dirimebantur *inquit* Dionys. *lib. 10.*

32. Nobis eſt poteſtas extra ordinaria judicibus ordinarijs, vel delegatis conceſſa, procedendi extra ordinem, nullâ juris ſolemnitate inſpectâ, in contractibus voluntarijs exigendo fidem, & debitum executivum: in non voluntarijs, & capitalibus pænas ſcelerum rigo-

roſè

toſè Hott. Cavalcan. *tot. tr. de brach. regio.* Pa. de Put. *tr. ſyndic. verb. arbit. cap. 2. nu. 2.* Dd. *in L. 2.* Ias. *nu. 11.* Cagn. *nu. 7.* Oſas. *nu. 3. de orig. jur. ibi. manu regiâ.* Corn. *con. 216. num. 20. vol. 1.* Dec. *con. 434. nu. 4.* Bertazol. *con. 143. nu. 6.* Maran. *pag. 4. dict. 9. num. 11.* Ioh. Bapti Aſin. *in pr. §. 1. nu. 2.* Menoch. *1. aa. ij. qq. 7. nu. 69.* Car. Bolog. *de Leg. & eq. cap. 10. nu. 14.*

Ita in Anglia, Scotia, Turcia, Succia & alibi ſummariè procedunt, 33.
& poſt prandium ad teſtimonia hominum determinant lites, nec habent tot terminos, prorogationes, inſtrumenta, officiales: imò in Succia judici pœna imponitur, qui ſecundò requiſitus, adferendam ſententiam & finiendam litem, eam differt. Hic ad expediendas lites antiquas Regni ordo plurimum facit, quo procuratorem aut Advocatum habere non licet, ſed vnusquisq; cauſſam pro ſe dicat neceſſe eſt, aut ſi ineptus ſit, proximiorem amicum aut tutorem à ſenatu datum rogare, vt litem defendat. Giou. Botero. *lib. 2. dellacita. p. 340.* Hanc adminiſtradæ IVSTITIAE, & litium finiendarum rationem à Turca obſervatam non reprehendit Fr. Guicciard. *Hypom. 39.* q∫: ea præceps potius, quam ſummaria ſit. Nam qui clauſis oculis, quod æquum eſt, pronunciat magnam litium partem dextrè expedit, & litigantes à ſumptu & temporis diſpendio liberat: quorum vtrumque in noſtris judicijs malè obſervari videas.

Huc jura reſpiciunt, vt quis teneatur litigare per ſeipſum, maxi- 34.
mè in criminalibus. Socin. *reg. 245.* Ar. Reyg. *in thes. jur. lit. L. n. 157.* Quod ſi malitia procuratorum ad malitiam Litigaturientium accedat, nihil eſt malitioſius atque pernitioſius. Litis enim eventum proficuum, minimè dubium ſuadent. Imò cum aliorum inſaniâ, & erroribus lucrum ſibi quærant, facilè fit, vt diuturno Litigantium ſqualore & annoſis atq; ſecularibus litibus delectentur. Remedium idem quod Vitruv. *lib. 10. archit:* tradit de Epheſis, qui ædificandi, ſicut noſtri litigandi amore ducti fuerunt. Quod ſi artifices promiſſo tempore ędificium juſtis ſumptibus non erexerint, ad ſolvendum condemnati fuerint. Quod remedium ſi ad litium conſultores applicaretur, minus eſſet litium. Seig, de Pibrac. *la. 1. remonſt. pag. 44.*

Deniq; ad compeſcendam Litigaturientium MALITIAM con 35.
duceret Remedium Machiauelli æquum, alioquin iniqui; vbi omnibus Rebuspub. eam optat felicitatem, vt ſtatis ſibi temporibus MANLIVS quidam Roman⁹ obingat, à quo vitia publicè graſſantia

emendentur, Leges renoventur antiquæ, & tollantur illa omnia, quæ eas corrumpunt, & ad interitum ducunt, quo ſaluæ ac perpetuæ eſſe queant. Machiau. *lib. 3. diſ. cap. 21.* Chriſt. Ohemi. *in diſc. jur. pol. cap. 3. nu. 56.* Hæc de Remedijs contra malitiam Litigaturientium principalium..

CAPVT VII.

De Remedijs contra MALITIAM Advocatorum, Procuratorum, Sollicitatorum atq; Notariorum.

SVMMARIA.

1. *Divinum malitiæ Advocatoriæ Remedium.*
2. *Bene: & maledictio Advocatorum exemplis probatur.*
3. *Advocatus litiganti dicat, vt ſolvat.*
4. *Salarium Advocatis ex publico conſtituendum.*
5. *Iuramentum Advocatorum antiquitus receptum.*
6. *Vtrum Advocati in ſingulis litibus jurent?*
7. *Advocati in Germ. Gall. & alibi ſemel jurant.*
8. *Iuramentum cal. Advocatis remittitur conſuetudine.*
9. *Hæc conſuetudo reprobatur, jurent Advocati de cal.*
10. *Melius intelligunt lenitatem litis.*
11. *Procuratores, jurent de Calum. Er. & Advocati.*
12. *Litigantes, Advocati & procuratores ſimul jurent.*
13. *In propriam animam jurent Litigaturientes.*
14. *Advocatorum licentia convitiandi puniatur.*
15. *Iudex Litigantes iniurioſos ſtatim punit.*
16. *Ad irrogationem infamiæ Definitiva requiritur.*
17. *Advocati ne recipiant omnes lites.*
18. *Advocati à litibus iniuſtis deſiſtant.*
19. *Diſtinctio inter lites iuſtas, iniuſtas, dubias.*
20. *Advocatus in iuſtâ lite fallere poteſt.*
21. *Allegatio iurium Advocatis prohibeatur.*
22. *Iudex non audiens allegationes tenetur.*
23. *Allegationum plauſtra ſunt temeritatis.*
24. *Sufficit legem probantem allegare.*
25. *Advocati officium præter allegationes.*
26. *Advocati ſint honeſti, docti, probi viri.*

27. Iuri

27. *Iuris notitiam Advocati habeant.*
28. *Advocati libellos litigioſos diligenter forment.*
29. *Immoderatum ſalarium à Litigante repetatur.*
30. *Advocati pravi absq; conſpicillis non vident.*
31. *Litis victoriam promittere temerarium.*
32. *Advocatorum abrogatio acerbum Remedium.*
33. *Advocationis officium neceſſarium & honeſtum.*
34. *Procuratores pauci & legales conſtituantur.*
35. *Dolus procuratorum detectus puniatur.*
36. *Procurator litem protelans in Cam. punitur.*
37. *Certus procuratorum numerus conſtituatur.*
38. *Remedia circa verboſitatem Advocatorum.*
39. *Productorum prolixitas litium cauſa abrogetur.*
40. *Notariorum Remedium, ſi litigandi occaſio tollatur.*
41. *Comites Palatini non omnes creent Notarios.*
42. *Notarius falſum committens puniatur.*

ETIAMSI medijs atque Remedijs omnibus malitioſæ Litigaturientium protervitati occurratur: Nihilominus ſupervacaneum & fruſtraneum erit ſubſidium, niſi Advocatorum Procuratorum, ſollicitatorum, Notariorum & aliorum ſubſidiariorum inſigniter inſignium Litigaturientium præſidia æquis Remedijs ſubleventur, curentur. Inter quę ſe offerunt Remedia & publica & privata. Publica ſunt divina, aut humana. Divinum malitiæ advocatoriæ Remedium eſt, vt Advocatus, ſicut & judex, in omni lite, omnes cogitationes dirigat in DEVM, & ad vitæ perfectioris genus tendat. Ioh. Pet. Ala. *tr. de Advoc. & cauſ. Chriſt. p. 1. q. 98. & tot. par. 2. qu. 1. & ſeqq.* ſecundum illud Scipion: ALTE ſpectare ſi voletis, & AEternam domum contueri, neque ſermonibus vulgi dedatis vos, nec in præmijs humanis ſpem ponatis rerum humanarum, ſuis vos illecebris VIRTVS ipſa capiat, & trahat ad decus ſuum. 1.

Quod ſi feceritis, benedictionem divinam, ſin minus, maledictionem æviternam ſentietis; vti Chaſſan: *in conſid. 1. n. 65. p. 1.* rigoroſus, alludit de grege porcorum, quos cum ſubuculus multum elaboraſſet, vt ageret in ſuillo, indignatus exclamavit: Eatis tandem in hocſtabulum, ſicut procuratores & Advocati deſcendunt in infernum & continuo gregatim omnes introierunt. Quo dicto Ioh. Pet. 2.

Ala. *tr. de Advoc. & cauſ. p. 2. exhort. 3.* ait, ſe tanto ſtupore percuſſum vt Advocationem relinquerere voluerit.

3. Sanè procurator & Advocatus REI litigaturientis ſub pœna maledictionis æternæ tenetur dicere debitori, vt ſolvat, ſi ſciverit ſe debere. Pet. Rebuff. *ad ord. reg. tom. 2. tit. de merc. minu. vend. gl. vlt. n. 5.* Hering. *de fideiuſſ. c. 30. n. 22.* Vnde Pet. Fride: *in præf. lib. 1. de proc. & mand.* terribile procuratoris Spirenſis exemplum refert, qui mortis in agone ſæpius hanc querelam repetijt: O juramentum calumniæ; ſcilicet vitandæ non committendæ. Ad hoc remedium facit recordatio loci, in quo lites terminantur, cum nimirum appellari Templum ſacrum, ſanctuarium, domicilium juſtitiæ, campum veritatis, habitationem pacis & ſimilia Epitheta, quid putatis eum domi facere, *inquit* Plin. *in epiſtol.* qui in tàm auguſto loco, in ſenatu, & dicax & vrbanus & bellus videri vult? Seign: de Pibrac. *1. remonſt. p. 12.* Hunc & alios miramur, quorum facta imitamur, eorum exitum non perhorreſcimus.

4. Publicum malitiæ Advocatoriæ Remedium eſt duplex. *l. ſi* procuratoribus & Advocatis ſalarium ex publico conſtituatur, judicis arbitrio, ad quod omnes Litigaturi conferant, ne Advocati occaſionem habeant protelandi lites & exſugendi Privatorum Litigaturientium patrimonia. Seign. de Pibrac. *1. remonſtrat. pag. 9.* vbi pro ſingulari litium abbreviandarum Remedio tradit & dicit, quod *ad q. droit ſinguler moyen pour retrancher la multitudine des proceß & accourcir la longueur d' icen.* Ioh. Baptiſta Magon *de patro. rat. c. 8. n. 3. p. c. 1. §.*
5. *advo. devar. & ext. cogn.* Alterum laudabile Remedium contra malitiam Advocatorum publicum eſt, vt examinentur & jurent, antequam poſſint hoc munus profiteri, ſicut Placentiæ in regno Neapol. & Spiræ obſervatur, antiquitusq; fiebat. *L. nemini C. de advoc. div. jud.* ſic Tullius pro Sylla litigaturus: Vos *inquit* Dij penates teſtor me huc integro animo deſcendere. Sic jurabant olim patroni cauſarum SS. Evangelijs hincinde tactis quod omni & virtute & ope quicquid verum & IVSTVM exiſtimaverant clientibus ſuis inferre procurabunt, non autem credità lite improbâ vel penitus deſperatâ patrocinabuntur, ſed à lite recedent. *Auth. hodiè §. patroni C. de judic.* Verum hoc patroni cauſarum jusjurandum receſſit ab aulâ; & malè Licet & malum ſit injuſtam litem absq; tali jureiurando ſuſcipere & tueri Ioh. Ordelaph. *ad L. fin. nu. 137. De R. V.* Sic in Gallijs quolibet

nno ordinationes leguntur & Advocati flexis genibus jurant. Seigeur de Pibrac. *la. 2. remonſt. pag. 512. Que les Advocast & procureurs prometont, & jurerent d' obſeruere & gradiu Les ordinances de Roy & dela Courancienne, & couſtume.* h. e. jurant ſe ordinationes Regis, & curiæ Conſuetudines bſervaturos. Digna hercle hæc vota ſunt, quæ ſingulis annis ſuipiantur, digna quæ per ſolvantur, vt Plin. ait *in Panegÿ. Trai.* thenienſium quidem Advocati non jurarunt, ſed vt Cic. ait Remubl. majores noſtri melioribus certè temperaverunt & inſtitutis & gibus. Præſtito juramento & facto examine adſcribantur in colgium civitatis, quod Remediū divino prope conſilio introductū, religioſè obſervatum, ne judices collegiati recipiant allegationes on ſubſcriptas ab aliquo ex eorum numero, vt *inquit* Ioh. Pet. Ala. *e adv. Chriſt. p. 1. q. 16.* Advocatorum enim officium IVSTITIAM romovere *auancer la Iuſtice* vt *inquit* M. Iacq. Fayæ. *la. 1. remonſt. p. 121.*

Hic quæritur, an conſultius & vtilius ſit Remedium vt hodierno 6. iam ſeculo in ſingulis litibus Advocati de calumnia jurent: vel, vt mel tantum juramentum præſtent? Poſterius affirmabunt Advoati, quia nullibi in jure conſtitutum vt jurent de calumniâ aut utent, ſe in juſta cauſſà patrocinari, ſed quod omni ope verum & ſtum procurare, & vbi cognoverunt cauſſæ injuſtitiam eam ſtatim eſerere velint. *L. rem. non novam 12. §. Patroni C. de jud. L. 2. poſt. pr. de jur. pro. cal. don.* vbi Iuſtin. loquitur de juramento calumniæ ab dvocatis præſtando, ſed alio, quod jam ante à ſe introductum fuear, per verba, ſecundum quod jam diſpoſitum eſt à nobis in L. *12. C. e jud.*

Ergo ex pravâ interpretatione introductum, vt pleriq; opinentur, 7. b Advocatis juramentum calumniæ in omni lite exigendum, quia ngulare juramentum præſtant in Camerâ, & ferè paſſim in Germaia, non in ſingulis litibus, ſed cum deſignantur in vniverſum, & ad oſtulandi officium recipiuntur. Ord. Came. *pag. 1. tit. 62. & 64.* De axonia teſtatur Wes. *in par. C. de jur. propr. cal. nu. 6.* Ita & in Gallijs bſervari teſtantur Baldvin. *in §. vtriq; Inſt. de pœn. tem. litig.* Tolon. *lib. 48. ſyntag. cap. 7. nu. 9.* Br. *in L. 2. num. 2. C. de jur. propr. cal.* vbi ſtatur ſua ætate Advocatos non juraſſe de calumnia. Obrecht. *tr. e jur. cal. cap. 6. nu. 45.* addit bonos viros abſtinere à foro, quod tot acramenti religionibus implicari nolint. Vnde ſtatuit conſultius 8. vtilius Reip. vt Advocatis calumniæ juramentum remittatur, &

vt

vt ſemel tantum ab ijs ſacramentum exigatur, quia hoc modo religioſiores ab advocationibus non abſterrentur, ſed ijs potius crebrius operam ſuam impendunt. 2. quia bonis viris ſemel præſtitum juſiurandum ſemper obverſatur animo, ât improbis etiam ſæpius repetitum, nunquam occurrit. Obrech. *d. cap. 6. nom. 65. inf.*

9. Quicquid ſit prius Remedium approbamus, vt etiam hodie in ſingulis litibus Advocati de calumnia jurent; imò tanto magis in Advocatis, & ſimilibus requiritur hoc juſiurandum, etiamſi principales juraverint, quantò melius calumniari norunt quam collitigatores. *L. ab. Anaſtaſio 23. vbi gl. verb. morantur. C. mand.* Setzer. *lib. 3. de juram. cap. 3. nu. 82.* Sichar. *ad L. 1. nu. 5. C. de jur. propr. calu.* & niſi coërceantur de omnibus litibus etiam peſſimis ſe impediunt. Ias. *in L. rem. non novam 12. §. patroni. n. 3. C. de Iudic.* Weſen. *in par. C. de jur. propr. cal. nu. 6.* Qua de cauſſa Dd. voluerunt, non valere conſuetudinem qua Advocatis & procuratoribus juſiurandum de calumnia remittitur. Ioh. And. *in c. Romana verb. Advocator. de foro comp. in 6.* Specul. *de Advoc. §. 1. nu. 31.* Obrech. *de jur. cal. c. 6. n. 44.* Hie. Setzer. *lib. 3. de juram. cap. 3. nu. 84.*

10. Ratio quia alterum huius juramenti caput eſt, vt collitigantes jurent, ſe bonam litem fovere, & ad litigandum accedere bonitate ſuæ cauſſæ fretos. Theoph. *in §. 1. Inſt. de pœn. tem. litig. L. 2. C. de juram. propr. calum.* Noſtri vocant Eydt für geſährde / quod ad intentionem referendum, cum ſufficiat Litigantes credere, ſe bonam cauſſam defendere. *gl. c. pen. Ex. de jur. cal. L. 2. §. obſervari. vers. & licet. C. eod. c. dudum. 54. vbi gl. verb. de veritate clect.* Setz. *d. lib. 3. c. 1. nu. 6.* At litem ſive malitiam ſive bonitatem omnium optimè norunt Advocati, quia procuratores tantum proceſſum dirigunt, de meritis cauſſæ parum ſolliciti & collitigantes ferè nihil intelligunt, ſed ab Advocatis ſpe lucrj ſeducuntur. Ergò ſummè neceſſarium, & æquum eſt vt Advocati in ſingulis litibus de calumnia jurent, quos Litigantes nominare debent. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p. 50.*

11. Deinde Procuratores de calumnia jurare jubet tam jus civile, quam canonicum & conſuetudo. Ergo & Advocatos, quia vtrobique eadem calumniandi, liteſq; indebite protelandi ratio. *L. 2. §. ſi abfuerint. C. de juram. propr. calum. L. rem non novam C. de jud. L. 13. §. 13. de dam. infect. c. 3. 4. & 6. de jura. cal. c. tibi Domino. diſt. 63.* Gail. *1. obs. 8. n. 1.* Treutl. *diſp. 21. θ.* Schenck. Baro. *2. progym. 8. Cap.* Tholos. *q. 225. nu. 3.*

Specialis ratio quod procuratores per litis conteſtationem fiant Domini litis *L. neque 11. C. de procurat.* etiam in Advocatis verificari poteſt, quia vtriq; ſunt litium patroni. Ergò non malè præſtabunt ea quæ ad litis expeditionē ſpectant, imo Advocati melius caluminari & lites injuſtas defendere norunt, quam Procuratores, qui proceſſum dirigunt, & lites differunt. Ergo multò magis de calumnia jurare tenentur. AEquè enim calumniari dicitur, qui litem injuſtam defendit, quam qui eandem indebitè differt *L. quisquis §. præterea. C. de poſtul. L. properando §. ille C. de judic.* Bl. *in L. non ignoret nu. 1. C. de fruct. & lit. exp.*

Abroganda igitur eſt conſuetudo, hoc præſertim malitioſo 12. ſeculo, qua Advocatis calumniæ juramentum remittitur & jus civile in forum reducendum atque conſtituendum vt non ſolum collitigatores, ſed & Advocati & procuratores vnusquisque in propriam, non alterius animam juret, jeiuno ſtomacho, maiore Solennitate atque ceremonia, quam huc vſq; magno Reipubl. detrimento, & pluribus periurijs factum. Litigaturientes enim dum vident per procuratorem juram: cal: præſtari poſſe faciliores ſunt ad jurandum, parum conſiderant aut intelligunt, vt illud juretur, quod lis ſibi iuſta videtur, hoc procurator ſciat, quod quidem juravit nomine tuo, ſed non tuo nomine deſcendet in gehennam *Auct. diſcur.* Vom Juſtitienwerck / *pag. 48. c. honeſtum 16. 22. q. 5. gl. in c. ſacramentum de conſec. diſt. 1.*

Deinde Litigaturientes vt plurimum neſciunt, quid Advocati 13. & procuratores nomine alieno exhibeant, reſpondeant, excipiant: nihilominus in illorum animam juramentum cal: dandorum atq; reſpondendorum præſtatur, ſe veritatem dixiſſe, quam interdum celaverint. Ordi. Cam. *p. 1. tit. 69.* Gail. *1. obs. 79. n. 10. Myn. con. 5. obs. 88.*

Ergo optumum malitiæ Litigioſæ Remedium, vt Litigaturientes ipſi in propria perſona, vna cum Advocatis jurent, nec hi vllo modo excuſentur, inprimis ſi Litigatores ſint ſimplices & rudes, qui parum intelligunt vtrum lis juſta, aut jniuſta, ſatis probatum, nec ne, quæ duo ſunt juramenti capita. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck / *pag. 48. ibi:* Hochnötig daß alle Partheien / die Eyde in eigener Perſon leiſten, ita Francofur: ad Moenum ipſi principales jurare tenentur. Conſtit. Francof. *tit. 26.* Von Satzſtücken vnd Articuln *§. 4. & tit. ſeq. §. 7.* Gilhauſ: *in arb. jud. ram. 3. n. 4.* Quod ſi Litigaturientes ipſi in perſona jurarent, magis de ſalute animæ ſoliciti eſſent, nec tàm facilè ad litigandum

proſilirent. Salus enim animæ omnibus rebus eſt anteferenda. At de hac agitur in juramentis. Ergo cautius procedendum.

14. Vltimum malitiæ Advocatoriæ atque procuratoriæ Remedium publicum, quo pretervitas libido & temeritas, in conviciando, cavillando, injuriando coërceri & refrenari poſſit, eſt ſevera pœnæ irrogatio, opinionis diminutio, & infamiæ nota, maximè ſi coram judice fiat. Speckhan. *cen. 2. claſſ. 4. q. 40. per tot. L. 6. de poſtul. arg. L. quæſitum 78. §. cum vir. 6. de legat. 3.* vbi Paul: modeſtè quæſtioni controverſæ ſine vlla contradictione acquievit. Cuia. *12. obs. c. 9.* Ord: Cam: *pag. 1. tit. 23.* ſollen ſich Aller Schmehwort / Schimpffredens vnnd Vnzüchtigen Gebärden enthalten. F. Braunſchweigiſch Hoffgerichts Ordnung. *tit. 8. § 10.* ſich gentzlich euſſern / Hönlich / Vnbeſcheiden oder ſchmähliche Wort fürzubringen / bei ernſtlicher Straff.

15. Ratio quia eiuſmodi Advocatorum cavillationes magis impediunt lites quam expediunt, Dienen mehr zu verbitterung der Sachen / Dann zu Abſchaffunge derſelben vt ordinat: Brunsvic: *c. 7. §. vlt.* loquitur.

Imò vaniloquas horum linguas præcidendas eſſe ſcribit Bernhart. *lib. 2. conſid. ad Eugen.* quem refert Schonborn. *lib. 3. pol. c. 41.* Mitiori tamen Remedio prius vtendum vt judex ob clamorem, acerbitatem, & aſpergines Patronos aut litigantes, *obiurget, & compeſcat*, quod facere poteſt, ſecundum Dd. *in L. vlt. de hæred. inſt.* ſicut & iniuriantes ſe invicem ſtatim in conſpectu arbitrariè punire. Dd. *§. atrox. Inſt. de iniur.* Aug. *L. prætor. §. fin. de iniur.* Iac. Belvis. *in pr. crim. rub. de iniur. n. 88.* Alex: *cons. 203. vol. 1.* Crav. *conſ. 98. n. 11.* Lancell. *de offi. prætor. tit. de iniur. n. 29.* Hoc ſi aliquoties fieret, lites certè aut minuerentur, aut cavillationes omitterentur, vti fieri deberet, *quia* per iniurias pub. pax & privata quies contra bonos mores turbari ſolent: An: Teſsau. *dec. Pedi. 18. in pr.*

16. Sed ad hoc remedium, vt infamia irrogetur, definitiva opus eſt ſententia, non objurgatione, comminatione aut programmate, quæ ſententiæ appellatione minimè continentur. *L. 1. de his qui not. inf. L. 3. §. ſed ſi non conſtet. vbi pup. educ. deb. L. tutor. §. ſi deponi de adminiſt. tut.* Quodſi judex interlocutionibus, admonitionibus, obiurgationibus & increpationibus, vel adverſus Advocatos vel litigantes vtatur, veram exiſtimationis maculam non irrogat, ſed tantum verecundiam illorum onerat. *L. verbum 16. vbi* Bl. & Sali: *C. ex quib. cauſ. inf.*

inf. irrog. L. interlocutio 19. C. eod. Marq. Freher. *tr. de exiſtim. lib. 3. c. 13. n. 3. & ſeqq. & c. 8. n. 14.* Spech. *d. claſs. 4. q. 40. n. 7.* Et hæc de publicis malitiæ Advocatoriæ atq; procuratoriæ Remedijs: privata verſantur circa lites ipſas, & Advocatorum cum perſonas tum honoraria.

Primum circa lites atque litigioſos proceſſus Remedium eſt, ne recipiant Advocati omnes lites, alias coguntur differre, & producere cauſſas longiſſimè: aut in pluribus Litigijs deficient atque committent furtum operæ iam alijs obligatæ: ſed eas lites recipiant, quæ revera & conſcientia ſua ſint iuſtiores & probabiliores. Expedit enim paucas lites benè agere, quàm multas male defendere, & in infinitum protrahere. Spec: *de off. Advoc. n. 14.* Carbon. *de reſtit. q. 51.* Ioh. Pet. Ala. *de Adv. Chri. p. 1. q. 33.* 17.

Secundum circa lites ipſas Remedium eſt, vt Advocatus quam primum ſentiat litem eſſe iniquam, eandem deſerat. *L. rem. non novam. 14. §. patroni. vbi* Bl. notat, quandocunque dicit Advocatus & læſam habere conſcientiam, ex litis improbitate poteſt à patrocinio deſiſtere. *C. de judic.* Specul. *de ſalar. Advoc. n. 1.* Ratio, quia in ſcelere præſtare patrocinium, & legibus, & ipſi naturæ contrarium, *L. omnes 6. C de def. civ. c. 1. de form. fid.* & culpam deprehenſam pertinaciter tueri, altera eſt culpa, vt Fab. inquit. atque rem manifeſtam inficiari, augentis erat crimen non diluentis. Plin. *in Ep.* Tiraq. *tr. de pæn. c. 30.* Quod obiiciunt Advocati litem juſtam ſæpius effici iniuſtam, & è contra, nec Advocatum divinare exitum judiciorum, vt in ſpecie notat Sig. Scacc. *in pr. c. 64. n. 5.* quod an verum ſit dubitat Ioh. Pet. Ala *tr. de Advoc. Chriſt. p. 1. q. 24.* Nec immeritò, quia lis juſta iniuſta fieri nequit, niſi cavillatione malitioſa, vbi conſiderent Advocati loco Remedij, peccare in Spiritum ſanctum, qui ſcienter defendunt lites iniuſtas lac: Benius *tr. de privileg. Dd. privil. 71 n. 32.* 18.

Admoneant ergo clientes, vt à lite iniuſta deſiſtant, aliàs teneantur ad litis expenſas reſpectu tàm conſcientię, quàm ſumptuum *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck / *pag. 93.* Lud. Carbon. *tr. de reſtit. q. 51. verſ. tertium dictum.* Ala. *d par. 1. q. 25.* nec protrahendo litigatores ad compoſitionem malitioſè cogant. Alb. *in l. rem non novam n. 2. C. de jud.* Ant. Gales. *tr. de exer. juriſp. lib. 3. n. 13.* Viviz *dec. 123. n. 10.* Si ſcilicet certi de iniuſtitia: quod ſi Lis ſit dubia poterunt conſulere compoſitionem. Caccialup. *tr. de Advoc. q. 4. verſ. 3.* & viſâ facti claritate tutò 19.

clientem ad litem ſubeundam inducere poſſunt. *L. 1. de teſtam. ſpec. de prepa. jud. lib. 2. n. 4.* Magon. *de patroc. ratione. c. 7. n. 30.* Vnde recte diſtinguunt advocati inter lites juſtas, iniuſtas, dubias, cum Pet. Alá *de Advoca. Chriſt. p. 1. q. 24.*

20 Quod ſi juſtam litem foveat Advocatus, poterit adverſarium collitigantem comminuere cum malitiâ, eumq; circumvenire, vt ſuccumbat in lite. *gl. in c. Omnes. 23. q. 2. c. nullus. verſ. amplect. 4. q. 4. Dec. in L. ea eſt natura cavill. 65. n. 3. de Reg. jur.* Boſs. *in pr. crim. tit. de reſponſ. à REO faci. n. 21.* Myns. *3. obs. 6.* Imò Advocato juſtam cauſam foventi licet allegare jura non multum efficatia, qua judex leviter doctus moveri poſſet rationibus etiam non concludentibus. Ioh. And. *relatus à Pan. c. per tuas. n. 6. qui fil. ſint legit. vbi* Ancho. *not. 7.* Ioh. Pet. Ala *de Adv. Chriſt. p. 1. q. 30.* Ordelaph. *ad L. fin. n. 38. de R. V.* ſocin. jun. *conſ. 143. n. 5. lib. 3.* Corn. *con. 74. n. 1. lib. 4.* Gozzad. *conſ. 96. n. 8.* An: Mar: Corat: *lib. 1. opin. tit. 6. n. 52.*

21 Videant Advocati, qui hoc Remedio vtuntur, collitigantem cum malitia decipiunt, & judicem movent, imò commovent vt in mala lite bonam ſententiam obtineant, quomodo defendant & venditent pro magiſterio es ſey ein Meiſterſtuck/ nobis præſentiſſimum circa lites, litigioſos proceſſus Remedium videtur, vt Advocatis omnino interdicatur allegare jura, ſ: informare judicem in jure, & demonſtrare ex corpore juris, gl: aut interpretibus, quid de lite judicandum, Hoc ægrè ridiculum & inconveniens, ac ſi ægrotus Medico curam præſcribere vellet ex Galeno, Hippocrate & alijs. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck/ *pag. 26.* Allegationes enim juris non ſunt pars actorum, ita vt aliquando ad acta poni denegatum fuerit in Camera. Gail. Scipi. *lib. 4. dec. 108.* Keller. *lib. 2. de off. jur. prol. c. 25.*

22 Quod vtinam hodierno ſeculo in omnibus judicijs fieret nec allegationum plauſtra in generalibus Brocardicis adferre liceret, & proceſſus brevior redderetur, & lites citius terminarentur. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *d. p. 26. 47. 86. & 90.* Factum allegent & diſputent Advocati, jus quod ex facto oritur judex ipſe ſcire debet. Nec obſtat huic Remedio, quod Iudex allegationes non audiens de dolo teneatur Ang: *in L. ex maleficijs §. ſi judex: d. O. & A.* Ioh: Bapt. Magon. *de patroc. ratione. c. 5. nu: 21. per text: in Ord: Cam. part. 5. tit. 40.* Daß gemeine Recht ſo auß Vorarticulirter that fleuſt anzuziehen/ in primis quando judex eſt imperitus Myns. *cen. 5. obs. 88. n. 6.* ſed additur in ordinatione.

Doch daß er die Rechte nicht vberflüſſig allegire / Damit dem Wider Part zu Diſputiren vnd Cavilliren nicht vrſach geben werde. At allegationum plauſtra adducuntur, quibus proceſſus litigioſi longiores, acta prolixa & intricata & lites immortales redduntur. Ergò meritò ſunt inhibenda, & funditus corrigenda. Aliâs ſicut herba quæ exſcinditur horto, relictâ radice, revireſcit longius ac antè: ita ſi certus Advocatis modus in allegando jure præſcribatur, Remedium erit nullum, ſed potius irritamentum priorum malorum. Quod ſi ſimpliciter prohibeatur Advocatis jura allegare, hoc Remedium erit efficax, & optatum ſortietur finem, abbreviationem ſcilicet & litium & litigioſorum proceſſuum. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 87. & 90.* Myns. *cen. 5. obs. 88. nu. 6.* idque ſervari in curijs Galliæ, vbi dicunt Advocatis jura allegantibus: Venite ad factum: Curia ſatis intelligit jura, teſtatur, addens: ſed hoc in Cam. Imperiali non ſervatur & fortaſſis malè.

Sin minus, ſaltem cum temperamento jurium allegationes fiant. 23.
Quamvis enim Advocatis frequentiſſimum & facilimum hodierno ſeculo, imò & Notario parum ſcienti ex repertorijs, locis communib. & alijs allegationum plauſtra conferre: Tamen maximæ pernitiei & temeritatis eſt, vt ait Molin. *con. 10. num. 15. tom. 3. vari. Germ. ICt.* quem refert An. Knich. *in ep. dedic. Tract. de ſub. & reg. territ. jure.* Nec in hoc conſiſtit Advocati prudentia. Sim. de Præt. *in proœm. tr. de vlt. vol. interp. nu. 22.*

Tales advocati, procuratores, Notarij imitantur aves & oves, cum ſatius foret adire loca in quibus aliqua concluſio firmatur. Nam ſi Auctores ipſos adirent, aut locos diligenter in ſpicerent, ſæpe eos ſilentio præterirent, vel quia id non dicerent, ad quod allegantur, vel ſi dicerent, in adeo diverſis loquerentur terminis, vt ad rem ſive litem, quam eorum auctoritate probare conantur, nihil omninò facerent, vt *inquit* Ioh. Bapt. Aſin. *in jud. pr. par. 2. §. 1. cap. 89. nu. 24.* Hic ſubordinatum Remedium, vt falſi pænam incidat, qui falſas LL. aut Dd. apoſtillas allegat. Bl. *in L. ſi quis lat. 33. ad L. Corn. de fals.* Ioh. Bapriſt. Magon. *de recta patr. rat. c. 3. nu. 11.* Ergò ſicut in alijs, ita in 24.
allegando jure opus eſt temperamento, quia nauſeam facit accumulatio allegationum, pro vulgato quodam dicto ſ. regula facta, vbi ſufficicit ſolam legem probantem allegare, cum vulgatum etiam ſinè allegatione legis. Ripa. *in L. Eadem 4. §. Cato. nu. 7. de V. O.* Quod ſi plures ſint LL. concordes, ſufficit etiam vnam allegare. *per*

L. ſi quis obrepſerit ff. de lege Cornel. *de falſis vbi.* Marſil. *num. 7.* Nicol. de Neap. *in L. ſcirè §. f. de exe. tut.* Rip. *c. inter cæt. in f. de reſcript.* aut Reg. generalem. *L. quoties §. ſed etſi de hæred. inſtit.* Sed his deficientibus tot auctoritates allegandæ, quot inveniri poſſint concordes. *L. Divi §. pen. de jur. pat.* Ad. Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 25.*

25. Sed ad quid proderunt Advocati & ICti, forſan quis obijciet, ſi non liceat allegare jura, & in vtramque partem ad nauſeam vſque diſputare ſ: cavillare. Facti ſpecies cum omnibus circumſtantijs diligenter proponenda, & imprimis eò collimandum, quomodo à collitigatore negatum probari debeat: quænam ſit actio inſtituenda, & vtrum affinia Remedia habeat: quænam actionis requiſita, & quomodo verificari poſſint. Hoc tam difficile erit, quam farraginem allegatorum huic inde colligere, & malè facto accommodare, imò ignorare, quænam ſit actio inſtituta. Ita mundus vult decipi ab Advocatis luxuriantibus allegatorum multitudine. *Auct. diſcur.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 93.* Hæc de luxurioſa jurium allegatione coërecenda, vti neceſſario litium abbreviandarum malitięque expellendæ Remedio: Reliqua circa Advocatorum cum perſonas tùm honoraria.

26. Quod ad perſonas Advocatorum Procuratorum Sollicitatorum, primum eſt Remedium, ne quivis admittantur rabulæ loquentes non eloquentes, pravi non gravi, tabifici non pacifici, juvenes non ſenes, litium confuſores, ſed honeſti, probi, docti viri, examinati & jurati jurium DD. aut Licentiati, non paſtores Rectores, opifices redemptores litium, & eiusdem farinæ homines cum ſuis brodijs, dicebam productis; Indocti enim ſub nomine Advocatorum non complectuntur *gl. & Br. in L. 2. de poſtuland.* Ab. *in rub. ext. eod.* Rol. à Valle. *cons. 36. nu. 7. vol. 3.* Nec imperitus poteſt eſſe advocatus Zas. *cons 76. nu. 7.* Imò indocti, qui vocantur Aſini auriti, removentur. Add. ad Leop. Dick. *tit de Advoc. fol. 91.* Fr. Vivi. *dec. 190. nu. 46.* Rutg.

27. Ruland. *de Commiſſ. p. 1. lib. 1. c. 13. nu. 5.* Ergo Advocatum oportet eſſe literatum atque juris notitiam habere. *gl. in L. 2. C. de poſtulan.* Dec. *in c. ſi ſcripturam nu. 69. de fid. inſtrum.* Lud. Roman. *ſing. 15. n. 4.* Damhoud. *in pr. civ. c. 124. n. 27.* Iohan. Bapti. Magon. *de rect. patro. ratio. cap. 3. nu. 10.* quem tria deceant ornamenta, honeſtus induendi habitus, congrua dicendi oratio, fidelis & conſilij & patrocinij præſtatio. Vnde Advocatus in conſilio debet eſſe cautus, in patrocinio fidelis,

fidelis, in judicio juſtus, quoniam de talento ſibi credito tenetur reddere rationem. Specul. *in §. fin. col. 2. de adv.* Schneide. *pr. inſt. de interd. num. 22.* Cagnol. *in L. 2. nu. 212. de orig. jur.* Lan. Polit. *tit. de offic. Advoc. c. 1.* Archi. *in c. non licet. 11. q. 1.* Veſtitus ſit togâ è colore nigro, qui vt variari non poteſt: ita mentem Advocati oportet eſſe immutabilem atque invariabilem circa lites tractandas. Ioh. Baptiſt. Magon. *de proc. rat. cap. 3. nu. 51.* Pier. Valerian. *in hieroglyph. lib. 12. de columb.* Luc. de Penna. *in L. 4. C. de veſtib. holoſer. lib. 11.*

Huc facit Remedium, quod oculatim & maturâ præmiſsâ deliberatione Advocati debeant formare libellos ſive primas petitiones: item quod cavere debeant curiam intrantes, quantumcunque ſint magni juriſtæ, ne ſuo capite in principio hanc artem libellandi & articulandi aſsumant, ſed antiquis Advocatis aſſiſtant, vel ſecum habeant Procuratores expertos Muſcatell. *in pr. pag. 5. nu. 8.* narrent apertè, proponant diligenter, concludant acriter, confirmant ſolidè, nec fundant verba ſicut capra ſtercora, vt aiunt Peruſin. *teste* Ang. Perus. *in L. vlt. c. de dot. prom.* Tiraq. *in præf. ad L. ſi vnquam C. de rev. don. nu. 117.* Oliba. *de action. p. 1. lib. 1. c. 11. nu. 29.* nec iratum faciant judicem, quod fatuum eſſe dixit Specul. *in §. viro nu. 25. de except. & repl.* Imprimis factum diligenter reſciſcant à collitigaturis, quia minima facti mutatio multum momenti habet. Graff. *lib. 3. dec. aur. cap. 8. num. 8. vers. 8. pag. 1.* Ala. *de Advoc. Chriſt. pag. 1. q. 53.* Magon. *de patro. rat. cap. 7. nu. 31.* 28.

Remedia circa Advocatorum ſalaria ſunt, vt evitentur duo extrema 1. ne Advocati affectent quodcunq; lucellum à collitigantibus, & jurisprudentiam reddant contemptibilem. *§. apud vrb. Rom. 3. q. 7.* Vivi *dec. 123. num. 1.* Spec. *de Advoc. §. vtriusq. nu. 15.* alterum: ne immoderata honoraria à litigantibus extorqueant, ſed habeant rationem qualitatis cauſæ & litiganium. Sotus *de juſt. & jur. lib. 5. q. 8. art. 4.* Lanc. Polit. *tr. de off. advoc. cap. 3.* Gul. Rovill. *tr. de juſt. & iniuſt. rub. de advoc. c. 5. nu. 8.* Ludov. Carbon. *tr. de reſt. q. 51.* Memores quod plus operentur BONI mores quam divitiæ. *arg. L. ſcire. 21 §. eos vers. neque faculta. de Ind. & cur. dat. ab his qui jus. dæn. habent. Auctor. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 82.* Quod ſi immoderatum ſalarium à litigantibus extorſerint, teneantur ad reſtitutionem. *arg. §. convent. 2. F. 52. ibi:* illicitæ actiones, Innoc. *in c. quia de immun. Eccl.* Caccial. *de Advoc. quæſt. 4. nu. 8.* Magon, *de patron. ratione. cap. 9. num. 32.* 29.

nu.32.& c.57.nu.16. Pet. Ala.*de advoc. Chriſt.pag.1.q.10.per tot.* Item taxatio fiat juxta facundiam Advocatorum & curjarum conſuetudinem, exceſſus reducatur ad debitam quantitatem *L.1.§.ſi cui de var. & ext.cog.* ibi de 100. aur: Lex enim Cincia, quæ prohibebat pro cauſſis agendis pecuniam accipere ob mores huius ſeculi revocari nequit. Toloſan. *lib. 2. de Repub. cap. 6. num. 29.* Corn. Tac. *lib. 11.* Dignus operarius mercede ſua: Natt. *conſil.326.* Magon. *dec. Flor. 12. nu.4.* modò non gloriæ loco ponant, maximos ſtatosq; reditus ex foro litigioſo habere. Ea enim præſtantis viri virtus eſt, quæ fructuoſa alijs ipſi laborioſa aut certè gratuita. Seign. de Pibrac. *1. remonſt. pag. 9.*

30. Sed hodie judices & Advocati absque conſpicillis ſcripturas videre non poſſunt, vt *inquit* Magon. *de rect. pat. ratione. cap. 8. nu. 13.* imò quærunt & inquirunt, vnde tantum lucri capiant, niſi decipiant, lites procraſtinent, literas obliterent, ſigilla ſugillent, hoc niſi liceat So möcht der Teuffel ein Juriſt ſein / *inquit Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 94.* Ergo Advocatus qui ſuas non litigat, alienas propinquorũ cauſas exagitat, diſſidendo, litigando lucratur, qui mendicaret, ſi quietiſſimè omnes viverent. Roder. Zamoren. *in ſp. vita hum. lib. 1. cap. 18.* vbi paucis dicit, deeſſe lites, *ſi deſint,* qui lites capiant, atq; ſollicitent: imo tales Advocati ſunt *ipſius Diaboli* mancipia, quæ lites alunt. vt ſua farciant marſupia, & Litigaturientes denudent: & ita corruptio vnius eſt generatio alterius. Quod ſi nuncio minimè liceat per ambages plura miliaria conficere, vt plus pecuniæ lucretur, & omnes judicabunt Advocati, nec ipſis licebit longiorem proceſſum inſtituere, vt magis magisque lucrentur, per Reg. quod tibi non vis fieri alteri ne feceris. Honorarium ſive ſalarium à collitigantibus debetur, quod Advocatus & Medicus poſſunt à ſagacibus ſpontè dantibus pinguius recipere, ſecundum illud: accipe dum dolet. Pantaleo *in L. 2. col. 45. C. de reſc. vend.* Neviz. *lib. 5. Syl. nup. n. 97.* Rep. *de peſt ch. 81. n. 125.* Magon. *de patroc. ratione c. 8. n. 41.* nam ægroto reſtaurato & lite concordatâ, nihil curant ſolvere.

31. Interim temerarium puto victoriam litis cuique Litigaturo promittere, & palmarium recipere, vt quidam Advocati nimis audentes faciunt, attentis tot contrarijs quibus juſtum judicium pervertitur. Richar. *diſt. 4. art. 1. q. 1.* Magon. *d. c. 8. num. 56.* Non enim Leges, ſed Legibus abutentes, qui ſunt legiſtæ, lites nutrire & educare

perſpicuum

perſpicuum eſt, qui vt naſcantur lites, ſpem victoriæ victis promittunt, adducentes innumera fallaciarum repagula & aſtutiarum obſtacula, ſecundum Policratum: & ita cauſas ipſas gignunt, litigia ſuſcitant, controverſias fovent, imò movent atq; nutriunt, vt inquit Roder Zamoren. *in ſpec. vit. human. lib. 1. c. 18.* allegans Ambros: vt qui non poſſit alteri litigantium ſubvenire, niſi alter lædatur, commodius ſit neutrum juvare, quàm alterum gravare, & æquo animo ferre, judicem pronunciaſse quod ſibi juſtius fuerit viſum, exemplo Pauli *in L. quæſitum §. cum vis de legat. 3.* Iac. Benius *tr. de priv. Dd. princ. 86.*

Vnde nonnulli ad acerbum litium abbreviandarum Remedium proſiliunt, vt Advocati, procuratores, notarij parcius abhibeantur, quia ſi deſint Advocati, ibi cauſæ & litigia deerunt: vbi verò Advocatorum turba ſtrepit, ibi litium anfractibus, tota civitas ardebit, nec domus aliqua à litigio vocabit, inquit Ioh. Bapt. Magon. *de rect. patr. ratione pag. 1. cap. 11. num. 9. &* Bodin. *lib. 5. de Republ. cap. 1.* refert, Ferdinandum non miſiſſe Advocatos in Indiam, ne litium ſemina mitterentur. Roder. Zamoren. Hiſpan. *in ſpec. vitæ hum. lib. 1. cap. 18.* ait ſe vidiſſe populatiſſimas in Germania civitates, vbi pauciſſimæ lites fuerunt, quia Advocati defuerunt, & ſibi cauſam quærenti reſponderant, cum riſu: vltimam eſſe litem primæ. O felicem eo tempore Germaniam? hoc ſeculo plus Advocatorum quam corvorum: plurimi quidem plerumque non litigarent, ſed potius iniuſtè paterentur, niſi Advocatorum pronitas adeſſet, qui vincere litem pollicentur. Plures periêre armorum fiduciâ, quam penuriâ: tolle frenetico arma, præſtabis & vitam: tolle cupidis litigandi miniſtros, ſimul tolles & lites Roder. Zamoren. *d. lib. 2. cap. 18.* vbi arbitratur minus pernicioſum quoſdam iniuſtè opprimi, ob defenſionis, advocationisque defectum, quàm plurimos, ipſam Rempub. eiusque quietem tot tantisque vt cernimus litium perturbationibus concuti atque ſubverti. Magon. *de rect. patr. rat. pag. 1. cap. 11. n. 10.* 32.

Sed hoc Remedium nimis acerbum eſſe putamus, quia Advocati officium eſt publicum, & humano generi non minus proficuum, quam malitia, modò abſit malitia. *L. advocati 14 C. de advoc. div. jud.* Caſſiod. *epiſt. 12.* quid dignius Advocationis officio? licet hodie plus ad ſubverſionem veritatis, quàm lucidationem juſticiæ exerceatur. Magon. *d. par. 1. cap. 6. n. 18.* imò Zamorenus ipſe *in ſpec. vitæ hum.* 33.

lib. 1. cap. 17. ait, quòd advocati ad lites inter homines dirimendas, amicitiam, atque ipſam Rempubl. augendam inſtituti ſint. Ideo enim inventum eſt advocationis officium, vt Litigaturis ſuccurratur, qui ſuum tueri, & cauſam dicere ignorant. Menoch. *lib. 2. art. cas. 369. con. 4.* Vnde Advocationem reprobans, maiorem defenſionis partem denegare videtur. Cacher. *dec. G. n. 13.* Ergò maximè nobile, laudabile atque honorabile eſt Advocatorum officium, qui glorioſæ vocis confiſi munimine, in laborantium ſpem, vitam & poſteros defendunt. *L. advocati C. de adv. diu. judi. L. 1. §. poſtul. de poſtul.* Magon. *p. 2. cap. 1. ex vale, Max. cap. 9.* Cagnol. *in L. 2. §. poſt. orig. nu. 215. de orig. jud.* Borg. *dec. 41. pag. 1. Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck/*pag. 82.*

34. Hæc Remedia partim communia ſunt Advocatis & procuratoribus, quia vtriq; cauſſarum patroni nuncupantur. *L. ſancimus C. de adv. diu. jud. L. nec quisquam. §. obſervare, de off. præs. L. 1. §. ait q.ſ. de poſtul.* Polyd. Ripa. *tr. de act. in art. mor. cap. 15.* Spec. *in §. nunc de proc. tit. de Sala. n. 3.* Magon. *de rect. pat. rat. pag. 2. n. 1. n. 4. & 14. L. 11. §. advoc. de var. & extat. cogn. c. Roman. §. neque etiam de for. comp. in 6.*

Specialia circa malitiam procuratorum, ſollicitatorum, notariorum Remedia ſunt. 1. vt procuratores pauci, legales, idonei, conſtituantur, qui proceſſum formalem ad juris ordinem ſervandum aſſumant, proſequantur, & ſententiam expectent, nec tantum protocolla, ſed integra habeant acta. Iodoc. Damhou. *in pr. rer. ciu. cap. 85. n. 3.* Magon. *d. par. 2. cap. 1. n. 21. & cap. 3. n. 11.*

Vnde Damhoud. *in pr. rer. civ.* quem allegat Magon. *de par. 2. cap. 61. n. 4.* tertium litium abbreviandarum Remedium apud ipſos Advocatos & procuratores conſiſtere arbitratur, qui litibus aut inchoandis, aut abrumpendis, aut cito terminandis breve, ſi vellent, compararent compendiùm, & præſentaneum huic Reipubl. malo adferrent Remedium, quod vt faciant ex animo vtque ſuorum juramentorum & ſalutis dignam rationem habeant, eosdem iterum atque iterum rogo, & per omnia ſacra obſecro intentiſſime. Hæc Damhoud.

35. Malitia procuratorum, ſollicitatorum, Notariorum conſiſtit aut in verbis, aut in factis, aut vtrisq;, quib⁹ ſi remedium adhibeatur, litigia ceſſabunt. Ioh. Bapt. Magon. *de patroc. p. 2. c. 4. nu. 19. & ſeqq.* vbi aliquot prædictorum calliditates detegit: & Luc. de Pen. *in l. quemadmodum c. de agri. & cent. lib. 10.* accumulat 223. modos præſumendi

ſumendi dolum, quem refert Hier. Magon. *dec. Luc. 43. nu. 5.* adde Decian. *con. 19. num. 17. lib. 1.* Meuoch. *de re poſſ. remed. 15. num. 135.* Quamvis malitia & dolus Litigioſus potiſſimum in animo conſiſtat, per Exteriora tamen detegitur. Gal. Caſſado. *dec. 7. nu. 8.* & ars loquendi dicitur ad decipiendum. Alb. *in L. juris g. §. dolo de pact. L. orphanotroph. C. de Epiſ. & cler.* Ergo nullum certius Remedium quam pœna ſeverior, quibus procuratorum malitia coërceatur, pecuniaria, diminutio opinionis & arbitraria.

Quod ſi procurator calumnioſam litem nomine Domini inſtituat, ipſe & non Dominus in expenſis condemnetur, niſi ſpecialiter mandaverit. *L. non eſt ign. C. de adminiſtr. tut.* Br. *in L. 1. §. ſi procurat. vers. ex prædict. nu. 5. ſi quis jus dic. non obtemp.* Ordelaph. *ad L. fin. nu. 104. de Rei Vind.* In Camera procurator litem protelans puniri poteſt duabus libris auri. Caſp. Guili. Scipio. *lib. 4. dec. 110. & habet in ordin. par. 1. tit. 13.* ne advocati & procuratores plures ſuſcipiant lites, quam peragere poſſint: Sed vt ſervetur: Deus novit, adde Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. cap. 29.* 36.

Huic ſuccedit aliud Remedium, vt numero & perſonis Cauſſidicorum reformatis ceſſet litigij tarditas, aut ademptâ litigandi occaſione, officium ſpontè relinquatur, numerus ad certam ſapientiorum claſſem redigatur, ſublatis illis, qui impudentiâ, & ſpe lucri accurrunt ad hoc litigandi exercitium, licet aptiores ad arma, ſtivam, aut mechanica, quàm judicia ordinanda, & defendendas hominum lites, quorum malitia ceſſantè, ceſſabit cumulus & tarditas litium. Giov. Anton. Palazzo. *par. 4. del. gover. di ſtato c. 14.* ſed quota pars cogitat advocati & procuratoris officium eſſe periculoſum? teſte Tiraquello. *de ret. lign. §. 1. gl. 9. nu. 267.* & monente Car. Borromeo, maximè in Republ. advertendum circa militiam, mercimonium, magiſtratus, advocationem, procurationem. Ioh. Magon. *de patroc. pag. 2. cap. 61. nu. 5.* 37.

Hoc officium cum ſit grave, & homines ſpontè ad id accurrant, manifeſtè teſtantur, in ſe veritatem minimè reperiri, ſicut artificia cum nimis atque nimis accreſcant, materies deficit, & abuſus introducitur ab artificibus pauperioribus, Remedium: ſi pauci & non omnes indiſcriminatim admittantur, ſed digniores eligantur, electi publico alantur ſtipendio, & ita litigaturientium intemperantia, atque libertas lucri privati coërceatur, quo veritas occultatur; & 38.

innocentia ſuperatur injuſtitiâ. Giov. Anton. Palazzo. *pag. 4. del governo diſtato c. 14.* Cogitent advocati quoties litigant, toties ſe in diſcrimen vocari famæ, exiſtimationis, fortunarum. M. Iacq. Faye. *la. 6. remonſtr. p. 227.* Clamoſi, ſtrepitoſi, & rabioſi rabulæ omninò litigijs arceantur, quia nihil rectè geritur, ſi cum CLAMORE lis vincatur. *c. Oſiur: de elect. & L. fin. C. de ſtud. lib. 11.* Bl. *c. licet not. 3. de tranſl. epiſc.* Magon. *d. par. 2. cap. 46. nu. 2.* Cato. *quem refert gl. in L. 1. de alien. jud. mut: cauſa fact.*

Contra verboſos verbis contendere noli.

Duo notanda ſunt q.ſ. Remedia circa verboſitatem Advocatorum, 1. ne in lenticulam vnguentum infundant, neque paruo pedi magnum calceum induant. 2. vt verba rebus, non res verbis inſerviant. M. Iacq. Faye. *la. 2. remonſt. pag. 153.* Nervus eloquentiæ ex ſcientia & cognitione efflorescat oportet. Πάντα νέαν ἀκρίβης μελέτη.

Cui lecta potenter erit RES
Nec facundia deſeret hunc, nec lucidus ORDO
Verbaq; prævіſam rem non invita ſequentur.

Imò judex verboſis procuratoribus atque notarijs Den Zungendreſchern ſilentium imponere, & advocationis officium interdicere poteſt. Ioh. Baptiſta. Magon. *de. rect. pat. ratione. pag. 2. cap. 46. nu. 5.*

39. Eadem lucrandi aviditas cognoſcitur circa ſcripturas Advocatorum, procuratorum, notariorum, quæ vulgò producta, vidimus, inſtrumenta, atteſtata, interrogatoria dicuntur, & adeò longà verborum farragine protrahuntur, vt à cliente magno & longo foliorum viſo apparatu, maximum putante laborem, maius ob id exigant emolumentum, & ſcriptori majorem lucrandi præbeant cauſam. Magon. *d. pag. 2. c. 57. nu. 8.* Hæc enim productorum prolixitas, vel ex inhiatione turpis lucri, vel aliquando ex oſtentatione, vel ex malitioſa litis protelatione eorundem provenit, vt *inquit* Rutg. Rulan. *tr. de Commiſſ. pag. 1. lib. 2. c. 20. nu. 2.* Gail. *lib. 1. obs. 95. in pr.* vbi conqueritur Advocatos in generalibus interrogatorijs aliquot paginas complere, non ſine producentis ſumptu & judicis tædio: idem conqueritur Ioh. Bap. Magon. *d. cap. 57. nu. 8. & 9.* addens, quod in multiloquio ſit confuſio. *c. etſi Chriſt. de jureju.* Oldr. *con. 17. col. 6.* contra nonnullos invehit, qui longam volunt ſcripturam, cum non debeamus in ſermonum folijs gloriari. *c. Melchior. 1. q. 1.* Magon. *d. c. 57, num. 16.*

nu. 16. & ſeq. vbi lineas 4. & dictiones 2. pro linea impingi conqueritur, maximo litigatorum damno. Hæc facili Remedio præcaveri, & lites abbreviari poſſent, modò ſuperflua reijcerentur, & Advocati, procuratores, notarij, propterea punirentur, *arg. eorum quæ tradit gl. in c. præſens §. teſtis de teſtib. in 6.* Lancellot. *de off. prat. de interrog. n. 1.* Bl. *in l. teſtium n. 11. C. de teſtib. L. 9. §. circa adv. de off. proc.* vbi concinnatores litium puniendi. Tholoſ. *2. de Rep. cap. 6.* Idem judicium de Notarijs, quorum multiplicatio lites multiplicat, ſicut enim bello, non militum numerus, ſed capitanei virtus, & paucorum valor attenditur; ſic in Litigijs multi Notarij retardant proceſſum. 40
Giov. Ant. Palazzo *par. 4. del governo de ſtat. cap. 14.* præſertim rudiores, & malè ſcribentes, qui creari non deberent, quia ob malam ſcripturæ intelligentiam, aliquando litigandi præbent cauſam Ioh. Bap. Magon: *de patro. ratio. pag. 2. cap. 57. n. 19. 27. & ſeqq.* vbi cauteloſas ſollicitatorum quorundam malitias refert, quibus Litigantes & procuratores divexant. Neviz. *in Syl. nup. rit. quomodo jud. in du. num. 97. amp. 7.* tales extorſionum, & barratariorum lenones appellat. Huic Notariorum multitudini Remedium abhiberetur ſi litium occaſio protinus tolleretur, & otioſi Notarij, ad aliud vitæ genus neceſſariò cogerentur, & pro calamo chlamydem induerent. Palazzo *d. par. 4. del gouer. de ſtato. cap. 14.*

Iudicium olim erat actus trium perſonarum, judicis, actoris, 41.
rei: nunc revera eſt confuſio perſonarum, Advocatorum, cauſſidicorum, ſollicitatorum, notariorum, ſacculariorum & ſimilium, vt inquit Palazz. *d. cap. 14. &* Ioh. Damhoud. quem refert Bap. Magon. *de rect. patr. rat. pag. 2. cap. 67. n. 4.* Ergo Remedium neceſſario adhibēdum, ne Comites Palatini ſuis abutantur comitativis, & omnes admittant ad publicum tabellionatum, etiam qui neſciant principia linguæ latinæ, vt inquit Ioh. Petr. Ala. *tr. de adv. & cauſ. Chriſt. pag. 2. extr. 4. inf.* ſed paucos, legales, idoneos, habiles, qui in gravioribus adhiberi, & omnia benè notare debent, vtpotè tortura & alijs actibus litigioſis, Gomez. *tom. 3. var. res. c. 13. num. 6. verſ. optimum conſilium.* Clar. *§. f. q. 64.* Menoch. *2. aa. 11. qq. cap. 340. n. 10.* Farin. *de ind. & tort. lib. 1 tit. 5. tit. 5. q. 37. n. 140.* vti vidi privilegium originale Illuſtriſſimo cuidam Germaniæ principi datum à Carolo IV. anno 1358. triginta duntaxat notarios ſeu tabelliones & judices ordinarios creandi. Hodiè vel tercentos facerent Agyrtæ quidam inutilia judicio-

rum pondera, litium ſuſcitabula, ita vt nullus ferè pagus, qui non notarium, ſeu potius notarum trium hominem alat, abſit iniuria dictis.

42. Quod ſi Notarius clauſulas inſuetas, & litium genitrices inſerat, aut à teſtatore relinqui quid in teſtamento inſtet, aut aliud malitioſum tentet, judicis arbitrio puniatur, & accepta reſtituere tenetur, per ea quæ tradit Menoch. *lib. 2. arb. jj. qq. cas. 395. n. 3. cent. 4.* Magon. de patro. rat. *pag. 2. cap. 57. n. 39.* Ala. *de adv. Chriſt. q. 68. arg. L. 1. ſi quis aliq. teſt. prob. L. 1. C. d. SS. eccleſ.*

Remedij etiam loco foret, ſi certa mercedis recipiendæ quantitas pro quolibet inſtrumento in dies confici ſolito conſtitueretur, vt innuit Bap. Magon. *de rec. pat. rat. p. 2. cap. 57. n. 36.*

Vltimum denique Remedium eſſet, ſi Advocati, procuratores, notarij, collitigaturos in malis cauſsis non alerent, ſed mox deſererent, imò potius ab vlteriori progreſſu diſſuaderent, quàm accenderent, pauciores hodiè intentarentur lites, ex quibus tot pullulant mala: ſed o nos miſeros; ſic paſſim litibus fora perſtrepunt, vt litigare, nunc quotidianum videatur factum opificium, teſte Damhoud; quem refert Ioh. Bapt. Magon. *de patr. rat. p. 2. c. 61. n. 4.*

Hæc de Remedijs circa malitiam Advocatorum procuratorum, ſollicitatorum, notariorum.

CAPVT VIII.

DE Remedijs litium contra FALSITATEM, mendacium, & Simulationem.

SVMMARIA.

1. *Indagatio veritatis lites expellit.*
2. *Veritas inquiri, falſitas explodi debet, rationes.*
3. *Sine Veritate lis juſta, quia eſt vna.*
4. *Dicta Veritatem colendam indicentia.*
5. *Conſpectus Dei veri falſos litigantes terreat.*
6. *Indagatio Veritatis eſt litium remedium.*
7. *Tormentorum remedium pro veritate improbatur.*
8. *Idem Remedium certis medijs defenditur.*
9. *Pœna litigatorum vt veritatem dicant.*
10. *Veritas odium parit, quomodo intelligendum.*
11. *Omne verum neceſſariò ſequendum.*

12. Index

12. *Iudex ſecundum probata lites dirimat.*
13. *Veritas foro tribuitur, & judici tenenda.*
14. *Iudex ſecundum conſcientiam & veritatem judicat.*
15. *Rationes huius ſententiæ adferantur.*
16. *Conſcientia legibus inſtructa eſt ſequenda.*
17. *Iudex notorÿ non allegati rationem habet.*
18. *Veritas inſtar ſolis latere nequit.*
19. *Advocati moneant litigantes ad veritatem.*
20. *Vulgus opinionem veritatem ſequitur.*
21. *Lites per veritatem ſunt examinandæ.*
22. *Ignoratâ veritate veriſimile eſt amplectendum.*
23. *Veritatis Oſores quot reperiantur.*
24. *Veritas remotis litibus triumphabit.*
25. *Reſcriptum per falſitatem non tenet.*
26. *Teſtis litigatores decipiens punitur.*
27. *Eiuſmodi litigatorum deceptor mitius puniendus.*
28. *Creſcente malitiâ, litigioſum mendacium puniatur.*
29. *Mendacia in litigioſis proceſsibus impunita.*
30. *Delinquens in judicio puniatur.*
31. *Et lingua & opera litigia ſunt punienda.*
32. *Falſus litium teſtis capitaliter puniatur.*
33. *Falſitas litigatorum difficulter notatur.*
34. *Mendacium & eius cogitatio puniantur.*
35. *Mendacÿ convictus litigator torqueri poteſt.*
36. *Simulatio in litibus fugienda eſt.*
37. *Simplicitas uti Simulationis remedium commendatur.*
38. *Simulatio ſecundum quid probatur.*
39. *Simplicitas in litibus magis commendatur.*
40. *Inquiſitor litium generalis inſtituatur.*

INTER hæc litium abbreviandarum remedia, quæ naſcuntur ex falſitate, mendacio, ſimulatione, primum & præcipuum eſt VERITATIS indagatio, indagatæ conſervatio, conſeruatæ tuitio, quæ ſi præſens vbique adeſſet, plures abeſſent lites, quia VERITAS juſtitiæ conjuncta eſt æquatio rei ad intellectum, ſecundum Philonem. Greg. Reiſch: *de pr. phil. moral. c. 24.* Iohan. Bapt. Mag. *de rect. patro. ratione c. 25. n. 3.* vel ipſa rei exiſtentia, vt ait gl. *in auth. de fid inſt. in pr.* 1.

& in pr. quam ſequitur Alciat. *reſp.301.n.7.* Alex. *con.56.vol.4.* Bl. *cons. 352.lib. 4.* Barbat. *in c. paſcoralis n. 57. de reſcrip.* vbi veritatem viam latam vocat, per quam omnes tranſeunt Germani die breite Warheit ſagen / quod ſi fieret in omnibus judicijs minus litigiorum eſſet.

2. At axioma juris obligatorium, VERITATEM ſemper ſummoperè inquiri & ſervari: FALSITATEM verò explodi debere. Pracejus *lib.7. tit. 2. de vero, ficto, veroſimili.* Keller. *lib. 1. de off. jur. pol. cap. 21.* Ratio: quia in omnibus, & per conſequens etiam in lite, veritas tanquam judicij Domina dominium obtinet, & juſtitiæ mater basis & fundamentum eſt. Corne. *con. 239. vol. 2. arg. §. 1. L. de nupt. l. 2. de adopt.* Deut. 1. juſtum judicium judicate h. e. verum. *c. veritate. diſt. 8.*

Rationis ratio, quòd hominum prærogativa ſit intelligere: ſicut imperfecti hominis nomen ſibi tribuit mendax. Bap. Mago. *de rect. patr. ratione cap. 25. n. 21.* At intellectus in nullo alio conſiſtit niſi in veri ipſius cognitione. Ergò litigaturi, aut lites defenſuri VERUM ſequi debent vt homines. Ariſtot. *Metaph. 1. lib. 2. d. anim & Ethic. 11.* Auguſt. *in Enchirid.* Iohan. Ordelaph. *ad l. fin. n. 362. & ſeqq. de rei vendicat.* Cic. *1. offic.* Lactan. *5. div. viſt:* VERITATEM vocat animæ pabulum. Plato, ſuaviſſimam Orationem quam mens ſemper amplectitur. Ordel. *ad d. l. fin. n. 545.*

3. Deinde vna eſt VERITAS. Ergò ſemper dicenda. *Bald. in l. precibus. nu. 23. Cod. de imp. & al. ſubſtit.* Quod enim multipliciter exponitur, eius VERITAS ignoratur. Ordelaph. *ad l. fin. nu. 377. de rei vendic.* quicquid autem bonum, juſtum, ac rectum eſt litigium, abſq; veritate conſiſtere nequit, ſed ipſum verum eſt, bonum & æquum. Bal. *in l. ſcire leges. de Il. l. ſi fidecom. in f. de leg. 3.* Horat. *1. Epiſt.*

Metiri ſe quemque ſuo modulo ac pede verum eſt.

Ioh. Ordelaph. *ad l. fin. n. 620. d. R. V.* Si veritas, ſalus, & vita cognoſcentium ſe dicatur, magis quàm pecunia quæri debet. Vivi. *decu. 189. lib. 1. ex Lactan. 6. div. inſt.* qui veritati ſtudet, abijciat minimas & anxias voluptates, quæ animam ſibi vincunt, præferat vera falſis, æterna breuibus, vtilia jucundis. Magon. *de rect. patroc. rat. c. 25. n. 1. & 2.* nihil expectatum, niſi qnod juſtè quod piè fieri vides, nihil auditu ſvave, niſi quod animam & te meliorem reddat.

4. Denique & litigaturientes, & lites defendentes, moueat ad VERITATEM dicendam veritatis auctor CHRISTVS. Ioh. *14. & 18. c. fruſtra. diſt. 8.* Vnde Pitag. interrogatus, quid homines

DEO

DEO ſimiles redderet? Reſpondit: Veritas: ſicut mendacium diſ-
ſimiles, Veritatem namque colendo, DEVM ipſum colimus, qui
ſumma eſt veritas. Iohan. *1. & 3. ibi:* ſcimus quod verax es. Sicut in-
numera ſunt S. ſcripturę mandata, quæ VERITATIS indagationem
ſerio injungunt. Pſal. *11. 14. 25. 35. 39. 50. 62. 84. 101. 118.* vbi omnia
DEI mandata dicuntur VERITAS. Exod. 28. vbi in rationali Sacer-
dotis doctrina & VERITAS. Eſai. *33. & 59. Oſe. 4. Prou. 29. Paul. ad
Ephes. 6.* VERITATEM lumborum noſtrorum cinctorium vocat.
Sap. cap. 12. labium veritatis. *Iac. 3.* nolite gloriari & mendaces eſſe,
adverſus Veritatem. Hoc remedium DEI ſc: mandatum & Con- 5.
ſpectus, inter Chriſtianos litigaturientes deberet eſſe efficaciſſimum,
vt Tertullia: in apolog. ait, apud nos maiore cum pondere judicari,
vt apud certos de DEI conſpectu qui omnia cernit ἀκοιμήτῳ ὀφθαλμῷ
vt *inquit* Iamblicus. Seigneur. de Pibrac. *1. remonſt. p. 13.* imò Iudices
ipſi ſunt Dij. *Exod. 22.* Ergo ſi ſola Catonis præſentia inſolitam Ro-
manæ iuventutis inſolentiam continere potuerit in theatro Vene-
ris, quid ni mandatum & conſpectus Dei Litigaturientes in intimo
juſtitiæ ſacrario? Porphyr. *lib. 2. de abſtin.* ἐδὲ σοφοισι κερδισιν, δέ λο-
γοις ὑπεκφυγοι ἀλκιμον ὀμμα. quod ſi litigaturientes mendacijs, falſi-
tate, ſimulationibus, cautelis, tergiverſationibus fallacijs, & alijs
vtantur, credant Deum videre, & vindicem habere oculum, ſicut &
pagani fecerunt. Seigneur de Pybrac. *la 1. remonſt. pag. 14.* nec occul-
tari poſſe vti Plin. de animalibus ſcribit, quæ mira eſt ſtoliditas, in
tanta corporis altitudine latere ſe putant, ſi caput frutice occultaue-
rint. Sed veritas verborum fucamentis minimè indiget. Ioh. Ordel.
ad l. fin. n. 525. de R. V. l. 1. C. ſi min. ſe ab hered. abſtin.

Ergò optimum litium abbreviandarum remedium, & diligenter
animadvertendum erit, ne veritas occulta remaneat. Marſil. *in pr. §.
diligenter. n. 127.* Zavatari. *de pra. Mediol. n. 57.* Sed omnibus modis
quæratur, inquiratur *L. 1. C. de eden.* Alber. *in l. cum ita de condit. &
demonſtr.*

Hinc antiqui Philoſophi Plato, Pitagoras, Melampus, Apol- 6.
lonius, Thianeus, & alij, magnis periculis, ærumnis, atq; itineribus,
peregrina per æquora vecti, nauigaverunt pro veritate ſola inve-
nienda, quam necdum invenerunt. *arg. Baruch. cap. 3.* Hinc teſtes
etiam Valetudinarij & ſenes compelli poſſunt ad eliciendam verita-
tem captis pignoribus, mulctæ indictione, *arg. §. fin. Inſt. de ſatisd.*

 tut. l. 1.

tut. l. 1. ſi quis jus dic. non ob. l. 1. §. quid ergò de vent. inſp. e pervenit. els. de teſt. cog. Cap. Thol. *dec. 345.* Hip. de Mars. *in l. fin. n. 8.* Cad. *l. Corn. de ſicar.* P. Duenn. *reg. 384.* Treut. *p. 2. diſp. 5. θ. 7.* Reub. *tr. de teſt. p. 2. n. 55.* Grau *in add. Veſt. in pr. lib. 6. n. 26.* vt 10. Rhenanis jure Saxonico. Conſt. Des Hoffgerichts Leipzig. *fol. 219.* Reyg. *diſp. 6. proc. jud. θ. 12.* ne veritas celetur, *inquit* Maſcard. *de prob. vol. 1. q. 5. n. 66.*

Hinc judices jurant omnino ſe ſe cum veritate lites diremturos *l. rem. non nouam 14. C. de jud. c. poſtul. 3. q. 7.* Symandrus AEgyptiorũ Rex ju iicibus veritatis effigiem collo appenſam ſculpi voluit; imò leges ad hoc inſtitutæ ſunt, vt per illas veritas inveniatur & lites ſopiantur. *c. erit autem l. 7. vbi* Anchor. & Ioh. de Tirr. *diſt. 4.* Ordel. *ad l. fin. n. 417. de R. V.* Bl. *l. 1. n. 6. C. de conf.*

7. Hinc pro veritate invenienda varia Iuris Conſulti remedia invenerunt, vt potè tormentorum genera. *tt. ff. & C. de quæſt.* quæ nonnulli ex theologis reprobant, nec excuſari putant communi dicterio injuſtè tortos, juſtè dimitti. 1. quia remedium eiusmodi veritatis per tormenta verbo Dei non fundatur 2. Ethnicum eſt inventum veritatem per exquiſitiſſimum torturæ genus inquirere. Nam vt ait Prudens Mimus, etiam innocentes cogit mentiri dolor. Lud. Vives *in lib. 19. Augu. de ciu. DEI c. 6.* vbi inter errorem humanorum judiciorum refert. Virgil. *lib. 2. de inu. c. 3.* Denique experientia teſtatur, quod torti aut vnquam confeſſi fuerint veritatem, aut illud, quod ab alijs factum res ſerò nimis docuit. Val. Max. *lib. 8. cap. 4.* Alex. ab Alex. *lib. 1. gen. die c. vlt.* Zeppor. *de LL. Moſaicis lib. 5. c. 10.* Laur. Arnoldus *tr. de jud. inquis.* Keckerman. *lib. 1. polit. c. 17.*

8. Quamvis hoc veritatis eruendæ remedium ſit fragile *l. 1. §. 23. de quæſt.* Conſt. Karol. *n. 20. 22. 30. 47.* Godelm. *lib. 3. de. M. L. V. c. 10. n. 4. & ſeqq. vbi 3.* fragilitatis hiſtorias refert. Et Paris de Put. *tr. Synd. verb. tortura. c. 5. n. 7.* aſſerit; ſe vidiſſe nobilem magni criminis inſimulatum, qui cùm aulam intraſſet, in qua ſtabat chorda, eâ visâ ſtatim cecidit in teram, & mixit ſub ſe, & egeſtionem emiſit, quamvis innocens. Ioh. Bapt. Mag. *de reſt. patr. rat. cap. 25. n. 25.* Non tamen omnino improbari poteſt, maximè creſcente huius ſeculi malitiâ ſi veritas aliter haberi nequeat. *l. 8. vbi* Wes. *n. 2. de quæſt.* Aluar. *in c. 5. § pub. n. 1. de pac. tenen.* Feneſtel. *de mag. Rom. c. 3.* Reyger. *diſp. proc. jud. θ. 8.* & delictum ſatis conſtet: aliâs judex ad torturam procedens antequam de delicto conſtet, non tantum pro fatuo habetur ſed & in

ſyndicatu

ſyndicatu tenetur. Bertrand. *cons. 132. n. 2.* Hip. Marſil. *con. 12. nu. 35.* Bru. à Sole. *con. crim. n. 13.* Cothman. *reſp. 12. n. 22.* His ergo requiſitis concurrentibus remedium torturæ pro veritate indaganda parcè & cautè adhiberi poteſt. *latius ſupra lib. 1. c. 14.*

Accedit aliud remedium, vt judices poſſint pœnam de dicenda veritate Litigatoribus imponere, eamque exigere, decidente Oſaſco. *dec. 66. nu. 5.* Cagnol. *in l. vn. nu. 91. ſi quis jus dic. non. obtemper. per l. vnic. C. d. dedit. lib. tollen.* vbi Imperator profitetur ſe veritatem colere. *l. fin. de probat.* vbi ICtus ait: Veritati locum ſemper fore, Ita lex Solonis fuit, Mentiri noli, quia ſubſtantia veritatis falsâ demonſtratione immutari nequit. *l. cum falſa vbi Dd. C. de jur. & fact. igno. l. ſi fortè. de Caſt. pecul. ibi*: veritatem ſpectamus. Et natura mentiri non poteſt. Alciat. *reſp. 258. n. 8.* Neq; noſtrum affirmare vel negare veritatem aliter ſe habere. *facit l. aſſump. ad municip. l. verba. C. de teſti. c. Conſtit. de releg. don.* Bl. *l. ſicut. n. 5. C. de repu. heredit.* 9.

Nec obſtant huic veritatis dicendæ remedio, quod obſequium amicos, Veritas odium pariat, quia veri amici veris obſequijs non aſſentationibus parandi ſunt. Ordelaph. *ad l. fin. n. 374 de rei vindic.* Veritas aſpera eſt, & plerumque moleſtiam parit dum aliquem palpare dedignatur. Verùm amaritudo eius vtilior eſt, & integris ſenſibus gratior, quam meretricantis linguæ diſtillans fauus. Ioh. Sarisberien. *lib. 3. de nug. cur. cap. 6.* Alterum huius remedij obſtaculum, veritatem eſſe triplicem, vitæ, juſtitiæ, diſciplinæ, quarum media juſtitiæ Veritas fide geſtorum in litibus deſeri poteſt. Dd. *in c. vt conſtitueretur. diſt. 50.* Alex. *cons. 56. num. 1. vol. 4.* Sed malè quia æquè veritas juſtitiæ tribuenda, vt i vitæ & diſciplinæ, cum juſtum pro vero paſſim vſurpetur. *arg. §. 1. inſt. de nupt.* Cic. *1. off. lib. 2. de adopt. l. liberam de ſtat homin. l. omnes. de reſt. in integr. l. ſi fide. de leg.* 10.

Et omne verum eſt neceſſarium, ita vt nec etiam DEVS veritatem à veritate removere poſſit. Ordelaph. *ad l. fin. num. 434. de rei vendic.* quia obiectum & ſcutum fidei eſt veritas. Thom. *p. 1. ſum q. 1. art. 1.* Dyonys. *de divers. no. c. 7. Pſal. 90.* Ordel. *ad d. l. fin. n. 553.* 11.

Denique vtilius eſt vt permittatur naſci ſcandalum, quàm vt veritas relinquatur, & id procedit in judice, cum eius præcipuum ſit indagare veritatem Nevitz. *lib. 5. ſylu. nup. nu. 16. c. qui Scandalum de R. I.* Licet interdum per anthiteſin rerum ſequenda ſint veritatis veſtigiam, vt ait Ioh. Sarisber. *lib. 2. de nug. cur. cap. 16.*

12. Hic fragroſa moveri poſſet quæſtio, vtrum judex ſecundum conſcientiam, an acta & probata lites determinare deberet? Quam Gellius jam movit *lib. 14. noct. Att. c. 2.* & potiſſima Dd. pars ſtatuit, Iudicem ſecundum probationes contra animi judicium ac VERITATEM aliundè cognitam decernere debere. *per l. illicitas 6. §. veritas 1. de off. proceſſ. c. jud. 3. q. 3.* CCtæ. *in c. paſtorales 28. §. quia Ex. de off. & pot. deleg.* vbi gl. conſcientiarum relligionem irridens *inquit*, Trepidant timore vbi non eſt timendum, pronuncient liberè & deponant conſcientiam læſam: Couarru. *lib. 1. var. reſol. c. 1. tom. 2.* Dom. Soto. *lib. 2. de juſt. & jur. q. 4. art. 2.* Ias. *in §. ſed iſta n. 139. Inſt. de action.*

13. Craſſius ſi quæreretur vtrum ſecundum VERITATEM an potius mendacium judicaretur, nemo tam craſſi eſſet ſpiritus, quin omiſſo mendacio viam veritatis ingrederetur, quam quidem foro tribuit. Quintil. *lib. 6. declam. c. 5.* Sed proh dolor cum ita ſit cur litigioſis calliditatibus, verſutijs atque malitijs forenſia litigia pertractantur? Hoc dedit occaſionem Pontifici objurganti malitioſam litigatorem, dicendi: ad convincendam eius malitiam reum ad veſtram præſentiam convocetis. *c. prout. de dol. & contum.* ſed ad rhombum. Iudices ad inveniendam veritatem omni curâ & ſollicitudine elaborare debent. Dec. *c. quoniam. de probat.* Soc. *c. fraternitas. col. 1. de teſtib.* Bl. *con. 288. lib. 2. & cons. 293.* vbi ait, Veritatem maximoperè eſſe æſti-
14. mandam. Ergo judices potius ſecundum conſcientiam & veritatem, quàm falſa litigatorum acta & probata judicare debent. Coras, *4. miſc. 20.* Hotom. *ill. quæſt. 27.* Oldendorp. *de jur. & æquit. tit. 13.* Danæ. *lib. 2. Ethic. c. 16. arg. Exodi 23. vers. 2. Prou. 20. vers. 24. ad Rom. 14.* quicquid non eſt ex fide, hoc eſt conſcientia. *cap. 1. de re judic. in 6. Clemen. 1. §. verum de hæret.*

I. Inducta ad vnum effectum non debent contrarium operari. *l. quod facil. C. de LL.* At actorum obſervatio inducta eſt, vt conſtet de veritate. *l. 3. de teſtibus l. judices C. de. judic. l. 2. C. de ebend.* Ergò.

II. Iudex ſententiam dicens contra veritatem ſibi etiam privatim compertam, planè mentitur in læſionem alterius: aliud enim dicere, quàm ſcias, mendacium eſt. *c. 1. de crim. fals. l. vlt. de R. V. c. prim. 2. q. 2. c. ſuper eo. de vſur.* Ariſt. *4. Eth. c. 7.*

15. III. Probationes vt media à jure exiguntur in litium definitionibus, vt veritas pateat. At media non debent eſſe contraria fini

prætenſo,

prætenſo, ſicut falſi teſtes, & falſa inſtrumenta non ad veritatem ſed falſitatem judici perſuadendam deſtinantur. Spretis ergo actis quæ media ad veritatem ſunt, pro veritate, quam habemus pronunciandum.

IIII. Iuſtum naturale prævalet juſto legali. *l. 8. §. ſi quis de bon. poſſeſſ. contr. tab. l. & C. de jud. §. ſed naturalia Inſt. de I. N. G. C.* Sed juſtum naturale eſt, vt ſecundum ipſius rei veritatem judicetur, juſtum legale, vt ſecundum acta. Ergo, Denique Iudici probandum eſt, non adverſario collitiganti, cui vnquam ſatisfieret. *l. quinquagin. in f. de probat.* At quod verum novit judex, probandi modum omnem ſuperat. *l. minor. de minor. c. delecti. de appellat.* Ergò ſi dicamus judicem non debere conſcientiam ſequi, ſed acta litigioſa in effectu, nihil aliud dicimus, quàm Iudici non eſſe probandum veritatem, ſed ſatis eſſe ſi vtriqueactorum falſa & impertinens malitia exhibeatur, quin infinitis LL. locis, judex ſecundum ſuam religionem, ſecundum quod ſibi viſum fuerit. *l. 29. de jud.* ex animi ſui ſententia. *l. 3 de teſt.* ſecundum arbitrium. *l. 1. §. 5. ad Turpil. l. 15. ad munic.* judicare jubetur, quæ nihil aliud volunt quam couſcientiam arte boni & æqui inſtructam judici ſequendam, & diligenter curandum ne vmbris & imaginibus veritas naturæ adumbretur. *l. filio quidem. de lib. & poſthum.* Quod ſi Pilatus feciſſet neq; Iudæorum crucifige 16.
attendiſſet rectè judicaſſet in foro conſcientiæ, quæ Secundum. Bl. *in l. fin. C. de pœn. jud. mal. jud.* ita excuſat judicem quod Iudex faciendo ſecundum conſcientiam, licet faciat contra ſcriptam juſtitiam, non incidat in pœnam. *c. cum ater. de re judic. in 6.*

Imò ſi judex etiam nullis factis ab actore probationes reum non- 17.
nunquam condemnet, ſequitur judicem præter vel contra allegata ſecundum ſcientiam judicare poſſe, non depoſitâ judicis perſona. Sed verum prius cùm Exemplo Solomonis *3. Reg. 2. c. 2. Ext. de prob.* Clar. *§. vlt. q. 44. vers. quæro.* tùm quod judex notorij etiam non allegati rationem habeat. Pan. *c. ſi cler. n. 4. de for. comp.* Gail. *1. obs. 31. nu. 5.* Mynſing. *obſeru. 3. n. 4.* Ergò & poſterius. Dec. *con. 699. nu. 16.* Trentl. *p. 1. diſp. 12. θ. 14 & p. 2. diſp. 4. θ. 9.* Hæc obiter de propoſita 18.
quæſtione. Redeamus ad veritatem: quæ tàm potens eſt, vt etiam contra propriam confeſſionem in litibus ſcienter factam licitè admittatur. Ios. Ludou. *dec. Perus. 54. num. 150.* Veritas enim elucet per ſe, & per ſeipſam in noſtram notionem venit. *c. 1. de Schiſm. in 6.*

Rerumque veritas latere non poteſt, Specul. *de Advoc. §. 3.* Sed inſtar ſolis eſt. Solem quis dicere falſum audeat? *Inquit Virgil.* Et lapidi Lydio comparatur, qui ſicut aurum, ita veritas hominem indicat, ſine qua homo non eſt homo. Ordelaph. *ad l. fin. n. 655. de R. V.*

Veritas terram litigioſam vituperare, Cœleſtem Patriam deſiderare, carnis deſideria contemnere, à mundi gloria declinare, aliena non appetere, propria largiri jubet. Gregor. *ſuper. Iob. c. 8.* nonnunquam tamen res turpis & obſcœna in ſuperficie, honeſtiſſimæ VERITATIS quandoque ſubſtantiam tegit. Ioh. Sariſb. *lib. 2. de nug. cur. cap. 16.*

19. Advocati collitigaturos moneant & moueant vt ſemper dicant, nec vnquam ſupprimant veritatem, quam ſi fateantur, amittent forſan litem, ſi verò taceant amittent animam. *gl. in cap. 1. de conf. in 6.* Tabien. *in §. advoca. n. 10.* Ioh. Pet. Ala. *tr. de Advo. Chriſt. p. 5. q. 38.* quia veritatem negare nunquam expedit. *l. illud. §. fin. de trib. act.* imò lethale peccatum eſt veritatem celare. *c. 1. n. 2. de teſt. cog. & c. 1. n. 4. de crim. falſi.* Gail. *2. obs. 100. n. 1.* Magonius. *de patr. rat. c. 25. n. 6.*

Hoc abſtringunt quidam ad perfectos litigatores. *c. ne quis. 22. q. 2.* Veraſi. *dec. 389. nu. 4. lib. 2.* Bap. Magon. *de rect. patro. rat. c. 25. nu. 11.* Sed cum eadem fallendi intentio in vtroque ſit, vterq; æque peccat, & contra juſtitiæ virtutem lites implicat. Thom. *in 4. Sent. diſt. 16. quæſt. 3.* Navar. *in Enchir. cap. 6. nu. 3.* Auguſt. *lib. de mendac. cap. 14.* Ordelaph. *lib. 2. hierarch. cap. 11.* Ang de Clavas. *in ſum. Angel. verb. mendac. nu. 3.*

20. Vulgus hominum magis opinionem quam veritatem ſpectat, vt ait Manuel. Imp. *in lib. de reg. inſt. c. 89.* imò totus mundus magis opinione quam Veritate regitur, licet opinio veritati præualere non debeat. *l. vulg. §. ſi is. de furt.* Iaſon. *con. 77. lib. 1.* Veritatis proditorem vocat, qui palam dixit mendacium, & veritatem liberè non defendit. Hanc enim qui non defendit, tàm eſt in vitio, quam qui Patriam Parentes & amicos deſerit. Cic. *1. off.*

21. Vnde melius pro veritate pati ſupplicium, quàm pro adulatione beneficium. *c. ne imperi. 11. q. 3.* Et quorum aures clauſæ ſunt veritati, vt ab amico audire verum nequeant, horum ſalus deſperanda eſt. Cic. *de amicit.* Veritas non quærit angulos, nec malitiam, ſed ſimplicitatem. Ordelaph. *ad l. fin. n. 569. de rei vendicat. §. antiq. Inſtit. de ſucc. ab inteſt.* Scientia ad ſolam veritatem ordinatur. Lactant. *in pr. diu. inſt.*

din: inſt. Ariſt. *1. Metaphſ. l. ſcire de ll. Auth. vt def. ſeu ſun. cor.* quod qui cauſas ſive lites examinat, Veritate eas examinare debet, ſi non velit ad culpam venire. Quod niſi fecerit, Veritas ſaturni vti temporis filia in puteo demerſa ſecundû Democ. ſuo tempore emerget, & finem litibus imponet, quia tempus æquivalet veritati. *gl. magna in l. 1. C. de ſeruit & aqu.* Et veritas falſitate oppugnatur, ſed non expugnatur, quia omnia ſuperat & omnia vincit. *gl. in c. coniunct. verb. iniur. diſt. 8.* Veritas eſt fortior vino, rege, muliere *3. Eſd. 3.*

Vltimum veritatis eruendæ remedium eſt vt removeantur, quæ veritatem impedire ſolent, Amor, timor, auaritia. *c accuſat. 3 q. 5.* 22.

Et ignoratâ veritate veroſimile amplectamur. Bl. *con. 175. lib. 6.* Caſtr. *con. 180. lib. 1.* Fulg. *con. 162.* Quia verſimile eſt credibile atque naturæ conſentaneum. Col. *lib. 3 cap. 9.* Tiraq. *l. ſi unquam in præfat. n. 43. C. de reuo donat.* quod à verſimili diſtat, ſpeciem litigioſæ falſitatis habet. Bl. *in l. quæcunq. C. de ſeru. fugit.* Gram. *dec. 28. n. 1.*

Veritate in litibus compertâ ceſſat veriſimilitudo. *l. fin. de probat.* Denique in detecta potius veritate quam erroneæ opinionis, licet communis, falſitate acquieſcendum. Weſenb. *p. 1. con. 1. n. 17.*

Sed ò VERITAS cum potentiſſima ſis, ſine qua Rex eſt Tyrannus, vt *inquit* Ordelaph. *ad l. fin. n. 568. de rei vendicat.* quàm multi te oppugnant, & feriunt ſummos fulgura montes. Lucifer in cœlo, Primi Parentes in Paradyſo, ſuperiores terræ, quando IVSTITIAM non exercent, Iudices quando lites non determinant; Religioſi quando hypochriſi viuunt, aulici quando adulatione vtuntur, Advocati quando lites injuſtas fovent, Chriſtiani quando verbum DEI non faciunt, & alij infiniti, veritatis oſores, proditores. 23.

VERITAS remotis tandem litibus triumphabit de legibus, quæ conſiſtunt in veritate & verum ſequuntur. *l. illicitis 6. §. Veritas de off. præſ. l. vn. C. de ded. lib. toll. c. 15. qui. de ſponſal.* Veritas triumphabit de conſuetudine, quia malitioſam reprobat, bonam confirmat. *c. veritati diſt. 8.* Veritas triumphabit de conſcientijs litigatorum, quia ſerenat ipſas: triumphabit de calumnijs vitilitigatorum ſecundum illud Imp. *in l. ſi non con. C. de iniur. ibi:* fides VERI à calumnia te defendit. Veritas triumphabit de noſtris operibus, & faciet vt Falſitas ſeipſam accuſet, Lactan. *lib. 2. diu. inſt.* Ordelaph. *ad l. fin. n. 580 de rei vendic.* Hæc de generali veritatis remedio, contra falſitatem, mendacium & ſimulationem litigaturientium. Specialia ſunt 24. 25.

vt

vt reſcriptum per omnimodam faſitatem obtentum nullam prorſus tribuat jurisdictionem. *l. præſcript. C. ſi contra jus vel vtil. pub. vbi* Bl. *n. 8. &* Ias. *nu. 23.* Sed mendax petitor careat impetratis, etiamſi ſanctus eſſet, quoniam propter vitæ Sanctimoniam à jure diſcedere & mentiri non oportet. *l. pen. C. ſi cont. jus vel vt. pub.* Bl. *in c. 1. vt lit. pen. nih. innou.* Pfeil. *con. 75. n. 15.* Cic. *3. offic.* ait, tollendum in rebus contrahendis omne mendacium. Sed ô quam difficile eſt interementis vendentisq; commercium non intervenire peccatum *inquit* Pontif. *in c. qual. de pœn. diſt. 5.* Tiraq. *de nob. c. 3. n. 10.* mercatorem tanquam peſtem fugiendum eſſe monet Ioh. Ordelaph. *ad l. fin. n. 508. de rei vendic.*

26. Teſtis qui pecuniam accepit, & decepit litigatores, pœna falſi afficiendus, etiamſi verum dixerit teſtimonium. Br. & Hip. de Marſil. *in l. 1. §. 1. ad l. Cornel. de fals.* Felin. *in c. licet cauſam 9. n. 30. de probat.* Ias. *in l. Diuus 33. n. 27. de re judic.* Plot. *in l. ſi quando. 9. n. 45. C. vnde vi.* Vant. *de nul. ſent. ex def. proc. n. 138.* Myns. *cen. 6. obs. 67.* quicquid Covar. *c. quamvis p. 1. relect. §. 7. n. 5. de pact. in 6.* Et Menoch. *de aa. jj. qq. lib. 2. cent. 4. cas. 310. n. 6.* Sentiant, teſtem qui precium accepit ob verum teſtimonium dicendum, non immutare veritatem, ſed eam confirmare. Quamvis enim hoc crimen propriè non cenſeatur falſum, attamen cum turpiſſimum ſit, resque peſſimi *Exempli* ob verum etiam teſtimonium pecuniam dare aut accipere, meritò falſi pœnâ tenentur, qui tale quippiam malitioſè perpetrant. *l. 1. ad l. Cor. de fal.* Clar. *§. falſum n. 2. & 3.* Harp. *ad §. 7. n. 15. & ſeq. Inſt. de pub. jud.*

27. Cæterum teſtis qui vnum affirmauit extra judicium & poſtea contrarium atteſtatus eſt in judicio litigioſo, non falſi pœnâ, ſed mitius extra Ordinem caſtigandus, vt mendax. Bl. *c. 1. §. ſi enim col. 2. quid ſit inv. de F.* Alber. *tr. ſtatu. pag. 2. q. 147.* Alex. *con. 47. nu. 6. lib. 1.* Marſil. *in l. eos. 27. n. 9. ad l. Corn. de fals.* Covarr. *c. quamvis p. 1. relect. §. 7. n. 5. de pact. in 6.* Clar. *§. falſum n. 5.* Menoch. *de aa. jj. qq. lib. 2. cen. 4. cas. 312.*

Ratio, quia nullâ lege demonſtratur pœnam falſi hoc caſu irrogandam. Deinde, ſi teſtis falſum deponat extra capitula & articulos in lite, circa quos interrogatur, non pœnâ ordinariâ falſi, ſed judicis arbitrio coërcetur. Bl. *con. 16. lib. 1.* Bologn. *con. 30.* Viu. *tr. com. op. 351.* Gandin. *tr. malefic. ſub. rub. de fals. n. 21.* Menoch. *de aa. jj. qq. lib. 2. cen. 4. cas. 312. n. 4.*

Aliâs

Aliàs vnum & optimum eſt, remedium vt creſcente huius ſeculi falſitate, mendacio & ſimulatione, creſcat etiam pœna, & lites ventilentur judicio criminali, vt cognitâ veritate, tantò nociua falſitas, mendacium, ſimulatio, puniantur, ſicut alia delicta, conatus homicidiorum, furti, rapinæ, vſuræ, aſſaſinij, & alia. Giov. Ant. Palazzo *par. 4. del gouerno di ſtato. c. 11. del diſtruggimento de i litigi, cagionati dalla bugiarda volonta.* Vbi diſcurrendo 4. conſiderat circa lites à mendaci voluntate dependentes, vt deſtruantur, abbrevientur. 1. internas hominis cogitationes, quæ mendacia & litigia præcedunt. 2. Vtrum peſſimæ litigiorum cogitationes ſint illæ ipſæ quæ communium delictorum, aut diverſæ. 3. quomodo puniri poſſint. 4. Denique Executio fiat, vt lites ex mendacijs gliſcentes ſubitò abortum faciant. 28.

Ratio huius remedij, quod nullum peccatum debeat manere impunitum. *lib. 51. §. 2. ad. l. Aquil.* At mendacia quæ in proceſſibus litigioſis manifeſtò apparent, non ſolum impunita manent, hoc litigioſo ſeculo, ſed ne conſiderantur quidem, cum tamen ſimilis & litigiorum & delictorum conſideratio, quorum hæc non committuntur caſu, nec illa ſine mendacio. Graviſſima igitur pœna conſtituenda eſt contra pertinaces, qui non menſem, ſed integros conterunt annos, vt ſua defendant mendacia, & tandem in fine litium perditores ipſâ facti veritate demonſtrantur. Ant. Palazzo. *d. par. 4. del gouerno c. 11.* Lauater *de prax. for. Mediol. n. 260. per l. 3. §. ſi non conſt. vbi pup. educ. deb.* vbi mendaci per judicem pœna imponi poteſt. 29.

Quod ſi maleficia gravius puniantur, quæ in conſpectu Principum & Magiſtratus fiunt, cur non etiam mendaces litigatores ſeverius coërcerentur, qui præſente Iudice lites mendaciter fingunt & refingunt. Sed prius: ergò & poſterius. Aſſumptio ita probatur vt Magiſtratus ſive Iudex cui iniuria facta, vel mendacium enorme dictum, de ipſis ipſe cognoſcere atque punire poſſit vt dictum Reipub. vel dignitati factum. *cap. 5. de poen. in b. l. vn. vbi Dd. ſi quis ius dic. non abtemp.* Phil. Franc. *in c. novit. 43. n. 6. de appellat.* Innoc. *in c. ex parte. 23. n. 1. de. V. S.* Rol. à Val. *con. 48.* Alex. *con. 13. n. 10. vol. 6.* Paris. *con. 147. n. 7. lib. 4.* Menoch. *lib. 2. de aa. jj. qq. cas. 263. n. 7.* Schrad. *tr. feud. p. 10. Sect. 1. n. 110.* Gail. *1. obs. 39.* Harprech. *§. atrox. 9. num. 12. inſt. de iniur.* Ratio connexionis, quia ſimilis & delicti & mendacij cogitatio atque conſideratio: Ergò neceſſe eſt, vt non ſolum pœ- 30.

na gravis in mendaces conſtituatur, ſed etiam graviter & abſque intermiſſione Executioni mandetur, præſertim ſi mendacium ſit notorium. Gio. Ant. Pallazzo. *p. 4. del gouerno c. 11.* quod niſi fiat, certò
31. *Sarebbe queſto in giuoco,* vt inquit. Deindè, ſi quis præcepta Dei ſolâ cogitatione transgrediatur æternè punitur; ſin operâ ipsâ, externè à magiſtratu, vt homicidium, furtum, aſſaſinium, quorum cogitationes DEVS prohibet & deſiderium vſurpandi bona alterius punit, quod ſi ad effectum & litigia producatur, cur non æquè à Magiſtratu prohiberi aut puniri poſſit? Duæ ſunt partes externæ hominum malitiæ, in dicendo & operando. Maleficia operæ licet gravius puniantur, non tamen propterea delicta linguæ impunita manere debent, inter quæ graviſſimum eſt mendacium, in tribunalibus frequenter & impudenter commiſſum, ſicut fit hoc ſeculo, Daß keiner für eyner Lügen Schamroth würdt: cùm quòd divino præcepto & judiciariæ actioni repugnet, tum propter effectus malignos, quod humanum conſortium ruinosè perturbet. Hæc mala vt evitentur & decreſcant, neceſſe eſt, vt creſcat poena mendacij non ſolum contra principale mendacium, litigij fontem, ſed & alia cauſidicorum ſequentia. Ant. Palazzo *par. 4. del gouerno di ſtato cap. 11.*

32. Quamvis impudentia Collitigatorum fraudem *inveniat*, & mendacium auctoritate falſi teſtimonij defendat: *Hæc tamen via* difficilis reddenda, & præcludenda eſt, comminando illis qui *producunt* & dicunt falſa teſtimonia vltimam pœnam, cuius gravitas litigatores pertinaces deterrebit, vt litigia potius fugiant, quàm ad ea confugiant, formidine pœnæ capitalis. Dd. quidem *in l. ad l.* Cornel. *de ſic.* vt Accurs. Alber. & AEgid. Boſſi. *in pr. crim. tit. de fals. n. 169.* ſtatuunt, teſtem non teneri capitis pœnâ, qui Capitali in Iudicio privato contra innocentem falſum teſtimonium perhibuerit. Sed ad lites præcauendas contrarium nobis veritas videtur, quia, teſtis ejusmodi per falſum ſuum teſtimonium cauſam mortis præbet, & capitale ſupplicium alicui infert. Ergò meritò eadem capitis pœna irrogatur. *l. nihil intereſt. 15. ad l. Corn. de Sicar.* vbi enim eadem ratio, ibi idem jus ſtatuendum *l. illud. 32. ad l. Aquil. l. 9. §. nummular. de edendo.*

At eadem vtriusque judicij capitalis, pub. & privati ratio. Non enim minus falſo ſuo teſtimonio teſtis obeſt, qui in privato Iudicio, quàm qui in publico capitali falſum teſtimonium edidit, quia vtro-
que

que caſu innocentem capitis periculo ſubijcit. Ergò idem pœnæ capitalis ius ſtatuendum in impudentes litigatores, qui mendacium auctoritate falſi teſtimonij defendere conantur. Harprech. *ad. §. 7. n. 26. & ſeqq.* l. *de pub. Iud. ex mente l. 1. §. 1. ad l. Cornel. de Sicar.* Ioh. Bap. Magon. *de rect. pat. ratio. cap. 25. n. 43.* Damhud. *in proc. crim. c. 121. n. 7.*

Nec obijci poteſt FALSITATEM hominum difficulter reperiri in litibus & logogryphis Daß man der Juriſten Grieff nicht balt ergreiffen könne / vtrum actor vel reus ſit. Magon. *de patr. ration. c. 25. n. 16.* Sed in proceſſibus non aliter atq; in cera FALSITAS impreſſa relinquit veſtigia, & poſt finitas lites evidenter conſtat, quis negaverit aut alteraverit veritatem facti, & ita damnoſi litigij cauſa fuerit. Gio. Ant. Palazzo. *d. par. 4. del gouer. diſtat. c. 11.* Magon. *d. c. 25. n. 17. & ſeq.* non impunè ferendum ait, ſive ab actore ſive reo concipiatur quamvis proponens fallendi, negans ſalvandi gratia litigare videatur. Veritas enim ſecundum Tullium dicitur, per quam immutata quæ ſunt, aut antè fuerant, aut futura ſunt, dicuntur. Ergò qui nec verbo nec facto lites immutavit, ſed recognovit quæ ſunt, verax litigator deprehenditur, oſtenditur à veritate jam definita. Ioh. Bap. Magon. *de rect. patr. rat. c. 25. n. 4. & 5.* Hæc legum intentio, vt mendacium 33.
ſeverius puniatur quàm reliqua delicta, quia Iudicia ad expellendam hominis ignorantiam ordinantur, qui cœco intellectu in dubijs veritatem non vidit, ſed opus habuit Magiſtro veritatis, qui dubietatem rerum vt litium matrem tolleret, atque præſupponeret, non decuiſſe aut debuiſſe litigia mendaci voluntate tractari. Mendacium igitur & cogitatio mendacij punienda, vt *inquit* Palazzo. *ſæpè dicta p. 4. del governo diſtato c. 11.* Pâr. de put. *tr. Syndic. verb. teſtis c. 5. n. 3.* vbi rationem addit, quod mendax judicem decipere videtur. Ergo eſt puniendus. *per text. in l. non. debuit. de infam. l. ſervus. §. perſuaſeris de dol.* Ioh. Bap. Magon. *do rect. patr. rat. c. 25. n. 28. ſeq. & 50.* vbi quoad pœnam mendacij remittit. add. Hartm. *c. 12. ſub. tit miſcel. lib. 1.* Aret. Tepotium. *var. ſen: ſub. tit. de mend. not. 1.* Menoch. *de aa. jj. qq. lib. 2. cas. 276. n. 8.* vbi ſtatuit mendacem non eſſe puniendum præterquam in caſibus à jure expreſſis.

Huius pœnalis remedij executio, vt judices civiles ab initio proceſſum regentes, dirigentes, obſeruent, vtrum intentio collitigatorũ fundata ſit ſuper veritate facti, & quis eam negaverit, aut mutaverit

vel ratione primum obſcurâ propter diverſas opiniones, nouiter inventâ: & hoc declarent in ſententijs. Quod ſi jurisdictionem criminalem habeant, factâ declaratione pœnas exequi poſſunt, ſin minus, ad judices maleficiorum remittant. Magiſtratus enim eſt, ſeuerè caſtigare judiciorum mendacia, & quamvis caſus litigioſus interdum ſit dubius propter contrarias rationes à collitigatoribus productas: tamen in fine litis is qui veritatem malitiosè negauit & alteravit puniendus eſt, quia ſi veritas ab initio conſtitiſſet, judices absque litigio caſum terminaſſent. Gio. Ant. Palazzo. *par. 4. del governo. cap. 11.*

35. Hinc jura permittunt vt contra convictum de mendacio tortura procedi poſſit. Br. *in l. de minore. §. pluri. de qq.* Marſil. *in pr. §. diligenter. n. 47.* Foller. *in pr. crim. rub. quod ſororem venenauit. n. 9.* Par. de Put. *tr. Syndic. verbo teſtis. c. 5. n. 4.* quoties ſcilicet mendacio alia ſint adiuncta judicia. Carrer. *in pract. nu. 119.* Cacher. *decis. 79. n. 17. & 23.* Damhoud. *in pr. crim. c. 36. n. 26 34. & ſeqq.* vbi judicis arbitrio relinquit. Nec hoc remedium appellatione defraudari poteſt, quia pœna duplicanda, ſi prior ſententia confirmetur. Si revocetur, & ad tertiũ judicium perveniat, Magiſtratus vltimum ſuccumbentem puniat, quod ſi non fecerit, & contra veritatem facti judicaverit, vterque & judex, & ſuccumbens litigator puniantur. Palazz. *d. par. 4. cap. 11.*

36. Denique ſimulatio imaginem, non medullam habet VERITATIS, & eſt tanquam corpus ſine ſpiritu. Natt. *con. 77.* Hic. Magon. *dec. Flor. 9. n. 22.* Paris. *con. 53. n. 11. vol. 1.* Ergo omninò fugienda tàm in litibus judicialibus, quàm reliquis hominum actibus, quia eſt aliquid extrinſecus apparens, intrinſecus nihil habens. Bl. *in l. ſi non virum. de don. inter vir & vxor.* Tiraq. *tr. de retr. fol. 29. n. 15.* Tob. Paurmeiſter. *lib. 1. de jurisdict. c. 25. nu. 13.* Vnde exceptio ſimulationis perpetuo opponi poteſt, quia dirigitur ad veritatem eruendam. Fr. Curt. *con. 54. col. 4.* Soc. *con. 264.* Paris. *con. 86. n. 52.*

37. Alterum ſimulationis remedium eſt ſimplicitas, quæ cordis duplicitatem atq; dolum excludat. Ioh. Bapt. Magon. *de rect. patrocinat. c. 25. n. 7.* Greg. Reiſch *de Prin. Phil. moral. c. 24.* Nec hoc in litigantibus ſolum procedit, ſed etiam in Principe, quicquid Dd. noui ab Hetruria ſomnient, vti Lips. *lib. 2. pol. c. 14.* Machiavellum vocat qui *lib. de Repu. c. 42. & c. 18.* de Principe, ſuadet, vt Princeps homines verſet, inſtar molæ truſatilis quò vult, & fallacijs ac fraudibus circum

veniat.

veniat. Lud. Vives. *aphor.60.* callidum magis quam ſimplicem optat Principem Bodin. *lib. 2. de Repub. c. 4.* Simplicitate magis quam calliditate everti Reſp: teſtatur, Rationes. 1. quia ſimplicitas magis directè pugnat, cum maieſtate Imperij, quàm verſutia; & contemptum parit; vid. Curt. *lib. 8.* 2. Verſutia eſt malum corrigibilius, quàm fatua ſimplicitas, quia ex verſuto ſimplex, ſed ècontra rarò fieri poteſt, vt in Honorio & Carolo V. exemplificat Keckerman. *lib. 1. Syſt. pol. c. 3.* Ergò.

Non eſt ſimplicitas digna favore magis

Etſi circumſpectio quæ à prudentia, diſcedat, & magis ad calliditatem quàm ſimplicitatem accedat in pub. fieri poſſet, præſertim hoc callido ſeculo, quo res omnes verſutijs verſantur, & ſe ſplendido titulo Politicos vocant, propterea quod artificioſe poſſint geſta vel Verbis mentiri ac fallere: Non tamen ſemper eventus reſpondet, ſed aurea ſimplicitas duplicitatem cordis indicat, excludit, punit, modificat illud Ludovici Symbolum, qui neſcit ſimulare, neſcit imperare. Aliud enim mentiri, aliud ſimulare, quando ſcilicet nec omnem veritatem, nec omnibus, nec quivis tempore, princeps profitetur, pœnam ad tempus ſuſpendit, & intra veritatis limites manet. Vide de veritate Principis Caſtell. *lib. 3. p. 1. c. 23.* Patric. *lib. 8. de repub. cap. 20.* Keckerman: *lib. 1. Syſt. pol. c. 3.* Antimachiavel. *lib. 3. com. Theor. 18.* 38.

Quicquid ſit ſimpliciſtæ meliores ſophiſtis, quia vbi ſimplicitas non eſt, ibi malitia deregitur, & ſimpliciter ſine plicis atque malitia exponitur. *in l. 1. vbi* Bl. *not. 2. C. de adil. edil.* Ioh. Bapt. Magon. *de rect. patr. ratione. c. 5. n. 5. & 6.* Vnde ſimplicitas ſola commendatur. Dec. *cap. ad audien. not. 2. de appellat.* & eſt amica legum: *Clem. 1. de pom. & remiß. c. ſancta 7. q. 2. §. ſed quia Inſt. de fideic. hæredit.* quæ aliquando à delicto excuſat. Felin. *in c. quoniam n. 11. de probat.* Menoch: *de aa. jj. qq. cen. 2. lib. 2. cas. 193.* Iudicis arbitrio relinquit, vtrum ſimplicitas digna vel indigna. Hæc ſi in litibus diligenter obſervaretur, non quod iuſtum iniuſtum, & quod injuſtum juſtum ſimulatè appareret; vt innuit Magon. *de rect. pat. rat. c. 41. n. 1. & 2.* 39.

Aurea ſimplicitas digna favore foret.

Sed tu cum Philoſopho:

Nec diſſimula, nec ſimula: hæc malis relinque:
Aiunt: ſimulanti ſimulato: aſt ego contra.

Nunquam ſimula, nec mala te malum eſſe cogant.

Aul. polit. *the. 214. refert.*

Vltimum litium abbreviandarum remedium, quæ ex falſitate, mendacio, ſimulatione naſcuntur, vt generalis inquiſitor conſtituatur non ſolum contra mendacia & falſitates, quæ in judicijs committuntur, vt poſt finita litigia in proceſſibus quærantur, inquirantur, & ſecundum LL. puniantur; ſed etiam in contractibus cum præbeant occaſionem litibus: & debitores bona alijs obligata rurſum obligant, vnde creditores litigare coguntur.

40 Hac generali proviſione extinguetur mendacium & calumnia cauſidicorum, ne in judicijs reperiantur, ſed omnes litigaturientes Iudicium inquiſitoris generaliſſimi vereantur, qui per omnes litigioſos proceſſus & anfractus ſcripturarum mendacium inquirat, & duriſſimo pœnæ flagello caſtiget. Gio. Ant. Palazzo *p. 4. del gouerno di Stato c. 11. & 13. in fin. che non i litigi ſi vn ſcorgendo & ne i proceſſi ordinando ſopra cio vn generale inquiſitore.*

Hæc de litium remedijs contra falſitatem, mendacium, & ſimulationem litigaturientium.

CAPVT IX.

De REMEDIIS litium ab ignorantia, paupertate, & Ebrietate prognatarum.

SVMMARIA.

1. *Magiſtratus prudentia litigioſam ignorantiam pellit.*
2. *Prudentia à IVSTITIA non ſeiungitur.*
3. *Prudentia eſt voluntas regulata, & maturum conſilium.*
4. *Prudentia omnes hominum actus dirigit, vt numen.*
5. *Prudentia omnium virtutum ſuprema.*
6. *Eſtque bonarum & malarum rerum ſcientia.*
7. *Leges ſunt opiniones prudentum.*
8. *Sapientia Dux prudentiæ lites fugit.*
9. *Sapientia pellitur, litigium retinetur.*
10. *Aſtutus & ſapiens quid differant.*
11. *Ignorantiæ remedium prudentia & ſapientia.*
12. *Hoc remedium quomodo comparetur.*
13. *Ignorantia duplex, & vtriusque remedium.*
14. *Superiores ignorantiam inferiorum puniant.*

15. Reme-

15. *Remedium ignorantiæ, vt ſint referens & correferens.*
16. *Decani & Seniores ſententias concipiant ex jure.*
17. *Paupertas ad lites & res novas impellit.*
18. *Dives litigator pauperi ſumptus litigandi ſubminiſtret.*
19. *Hoc remedium lites magis auget quàm tollit.*
20. *Pauperibus non ita fævendum vt fiat injuſtitia.*
21. *Pauperibus tempus indulgendum ad ſortem pinguiorem redeundi.*
22. *Reſcriptum quinquennale,* Anſtandtbrieff *pauperibus conceditur.*
23. *Hoc remedium non fallitis, ſed verè pauperibus detur.*
24. *Advocati pauperibus litigantibus gratis patrocinentur.*
25. *Fiſcus pauperum,* der Armen Seckell/ *in omnibus judicijs ordinetur.*
26. *Advocati negantes pauperi patrocinium ab officio removendi.*
27. *Acta pauperi gratis edantur & paupertatis juramentum.*
28. *Pauperes temerè litigantes cum Advocatis puniendi.*
29. *Remedium ebrietatis Lex, & executio eiusdem.*
30. *Alterum remedium ebrietatis eſt pœna.*
31. *Culpa caſum præcedens eſt noxia.*
32. *Ebrietas magna, absq; dolo, pœnam mitigat.*
33. *Ratio; quia ebrij ratione carent.*
34. *Ebrioſi delictum non excuſatur.*
35. *Ratio, cur ebrioſi teneantur.*

INTER remedia abbreviandarum litium ab ignorātia cauſatarum 1. primum & præcipuum eſt PRVDENTIA Magiſtratus, qui lumine legum ignorantiæ tenebras diſſipet, & lites exinde ortas determinet. Gio. Ant. Palazzo. *par. 3. del governo. diſtato c. 24. & par. 4. c. 13. come i litigi dall' ignoranza cagionati ſi poſſono abbreuiare.* Anton. Zavatarius. *de prax. Mediolan. n. 5.* vbi litium protelationem ex clementia Magiſtratus deriuat, qui æquitate tàm ſcriptâ quàm non ſcriptâ vtendo, errores & ignorantiam cauſidicorum corrigere poſſet. Boſſ. *in tit. de remed. ex ſola clem. prin. nu. 44.* Theodoricus Gothus Rom. Rex *in edicto Anno 497. promulgato articulo 82.* ſpes eſt certa remedij, *inquit,* voto ſupplicum ad PRVDENTIS remiſiſſe judicium, vt per ordinationis beneficium, confuſionis abrogetur incertum. Heiminsfeld. *tom. 3. Conſt. imp. pag. 54.*

Sicut enim juſtitia eſt malitiæ & litium expultrix, ita comitem 2. ſemper habet prudentiam, vt *inquit* Lancel. Politian. *tr. de off. Advoc. cap. 10.*

cap. 10. Octau. Mag. *tr. de legat. lib. 2. c. 2.* Ambros. *lib. 1. off. c. 27.* vbi dicit juſtitiam non poſſe ſine prudentia eſſe, cum examinare quid juſtum, quidue injuſtum ſit, non mediocris ſit prudentiæ. Rutg. Ruland. *tr. de commiß. lib. 1. c. 21. n. 6. & 2.* vbi veram vocat prudentiam, quæ nunquam à IVSTITIA ſeiungitur. Dick. *in Oecon. tit. de Advoc. folio. 93.* Fran. de Longiano. *tract. il gentil huomo. par. 1. §. la prudentià è piu digna,* demonſtrat prudentiam juſtitiæ anteponi.

3. Actus Principalis PRVDENTIAE eſt rectè præcipere de præcipiendis, conſultare, & judicare. Ioh. Bap. Magon. *de rect. patroc. rat. c. 1. nu. 6.* Vnde prudentia pro voluntate regulata & maturo conſilio accipitur. *c. ſtatutum §. notar. de reſcript. in 6.* Decian. *c. ne innitaris. 2. lect. n. 6. de conſtit.*

Quia prudentis proprium eſt, examinare conſilia, & non citò facili credulitate ad falſa prolabi: de dubijs non definias, ſed ſuſpenſam tene ſententiam: ſi poſtea te fretum bono conſilio, ſuccumbere, & falli contigerit: tunc falleris leuius & prudentius. Damhud. *c. 27. pr. ciuil. n. 20.*

4. Immò maior in rebus humanis non eſt PRVDENTIA, quæ mater omnium virtutum appellatur. Ariſtot. *lib. 6. Ethic. c. præſentium 1. q. 5.* Barth. Philip. *tr. de cons diſc. 7. de qualit. quas Rex. Salomon. fol. 19.* Dux & Princeps virtutum reliquarum, Anton. Viper. *de reg. inſtit. cap. 15.* linea quæ ad medium ſecundum circumſtantias omnes humanas actiones dirigit. Caſus. *lib. 6. qq. Eth. c. 13.* Piccolom. *grad. 4. Phil. mor. c. 5.* ſtatuere hoc medium, *inquit*, eſt officium prudentiæ, propterea ſine ea, virtus moralis conſiſtere nequit. Poggius *lib. 1. de vita Cyri* dicit, nullum virtutis vſum abſque Prudentia vtilem eſſe. Iuvenal. Sat. 10. *Nullum numen abeſt ſi ſit prudentia* vide Tatium *in imag. Rect. fol. 76.* Cæl. Calcagn. *in oper. fol. 444.* Ru. Rulan. *de Commis. lib. 1. c. 21. n. 2.* Iovian. Pontan. *lib. 2. de pruden. c. 9.*

5. PRVDENTIA eſt ratio directive actionum in ipſis litigantibus: Marg. Philoſoph. *lib. 12. c. 10.* quia virtus humanorum actuum non ſtat in modico atramento, ideſt in VERBIS, ſed in eo quod maximum eſt hominis MENTE, cuius cuſtos eſt prudentia, *Proverb. 19.* Felin. *& ad audien. d. 1. col. 3. de Reſcript.* Paul. de Caſt. *con. 380. lib. 1.* Barb. *in rubr. C. qui admitt. col. 44.*

PRVDENTIA eſt perfectum bonum mentis humanæ, Sen. *epiſt. 89.* cui famulatur omne quicquid eſt: Schonborn. *lib. 2. polit.*

cap. 32.

cap.32. ex Menandro. adeò vt Magiſterium omnium virtutum habere tradatur. S. Iuſtin. *lib. de prudentia. cap.3.* Socrates nomen prudentiæ & virtutis confundebat; Bion tantum inter alias virtutes prudentiam excellere putabat, quantum aſpectus cœteros ſenſus ſuperat. Laert. *lib. 4.*

Nec immeritò tale encomium meretur Prudentiæ remedium, 6. quia mens noſtra atrâ inſcitiæ rubigine infecta, & ignorantiæ caligine obducta, prudentiæ radijs quaſi coruſcat, exuitur ignorationis rubigine, acuiturque ad alia, eodemque ſplendore afficitur, vt præluceat ſibi ad nanciſcendum primi opificis ſimilitudinem. Scalig. *exerc.307. Sect.3.* Vnde prudentia eſt rerum bonarum & malarum ſcientia Tull. *lib. 2. Rhet.* Auguſt. *in lib. Senti. q. 83.* definit rerum appetendarum & fugiendarum cognitionem. Scal. *lib.3. Poët. c.3.* habitum prævidendi, quo quicquam tempore, quoquo modo agendum ſit vel faciendum. Poſſet dividi in monaſticam, Oeconomicam, politicam, regnativam, militarem, litigativam prudentiam, quę litium appetendarum & fugiendarum cognitio eſſet. Vide Marg. Philos. *lib. 12. c. 13. & 2. ſeqq.* Ioh. Bapt. Magon. *de rect. patr. ratione. c. 1. n. 4.* Nemo enim ſine prudentiâ vel ſibi rectè conſulere vel alijs præclaram operam navare poteſt. And. Frecc. *de Repub. lib. 1. cap. 9. n. 3.* Nec in genere ſine prudentia quid boni præſtatur. Dantes *in abs. hiſt. tit. de liter. fol. 46.* Illa enim viam in omnibus actionibus commonſtrat. *Paul. 1. Corin. 3.* Petrus della Premaud. *in acad. Gall. c. 5. hoc. tit.* Et omnibus rebus eſt accommodabilis, Caſſiod. *lib. 2. variar.* omnium artium magiſtra. *Sap. c. 7.* Rut. Ruland. *d. lib. 1. de Commiſſ. c. 21. n. 3.* Imo leges nihil aliud quam ſententiæ & opi- 7.
niones prudentum quæ docent nos, quomodo debeamus idipſum facere & ſequi. Fur. Ceriol. *de cons. Princip. c. 2. in 4. circumſt.* Grimal. *lib. 1. de opt. ſenat. fol. 26.*

Huic prudentiæ remedio adfinis eſt ſapientia atque Scientia. 8.
Nihil enim, teſte Salomone, ad judicium conſtituendum magis neceſſarium, quàm ſapientia & cognitio veri. Sapientes verò Sapientem nunquam illum judicarunt, qui ſapienter ſed malitiosè prætextu IVSTITIAE de republ. diſſerere potuit, ſed virum bonum, rectè, prudenter, & Conſtanter ſentientem & facientem. Item Cognitio veri eſt Dux prudentiæ & humanarum actionum. Piccolom. *grad. 4. Phil. moral. c. 17.* Ambros. *in Epiſt. ad Simplician.* Sapiens, *inquit*, non

metu frngitur, non poteſtate mutatur, non attollitur proſperis, non teſtibus mergitur, vbi enim ſapientia, vbi virtus eſt, ibi conſtantia & fortitudo, ſapiens ergò idem eſt animo, non minuitur, non augetur rerum mutationibus, nec vt parvulus fluctuat, vt circumferatur omni vento doctrinæ, ſed manet perfectus in Chriſto, fundatus charitate, radicatus fide. Vid. Domin. de Soto *de juſtit. & jur. lib. 3. q.*
9. *2. art. 8.* Ruland. *de commis. lib. 1. c. 22. in pr.* Interim hoc malitioſo atque litigioſo ſeculo evenit, quod Ennius olim conquerebatur:

Pellitur è medio SAPIENTIA, vi geritur res.

Lyſander Lacedæmonius cum Demetrijs reviviſcit, qui dixit vulpis pellem aſſuendam vbi leonis corpus non ſatis tegeret. Fr. Senens. *de inſtit. Reipub. lib. 6. tit. 5.*

Qualis impoſtor, malitioſus, vafer, aſtutus, callidus, multiplex, verſipellis, fuiſſe perhibetur Mercurius, quo non præſtantior alter vt ait Poëta:

Et fraudari homines & fallere numina Diuum.
Tales ſunt multi, qui apparent fronte politi
Aſtutam Vapido ſervantes pectore vulpem.

Tales in imperio Romano reviviſcunt, maximo imperij damno, Magiſtratus mundani, imprudentes, Leones, Sues, *vulpeculas imitantes* vt ait Caſmannus *de mund. immund. c. 42. pag. 484.*

Leones ſive Lupi ſunt Tyranni, in quibus regnandi cupiditas, ſecundum illud Pompeij:

Semper ego cupio præcellere & eſſe ſupremus.

Sues potationibus indulgent. Vulpes, qui aſtuti vulpinâ calliditate & ſophiſticâ rem agunt.

10. Sed animadvertendum, aſtutos, qui vel maximè prudentes videbantur, quandoque rurſum valde deceptos fuiſſe, quod Germani exprimunt vulpinari cum vulpe, Schalck mit Schalcken fangen / Einen Fuchs an den andern ſetzen. Ovid. *1. de art. amandi.*

Fallite fallentes, ex magna parte profanum
Sunt genus, in laqueos quos poſuêre cadunt.

Sapiens interea nunquam inanis, ſed ſemper habet in ſe animum prudentiæ, qui poſſit dicere: IVSTITIAM induebam, veſtiebam judicium. *c. Sapien. diſt. 2.* Adam. Keller. *lib. 1. de off. jur. polit. c. 22.*

Hoc

Hoc prudentiæ, ſapientiæ atque ſcientiæ remedio ignorantia, litium genetrix, facilè diſſipari poteſt, & rationes eiusdem præcipuæ ſunt, quod in magiſtratu & colligantibus prudentia requiratur: 1. quia Litigium eſt actus gravis qui ſine prudentia non poteſt expediri. 2. Ne Magiſtratus noceat alieni collitigantium. Sapiens enim eſt qui non nocet. *gl. ad ſtylum curiæ par. 2. de inquiſit.* Ruland. *de commiſ. lib. 1. c. 21. nu. 4.* 11.

3. Prudentia verſatur in ijs rebus quæ in deliberationem cadunt. Octav. Magn. *tr. de legat. lib. 2. c. 2.* At quid magis in deliberationem cadit, aut cadere debet, quàm lites hominum mortalium immortales? Summa igitur prudentia, diſcretio, ingenium, judicium, in litibus terminandis requiritur, quod non eſt, vbi prudentia non eſt. Dom. Geminian. *Con. 53. n. 11.* Quia prudentia intimos Collitigatorum ſenſus indagat. Octavian. *d. lib. 2. de legat. cap. 2. fol. 60.* Iov. Pontan. *lib. 4. c. 12.* Decian. *in apolog. cont.* Alciat. *c. 11. n. 11.*

Denique Magiſtratui & collitigantibus ſummo evitandum ſtudio, ne quid falſi, vel ex amore, vel proprio commodo contra VERITATEM ſtatuant, quod ſolâ PRVDENTIA evitari poteſt. Octau. *lib. 2. c. 2. Rul. de commiſ. lib. 1. c. 21. n. 8.*

Hoc litium & ignorantiæ pellendæ remedium generale devotâ numinis divini invocatione comparari, *Eccles. cap. 11. vers. 15. Iacob. cap. 1.* D. Hier. *ſuper prou. Salom. c. 2.* & Ratione perfectâ juuari poteſt. Decian. *in apolog. cont. Alicat. c. 11. n. 3.* Sicut humanarum actionum eſt magiſtra & Domina, ita illuſtriſſimis ex Principijs eſt deducta, Piccolom. *grad. 5 Phil. mor. c. 35.* Experientia ſcil. & Vſu rerum, qui prudentiæ mater dicitur. Hier. Cagnol. *in proëm ff trm. n. 126.* Solertia inveſtigat media & invenit: σύνεσις apprehendit & judicat, Ex his conſultatio recta conſtituitur, ex qua prodit γνώμη, Sententia nempe recta lites prudenter terminatura. Vnde ſapiens præterita recolat, præſentia regat, futura cernat, & finem omnium rerum reſpiciat, quod ſi fecerit, prudens habebitur. Senec. *lib. 4. de virt.* Ariſt. *lib. 1. mag. moral. cap. 8.* Paul. Paruta. *de perfect. vitæ pol. lib. 2. fol. 200.* Ruland. *de commiſſ. lib. 1. cap. 21. n. 76.* Terent. Iſthoc eſt ſapere, non quod ante pedes modò eſt, videri, ſed etiam illa quæ futura ſunt proſpicere. 12.

Nempe bonum quodcunque aliud ſapientia vincit,
Hoc homini nequeunt Divi dare munere maius,

Demum vno minor eſt ſapiens Ioue quattuor autem
Ipſi conveniunt : quoniam bene conſulit, atque
Iudicat errore amoto, rectéque gubernat,
Et contemplari divina humanaque ad ipſum
Pertinet, extremum hoc dixi, maxima res eſt:
Nemo tamen ſapiens fiet prius, expulerit quàm
A ſeſe omne nefas, purgatus crimine ab omni
Quippe habitare negat, fœdum ſapientia pectus
Impuraſque odit, cum ſit puriſſima, LITES.

Nemo etiam fiet ſapiens niſi ſit prius idem
Prudens multarumq; peritus doctrinarū. Vt ex Poëta refert
13. Keller. *lib. 1. de off. jur. pol. c. 21.*

Ignorantia eſt duplex facti & rationum. Facti alieni ignorantia præſumitur. *l. 5. C. qui mil. poſ. vel non l. quod. vulg. pro empt.* Gail. *1. de P. P. c. 10. n. 9. & lib. 2. obs. 84. n. 8.* qui enim in jus & litem ſuccedit alterius juſtam ignorantiæ cauſam habere cenſetur. *c. cum quis. de R. I. in 6.* Iaſ. *ad l. admon. lect. 2. n. 18. jurej.* Tiraq. *de vt. retract. p. 1. §. 2. gl. 1. n. 17.* Pruckman. *con. 19. n. 139. vol. 2.* Facti proprij ignorantia evenit aut propter antiquitatem, aut hominum mortem, aut diſtantiam abſentium. Vbi remedium ſpeciale duplex: aut tantum temporis indulgendum, vt poſſint recordari, & ſeſe informare, aut litigij progeſſus continuandus, donec ad veritatem perveniatur, quâ cognitâ aut Litigatores cedant, aut pœnæ ſubijciantur; quæ comminatur illis, qui mendacio lites excitant. Gio. Ant. Palazzo. *par. 4. del governo di ſtato cap. 13.*

Ignorantia rationum, ſi litigia protelet, facilè abbreuiari poſſunt, modò caſus ſcribatur propriâ litigatorum manu, quem judices conſignare, & abſque proceſſu ex libris LL. determinare poſſunt. Palazz. *d. par. 4. c. 14. coſi euitano la moleſtia publica de i litigi, decidendo gli auuenimenti dubbioſi ſenza proceſſo, eſſendo baſteuole la ſemplice narratione delle parti.*

14. Tertium ignorantiæ remedium, quum judices inferiores vix malè judicare & Advocati collitigaturis conſulere poſſint, quin aut in facto, aut in jure errent, ſupremi Iudices ſuo fungantur officio, nec parcant ijs, qui craſsâ ignorantiâ in jure offenderint, vt qui negligenter inſpectis litibus in facto fuerint lapſi. Equidem ſi eiusmodi judicibus & advocatis tales cenſores, & errorum caſtigatores obtigerint,

ſint, haud dubito optimum litium abbreviandarum remedium fore. Antimach. *lib. 3. comment. theor. 35.*

Nec ignorantia tot lites generare poſſet, ſi vtiliſſima quæque axiomota & deciſiones quæ quotidie in vſum veniunt, & æquitate nituntur, à cætera gloſſographorum farragine ſecernentur. Non manca intelligo præjudicia, quæ hoc vltimo ſeculo fictitijs nominibus vbertim prodeunt. ſed authentica, legalia, facti ſpecie munita. Aliâs error & per conſequens litigium facile enaſcitur, leuiſſimáque circumſtantia integrum litis ſtatum mutare poteſt. Dec. *con. 499. n. 6.* Boer. *dec. 44. n. 6. par. 1.*

Vltimum ignorantiæ remedium ne acta litigioſa collegialiter, aut priuatim, obiter, ſuperficialiter, legantur, ſed vt referens & correferens in omnibus benè conſtitutis judicijs, ſcabinatibus & juridicis facultatibus ordinentur; qui relationes litium in ſcriptis ſecundum folia actorum concipiant, & examinent 1. Proceſſum atque actionem litigatoris 2. Exceptionem collitigatoris. 3. Probationem vtriusque. 4. an actio eliſa per Exceptiones. Denique vter foveat meliorem. Caſp. Gul. Scipio *lib. 1. dec. rota. Spir. 129.* Keller. *lib. 2. de offic jur. pol. c. 27.* Til. de Benign. *in aposp. p. 2. n. 1. 2. 3.* Eiusmodi relationes in ſcriptis factæ actis judicialibus coniungantur & transmittantur à facultatibus juridicis, vt cognoſcatur an diligenter litigium ponderaverint & ſententiam dixerint. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck/ *pag. 55.* vbi monet, Magiſtratui loci indicandum, ſi facultates aut Scabinatus negligenter acta legiſſent, & occaſionem litibus dediſſent. 15.

Rationes quidem decidendi litigantes interdum exigunt à facultatibus, ſed orationes invenies, & ampullas altivolarum diſputationum; quas junior quidam conſarcinavit, & totis follibus Dd. cohortes conflavit; quod ſummo labore periculoque coniunctum ſaniores omnes conqueruntur, miſeri litigatores miſerrimè deplorant. Alban. *con. 2.* Fr. de Argen. *con. matri. 22. n. 1.* Ferret. *con. 18.* Sich. *con. feud. 7. n. 1.* Idcircò Decani, & Seniores cautius agant, deciſiones brevibus & nervoſis fundamentis ſtabiliant, ne vllum litigandi occaſionem litigantibus miſeris ſuppeditent; ignoratione ſtatutorum provincialium, omiſſione neceſſariorum, dubietate ſententiarum, aut alijs. 16.

Hæc de Remedijs litium ab Ignorantiâ cauſatarum. 17.

Mendacium eſt duplex, malitioſum, & neceſſarium, vbi litigatores

tor paupertate adductus negat & alterat factum, vt retardando litem ſe quid interea acquiſiturum ſperet, quod creditoribus ſatisfaciat. Giov. Ant. Palaz. *part. 4. del governo di Stato. c. 12. del diſtruggimento de i litigi cagionati della povertà.* Sicut enim paupertas ad res novas moliendas, ita & lites tentandas impellit. Antimach. *lib 3. com. de polit. theor. 32.* Vnde Plato: pellendæ ex civitate divitiæ: pellenda etiam paupertas. Illæ enim delitias, otium & ambitionem adferunt: hæc autem lites, ſeditionem, & turpem quæſtum. Keller. *lib. 1. de off. jurid. pol. c. 16.* adde Machiav. *lib. 1. comm. c. 12. lib. 2. c. 7. & lib. 3. c. 16. & 25.*

18. Remedium, quod ſi dives cũ paupere litiget, pauperi dives expenſas ad litigandum ſubminiſtrare tenetur, ſi pauper pro ſe juſtitiæ præſumptionẽ habeat. Neviz. *in Syl. nupt. rit. quomodo iudicandũ pro com. opin. n. 32.* Ioan. Lup. *ff. de donat. int. vir. & uxor char. 61. col. 1. n. 8. & 20.* Ioh. Bapt. Magon. *de rect. patroc. rat. c. 59. n. 5.* Pa. de Put. *de Synd. verb. expen.* Coler. *de proc. execut. par. 1. c. 2. n. 95.* Ratio, quia debilioribus favendum, vt ait Iſocr. *in orat. Paneg. 6. incip. illos.* Magon. *d. c. 59.*
19. *n. 6. adde l. 2. C. de Carb. ed.* Sed hoc Remedium lites potius foveret quàm removeret, & pauperes ad litigaturiendum alliceret. Ideoque ſe non vidiſſe ſervari ait Boer. *dec. 103. n. 4.* Ang. *in l. ſi procuratorem. §. ſi ignoranter. ff. mand. per text. ibid. & l. imperatores. 17. de tut. & rat. diſt.* vbi ICtus pupillo, petenti expenſas litis à tutoribus, reſpondet Impp. reſcripſiſſe: Non habet rationem poſtulatio tua, volentis in ſumptum litis tibi pecuniam ſubminiſtrari. Vnde Bl. notat, quod nemo teneatur adverſario ſuo contra ſeipſum ſuppeditare ſumptus litis. Aret. *in l. ſi qui teſt. de teſtib.* Matth. de Affl. *lib. 1. conſt. Neap. rub. 33. n. 7.* H. Piſtor. *lib. 1. quaeſt. 20. n. 2.* Rebuff. *tit. de Inquis. art. 9. n. 3.* Ruland. *de Commiſſ. p. 1. lib. 6. cap. 13. n. 2.* Neque ratio
20 iſtius Remedij κατὰ πάντα tenet, quia pauperibus non ita favendum, vt cæteris fiat iniuſtitia. *c. ex tenore. de for. comp. l. fin. §. ſed ſi quis. C. com. de legat.* Dec. *in c. 1. col. fin. de conſtit. & c. præſentia. col. 35. de prob. quem ſequitur.* Neviz. *in Syl. nupt. rit. quem. judic. n. 28.* & allegat illud Deuter. 23. pauperis non miſereberis in judicio, h. e. de eo qui injuſtam litem fovet. Magon. *de rect. patroc. rat. c. 59. n. 16.*

Quod ſi juſtam litem foveat, deſerendus non eſt, ſed omnibus medijs atque remedijs juvandus, ne afflicto maior detur afflictio. Caſſiodor. *dec. 6. n. 3.* Iuven. *Sat. 3.*

Nil

Nil habet infelix paupertas durius in ſe
Quam quod ridiculos homines facit.

Huic litium neceſſitati & paupertati melius Remedium adhibetur, Benignitas ſc. legum, vt pauperi debitori dilationes, & tempus indulgerentur, quò liquidum ab illiquido ſeparari, & interim ad pinguiorem fortunam reverti poſſet debitor infelix, cum tantum temporis aliàs calumnioſo litigio inſumeretur. Giov. Ant. Palazzo. *p.4. del governo di ſtato. c. 12. ella ſi puo & ſi dee dalla benignita della legge medicare in modo, che non ſia alla Repub. nociua.* Ita David beatum vocat *Pſal. 40.* qui intelligit ſuper egenum & pauperem, *Exod. 23. vers. 6.* non pervertes judicium pauperis tui in lite ejus. Ita canonicâ æquitate ſubveniendum eſt pauperi ſive bono ſive malo. *c. quieſcamus. 42. diſt.* Iohan. Andr. *in c. qua in ecc. de conſtit.* Felin. *in c. ſi qui teſtium. de teſtib.* Ita leges multa pauperibus privilegia conceſſerunt, quæ proſunt. Sed ab hoc prodeſſe libera nos Domine *inquit* Cynus. 21.

Inter alia privilegia atque Remedia eſt reſcriptum moratorium ſive quinquennale, quod affine eſt ſuperiori, Germ. Anſtandtbrieff oder quinquenell/ quibus muniri ſolent debitores, ne intra quinquennium quid ab ipſis petatur, aut lis moveatur. *l. univerſa. C. de prec. Imp. off. l. fin. ibi*: quinquennale ſpatium. *C. qui bon. ced. poſſ.* Cujac. *lib. 2. obs. c. 10.* Menoch. *de aa. jj. qq. cas. 203. n. 14.* Pet. Rebuff. *ad conſt. Reg. tom. 2. ſub. rub. de lit. dilat.* Ant. Teſſau. *dec. 186.* Knich. *in com. jur. Sax. c. 5. §. de indu. mor.* Saxones vocant Eyſern werden. Konig. *in proc. cap. 2. in add. nu. 33.* Hoc verò Remedium non litigioſis fallitis & voluntarijs debitoribus, ſed illis qui fortunæ aſperitate & injuria ex accidenti, non ſupinâ negligentiâ pauperes redditi ſunt, & à Iuſtin. *Nov. 4. & 135.* infelices debitores nominantur, concedi debet. Alex. *in l. 1. n. 43. ſi cert. pet.* Boer. *dec. 349.* Strach. *tr. de decoct. p 6. n 20.* Carol. V. *an. 1541. 18. Nov.* in der Polizeyordnung. *an. 77. tit. 23.* Peck. *tr. de juſt. cap. 4. nu. 2.* Hering. *de fidej. cap. 5. nu. 107. allegans* Cothm. *reſp. 19.* Hotom. *ill. qq. 20.* Morl. *in emp. jur. p. 1. tit. 8. q. 1. n. 18.* vbi negat vltra quinquennium hanc dilationem extendi. Ioh. Bapt. Bovi. *de ſtat. illat. gl. 19. n. 128.* licet Alex. *con. 216. lib. 2. &* Natta. *con. 591. n. 2. 3. 4. 5. lib. 3.* ad decennium abripiant. Sed illud quinquennij juſtitium Litium cavendarum ergò poſſet indulgeri, cum ex parte creditoris cui non magnum eſſet damnum, *arg. l. ſi debitori. de judic.* tùm debitoris, 22. 23.

toris,

toris, qui ſatis longum ſolvendi ſpacium, nec occaſionem litigandi haberet. *arg. l. 1. §. quod dicitur. vbi* Zas. *de ſepara. l. contra juris. de pact. §. tempo. Inſt. de except.* Hering. *d. c. 5. n. 137. & ſeqq.*

24. Alterum litigioſæ paupertatis Remedium, vt Advocati, procuratores, Notarij, litigioſis pauperibus gratis inſerviant & patrocinentur. *gl. in §. ſit tibi. Auth. de mand. princ. v. gratis.* Ias. *in §. tripli. n. 55. Inſt. de act.* Bl. *in l. ſi furioſi. C. de nupt.* Rol. à Valle. *con. 87. n. 25. lib. 2.* Viv. *dec. 159. n. 2.* Melan. *ad proc. Cam. Noe. Meur. fol. 57. par. 1.* Tiraq. *de nobil. c. 29. n. 37.* Caccialup. *de Adv. q. 3.* Ruland. *de Comm. lib. 6. c. 13. n. 7.* Ioh. Pet. Ala. *de adv. Chriſt. p. 1. q. 9.* Magon. *de rect. patroc. rat. cap. 10. n. 1. & 13.* Pet. de Gerard. *ſing. 73. nu. 4.* vbi patrocinantem monet ne quid paupertatis causâ pro patrocinio capiat ſub con-
25. ſcientiæ pœna *per l. tam dementis. in f. cum gl. C. de epiſc. aud.* Sed vbi noſtratium conſcientia? reticentia. In Italiæ civitatibus annuatim duo advocati conſtituuntur, qui pauperum lites gratis movent atq; fovent. Veſtr. *lib. 2. introd. in aul. Rom. act. cap. 7.* Tholos. *lib. 49. ſyntagm. c. 6. n. 11.* de Gallia. In Germania Spiræ Fiſcus pauperum habetur vulgò der Armen Seckell/ in quem pœnæ procuratorum propter exceſſus aut defectus mittuntur, & erogantur in cauſis litigantium pauperculorum, donec vel ad pinguiorem fortunam redeant, vel litem vincant: quo caſu Fiſcalis pecuniam in litem erogatam repetit. Vtinam ejusmodi fiſcus in omnibus judicijs ordinaretur, ſecundum ea quæ tradit Rutg. Ruland. *p. 1. de commiſſ. lib. 6. c. 13. n. 4.* Matth. de Afflict. *lib. 1. Conſt. Neap. rubr. 33. n. 7.* H. Piſtor. *lib. 1. q. 20. n. vlt.* vbi dicit, judicem pauperi litiganti ſumptus ſuppeditare debere.

26 Quod ſi Advocati, procuratores, Notarij gratis pauperibus litigaturientibus patrocinari nollent, ab officio removeri poſſunt. Menoch. *de arbit. jud. quæſt. cas. 369. n. 3. & 4. cen. 4. lib. 2.* Ioh. Bapt. Magon. *de rect. patroc. rat. c. 10. n. 3.* Nec omninò cogitent ſe perdere operas in litigium inſumptas aut inſumendas, vt in Auth. *de mand. princ. §. ſi tibi.* Decian. *in apol. cont. Alicat. c. vlt. n. 161.* Caſp. Bact. *tr. de deb. inop. c. 12. n. 15.* Sed præmium à Deo omnium remuneratore expectent. *Eſai. 49. vers. 14.* Rul. *d. lib. 6. c. 13. n. 15.* Bl. *in l. ſi furioſi. v. nota. C. de*
27. *nup.* qui putat ex publico ſalarium deberi pro lite pauperum. Felin. *in c. ex lit. de off. jud.* Magon. *d. cap. 10. nu. 15.* Hujusmodi litigioſæ paupertatis Remedium eſt, vt acta pauperi gratis edantur. Gail. *lib. 1. obs. 43. n. 15.* Corn. Beninc. *de priv. paup. q. 7. n. 14.* Royz. *dec. Litua. 4. n. 294.*

nu. 294. Prückman. *con. 16. n. 19. arg. d. §. ſit. tibi. verb. gratis. Auth. de mand. princ.* Hæc Remedia non cuivis competunt, neque indiſtinctim: ſed paupertas per allegantem litigatorem probanda venit juramento paupertatis. *c. ſtatutum. §. inſuper. de Reſcrip. in 6.* Ord. Cam. *par. 1. tit. 19.* Gail. *1. obs. 43 n. 18.* Menoch. *6. praes. 25. n. 16.* Fulv. Pacian. *tr. de probat. lib. 1. c. 36. nu. 37.* Affl. *dec. 372.* Gylm. *tom. 1. ſup. Can. p. 7. tit. 7.* Denique pauperes temerè litigantes mulctandi ſunt carcere, 28.
& alijs pœnis. Reig. *in thes. jur. lit. l. n. 164. ex Ord. Cam. p. 1. tit. 41. §. vlt. per reg.* qui non habet in ære, luat in corpore. Neque ſolum pauperes litigioſi ſed & Advocati atque procuratores puniendi, qui videntes in lite pauperiorum veritatis vmbram, divitem litigio labefactare ſperant, & cum parte de 3. 4. & dimidia litis parte paciſcuntur: ob quod pactum ardentius in eam litem incumbunt, & mille technas conſtruunt, quibus collitigatorem aut opprimant, aut ob cauſæ diffidentiam ad compoſitionem adigant, ſcientes ex lite ſemper emerſurum aliquid, quodq; craſſi divites agitati quid exſudare; pauperes verò prorſus exſiccati nihil ſucci evaporare poterunt: ſi litem contra divitem evincant, res omnis eſt in vado: ſi perdant nihil perdunt, pauper litigioſus tantum corporaliter puniendus venit. Damhoud. *in pr. rer. civ.* Ioh. Bapt. Magon. *de rect. patroc. rat. p. 2. cap. 61. num. 4.*

Hæc de Remedijs litium quæ à paupertate dimanant.

Remedium contra lites ab ebrietate prognatas eſt duplex. 1. 29.
Lex & ſanctio generalis, quâ ebrietas litium mater ſeverè prohibeatur, vti ſcelus. 2. Pœna & executio eiuſdem ſeverior ſtatuatur. Prius Remedium probatur cum ſeveriſſimo Dei mandato. *Tob. 4. vers. 29. & 30. 1. Cor. 6. Eai. 5. Prov. 23. Ephes. 5. Abac. 2.* Rul. *de Commiſſ. lib. 1. cap. 23. n. 2.* tum conſtitutionibus Imperij, quibus immoderata adbibendi conſuetudo reprobatur, *in Comit. Aug. an. 1500. 1530. 1548. ſub. tit. de compotat.* Vom Zutrincken/ Sic Athenienſes Oenopotas habuerunt, qui quod quisque biberet in convivijs obſervabant, Athen. *lib. 10. cap. 7.* & contra ebrios actionem inſtituebant. Maximilianus edicto cavit, vt ebrij cum ignominia ab Imperij officijs excluderentur. Mahomethes in Alcorano vſum vini prohibuit. Baſilides magnus Dux Moſchoviæ, qui publicè ebrij conſpiciebantur in carceres impegit, nec inde deprompſit, niſi triduo ante Paſcha. Arnis.

par. 1. doct. pol. c. 16. Sed veluti lex nova vſu non recepta viribus careret, & deſuetudine tollitur. *l. de quibus. de ll. Auth. quib. mod. nat. eff. legit. §. quoniam. in f.* Alex. *con. 132. n. 4. vol. 1.* ita quoque leges Imperij contrario vſu quaſi abrogatæ ſunt, idque peſſimo exemplo, & quadam turpitudinis infamiâ, vt inquit Gail. *2. obs. 110. n. 25.*

Renovandæ igitur, atque ſeverius ſanciendæ ſub pœna exiſtimationis, Das es eyn Schelmſtuck ſey/ non quævis levis ebrietas, ſed ebrioſitas Vertrunckenheit/gewonheit voll zu ſein vnd Zancken/diſtinguente ita Gail. *2. obs. 110. n. 27.* Ratio: quia illa eſt peccatum veniale; hæc mortale. *c. vnum. §. criminis. diſt. 25. vbi gl. verb. ebrietas.* Rip. *in l. fin. n. 79.* Wes. *in par. ad l. Corn. de ſic. n. 24.*

30. Alterum litigioſæ ebrietatis remedium, vt ebrietas ſeverius puniatur, & executioni mandetur. Ratio 1. quia delinquentes puniendi. At ebrius litigioſus delinquit. Ergò. *l. milites. 12. de cuſtod. reor. l. 11. §. delinq. de pæn.* Clar. *5. ſent. §. fin. q. 60. n. 7.* Vasq. *lib. 2. cont. illuſtr. c. 96. n. 31.* Imò ebrius dupliciter peccat. 1. propter ebrietatem. 2. delictum & litem motam, vti Carolus V. in provincijs hereditarijs conſtituit, vt nimiam homicidiorum committendorum ex ebrietate frequentiam compeſceret, & ad hoc malum aditum facilem præcluderet, ebrios litigioſos tam ebrietatis, quàm homicidij ordinarias pœnas ſufferre, in edicto anno 31. promulgato, & ita ſe vidiſſe obſervari ait Weſenb. *in par. ad l.* Corn. de Sicar. *n. 24.*

31. 2. Culpa ad caſum ordinata eſt noxia. Felin. *in c. cum inter. n. 9. de except.* Rol. *cons. 81. n. 53. vol. 1.* At in ebrio litigioſo culpa præceſſit caſum, & dedit operam rei illicitæ. Ergò ebrietas non excuſat, ſed accuſat litem motam ratione iniuriarum, aut homicidij. *c. vn. de commod. c. 2. de poſ. l. qui occidit. §. hoc quoque. ad l. Aquil. l. quoniam. C. ad l. Iul. de vi publ. ibi*: cauſam malorum præbuit.

32. Quod ſi magna fuerit ebrietas, nec eandem prius doloſè captavit ebrius, lites excitavit, aut homicidium commiſit, ordinariâ pœnâ non puniri aiunt Damhoud. *in pr. crim. c. 84. n. 15.* Covar. *ad clem. ſi furio. p. 3. rel. §. 5. n. 3.* Guil. Onciar. *lib. qq. jur. phil. 37. num. 1.* Tiraq. *de pæn. c. 6.* Menoch. *lib. 2. cen. 4. cas. 326.* Gregor. *lib. 29. Syntagm jur. c. 3. n. 4.* Clau. Battand. *reg. 116.* Borch. *de pact. c. 3. n. 15.* latè Val. Voltz. *in com. ad l. Corn. de Sicar. c. 6. àn. 1. ad num. 45.* Schrad *de feud. p. 9. num. 93.* Bocer. *claſ. 3. diſp. 1. th. 4.* Petre. *concl. crim. 148. lit. L.*

33. Ratio, quia in ebrijs nulla ratio, nec vllum vitæ gerendæ rectum

conſilium,

onſilium, nec vlla artium, geſtorum, lectionum memoria; vnde & ibi & vmbræ ſuæ litis vmbram, proximo litem indefenſam mo-ent: imò ebrij vitam edormire dicuntur. *c. à crapula. de vit. & hon. ler.* Vnde ebrietas & animum & corpus corrumpit, ingenium onfundit, mentis ſtatum evertit, memoriam tollit. *vinolentum. 35. diſt.* Heresb. *de edu. princ. c. 18.* Boet. *lib. de Schol. diſcipl.* Iſidor. *lib. 1. de ſum. bono.* Conrad. Wid. *con. matr. 6.* Beuſt. *de Spons. cap. 11.* Georg. Gratarol. *tr. de memor. c. 2.* Fr. Patrit. *lib. 6. de Reg. inſtit. c. 26.* Ben. Curr. *in ann. ſup. ar. amor. l. 19. arc. §. or. diſoit. il. fol. 188.* Ergò putant e ebrioſi litigatores excuſari? Minimè, quia peccatum propter 34.
eccatum non excuſatur. *l. nunquam. de prin. del.* 2. Vt ratio homi-is ligatur per ebrietatem; ita & per concupiſcentiam. At lites ex oncupiſcentia natæ puniuntur. Ergò & illæ quæ ex ebrietate veni-nt: neque debet rei illicitæ vacantem ſua excuſare improbitas. *l. 203. e R. I. l. 15. ſi quis om. ca. teſt.* Treutl. *p. 1. diſp. 6. θ. 5.* Ita tamen, vt e-rioſus & ſemper litigioſus ordinarie; leviter ebrius ex caſu & igno-atione Vom trunck begangen/ mitius puniatur. Ratio huius, quia omparatur furioſo & mortuo. *c. venter. diſt. 35.* Dd. *in l. vt vim. de I. & I.* Menoch. *de aa. ij. qq. ca. 326.* Oſe 4. Scortatio & vinum auferunt or. Item abeſt dolus & voluntas peccandi. Dd. *in c. 2. de malef.* Ra- 35.
o prioris, quia conſuevit eſſe rixoſus, & excitare turbas atque lites, uod cum ſciat ſe ebrium tali vitio laborare, ebrietas cenſetur deſti-ata ad caſum, & proinde delictum litigioſum non excuſat, ſed ag-ravat. Blanc. *in tr. crim. §. ebrius.* Nell. *in tr. ad def. c. 1. n. 44.* Ang. *in r. malef. verb. ſcientia. n. 17.* Bl. *in l. 1. n. 40. C. vnde vi.* Treutl. *p. 2. diſp. . θ. 6.* vbi diſtinguit, vt in levioribus iniurioſis atque litibus excuſe-ur, maximè ſi poſt edormitam crapulam pœnituerit; ſed in atro-oribus omninò teneatur. *l. vn. C. ſi quis imp. maled. l. 12. de cuſt. reor. 11. §. 2. de pœn. l. 23. §. 9. ad l. Aquil.* Weſemb. *par. de iniur. n. 4.*

Hæc de remedijs litium quæ naſcuntur ab ebrietate,
maximo Germaniæ incommodo
& vituperio.

CAPVT X.

DE REMEDIIS LITIVM, QVAS MVLTITVDO, NEGLIGENTIA, avaritia & imperitia tàm Iudicum, quam officialium cauſatur.

SVMMARIA.

1. *Iudicis officium in minuendis litibus conſiſtit.*
2. *Litigatores metu amittendarum litium coërceantur.*
3. *Iudex ſecundum Leges, & conſuetudines judicet.*
4. *Iudex imperator judicij, judicatur, à DEO.*
5. *Principis præſentia litium expediundarum Remedium.*
6. *Obiectio contra hoc Remedium, & refutatio ejuſdem.*
7. *Princeps ad ſopiendas lites conſiliarijs vtitur.*
8. *Error judicum, quod miſereantur Litigatorum, corrigendus.*
9. *Princeps præmijs, & pœnis juſtitiam adminiſtrat.*
10. *Pauci judices, & probi in inferioribus judicijs eligantur.*
11. *In ſuperioribus plures judices, pro litium pluralitate.*
12. *Iudex non quis, ſed qualis ſit, attendendum.*
13. *Illiteratus & imperitus judex ab officio removeatur.*
14. *Iudex practicus, honeſtus, & exemplaris eſto.*
15. *Plura judicis Requiſita recenſentur.*
16. *Iudicandi officium magis onus, quam HONOS.*
17. *Litigantium querelaſe malos habuiſſe judices.*
18. *Nundinatio officiorum judicialium prohibeatur.*
19. *Ambitus quà crimen, quà crimine alienus.*
20. *Iuſiurandum & cautio à judicibus præſtetur.*
21. *Pœna judicis injuſtè judicantis eſt multiplex.*
22. *Auaritia judicum mulctis, taxatione, & pœnis reſtringenda.*
23. *Eſculenta, & poculenta quatenus ſint litium calcar.*
24. *Lex MVNERALIS in forum revocanda.*
25. *Iudices negligentes removeantur ab officio.*
26. *Remedia contra judices officio abutentes variaſunt.*
27. *Sententia injuſta caſui fortuito aſſimulatur.*
28. *Iudex proceſſum dirigat, & libellum ineptum dentibus laceret.*

29. *Ipſemet judex interſit Examini teſtium.*
30. *Teſtium receptio per judices multis in locis vſitata.*
31. *Magiſtratus ad litium probationes ordinentur.*
32. *Officiales nihil accipiant à litigantibus vltra ſalarium.*
33. *Officiales caveant de benè adminiſtrando.*
34. *Iudices & officiales in vnâ curiâ cohabitent.*
35. *Iudicum & officialium auctoritas à ſuperiori defendatur.*
36. *Cato optatur, qui ſcribas in ordinem redigat.*

SICVT vno Collyrio omnium oculis mederi; ita vno remedio 1.
lites omnes abbreviari poſſe nonnulli opinantur, officio ſcilicet Iudicis nobili, provido, diligenti; quod in diminuendis, finiendisq; litibus verſatur. *L. quidem 21. de rebus Creditis. L. 2. pr. de aq. pluv. arcend. L. æquiſſ. de vſu fructu c. finem litibus. de contum.* Mar. Vranius. *tom. 1. conſil. 17. n. 17.* Et præcipuum integerrimi Iudicis munus eſt fomenta atque occaſiones litis tollere. *L. proper. C. de jud L. litibus. C. de agr. & cens. lib. 11.* Reg. Sixt. *vol. 2. Conſ.* Acad. Marp. *21. n. 119.*

2. Hoc equidem remedium omnium eſſe potiſſimum concedimus; ſed vnum minimè ſufficere credimus. Quamvis enim Iudices exactiſſimum litigandi modum præſcribant, quem ſi exactè litigatorum procuratores tenerent, nihil planè eſſet, quod deſiderari poſſit; ipſa tamen rerum experimenta docuerunt, maiorem eſſe litigatorum malitiam, imò inſaniam, quàm vt prudenter hucusq;, ſanctèq; conſtitutis coërceri potuerit. Ideoq; ſtrictioribus vinculis indiget; vt qui nec propriam verentur conſcientiam, nec Imperium judicis reverentur, ſaltem litium, quas tantopere amant, amittendarum metu conſtringantur; ne recuſent durioribus inpoſterum legibus litigare, ſi lubricum & incertum litis voto Concordiæ anteponant, vt *inquit* Antonius Faber. *lib. 9. Cod. For. tit. 22.* Quòd ſi fecerint, 3.
Iudex commodius lites dirimere nequit, quam ſi judicet, vti legibus, conſtitutionibus, conſuetudine legitima & ſtatutis eſt proditum. *§. 1. Inſtit. de offic. Iudic. vbi Dd. Auth. jubemus. C. de Iudic. L. vnius 18. de qq. Novell. 82. c. 13. L. 40. §. 1. & L. 79. de Iud.* Gail. *1. obſerv. 36. n. 12.* Nec his deficientibus à communi opinione in litibus terminandis recedat. Iaſon *in auth. noviſſ. n. 22. C. de inofficioſo teſtam.* Neviz. *in Syl. nup. lib. 5. n. 1.* Lanc. Conra. *de off. præt. rub. de ſent. n. 21.* Toming. *dec. 23. n. 15.* Hart. Piſtor. *lib. 2. q. 5. n. 13.* Capifer. *tr. de num. teſt. p. 1. c. 16.*

n. 54. Knich. *ad privil. Sax. fol. 18.* Pruckm. *con. 49. nu. 161.* Ant. Mat. Coratius. *lib. 2. com. opin. tit. 8. imp. 2. n. 16.* vbi vel ſexcentos allegavit. Cothm. *reſp. 1. n. 545. per L. 1. ibi crebrior. de officio quæſt. L. pro hæred.*
4. *§. Papin. de acquir. hæred.* Sed cum noſtri non ſit inſtituti officium judicis quod latiſſimum eſt, Latius deſcribere: Remedia ſaltem conſiderabimus; inter quæ 1. eſt generale, & venerabile; Quod illâ ipſâ horâ, qua judex judicat de alijs, ipſemet â Deo judicatur. *gl. Land Recht tit. 3. art. 30. arg. L. rem non novam §. Sic n. C. de Iudic. c. quicunq. 11. q. 3.* Heyg. *p. 1. q. 10. n. 38.* Reliqua aut ſunt circa perſonas aut officium Iudicum. Quoad perſonas, IVDEX eſt potiſſima pars, Dux & Imperator Iudicij. Schrad. *part. 10. de F. in præam. n. 2.* Vant. *de null. ex def. jurisd. n. 2.* Reyg. *diſp. 1. proc. jud. th. 17.* Bald. *in rubr. ſi à non comp. jud. n. 4.* Pacian. *de probat. c. 44. n. 2. p. 2.* Ruland. *de Commiſ. lib. 2. c. 2. nu. 1.* Eſtque duplex Superior & inferior. Hic Magnus Pegelius *in thes. rer. ſel. pag. 7.* magnum promittit remedium, & judices imaginativos deſcribit, qui IVSTA ſeu æqua agere & poſſint & velint, nec aliter poſſint, etſi vellent, neque ſint Partiarij aut lucroſi.

5. Sed hoc omiſſo in Superiori judice ſaluberrimum litium abbreviandarum remedium eſt, ſi Rex, Princeps, Magiſtratus non ſolum præſint, ſed etiam interſint judicijs, quibus Subditorum lites ventilantur. Sicut Auguſtus qui non modo civilibus, ſed etiam capitalibus cauſis aſſiduè judicandis operam dabat. Severus non minus in civilibus negotijs, quam pueris erudiendis diligens fuit. Sueton. *in Cæſar. c. 43. in Auguſt. c. 33. in Claudio 15. in Galba c. 7. 8. 9. in Domitiano. cap. 8.* Lotharius I. conſtituit Anno 825. vt omnes IVDICES in præſentiam ſuam venirent. Heiminsfel. *tom. 1. conſtit. Imper. pag. 14.* Traianus, Adrianus, Antonius, Alexander & permulti alij Romani Principes ſedere ipſi Iudices, & litigantes attentè audire non erubuerunt. Antimach. *lib. 3. Comm. theor. 35.* Maximilianus Anno 1502. menſe Septembri Auguſtæ Vindelicorum bis Iudicio Cameræ interfuit, & libellos ſupplices ſubſcripſit.

Hoc eſt Ietronis remedium, vt quæ Regis & Principis cognitione dignæ videantur lites graviſſimæ, ipſi ſibi judicandas cum Moyſe reſervent: cœtera minorum gentium litigia Magiſtratibus permittant. Idem Romuli inſtitutum Remedium fuiſſe & ordinationem teſtatur Halicar. *lib. 2. c. 5.*

Imperatores Germaniæ ſeculi prioris idem obſervarunt, qui in

Roncalijs

Roncalijs jus dicere, & lites ſubditorum conventu ſolenniter indicto terminare ſolebant. Vrſp. Gunth. *lib. 2.* Gotloſ. *ad Auth. habita. C. ne Filius pro Patre.* Carolus Magnus introduci ad ſe litigatores, & juſta ſua exponere jubebat: atque vbi attentè eos audierat, litem ſi poterat, amico & placido arbitrio componebat: ſin minus ſententiam ex æquo & bono pronunciabat. Antimach. *lib. 3. Comm. theor. 5. ex Annalibus Anno 809. & 814.* Ludovicus Pius & Lotharius in omni hebdomada vnum diem ad lites audiendas & judicandas ſedere voluerunt, vt ex Capitulari conſtat Anno 826. art. 83. de audientia Regis, & Anno 832. *cap. 28.* Heiminsfeld. *tom. 3. concl. 117. pag. 268.* Philippus Auguſtus, Carolus Sapiens *7. & 8.* Ludov. 12. Galliarum Reges, Subditorum litibus audientiam ordinariam præbuerunt. Antimachia. *d. lib. 3. Comm. theor. 35.* Primis potiſſimum ſeculis Principes & Reges belli Duces, litium judices, & Deorum Sacerdotes fuerunt vt ex Num. Pomp. notat Hier. Eluerus. *in del. Apod. Epiſt. 15.* Idẽ ſingulis triennijs in Regno Daniæ fieri ait Kirchn. *in Rep. diſp. 11. th. 1.*

Bodin. *4. de Repub. c. 6. &* Henric. Stephani. *in Muſa. Princ. carm. 19. & 20.* exiſtimarunt non vtile videri remedium, Principem per ſe jus dicere, & lites finire. Quod conſilium olim Auguſtus quidem audijt, ſed non ſecutus; quo minus in lecticâ jus diceret. Caſſiod. *lib. 12.* Ratio cum Magiſtratus vel gratia, vel odio vel metu judicent, aut Principis interpretatione ad judicandum egeant, ſœpè fit, vt cum mortalis ſit hominum natura, lites ſint immortales, quas ſi Princeps ipſe Iureconſultorum opera diſceptaret, non argutias legum, aut formularum momenta, ſed æquitatem conſectaretur, ac brevi lites omnes â ſtirpe reſecaret. Dn. Bodinus *lib. 4. Reipub. cap. 6. n. 451.* licet diſſentiat quoad præſentiam Principis vitioſi. Quantum præſentia Ducis in bello valeat docet Proverbium: Meliorem eſſe exercitum Cervorum Duce Leone, quam Leonum Duce Cervo. Obrecht. *de jur. bell. diſput. 2 theat. 118.* At lis Iudiciaria nihil aliud quam bellum. Ergò præſentia Iudicis Superioris lites multum compeſcere & tabeſcere faciet. Robertus 3. Scotorum Rex litigioſas Pauperum querelas æquiſſimis audiebat auribus & damna ſarciebat. Hect. Boëthius *lib. 16.* vnde Zvvingerus. *vol. theatr.* Hum. *lib. 1.* Reges Iuſtitiæ cultores, & Homerus θεμιστοπόλους h. e. Iuris diſtributores, ſive Iuridicos vocat. Antimach. *lib. 3. Comm. theor. 35.* 6.

Sed inſtat Bodinus. *d. c. 6. n. 457.* in Iudicis officio multa deſiderari, 7.

derari, quæ peritiſſimos fugiant. Ergo magis Principem, qui tot litium dilationes, tot ſubterfugia reorum, tot Pragmaticorum fraudes, tot circumforaneorum rogationes, & clamores ferre non poſſit; imò res omnium in Civitate maximas Princeps vix capere poteſt, quomodo tot rebus litibusque judicandis ſufficeret? Maius eſt officium Regis quam quod litibus conſumi debeat, vt Modeſtus admonebat Valentem. Amnian. *lib. 30.* inprimis cum res admodum tædioſa ſit, nec Regis ſtudia patiantur, illum minutias litium addiſcere. Arniſæ. *lib. 1. doct. pol. cap. 16. p. 374.* Cominæ. *lib. 3. belli Gall.* negat, ex vſu principum eſſe, vt ad colloquia coram coirent, E. multò minus ad litigia *arg. L. 19. de off. præſ.* Deindè Modo huc, modo illuc proficiſcitur, & litigatores Principem ſequi tenerentur vbi commodius foret liti cedere, quam cum tanto detrimento litigare. Heigius. *part. 1. quæſt. 9. n 3.* Ad hæc omnia reſponderi poteſt, quòd Princeps ſuis Conſiliarijs vtatur, quorum opera ſtatis temporibus ſubditorum lites facilè audire & decidere poſſet. Nihil enim magis ſubditis debet, quam Ius & audientiam, vt inquit Antimach. *lib. 3. Comm. theor. 35.* quæ ſit benigna, ne per impatientiam, præcipuè in Criminalibus Reos ad deſperationem reducat. Marſil. *in pr. Crim. §. occur. n. 2.* Ioh. Bap. Magon. *de rec. pat. rat. c. 5. n. 23.* Interdum per alios lites decidere poteſt profecturus. Vnde nimirum *Interpretes noſtri* tradiderunt, Barones debere Capitaneos & Auditores in Territorijs deputare, ne Vaſalli pro conſequenda IVSTITIA extra territorium ire cogantur. Mar. Frecci. *de Feud. lib. 2. aut. 30. n. 3.*

8. Nec obſtat Principem facilius ad miſericordiam litigantium ſuſpicijs commoveri, quam judices inferiores. Bod. *d. c. 6. n. 460.* Iudicum ferè omnium error iſte eſt, quod quaſi miſereantur Litigatorum, quos litium odio terrere potius deberent; patiuntur fieri per plura, quod æquè paucioribus expediri poſſet. Crudelis iſta miſericordia eſt, quæ Litigatoribus favendo lites fovet, inquit Anton. Faber. *lib. 9. Cod. For. tit. 22.* Ioh. Anton. Zavatar. *de Prax. Mediol. fori n. 93. & ſeqq.*

Nec arcanum Bodinianum omni ex parte nobis probatur, quod ad benevolentiam ſubditorum erga Reges & Principes plurimum valeat, à Principibus omnia præmia, largitiones, honores, Magiſtratus, imperia proficiſci, à magiſtratibus verò pœnas & ſupplicia irrogari.

Ita enim alterum Principis officium, quod in puniendo con- 9.
ſiſt,abdicaretur,& impunitas delictorum nova delicta atque litigia
caret. Ludovicus 12. Rex Gallorum legens Pſal: 106. dixit: Prin-
pem qui crimen punire poteſt, nec punit, non minus eſſe reum,
iam ſi ipſe perpetraſſet. Pietatis eſſe opus non ſævitiæ IVSTI-
AM facere Antimach. *3 Commen. theor. 7. & 35.* Camer. *vol. 1. hor.*
c. c. 100. 3. Reg. 20. quia dum facinoroſi publicè non puniuntur,
ublica lætitia turbatur *L. nemo 3. C. de Epi. aud.* Bodin. *lib. 1. c. vlt.*
. 260. Gram. *dec. 36.* ſeu peſſimorum felix improbitas; optimorum
calamitas. Hæc de remedio generali audientiâ, & præſentiâ Iu-
cis ſuperioris. Quoad inferiores Remedia potiſſimum verſan- 10.
r circa Iudicum electionem, electorum abuſus, abutentum pœ-
s. Prius remedium, vt pauci Iudices, Dei timentes, Veritatis a-
antes, auaritiam deteſtantes eligantur ex conſilio Iethronis Exod.
quod refert Antimach. *lib. 3. Comment. theor. 35. & Auct. diſcurs.*
om Juſtitienwerck. *pag. 53.* Officium enim iudicandi totum exigit
ominem, juſtum, ſobrium, caſtum, modeſtum & artificem egre-
um. Agg. Vrban. *in Cod. Theor. in Iul. Froat. pag. 177.* Pauci, quia
ultitudo Iudicum à quo, introducit multitudinem litium ad
iem, & exſugit populi fortunas; cum nihilò facilior, ſed intricatior
ium expeditio reddatur, vti ſtatus in Gallia queſti ſunt apud Caro-
m IX. & SCtum Aureliæ factum, vt officia & Magiſtratus morte
acantes abolerentur, donec ad veterem numerum redirent. Anti-
ach. *d. lib. 3. Comm. theor. 35.*

Vnus ergo Iudex ſit Inferioris Inſtantiæ, qui Aſſeſſores vel Ad- 11.
ocatos ſuæ jurisdictionis, vel potius alios litium oſores, viros pro-
os ſibi adſciſcat, integræ famæ & bonæ exiſtimationis. *L. ſancimus 6.*
i. ad l. Iul. repet. Novell. 161. c. 2. pr.

In Superioribus judicijs, quia plures lites, plures quoq; judices
rdinari debent. Hæc enim plus auctoritatis, quam reliqua obti-
eant neceſſum eſt. At judicium communi multorum Prudentum
onſilio editum plus momenti habet. Ergò. 2. AEquitate vt
lurimum nituntur. At vnius æquitas ſœpè iniquitas, niſi rarâ
octrinæ præſtantiâ, rerum vſu & ſolido judicio polleat. 3. Sum-
orum judicium eſt nova Principis Edicta examinare, quod plures
om modius & rectius vno expediunt. 4. Cenſores & Correctores
ferioreum ſunt. Ergo plures eſſe oportet. Denique difficilius

Ecc plures

plures corrumpere, quam vnum. Antimach. *lib. 3. Comm. theor. 35.*

12. In hoc Electionis Remedio, vt judicia, tanquam Iuſtitiæ officinæ bonis & qualificatis vtantur fruantur perſonis, non tam attendendum quis ſit? nobilis an plebeius, pauper an dives, qui Promotorem remunerare poſſit; aut ſit ê familia, vel familiam jure Conſangvinitatis aut adfinitatis propaget. Sed qualis ſit? hoc eſt, Dei timens, Veritatis amans, & avaritiæ inimicus. *d. cap. 18. Exod. L. ſummus. 6. pr. C. ad L. Iul. repet. L. 1. C. de offi. magiſt.* Rebuff. *in mat. poſ art. 14. gl. 1.* Ruland. *de Comm. lib. 1. c. 6. n. 3.* Talis Iudex judicio adhiberi debet, qui præterea res atq; lites, de quibus tractatum, rectius cognoverit, & in illis expertus atque peritus ſit. Toloſan. *lib. 24. de Repub. c. 6. n. 9.*

13. Alterum enim circa Electionem remedium, vt juris tàm Civilis Romani, quàm Provincialis imperitus & experientiâ rerum deſtitutus, â iudicandi munere removeatur, & tantum literatus eligatur. *c. ſtatus. diſt. 61. L. 14. §. legum obſervan. C. de Iudic. Novell. 60. in f. Novell. 82. vbi Cuiac.* Schraderus. *de Feud. p. 10. ſect. 14. n. 2.* Robert. *lib. 3. ſent. cap. 3.* Hotom. *ill. qq. 26.* Vultei. *1. diſce.* & Harprecht. *diſp. 1. concl. 38.* Bronch. *1. ivaſ. 43.* Althus. *2. I. R. 1.* Bercht. *tr. de jud. concl. 56.* Rosbach. *c. 4. n. 17.* Bocer. *diſp. 1. thes. 20.* Ruland. *de Comm. lib. 1. c. 13. n. 4.* Atque ita vt Iuſtin. *in Auth. de Iudic. pr.* monet, per ſe ſciat, quod juſtum eſt, nec aliundè hoc emendicare neceſſe habeat. Quomodo enim (addit Imperator ibidem) non maximum vitium erit Reipub. non ijs, qui ex ſe, quid agendum ſit, ſciunt lites tradere, ſed ſinere eos quærere alios, â quibus liceat diſcere, quæ ipſos in judicando eloqui decet. *Auctor. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 51.*

14. Inde vera acquiritur & idonea Praxis actionum forenſium, & rerum agendarum in Repub. maximè neceſſaria; adeò vt qui non ſit Practicus ad gubernandum ſit planè inhabilis. Greg. Toloſan. *lib. 16. de Rep. c. 6.* Adam. Keller. *lib. 1. de off. jur. pol. c. 27.* Ruland. *de Comm. lib. 1. c. 6. n. 11.* Hiſpani HABILIDADOS. Galli Sufficientes vocant. Ruland. *Commes. lib. 1. c. 6. n. 11.* Licet hoc noſtro ſeculo ſæpius iuri regundo & litibus terminandis Tyrones, Terræ Filij. Germ. Pfiſchesecke / & novi homines, quàm periti, & rerum prudentes præficiantur, non ſine gravi Reip. damno, vti conqueritur Antimach. *3. Comm. theor. 35.*

Honeſti eligantur, alieni à *προσωποληψία*, qui litigaturientibus

bono

ono exemplo præluceant, & jus, quod in alios reddunt, ferant, ſecundum illud Poëtæ

Sic agitur Cenſura, & ſic exempla parantur
Cum Iudex alios quod monet ipſe facit.

t. tit. quod quisq; Iuris in alium ſtatuit. Antimach. *lib. 3. C. theor. 35.* oyſes. *lib. 5. cap. 2. Auctor. diſcur.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 52.* vbi emplificat in Litigaturiente Feſtucenſi ad agellum reſtituendum ondemnato, qui videat Iudicem Trabenſem integra aliorum præ-a per fas, nefaſque poſſidere.

Inviti igitur, non ambientes, & eiusmodi honori ſeu potius neri pares eligantur, viri pij, prudententes, conſtantes, veraces, ac ris Publici; privatique, nec non morum, hominum, ac Reip. iſtius ci periti: Cum Conſilium de Repub. dare, teſte Cicerone *lib. 2. de rat.* caput ſit noſſe Rempubl. Non autem homines athei, impij, llidi, verſuti, inconſtantes, avari, mentiendi, fallendi, decipiendi, mulandi, diſſimulandiq; in ſignem peritiam habentes, quales hoc alitioſo ſeculo Induſtrij atque Politici nuncupantur, ſed minus olitè â ſui ſimilibus; de quibus Cicero. *2. offic.* Ex quo efficitur, quicquid honeſtum ſit; idem ſit vtile. Quod qui parum pro-iciunt, hi ſœpè verſutos & callidos homines admirantes, eorum alitiam ſapientiam judicant. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 52.* ic notentur verſus Hoſtiens. *ſub. Tit. de temp. ord.* relati â Ruland. *r. de Comm. lib. 1. c. 6. n. 11.* 15.

Primum præcipitur, quod ſit ſine crimine Præſul
Magnanimus, Sobrius, Prudens, ornatus & Hoſpes,
Caſta docens, non percuſſor, non Litigioſus
Non cupidus, benè diſpoſitus, non neophitus.

Verum quidem illud Polycratis, quòd Maus. *de Iur. prin. lib. 8.* 16.
ro. refert. Honorem cum aſpiratione ſcribi, & vehementi cordis ſpiratione pronunciari, cum ad honorem acquirendum magno nimi impetu excitemur: Sed cum Iudicis officium magis onus, uam honos, mirum cur tanta animorum aſpiratione eò tendant? t onus eſſe ſcribit *gl. in c. ſi contra vnum. verb. probari ante fin. de off. legat. in 6. L. numerum §. Iudic. de mun. & hon.* Aret. *in §. item maior 2. In. de execut. tut.* Iudicandi onus gravè cenſeri dicit. Rot. *dec. 2.*

 num. 2.

nu.2.& con.155. Boëri. *dec.222.n.2.* Vivi. *lib.1.dec.37.n.7.* Iohan. Iac. Laurent. *tr. de Iud. juſſ. c.1. n.5.* Ergò oneri pares ſunt eligendi, viri pij, veri, minimum avari; quod potiſſimum attendendum in lectione ſummorum Iudicum. Nam quæ ab ipſis in judicijs faciendis peccantur vix vllo remedio ſanari aut corrigi poſſunt. Antimach. *3. Comm. theor. 35.* Hæc de primo Electionis remedio.

17. Iudicum Electorum abuſus ſunt varij; venalitas officiorum, avaritia, corruptio, negligentia, iniquitas & alia, ita vt ſi temporarias fori noſtri turbas intueamur, vix vllam fortaſſe litem, quæ impuna non ſit, vel ſaltem impunè tractatam conſpiciamus; quia huiusmodi litium tractatio ſine delictis admittitur & litigantium improbitas ab iniquis Iudicibus multoties alitur, qui bonos depellunt, & iniquos tollunt vt conqueritur Ordelaph. *ad L. fin. n. 103. de Rei vindic. arg. c. nimium 23. q. 4.* Et communis malorum Litigatorum mos eſt, vt Auguſt. ad Glor. Eleuſin. & alios ſcripſit, vt dicant ſe malos judices fuiſſe perpeſſos, licet etiam firmiter manifeſtiſſimâ veritate ſuperati. Heiminsf. *tom. 3. Conſt. Imp. pag. 475. in Reſc. Synod. Baſil. ad Frid. 3.* Bodin. *lib. 4. de Rep. c. 6. n. 464.* Semper is qui cauſa cadit, injuriam ſibi â Iudicibus illatam opinatur. Ergo ſicut abuſus ſunt varij, ita cogitandum de Remedijs, quibus anteverti & prohiberi poſſint, vt ait Antimach. *3. Com. theor. 35.*

18. Prius remedium eſt, vt venalitas ſive nundinatio officiorum Iudicialium omninò prohibeatur, neque pluralitas eorundem admittatur, quia vtraq; litigandi, & malè agendi occaſionem præbet. *arg. Nov. 8. §. cogit. in pr.* Kell. *lib. 2. de off. jur. pol. cap. 1.* Vaſq. *1. contr. c. 42.* Maſcard. *de probat. concl. 1137. n. 39. & 40.* vbi dicit Emtum officium omnia mala cogitare. Br. *in L. Procurat. C. de murileg. lib. 11.* ait dari materiam judicibus obtinentibus officia per pecuniam furandi impunè. Ang. *in §. cogitandum. Nov. 8.* vehementer invehitur contra officiales baratarios, qui vendunt juſtitiam, inocentes avarè puniunt, & nocentes abſolvunt, quando emerunt officia. Par. de Püt. *tr. Syndic. verb. official. c. 19.* Maſc. *de concl. 1137. n. 43.*

19. Nec obſtat L. vnic. C. de ſuffrag. vbi ambitus officiorum â crimine alienus videtur, quia ambire, hoc eſt honores petere & magiſtratus non eſt prohibitum, nullo ſcilicet populi favore captato. *L. Barb. de offic. Prætor. 1. ad Thim. 3. v. 1.* qui Epiſcopatum deſiderat bonum opus deſiderat. Dècian. *lib. 8. c. 23. n. 2.* Plat. *lib. 6. de LL.* Io. Cas. *lib. 2.*

Sph. civ.

ſph: civ: cap.9: Sed vehementi ardore arrogantiæ, omnibus nervis, ſionis, muneribus, promiſſionibus contendere, vt ſibi aliquis magiſtratus, imperium, provincia, Sacerdotium, publicum officium decernatur, crimen ambitus eſt hoc noſtro ſeculo frequentiſſimum. Gœd. diſp. 16. At. th. 22. lit. a. Vide de hac. L. vni. C. de ſuff. Duar. lib. 2. diſp. cap. 21. Alciat. lib. 2. παρ. c. 14. Ioh. Robert. 2. ſent. 21. Quod ſi non ſit apertum, ſaltem tectum & eò magis nocivum, latet angvis in herba.

Remedium præter prohibitionem duplex Iuſiurandum, & 20 Pœna. Iuramentum generale, Regum, judicum, magiſtratus κατὰ τοῖς νόμοις βασιλεύειν, βουλεύειν, δικάζειν h.e. ſecundum Leges regere, conſulere, judicare. Hoc juramentum eſt præſtandum ante Magiſtratus & munerum ingreſſum, ſe nihil dediſſe, nec ſe daturos aut promiſſuros quidquam pro magiſtratu & lite terminandâ. L. vlt. C. ad L. Iul. rep. c. Saucimus 1. q. 7. Sicut & antiquitus jurabant, ſecundum L. rem non novam. C. de Iud. Vtinam hoc ſervaretur hodiè, quam multi abſtinerent â profuſa largitione erga Iudices, qui muneribus taliter inhiant, vt ni dentur, expoſcant. Contra S. Scripturam Prov. 17. 22. & 23. Mich. 3. Ordelaph. ad. L. fin. n. 133. de Rei vindicat. Quod ſi non obſervent, perjurium adulterio majus cogitent. Card. in cl. 1. q. 13. de Iurej. Ab. in c. ſicut. de Teſtib. c. illi qui 22. q. 5. Mar. Bauer. tr. juram. priv. 7. Zauatar. de pr. for. Mediol. n. 37. & ſeqq. teſtatur ibidem ſervari. Aut ſaltem caveant ſe ab injuſtitiâ, quæſtu, turpitudine, & re vetita abſtenturos datis ſponſoribus. Nov. 149. c. 1. quam ad huc obſervari, vel ſaltem in Regnis & magnis Principatibus in vſum revocari Reip. admodum vtile eſſet remedium vt innuit Hering. tr. de fidei. c. 5. n. 296.

Vltimum Remedium eſt pœna tàm Divina, quàm humana. 21. Divina, quia quilibet Iudex eo ipſo momento, quo judicat in terrâ, à Deo judicatur in cœlo. Auct. diſc. Vom Juſtitienwerck. p. 52. Humana eſt multiplex, quia Iudex pecuniam accipiens vt lites finiat, & ſententiam ſive juſtam, Sive injuſtam pronunciat in pœnam L. Iul. repetundarum incidit. L. 3. & 6. §. 2. ad L. Iul. rep. c. non licet 69. caus. 11. q. 3. Harprecht ad §. item Lex. Corn. 7. n. 10. Inſt. de pub. Iud. vide Nov. vt Iudices ſine quoque ſuff. Lamb. Danæ. lib. 6. pol. Chron. cap. 5. vbi refert Zoilum illum fumi venditorem vivum crematum eſſe, quod Magiſtratus vendebat. Petr. concl. Crim. 188. Ex. Iul. eſt deportatio.

Eee iij L. vnic.

tor paupertate adductus negat & alterat factum, vt retardando litem ſe quid interea acquiſiturum ſperet, quod creditoribus ſatisfaciat. Giov. Ant. Palaz. *part. 4. del governo di Stato. c. 12. del diſtruggimento de i litigi cagionati della povertà.* Sicut enim paupertas ad res novas moliendas, ita & lites tentandas impellit. Antimach. *lib 3. com. de polit. theor. 32.* Vnde Plato: pellendæ ex civitate divitiæ: pellenda etiam paupertas. Illæ enim delitias, otium & ambitionem adferunt: hæc autem lites, ſeditionem, & turpem quæſtum. Keller. *lib. 1. de off. jurid. pol. c. 16.* adde Machiav. *lib. 1. comm. c. 12. lib. 2. c. 7. & lib. 3. c. 16. & 25.*

18. Remedium, quod ſi dives cũ paupere litiget, pauperi dives expenſas ad litigandum ſubminiſtrare tenetur, ſi pauper pro ſe juſtitiæ præſumptionẽ habeat. Neviz. *in Syl. nupt. tit. quomodo iudicandũ pro com. opin. n. 32.* Ioan. Lup. *ff. de donat. int. vir. & uxor char. 61. col. 1. n. 8. & 20.* Ioh. Bapt. Magon. *de rect. patroc. rat. c. 59. n. 5.* Pa. de Put. *de Synd. verb. expen.* Coler. *de proc. execut. par. 1. c. 2. n. 95.* Ratio, quia debilioribus favendum, vt ait Iſocr. *in orat. Paneg. 6. incip. illos.* Magon. *d. c. 59.*
19. *n. 6. adde l. 2. C. de Carb. ed.* Sed hoc Remedium lites potius foveret quàm removeret, & pauperes ad litigaturiendum allicerct. Ideoque ſe non vidiſſe ſervari ait Boer. *dec. 103. n. 4.* Ang. *in l. ſi procuratorem. §. ſi ignoranter. ff. mand. per text. ibid. & l. imperatores. 17. de tut. & rat. diſt.* vbi ICtus pupillo, petenti expenſas litis à tutoribus, reſpondet Impp. reſcripſiſſe: Non habet rationem poſtulatio tua, volentis in ſumptum litis tibi pecuniam ſubminiſtrari. Vnde Bl. notat, quod nemo teneatur adverſario ſuo contra ſeipſum ſuppeditare ſumptus litis. Aret. *in c. ſi qui teſt. de teſtib.* Matth. de Affl. *lib. 1. conſt. Neap. rub. 33. n. 7.* H. Piſtor. *lib. 1. quæſt. 20. n. 2.* Rebuff. *tit. de Inquiſ.*
20 *art. 9. n. 3.* Ruland. *de Commiſſ. p. 1. lib. 6. cap. 13. n. 2.* Neque ratio iſtius Remedij πάντα πάντοτε ten[illegible], quia pauperibus non ita favendum, vt cæteris fiat iniuſtitia. *c. ex tenore. de for. comp. l. fin. §. ſed ſi quis. C. com. de legat.* Dec. *in c. 1. col. fin. de conſtit. & c. præſentia. col. 35. de prob. quem ſequitur.* Neviz. *in Syl. nupt. rit. quem. judic. n. 28.* & allegat illud Deuter. 23. pauperis non miſereberis in judicio, h. e. de eo qui injuſtam litem fovet. Magon. *de rect. patroc. rat. c. 59. n. 16.*

Quod ſi juſtam litem foveat, deſerendus non eſt, ſed omnibus medijs atque remedijs juvandus, ne afflicto maior detur afflictio. Caſſiodor. *dec. 6. n. 3.* Iuven. *Sat. 3.*

Nil

Nil habet infelix paupertas durius in ſe
Quam quod ridiculos homines facit.

Huic litium neceſſitati & paupertati melius Remedium adhibe- 21.
ur, Benignitas ſc. legum, vt pauperi debitori dilationes, & tempus ndulgerentur, quò liquidum ab illiquido ſeparari, & interim ad pinguiorem fortunam reverti poſſet debitor infelix, cum tantum emporis aliàs calumnioſo litigio inſumeretur. Giov. Ant. Palazzo. .4. *del governo di ſtato. c. 12. ella ſi puo & ſi dee dalla benignita della legge medicare n modo, che non ſia alla Repub. nociua.* Ita David beatum vocat *Pſal. 40.* qui ntelligit ſuper egenum & pauperem, *Exod. 23. vers. 6.* non pervertes udicium pauperis tui in lite ejus. Ita canonicâ æquitate ſubvenienlum eſt pauperi ſive bono ſive malo. *c. quieſcamus. 42. diſt.* Iohan. Andr. *in c. qua in ecc. de conſtit.* Felin. *in c. ſi qui teſtium. de teſtib.* Ita eges multa pauperibus privilegia conceſſerunt, quæ proſunt. Sed b hoc prodeſſe libera nos Domine *inquit* Cynus.

Inter alia privilegia atque Remedia eſt reſcriptum moratorium 22.
ive quinquennale, quod affine eſt ſuperiori, Germ. Anſtandtbrieff oder quinquenell/ quibus muniri ſolent debitores, ne intra quinquenium quid ab ipſis petatur, aut lis moveatur. *l. vniverſa. C. de prec. mp. off. l. fin. ibi*: quinquennale ſpatium. *C. qui bon. ced. poſſ.* Cujac. *ib. 2. obs. c. 10.* Menoch. *de aa. jj. qq. cas. 203. n. 14.* Pet. Rebuff. *ad conſt. Reg. tom. 2. ſub. rub. de lit. dilat.* Ant. Teſſau. *dec. 186.* Knich. *in com. jur. Sax. c. 5. §. de indu. mor.* Saxones vocant Eyſern werden. Konig. *in proc. ap. 2. in add. nu. 33.* Hoc verò Remedium non litigioſis fallitis & 23.
oluntarijs debitoribus, ſed illis qui fortunæ aſperitate & injuria ex ccidenti, non ſupinâ negligentiâ pauperes redditi ſunt, & à Iuſtin. *Nov. 4. & 135.* infelices debitores nominantur, concedi debet. Alex. *n l. 1. n. 43. ſi cert. pet.* Boer. *dec. 349.* Strach. *tr. de decoct. p. 6. n. 20.* Carol. *. an. 1541. 18. Nov.* in der Policeyordnung. *an. 77. tit. 23.* Peck. *tr. de ju. ſt. cap. 4. nu. 2.* Hering. *de fidej. cap. 5. nu. 107. allegans* Cothm. *reſp. 19.* Hotom. *ill. qq. 26.* Morl. *in emp. jur. p. 1. tit. 8. q. 1. n. 18.* vbi negat vltra quinquennium hanc dilationem extendi. Ioh. Bapt. Bovi. *de ſtat. llat. gl. 19. n. 128.* licet Alex. *con. 216. lib. 2.* & Natta. *con. 591. n. 2. 3. 4. 5. b. 3.* ad decennium abripiant. Sed illud quinquennij juſtitium tium cavendarum ergò poſſet indulgeri, cum ex parte creditoris ui non magnum eſſet damnum, *arg. l. ſi debitori. de judic.* tùm debi-

toris,

toris, qui ſatis longum ſolvendi ſpacium, nec occaſionem litigandi haberet. *arg. l. 1. §. quod dicitur. vbi* Zas. *de ſepara. l. contra juris. de pact. §. tempo. Inſt. de except.* Hering. *d. c. 5. n. 137. & ſeqq.*

24. Alterum litigioſæ paupertatis Remedium, vt Advocati, procuratores, Notarij, litigioſis pauperibus gratis inſerviant & patrocinentur. *gl in §. ſit tibi. Auth. de mand. princ. v. gratis.* Ias. *in §. tripli. n. 55. Inſt. de act.* Bl. *in l. ſi furioſi. C. de nupt.* Rol. à Valle. *con. 87. n. 25. lib. 2.* Viv. *dec. 159. n. 2.* Melan. *ad proc. Cam. Noe. Meur. fol. 57. par. 1.* Tiraq. *de nobil. c. 29. n. 37.* Caccialup. *de Adv. q. 3.* Ruland. *de Comm. lib. 6. c. 13. n. 7.* Ioh. Pet. Ala. *de adv. Chriſt. p. 1. q. 9.* Magon. *de rect. patroc. rat. cap. 10. n. 1. & 13.* Pet. de Gerard. *ſing. 73. nu. 4.* vbi patrocinantem monet ne quid paupertatis causâ pro patrocinio capiat ſub con-
25. ſcientiæ pœna *per l. tam dementis. inf. cum gl. C. de epiſc. aud.* Sed vbi noſtratium conſcientia? reticentia. In Italiæ civitatibus annuatim duo advocati conſtituuntur, qui pauperum lites gratis movent atq; fovent. Veſtr. *lib. 2. introd. in aul. Rom. act. cap. 7.* Tholos. *lib. 49. ſyntagm. c. 6. n. 11.* de Gallia. In Germania Spiræ Fiſcus pauperum habetur vulgò der Armen Seckell / in quem pœnæ procuratorum propter exceſſus aut defectus mittuntur, & erogantur in cauſis litigantium pauperculorum, donec vel ad pinguiorem fortunam redeant, vel litem vincant: quo caſu Fiſcalis pecuniam in litem erogatam repetit. Vtinam ejusmodi fiſcus in omnibus judicijs ordinaretur, ſecundum ea quæ tradit Rutg. Ruland. *p. 1. de commiſſ. lib. 6. c. 13. n. 4.* Matth. de Affiict. *lib. 1. Conſt. Neap. rubr. 33. n. 7.* H. Piſtor. *lib. 1. q. 20. n. vlt.* vbi dicit, judicem pauperi litiganti ſumptus ſuppeditare debere.
26 Quod ſi Advocati, procuratores, Notarij gratis pauperibus litigaturientibus patrocinari nollent, ab officio removeri poſſunt. Menoch. *de arbit. jud. quæſt. cas. 369. n. 3. & 4. cen. 4. lib. 2.* Ioh. Bapt. Magon. *de rect. patroc. rat. c. 10. n. 3.* Nec omninò cogitent ſe perdere operas in litigium inſumptas aut inſumendas, vt in Auth. *de mand. princ. §. ſi tibi.* Decian. *in apol. cont. Alicat. c. vlt. n. 161.* Caſp. Bact. *tr. de deb. inop. c. 12. n. 15.* Sed præmium à Deo omnium remuneratore expectent. *Eſai. 49. vers. 14.* Rul. *d. lib. 6. c. 13. n. 15.* Bl. *in l. ſi furioſi. v. nota. C. de*
27. *nup.* qui putat ex publico ſalarium deberi pro lite pauperum. Felin. *in c. ex lit. de off. jud.* Magon. *d. cap. 10. nu. 15.* Hujusmodi litigioſæ paupertatis Remedium eſt, vt acta pauperi gratis edantur. Gail. *lib. 1. obs. 43. n. 15.* Corn. Beninc. *de priv. paup. q. 7. n. 14.* Royz. *dec. Litva. 4. n. 294.*

nu. 294. Prückman. *con. 16. n. 19. arg. d. §. ſit. tibi. verb. gratis. Auth. de mand. princ.* Hæc Remedia non cuivis competunt, neque indiſtin-ctim: ſed paupertas per allegantem litigatorem probanda venit juramento paupertatis. *c. ſtatutum. §. inſuper. de Reſcrip. in 6.* Ord. Cam. *par. 1. tit. 19.* Gail. *1. obs. 43 n. 18.* Menoch. *6. præs. 25. n. 16.* Fulv. Pacian. *tr. de probat. lib. 1. c. 36. nu. 37.* Affl. *dec. 372.* Gylm. *tom. 1. ſup. Can. p. 7. tit. 7.* Denique pauperes temerè litigantes mulctandi ſunt carcere, 28.
& alijs pœnis. Reig. *in thes. jur. lit. l. n. 164. ex Ord. Cam. p. 1. tit. 41. §. ult. per reg.* qui non habet in ære, luat in corpore. Neque ſolum pauperes litigioſi ſed & Advocati atque procuratores puniendi, qui videntes in lite pauperiorum veritatis vmbram, divitem litigio labefactare ſperant, & cum parte de 3. 4. & dimidia litis parte paciſcuntur: ob quod pactum ardentius in eam litem incumbunt, & mille technas conſtruunt, quibus collitigatorem aut opprimant, aut ob cauſæ diffidentiam ad compoſitionem adigant, ſcientes ex lite ſemper emerſurum aliquid, quodq; craſſi divites agitati quid exſudare; pauperes verò prorſus exſiccati nihil ſucci evaporare poterunt: ſi litem contra divitem evincant, res omnis eſt in vado: ſi perdant nihil perdunt, pauper litigioſus tantum corporaliter puniendus venit. Damhoud. *in pr. rer. civ.* Ioh. Bapt. Magon. *de rect. patroc. rat. p. 2. cap. 61. num. 4.*

Hæc de Remedijs litium quæ à paupertate dimanant.

Remedium contra lites ab ebrietate prognatas eſt duplex. 1. 29.
Lex & ſanctio generalis, quâ ebrietas litium mater ſeverè prohibeatur, vti ſcelus. 2. Pœna & executio eiuſdem ſeverior ſtatuatur. Prius Remedium probatur cum ſeveriſſimo Dei mandato. *Tob. 4. vers. 29. & 30. 1. Cor. 6. Eai. 5. Prov. 23. Ephes. 5. Abac. 2.* Rul. *de Commiſſ. lib. 1. cap. 23. n. 2.* tum conſtitutionibus Imperij, quibus immoderata adbibendi conſuetudo reprobatur, *in Comit. Aug. an. 1500. 1530. 1548. ſub. tit. de compotat.* Vom Zutrincken/ Sic Athenienſes Oenopotas habuerunt, qui quod quisque biberet in convivijs obſervabant, Athen. *lib. 10. cap. 7.* & contra ebrios actionem inſtituebant. Maximilianus edicto cavit, vt ebrij cum ignominia ab Imperij officijs excluderentur. Mahomethes in Alcorano vſum vini prohibuit. Baſilides magnus Dux Moſchoviæ, qui publicè ebrij conſpiciebantur in carceres impegit, nec inde depromp ſit, niſi triduo ante Paſcha. Arnis.

Ddd *par. 1.*

par. 1. doct. pol. c. 16. Sed veluti lex nova vſu non recepta viribus caret, & deſuetudine tollitur. *l. de quibus. de ll. Auth. quib. mod. nat. eff. legit. §. quoniam. in f.* Alex. *con. 132. n. 4. vol. 1.* ita quoque leges Imperij contrario vſu quaſi abrogatæ ſunt, idque peſſimo exemplo, & quadam turpitudinis infamiâ, vt inquit Gail. *2. obs. 110. n. 25.*

Renovandæ igitur, atque ſeverius ſanciendæ ſub pœna exiſtimationis, Das es eyn Schelmſtuck ſey/ non quævis levis ebrietas, ſed ebrioſitas Vertrunckenheit/gewonheit voll zu ſein vnd Zancken/ diſtinguente ita Gail. *2. obs. 110. n. 27.* Ratio: quia illa eſt peccatum veniale; hæc mortale. *c. vnum. §. criminis. diſt. 25. vbi gl. verb. ebrietas.* Rip. *in l. fin. n. 79.* Wes. *in par. ad l. Corn. de ſic. n. 24.*

30. Alterum litigioſæ ebrietatis remedium, vt ebrietas ſeverius puniatur, & executioni mandetur. Ratio 1. quia delinquentes puniendi. At ebrius litigioſus delinquit. Ergò. *l. milites. 12. de cuſtod. reor. l. 11. §. delinq. de pœn.* Clar. *5. ſent. §. fin. q. 60. n. 7.* Vasq. *lib. 2. cont. illuſtr. c. 96. n. 31.* Imò ebrius dupliciter peccat. 1. propter ebrietatem. 2. delictum & litem motam, vti Carolus V. in provincijs hereditarijs conſtituit, vt nimiam homicidiorum committendorum ex ebrietate frequentiam compeſceret, & ad hoc malum aditum facilem præcluderet, ebrios litigioſos tam ebrietatis, quàm homicidij ordinarias pœnas ſufferre, in edicto anno 31. promulgato, & ita ſe vidiſſe obſervari ait Weſenb. *in par. ad l.* Corn. de Sicar. *n. 24.*

31. 2. Culpa ad caſum ordinata eſt noxia. Felin. *in c. cum inter. n. 9. de except.* Rol. *cons. 81. n. 53. vol. 1.* At in ebrio litigioſo culpa præceſſit caſum, & dedit operam rei illicitæ. Ergò ebrietas non excuſat, ſed accuſat litem motam ratione iniuriarum, aut homicidij. *c. vn. de commod. c. 2. de poſ. l. qui occidit. §. hoc quoque. ad l. Aquil. l. quoniam. C. ad l. Iul. de vi publ. ibi*: cauſam malorum præbuit.

32. Quod ſi magna fuerit ebrietas, nec eandem prius doloſè captavit ebrius, lites excitavit, aut homicidium commiſit, ordinariâ pœnâ non puniri aiunt Damhoud. *in pr. crim. c. 84. n. 15.* Covar. *ad clem. ſi furio. p. 3. rel. §. 5. n. 3.* Guil. Onciar. *lib. qq. jur. phil. 37. num. 1.* Tiraq. *de pœn. c. 6.* Menoch. *lib. 2. cen. 4. cas. 326.* Gregor. *lib. 29. Syntagm jur. c. 3. n. 4.* Clau. Battand. *reg. 116.* Borch. *de pact. c. 3. n. 15.* latè Val. Voltz. *in com. ad l. Corn. de Sicar. c. 6. àn. 1. ad num. 45.* Schrad *de feud. p. 9. num. 93.* Bocer. *claſ. 3. diſp. 1. θ. 4.* Petre. *concl. crim. 148. lit. L.*

33. Ratio, quia in ebrijs nulla ratio, nec vllum vitæ gerendæ rectum

conſilium,

conſilium, nec vlla artium, geſtorum, lectionum memoria; vnde & ſibi & vmbræ ſuæ litis vmbram, proximo litem indefenſam movent: imò ebrij vitam edormire dicuntur. *c. à crapula. de vit. & hon. cler.* Vnde ebrietas & animum & corpus corrumpit, ingenium confundit, mentis ſtatum evertit, memoriam tollit. *vinolentum. 35. diſt.* Heresb. *de edu. princ. c. 18.* Boet. *lib. de Schol. diſcipl.* Iſidor. *lib. 1. de ſum. bono.* Conrad. Wid. *con. matr. 6.* Beuſt. *de Spons. cap. 11.* Georg. Gratarol. *tr. de memor. c. 2.* Fr. Patrit. *lib. 6. de Reg. inſtit. c. 26.* Ben. Curr. *in ann. ſup. ar. amor. l. 19. arc. §. or. diſott. il. fol. 188.* Ergò putant ſe ebrioſi litigatores excuſari? Minimè, quia peccatum propter 34.
peccatum non excuſatur. *l. nunquam. de prin. del.* 2. Vt ratio hominis ligatur per ebrietatem; ita & per concupiſcentiam. At lites ex concupiſcentia natæ puniuntur. Ergò & illæ quæ ex ebrietate veniant: neque debet rei illicitæ vacantem ſua excuſare improbitas. *l. 203. de R. I. l. 15. ſi quis om. ca. teſt.* Treutl. *p. 1. diſp. 6. θ. 5.* Ita tamen, vt ebrioſus & ſemper litigioſus ordinarie; leviter ebrius ex caſu & ignoratione Vom trunck begangen / mitius puniatur. Ratio huius, quia comparatur furioſo & mortuo. *c. venter. diſt. 35.* Dd. *in l. vt vim. de I. & I.* Menoch. *de aa. ij. qq. ca. 326.* Oſe 4. Scortatio & vinum auferunt cor. Item abeſt dolus & voluntas peccandi. Dd. *in c. 2. de malef.* Ra- 35.
tio prioris, quia conſuevit eſſe rixoſus, & excitare turbas atque lites, quod cum ſciat ſe ebrium tali vitio laborare, ebrietas cenſetur deſtinata ad caſum, & proinde delictum litigioſum non excuſat, ſed aggravat. Blanc. *in tr. crim. §. ebrius.* Nell. *in tr. ad def. c. 1. n. 44.* Ang. *in tr. malef. verb. ſcientia. n. 17.* Bl. *in l. 1. n. 40. C. vnde vi.* Treutl. *p. 2. diſp. 9. θ. 6.* vbi diſtinguit, vt in levioribus iniuriolis atque litibus excuſetur, maximè ſi poſt edormitam crapulam pœnituerit; ſed in atrocioribus omninò teneatur. *l. vn. C. ſi quis imp. maled. l. 12. de cuſt. reor. l. 11. §. 2. de pœn. l. 23. §. 9. ad l. Aquil.* Weſemb. *par. de iniur. n. 4.*

Hæc de remedijs litium quæ naſcuntur ab ebrietate, maximo Germaniæ incommodo & vituperio.

CAPVT X.

DE REMEDIIS LITIVM, QVAS MVLTITVDO, NEGLIGENTIA, avaritia & imperitia tàm Iudicum, quam officialium cauſatur.

SVMMARIA.

1. *Iudicis officium in minuendis litibus conſiſtit.*
2. *Litigatores metu amittendarum litium coërceantur.*
3. *Iudex ſecundum Leges, & conſuetudines judicet.*
4. *Iudex imperator judicij, judicatur, à DEO.*
5. *Principis præſentia litium expediundarum Remedium.*
6. *Obiectio contra hoc Remedium, & refutatio ejuſdem.*
7. *Princeps ad ſopiendas lites conſiliarijs vtitur.*
8. *Error judicum, quod miſereantur Litigatorum, corrigendus.*
9. *Princeps præmijs, & pœnis juſtitiam adminiſtrat.*
10. *Pauci judices, & probi in inferioribus judicijs eligantur.*
11. *In ſuperioribus plures judices, pro litium pluralitate.*
12. *Iudex non quis, ſed qualis ſit, attendendum.*
13. *Illiteratus & imperitus judex ab officio removeatur.*
14. *Iudex practicus, honeſtus, & exemplaris eſto.*
15. *Plura judicis Requiſita recenſentur.*
16. *Iudicandi officium magis onus, quam HONOS.*
17. *Litigantium querelaſe malos habuiſſe judices.*
18. *Nundinatio officiorum judicialium prohibeatur.*
19. *Ambitus quà crimen, quà crimine alienus.*
20. *Iuſiurandum & cautio à judicibus præſtetur.*
21. *Pœna judicis injuſtè judicantis eſt multiplex.*
22. *Avaritia judicum mulctis, taxatione, & pœnis reſtringenda.*
23. *Eſculenta, & poculenta quatenus ſint litium calcar.*
24. *Lex MVNERALIS in forum revocanda.*
25. *Iudices negligentes removeantur ab officio.*
26. *Remedia contra judices officio abutentes varia ſunt.*
27. *Sententia injuſta caſui fortuito aſſimulatur.*
28. *Iudex proceſſum dirigat, & libellum ineptum dentibus lacerret.*

29. Ipſemet

29. *Ipſemet judex interſit Examini teſtium.*
30. *Teſtium receptio per judices multis in locis vſitata.*
31. *Magiſtratus ad litium probationes ordinentur.*
32. *Officiales nihil accipiant à litigantibus vltra ſalarium.*
33. *Officiales caveant de benè adminiſtrando.*
34. *Iudices & officiales in vnâ curiâ cohabitent.*
35. *Iudicum & officialium auctoritas à ſuperiori defendatur.*
36. *Cato optatur, qui ſcribas in ordinem redigat.*

SICVT vno Collyrio omnium oculis mederi; ita vno remedio lites omnes abbreviari poſſe nonnulli opinantur, officio ſcilicet Iudicis nobili, provido, diligenti, quod in diminuendis, finiendisq; litibus verſatur. *L. quidem 21. de rebus Creditis. L. 2. pr. de aq. pluv. arcend. L. æquiſſ. de vſu fructu c. finem litibus. de contum.* Mar. Vranius. *tom. 1. conſil. 17. n. 17.* Et præcipuum integerrimi Iudicis munus eſt fomenta atque occaſiones litis tollere. *L. proper. C. de jud L. litibus. C. de agr. & cens. lib. 11.* Reg. Sixt. *vol. 2. Conſ.* Acad. Marp. *21. n. 119.* 1.

Hoc equidem remedium omnium eſſe potiſſimum concedimus; ſed vnum minimè ſufficere credimus. Quamvis enim Iudices exactiſſimum litigandi modum præſcribant, quem ſi exactè litigatorum procuratores tenerent, nihil planè eſſet, quod deſiderari poſſit; ipſa tamen rerum experimenta docuerunt, maiorem eſſe litigatorum malitiam, imò inſaniam, quàm vt prudenter hucusq;, ſanctèq; conſtitutis coërceri potuerit. Ideoq; ſtrictioribus vinculis indiget; vt qui nec propriam verentur conſcientiam, nec Imperium judicis reverentur, ſaltem litium, quas tantopere amant, amittendarum metu conſtringantur; ne recuſent durioribus inpoſterum legibus litigare, ſi lubricum & incertum litis voto Concordiæ anteponant; vt *inquit* Antonius Faber. *lib. 9. Cod. For. tit. 22.* Quòd ſi fecerint, judex commodius lites dirimere nequit, quam ſi judicet, vti legibus, conſtitutionibus, conſuetudine legitima & ſtatutis eſt proditum. *§. 1. Inſtit. de offic. Iudic. vbi Dd. Auth. jubemus. C. de Iudic. L. vnius 18. de qq. Novell. 82. c. 13. L. 40. §. 1. & L. 79. de Iud.* Gail. *1. obſerv. 36. n. 12.* Nec his deficientibus à communi opinione in litibus terminandis recedat. Iaſon. *in auth. noviſſ. n. 22. C. de inofficioſo teſtam.* Neviz. *in Syl. nup. lib. 5. n. 1.* Lanc. Contra. *de off. præt. rub. de ſent. n. 21.* Toming. *dec. 23. n. 15.* Hart. Piſtor. *lib. 2. q. 5. n. 13.* Capifer. *tr. de num. teſt. p. 1. c. 16.*

 num. 54.

n. 54. Knich. *ad privil. Sax. fol. 18.* Pruckm. *con. 49. nu. 161.* Ant. Mat. Coratius. *lib. 2. com. opin. tit. 8. imp. 2. n. 16.* vbi vel ſexcentos allegavit. Cothm. *reſp. 1. n. 545. per L. 1. ibi crebrior. de officio quaſt. L. pro hared.*
4. *§. Papin. de acquir. hared.* Sed cum noſtri non ſit inſtituti officium judicis quod latiſſimum eſt, Latius deſcribere: Remedia ſaltem conſiderabimus; inter quæ 1. eſt generale, & venerabile; Quod illâ ipſâ horâ, qua judex judicat de alijs, ipſemet â Deo judicatur. *gl. Landrecht tit. 3. art. 30. arg. L. rem non novam §. Sic n. C. de Iudic. c. quicunq. 11. q. 3.* Heyg. *p. 1. q. 10. n. 38.* Reliqua aut ſunt circa perſonas aut officium Iudicum. Quoad perſonas, IVDEX eſt potiſſima pars, Dux & Imperator Iudicij. Schrad. *part. 10. de F. in praam. n. 2.* Vant. *de null. ex def. jurisd. n. 2.* Reyg. *diſp. 1. proc. jud. th. 17.* Bald. *in rubr. ſi à non comp. jud. n. 4.* Pacian. *de probat. c. 44. n. 2. p. 2.* Ruland. *de Commiſ. lib. 2. c. 2. nu. 1.* Eſtque duplex Superior & inferior. Hic Magnus Pegelius *in thes. rer. ſel. pag. 7.* magnum promittit remedium, & judices imaginativos deſcribit, qui IVSTA ſeu æqua agere & poſſint & velint, nec aliter poſſint, etſi vellent, neque ſint Partiarij aut lucroſi.

5. Sed hoc omiſſo in Superiori judice ſaluberrinum litium abbreviandarum remedium eſt, ſi Rex, Princeps, Magiſtratus non ſolum præſint, ſed etiam interſint judicijs, quibus Subditorum lites ventilantur. Sicut Auguſtus qui non modo civilibus, ſed etiam capitalibus cauſis aſſiduè judicandis operam dabat. Severus non minus in civilibus negotijs, quam pueris erudiendis diligens fuit. Sueton. *in Caeſar. c. 43. in Auguſt. c. 33. in Claudio 15. in Galba c. 7. 8. 9. in Domitiano. cap. 8.* Lotharius I. conſtituit Anno 825. vt omnes IVDICES in præſentiam ſuam venirent. Heiminsfel. *tom. 1. conſtit. Imper. pag. 14.* Traianus, Adrianus, Antonius, Alexander & permulti alij Romani Principes ſedere ipſi Iudices, & litigantes attentè audire non erubuerunt. Antimach. *lib. 3. Comm. theor. 35.* Maximilianus Anno 1502. menſe Septembri Auguſtæ Vindelicorum bis Iudicio Cameræ interfuit, & libellos ſupplices ſubſcripſit.

Hoc eſt Ietronis remedium, vt quæ Regis & Principis cognitione dignæ videantur lites graviſſimæ, ipſi ſibi judicandas cum Moyſe reſervent: cœtera minorum gentium litigia Magiſtratibus permittant. Idem Romuli inſtitutum Remedium fuiſſe & ordinationem teſtatur Halicar. *lib. 2. c. 5.*

Imperatores Germaniæ ſeculi prioris idem obſervarunt, qui in Roncalijs

Roncalijs jus dicere, & lites ſubditorum conventu ſolenniter indicto terminare ſolebant. Vrſp. Gunth. *lib. 2.* Gotloſ. *ad Auth. habita. C. ne Filius pro Patre.* Carolus Magnus introduci ad ſe litigatores, & juſta ſua exponere jubebat: atque vbi attentè eos audierat, litem ſi poterat, amico & placido arbitrio componebat: ſin minus ſententiam ex æquo & bono pronunciabat. Antimach. *lib.3. Comm. theor. 35. ex Annalibus Anno 809. & 814.* Ludovicus Pius & Lotharius in omni hebdomada vnum diem ad lites audiendas & judicandas ſedere voluerunt, vt ex Capitulari conſtat Anno 826. art. 83. de audientia Regis, & Anno 832. *cap. 28.* Heiminsfeld. *tom. 3. concl. 117. pag. 268.* Philippus Auguſtus, Carolus Sapiens *7. & 8.* Ludov. 12. Galliarum Reges, Subditorum litibus audientiam ordinariam præbuerunt. Antimachia. *d. lib. 3. Comm. theor. 35.* Primis potiſſimum ſeculis Principes & Reges belli Duces, litium judices, & Deorum Sacerdotes fuerunt vt ex Num. Pomp. notat Hier. Eluerus. *in del. Apod. Epiſt. 15.* Idē ſingulis triennijs in Regno Daniæ fieri ait Kirchn. *in Rep. diſp. 11. th. 1.*

Bodin. *4. de Repub. c. 6. &* Henric. Stephani. *in Muſa. Princ. carm.* 6.
19. & 20. exiſtimarunt non vtile videri remedium, Principem per ſe Ius dicere, & lites finire. Quod conſilium olim Auguſtus quidem audijt, ſed non ſecutus, quo minus in lecticâ jus diceret. Caſſiod. *lib. 12.* Ratio cum Magiſtratus vel gratia, vel odio vel metu judicent, aut Principis interpretatione ad judicandum egeant, ſœpè fit, vt cum mortalis ſit hominum natura, lites ſint immortales, quas ſi Princeps ipſe Iureconſultorum opera diſceptaret, non argutias legum, aut formularum momenta, ſed æquitatem conſectaretur, ac brevi lites omnes â ſtirpe reſecaret. Dn. Bodinus *lib. 4. Reipub. cap. 6. n. 451.* licet diſſentiat quoad præſentiam Principis vitioſi. Quantum præſentia Ducis in bello valeat docet Proverbium: Meliorem eſſe exercitum Cervorum Duce Leone, quam Leonum Duce Cervo. Obrecht. *de ver. bell. diſput. 2. theat. 118.* At lis Iudiciaria nihil aliud quam bellum. Ergò præſentia Iudicis Superioris lites multum compeſcere & tabeſcere faciet. Robertus 3. Scotorum Rex litigioſas Pauperum querelas æquiſſimis audiebat auribus & damna ſarciebat. Hect. Boëthius *lib. 16.* vnde Zvvingerus. *vol. theatr.* Hum. *lib. 1.* Reges Iuſtitiæ cultores, & Homerus θεμιστοπόλους h. e. Iuris diſtributores, ſive Iuridicos vocat. Antimach. *lib. 3. Comm. theor. 35.*

Sed inſtat Bodinus. *d. c. 6. n. 457.* in Iudicis officio multa deſi- 7.
derari,

derari, quæ peritiſſimos fugiant. Ergo magis Principem, qui tot litium dilationes, tot ſubterfugia reorum, tot Pragmaticorum fraudes, tot circumforaneorum rogationes, & clamores ferre non poſſit; imò res omnium in Civitate maximas Princeps vix capere poteſt, quomodo tot rebus litibusque judicandis ſufficeret? Maius eſt officium Regis quam quod litibus conſumi debeat, vt Modeſtus admonebat Valentem. Amnian. *lib. 30.* inprimis cum res admodum tædioſa ſit, nec Regis ſtudia patiantur, illum minutias litium addiſcere. Arniſæ. *lib. 1. doct. pol. cap. 16. p. 374.* Cominæ. *lib. 3. belli Gall.* negat, ex vſu principum eſſe, vt ad colloquia coram coirent, E. multò minus ad litigia *arg. L. 19. de off. præſ.* Deindè Modo huc, modo illuc proficiſcitur, & litigatores Principem ſequi tenerentur vbi commodius foret liti cedere, quam cum tanto detrimento litigare. Heigius *part. 1. quæſt. 9. n 3.* Ad hæc omnia reſponderi poteſt, quòd Princeps ſuis Conſiliarijs vtatur, quorum opera ſtatis temporibus ſubditorum lites facilè audire & decidere poſſet. Nihil enim magis ſubditis debet, quam Ius & audientiam, vt inquit Antimach. *lib. 3. Comm. theor. 35.* quæ ſit benigna, ne per impatientiam, præcipuè in Criminalibus Reos ad deſperationem reducat. Marſil. *in pr. Crim. §. occur. n. 2.* Ioh. Bap. Magon. *de rec. pat. rat. c. 5. n. 23.* Interdum per alios lites decidere poteſt profecturus. Vnde nimirum *Interpretes noſtri* tradiderunt, Barones debere Capitaneos & Auditores in Territorijs deputare, ne Vaſalli pro conſequenda IVSTITIA extra territorium ire cogantur. Mar. Frecci. *de Feud. lib. 2. aut. 30. n. 3.*

8. Nec obſtat Principem facilius ad miſericordiam litigantium ſuſpicijs commoveri, quam judices inferiores. Bod. *d. c. 6. n. 461.* Iudicum ferè omnium error iſte eſt, quod quaſi miſereantur Litigatorum, quos litium odio terrere potius deberent; patiuntur fieri per plura, quod æquè paucioribus expediri poſſet. Crudelis iſta miſericordia eſt, quæ Litigatoribus favendo lites fovet, inquit Anton. Faber. *lib. 9. Cod. For. tit. 22.* Ioh. Anton. Zavatar. *de Prax. Mediol. fori n. 93. & ſeqq.*

Nec arcanum Bodinianum omni ex parte nobis probatur, quod ad benevolentiam ſubditorum erga Reges & Principes plurimum valeat, à Principibus omnia præmia, largitiones, honores, Magiſtratus, imperia proficiſci, à magiſtratibus verò pœnas & ſupplicia irrogari.

Ita

Ita enim alterum Principis officium, quod in puniendo con- 9.
ſiſtit, abdicaretur, & impunitas delictorum nova delicta atque litigia
crearet. Ludovicus 12. Rex Gallorum legens Pſal: 106. dixit: Prin-
cipem qui crimen punire poteſt, nec punit, non minus eſſe reum,
quam ſi ipſe perpetraſſet. Pietatis eſſe opus non ſævitiæ IUSTI-
TIAM facere. Antimach. *3 Commen. theor. 7. & 35.* Camer. *vol. 1. hor.
ſucc. c. 100. 3. Reg. 20.* quia dum facinoroſi publicè non puniuntur,
publica lætitia turbatur. *L. nemo 3. C. de Epi. aud.* Bodin. *lib. 1. c. vlt.
fol. 260.* Gram. *dec. 36.* ſeu peſſimorum felix improbitas; optimorum
eſt calamitas. Hæc de remedio generali audientiâ, & præſentiâ Iu-
dicis ſuperioris. Quoad inferiores Remedia potiſſimum verſan- 10.
tur circa Iudicum electionem, electorum abuſus, abutentum pœ-
nas. Prius remedium, vt pauci Iudices, Dei timentes, Veritatis a-
mantes, auaritiam deteſtantes eligantur ex conſilio Iethronis Exod.
18. quod refert Antimach. *lib. 3. Comment. theor. 35. & Auct. diſcurs.
Vom Juſtitienwerck. pag. 53.* Officium enim iudicandi totum exigit
hominem, juſtum, ſobrium, caſtum, modeſtum & artificem egre-
gium. Agg. Vrban. *in Cod. Theor. in Iul. Froat. pag. 177.* Pauci, quia
multitudo Iudicum à quo, introducit multitudinem litium ad
quem, & exſugit populi fortunas; cum nihilò facilior, ſed intricatior
litium expeditio reddatur, vti ſtatus in Gallia queſti ſunt apud Caro-
lum IX. & SCtum Aureliæ factum, vt officia & Magiſtratus morte
vacantes abolerentur, donec ad veterem numerum redirent. Anti-
mach. *d. lib. 3. Comm. theor. 35.*

Vnus ergo Iudex ſit Inferioris Inſtantiæ, qui Aſſeſſores vel Ad- 11.
vocatos ſuæ jurisdictionis, vel potius alios litium oſores, viros pro-
bos ſibi adſciſcat, integræ famæ & bonæ exiſtimationis. *L. ſancimus 6.
ri. ad l. Iul. repet. Novell. 161. c. 2. pr.*

In Superioribus judicijs, quia plures lites, plures quoq; judices
ordinari debent. Hæc enim plus auctoritatis, quam reliqua obti-
neant neceſſum eſt. At judicium communi multorum Prudentum
conſilio editum plus momenti habet. Ergò. 2. AEquitate vt
plurimum nituntur. At vnius æquitas ſœpè iniquitas, niſi rarâ
doctrinæ præſtantiâ, rerum vſu & ſolido judicio polleat. 3. Sum-
morum judicium eſt nova Principis Edicta examinare, quod plures
commodius & rectius vno expediunt. 4. Cenſores & Correctores
inferiorum ſunt. Ergo plures eſſe oportet. Denique difficilius

Eee plures

plures corrumpere, quam vnum. Antimach. *lib. 3. Comm. theor. 35.*

12. In hoc Electionis Remedio, vt judicia, tanquam Iuſtitiæ officinæ bonis & qualificatis vtantur fruantur perſonis, non tam attendendum quis ſit? nobilis an plebeius, pauper an dives, qui Promotorem remunerare poſſit; aut ſit ê familia, vel familiam jure Conſangvinitatis aut adfinitatis propaget. Sed qualis ſit? hoc eſt, Dei timens, Veritatis amans, & avaritiæ inimicus. *d. cap. 18. Exod. L. ſancimus. 6. pr. C. ad L. Iul. repet. L. 1. C. de offi. magiſt.* Rebuff. *in mat. poſſ art. 14. gl. 1.* Ruland. *de Comm. lib. 1. c. 6. n. 3.* Talis Iudex judicio adhiberi debet, qui præterea res atq; lites, de quibus tractatum, rectius cognoverit, & in illis expertus atque peritus ſit. Toloſan. *lib. 24. de Repub. c. 6. n. 9.*

13. Alterum enim circa Electionem remedium, vt juris tàm Civilis Romani, quàm Provincialis imperitus & experientiâ rerum deſtitutus, â iudicandi munere removeatur, & tantum literatus eligatur. *c. ſtatus. diſt. 61. L. 14. §. legum obſervan. C. de Iudic. Novell. 60. in f. Novell. 82. vbi Cuiac.* Schraderus. *de Feud. p. 10. ſect. 14. n. 2.* Robert. *lib. 3. ſent. cap. 3.* Hotom. *ill. qq. 26.* Vultei. *1. diſce. 8.* Harprecht. *diſp. 1. concl. 38.* Bronch. *1. ἐναντ. 43.* Althus. *2. I. R. 1.* Bercht. *tr. de jud. concl. 56.* Rosbach. *c. 4. n. 17.* Bocer. *diſp. 1. thes. 20.* Ruland. *de Comm. lib. 1. c. 13. n. 4.* Atque ita vt Iuſtin. *in Auth. de Iudic. pr.* monet, *per ſe ſciat*, quod juſtum eſt, nec aliundè hoc emendicare neceſſe habeat. Quomodo enim (addit Imperator ibidem) non maximum vitium erit Reipub. non ijs, qui ex ſe, quid agendum ſit, ſciunt lites tradere, ſed ſinere eos quærere alios, â quibus liceat diſcere, quæ ipſos in judicando eloqui decet. *Auctor. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 51.*

14. Inde vera acquiritur & idonea Praxis actionum forenſium, & rerum agendarum in Repub. maximè neceſſaria; adeò vt qui non ſit Practicus ad gubernandum ſit planè inhabilis. Greg. Toloſan. *lib. 16. de Rep. c. 6.* Adam. Keller. *lib. 1. de off. jur. pol. c. 27.* Ruland. *de Comm. lib. 1. c. 6. n. 11.* Hiſpani HABILIDADOS. Galli Sufficientes vocant. Ruland. *Commes. lib. 1. c. 6. n. 11.* Licet hoc noſtro ſeculo ſæpius juri regundo & litibus terminandis Tyrones, Terræ Filij. Germ. Pfeffer ſecke/ & novi homines, quàm periti, & rerum prudentes præficiantur non ſine gravi Reip. damno, vti conqueritur Antimach. *3. Comm. theor. 35.*

Honeſti eligantur, alieni à προσωποληψία, qui litigaturientibus

bono

bono exemplo prælucceant, & jus, quod in alios reddunt, ferant, ſecundum illud Poëtæ

Sic agitur Cenſura, & ſic exempla parantur
Cum Iudex alios quod monet ipſe facit.

ot. tit. quod quisq; Iuris in alium ſtatuit. Antimach. *lib. 3. C. theor. 35.* Moyſes. *lib. 5. cap. 2. Auctor. diſcur.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 52.* vbi exemplificat in Litigaturiente Feſtucenſi ad agellum reſtituendum condemnato, qui videat Iudicem Trabenſem integra aliorum prædia per fas, nefaſque poſſidere.

Inviti igitur, non ambientes, & eiusmodi honori ſeu potius oneri pares eligantur, viri pij, prudententes, conſtantes, veraces, ac Iuris Publici; privatique, nec non morum, hominum, ac Reip. iſtius loci periti: Cum Conſilium de Repub. dare, teſte Cicerone *lib. 2. de Orat.* caput ſit noſſe Rempubl. Non autem homines athei, impij, callidi, verſuti, inconſtantes, avari, mentiendi, fallendi, decipiendi, ſimulandi, diſſimulandiq; in ſignem peritiam habentes, quales hoc malitioſo ſeculo Induſtrij atque Politici nuncupantur, ſed minus polité â ſui ſimilibus; de quibus Cicero. *2. offic.* Ex quo efficitur, ut quicquid honeſtum ſit; idem ſit vtile. Quod qui parum proſpiciunt, hi ſœpè verſutos & callidos homines admirantes, eorum malitiam ſapientiam judicant. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 52.* Hic notentur verſus Hoſtiens. *ſub. Tit. de temp. ord.* relati â Ruland. *r. de Comm. lib. 1. c. 6. n. 11.* 15.

Primum pracipitur, qnod ſit ſine crimine Præſul
Magnanimus, Sobrius, Prudens, ornatus & Hoſpes,
Caſta docens, non percuſſor, non Litigioſus
Non cupidus, benè diſpoſitus, non neophitus.

Verum quidem illud Polycratis, quòd Maus. *de Iur. prin. lib. 8. -ro.* refert. Honorem cum aſpiratione ſcribi, & vehementi cordis aſpiratione pronunciari, cum ad honorem acquirendum magno animi impetu excitemur: Sed cum Iudicis officium magis onus, quam honos, mirum cur tanta animorum aſpiratione cò tendant? At onus eſſe ſcribit *gl. in c. ſi contra vnum. verb. probari ante fin. de off. delegat. in 6. L. numerum §. Iudic. de mun. & hon.* Aret. *in §. item maior n. 2. In. de execut. tut.* Iudicandi onus gravè cenſeri dicit. Rot. *dec. 2.* 16.

 num. 2.

nu. 2. & con. 155. Boëri. *dec. 222. n. 2.* Vivi. *lib. 1. dec. 37. n. 7.* Iohan. Iac. Laurent. *tr. de Iud. Juſſ. c. 1. n. 5.* Ergò oneri pares ſunt eligendi, viri pij, veri, minimum avari; quod potiſſimum attendendum in lectione ſummorum Iudicum. Nam quæ ab ipſis in judicijs faciendis peccantur vix vllo remedio ſanari aut corrigi poſſunt. Antimach. 3. *Comm. theor. 35.* Hæc de primo Electionis remedio.

17. Iudicum Electorum abuſus ſunt varij; venalitas officiorum, avaritia, corruptio, negligentia, iniquitas & alia, ita vt ſi temporarias fori noſtri turbas intueamur, vix vllam fortaſſe litem, quæ impura non ſit, vel ſaltem impunè tractatam conſpiciamus; quia huiusmodi litium tractatio ſine delictis admittitur & litigantium improbitas ab iniquis Iudicibus multoties alitur, qui bonos depellunt, & iniquos tollunt vt conqueritur Ordelaph. *ad L. fin. n. 103. de Rei vindic. arg. c. nimium 23. q. 4.* Et communis malorum Litigatorum mos eſt, vt Auguſt. ad Glor. Eleuſin. & alios ſcripſit, vt dicant ſe malos judices fuiſſe perpeſſos, licet etiam firmiter manifeſtiſſimâ veritate ſuperati. Heiminsf. *tom. 3. Conſt. Imp. pag. 475. in Reſc. Synod. Baſil. ad Frid. 3.* Bodin. *lib. 4. de Rep. c. 6. n. 464.* Semper is qui cauſa cadit, injuriam ſibi â Iudicibus illatam opinatur. Ergo ſicut abuſus ſunt varij, ita cogitandum de Remedijs, quibus anteverti & prohiberi poſſint, vt ait Antimach. *3. Com. theor. 35.*

18. Prius remedium eſt, vt venalitas ſive nundinatio officiorum Iudicialium omninò prohibeatur, neque pluralitas eorundem admittatur, quia vtraq; litigandi, & malè agendi occaſionem præbet. *arg. Nov. 8. §. cogit. in pr.* Kell. *lib. 2. de off. jur. pol. cap. 1.* Vaſq. *1. contr. c. 42.* Maſcard. *de probat. concl. 1137. n. 39. & 40.* vbi dicit Emtum officium omnia mala cogitare. Br. *in L. Procurat. C. de muril. eg. lib. 11.* ait dari materiam judicibus obtinentibus officia per pecuniam furandi impunè. Ang. *in §. cogitandum. Nov. 8.* vehementer invehitur contra officiales baratarios, qui vendunt juſtitiam, inocentes avarè puniunt, & nocentes abſolvunt, quando emerunt officia. Par. de Put. *tr. Syndic. verb. official. c. 19.* Maſc. *de concl. 1137. n. 43.*

19. Nec obſtat L. vnic. C. de ſuffrag. vbi ambitus officiorum â crimine alienus videtur, quia ambire, hoc eſt honores petere & magiſtratus non eſt prohibitum, nullo ſcilicet populi favore captato. *L. Barb. de offic. Prator. 1. ad Thim. 3. v. 1.* qui Epiſcopatum deſiderat bonum opus deſiderat. Decian. *lib. 8. c. 23. n. 2.* Plat. *lib. 6. de LL.* Io. Cas. *lib. 2.*

Sph. civ.

Sph: civ: cap. 9. Sed vehementi ardore arrogantiæ, omnibus nervis, donis, muneribus, promiſſionibus contendere, vt ſibi aliquis magiſtratus, imperium, provincia, Sacerdotium, publicum officium decernatur, crimen ambitus eſt hoc noſtro ſeculo frequentiſſimum. Goed. *diſp. 16. At. th. 22. lit. a.* Vide de hac. *L. vni. C. de ſuff.* Duar. *lib. 2. diſp. cap. 21.* Alciat. *lib. 2. παρ. c. 14.* Ioh. Robert. *2. ſent. 21.* Quod ſi non ſit apertum, ſaltem tectum & eò magis nocivum, latet angvis in herba.

Remedium præter prohibitionem duplex Iuſiurandum, & Pœna. Iuramentum generale, Regum, judicum, magiſtratus κατὰ τοῖς νόμοις βασιλεύειν, βουλεύειν, δικάζειν h. e. ſecundum Leges regere, conſulere, judicare. Hoc juramentum eſt præſtandum ante Magiſtratus & munerum ingreſſum, ſe nihil dediſſe, nec ſe daturos aut promiſſuros quidquam pro magiſtratu & lite terminandâ. *L. vlt. C. ad L. Iul. rep. c. Sancimus 1. q. 7.* Sicut & antiquitus jurabant, ſecundum L. rem non novam. C. de Iud. Vtinam hoc ſervaretur hodiè, quam multi abſtinerent â profuſa largitione erga Iudices, qui muneribus taliter inhiant, vt ni dentur, expoſcant. Contra S. Scripturam *Prov. 17. 22. & 23. Mich. 3.* Ordelaph. *ad. L. fin. n. 133. de Rei vindicat.* Quod ſi non obſervent, perjurium adulterio majus cogitent. Card. *in cl. 1. q. 13. de Iurej.* Ab. *in c. ſicut. de Teſtib. c. illi qui 22. q. 5.* Mar. Bauer. *tr. juram. priv. 7.* Zauatar. *de pr. for. Mediol. n. 37. & ſeqq.* teſtatur ibidem ſervari. Aut ſaltem caveant ſe ab injuſtitiâ, quæſtu, turpitudine, & re vetita abſtenturos datis ſponſoribus. *Nov. 149. c. 1.* quam ad huc obſervari, vel ſaltem in Regnis & magnis Principatibus in vſum revocari Reip. admodum vtile eſſet remedium vt innuit Hering. *tr. de fidei. c. 5. n. 296.* 20

Vltimum Remedium eſt pœna tàm Divina, quàm humana. Divina, quia quilibet Iudex eo ipſo momento, quo judicat in terrâ, à Deo judicatur in cœlo. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p. 52.* Humana eſt multiplex, quia Iudex pecuniam accipiens vt lites finiat, & ſententiam ſive juſtam, Sive injuſtam pronunciat in pœnam L. Iul. repetundarum incidit. *L. 3. & 6. §. 2. ad L. Iul. rep. c. non licet 69. caus. 11. q. 3.* Harprecht *ad §. item Lex. Corn. 7. n. 10. Inſt. de pub. Iud. vide Nov. 9. vt Iudices ſine quoque ſuff.* Lamb. Danæ. *lib. 6. pol. Chron. cap. 5.* vbi refert Zoilum illum fumi venditorem vivum crematum eſſe, quod Magiſtratus vendebat. Petr. *concl. Crim. 188. Ex. Iul.* eſt deportatio. 21.

L. vnic. C. de Suffr. Andr. Iſern. *in c. 1. quæ ſunt Regalia*, narrat Carolum I. Regem Neapol. juſſiſſe, vt ſuſpenderetur Iudex, qui certo occiſori pœnam ſolum indixerat, vt ei præcideretur manus. Bodin. *lib. 4. Demono. c. 5.* Paul. *5. ſent. tit. 30.* ex Conſtitutione Iuſtin. quadruplum eius, quod pro ſuffragio datum eſt. *L. vlt. C. ad L. Iul. rep. Nov. 161 cap. 1. in fin.* Bocer. *diſp. 16. theor. 70.* Ex Senatus Conſulto mulcta centum aureorum cum infamia. *L. vnic. §. 1. §. pen. & vlt. ad L. Iul. amb.* Vulteius *l. 1. Rom. 54. n. 6.* Quod ſi vna pœnarum vel ſemel imponeretur, certum foret remedium melius judicandi atque lites terminandi. Sed ne litiges cum Iudice, nam Iudicium ex ſententia illius fiet, inquit Eccleſiaſt. *cap. 8. vers. 17.*

22. Deinde velut avaritia Magiſtratuum lites diuturnas aut etiam ſeculares reddit, propterea quod Litigatorum ſtultitiâ, & fori tabe, tanquam vberrimo fundo, aut perpetuâ ſuccidiâ vtuntur: Ita infeſtus avaritiæ Magiſtratus Litigantibus brevi Ius reddet, litibus atque impenſis modum faciet maximo omnium commodo & publico bono inquit Antimach. *lib. 3. Comm. theor. 35.*

Quod niſi fiat, avaritiæ & cupiditati Iudicum Remedijs alijs obviam iri poteſt, mulctis, taxatione ſtylo impoſita, & pœnis legitimis â jure definitis. *L. plebiſcito 18. de offic. præs. L. ſolent. 6. §. fin. de offic. Procur. Deut. 16. vers. 19. Proverb. 17. vers. 25.*

23. Licet eſculenta & poculenta videantur eſſe calcar expediendarum litium. Bl. *ad d. L. ſolent. 6. num. 2. de off. Procur. c. etſi de.* Simon Lancellot. *de offic. Præt. §. 1. n. 6.* Neviz. *lib. 5. Syl. nup. n. 90.* Minutula gratitudinis Symbola, ob quæ nihil magis aut minus in judicio aut executione faciundâ procedatur, vt lep⁹, cunicul⁹ capo, perdix, pavo, phaſianus, Lucius, Muræna, Sturio, Salmo, aut varia vinorū genera, quæ in Franciâ licet accipere in amphoris, ænophoris, & fidelijs, ſed nō dolijs capis, vaſis. Damhoud. *in Encb. rer. Crim. c. 138. n. 4. 9. 10.* Non tamen permittendum ait Toloſan. *lib. 2. de Repub. c. 6. n. 16.* vt vel hæc capere poſſint. *arg. c. militare. 23. q. 1.* Nam & in minimis eſt affectio; & ex minimis ſi permittantur facilis ad maiora optanda & capienda eſt via. Melius ergo litium abbreviandarum Remedium, ſi Principes aut Populus ſuis Magiſtratibus ex publico ſalarium conſtituant ſufficiens: Sic enim fiet vt lites citius & ſine aliquâ ſpe lucri dirimantur. Toloſan. *d. lib. 2. cap. 6. n. 16. & 18. Auctor. diſcur.* Vom Juſtitienwerck / *pag. 53.* das jhnen ein ehrliches verordnet werde / vbi ſubdit

aliam

aliam rationem, quod eiusmodi ſtipendijs proviſi, non ex improviſo mutabunt locum; ſed tanto maiorem litibus finiendis operam navabunt.

Rariſſimè quidem ſufficiens ſalarium conſtituitur; quod cum 24
non fiat, optimum erit Remedium lege latâ coërceri Iudicum avaritiam, quam MVNERALEM appellat Plaut. Plin. *lib. 5. epiſt. ult.* Schonborn. *lib. 3. polit. c. 21. arg. L. 1. C. publ. bel. 12.*

Sed quoties bonus atque fidus
Iudex honeſtum prætulit utili, &
Reijcit alto DONA nocentium
Vultu. ut inquit Horat. *4. od. 9.* de illo nobis optima polliceri poſſumus.

Talis Ephialtes, qui decem Talenta reſpuit & dixit: Hæc me cogerent, ſiquidem reverenter vos haberem, aliquid præter IVS concedere; ſin minus vos obſervarem ingratiſſimum haberi. AElian. *lib. 11. hiſt. var.* Talis Epaminondas, talis Grachus, Talis Phocion & alij de quibus Plutarch. *in Apoph.* Gellius *lib. 15. c. 12.* I. Spinæ. *lib. 1. de tranq. animi p. 10.* Schonborn. *d. l. 3. pol. c. 21.* Hæc de Iudicum δωροφαγία.

Remedia contra negligentiam Iudicum mitiora ſunt mandata 25.
pro excitandâ IVSTITIA, graviora depoſitio ab officio, & Doctoratus privatio, quæ æquiparatur Deportationi. Pr. Farinac: *tr. crim. q. 19. ſub. n. 42.* Specul. *de accus. §. ſecundo. loco. n. 2.* Pruckm. *con. 43. n. 22. Auth. novo jur. C. de pœn. Iud. qui nal. jud.* ubi dignitate ſeu cingulo amiſſo *L. judices. C. de Dignit. lib. 12.* ubi Ioan. de Plat. *n. 1.* Par. de Put. *tr. Synd. verb. Barattaria n. 3. & 4.* Berber. *in pr. p. 1. rub. 13. de L. Iul. rep. n. 4.* Fr. Marc. *diſ. 686. nu. 7. p. 1.* Baiar. *ad Clar. §. f. q. 73. n. 19.* Menoch. *2. aa. jj. qq. Caſ. 342. n. 7.* Decian. *in tr. Crim. lib. 8. c. 34. num. 7.* Fran: Ripa. *in L. 4. §. hoc ait. n. 95. de damn. inf.* ubi ait: Iudicem negligentem mulctare contumaces, & pœnas Fiſco adſcribere; vel officium interponere in exactione debitorum Fiſcalium, privandum omnibus ſalarijs & emolumentis acquiſitis in officio. *L. Iud. C. de ann. & trib. lib. 10.* Lancellot. *de off. Prat. §. 1. n. 7.*

Iudicum ſuo officio abutentium pœnæ ſunt variæ, pro diverſi- 26.
tate corruptionis, qua judicant per injuriam, hoc eſt, errorem, ſtultitiam, imprudentiam, turpitudinem, ſive ſordes, gratiam, ambitionem,

nem,iram,odium contra LL. & Ius Conſtitutionis,vt enumerat Hering. *de fideiuſſ. c. 126. n. 32.*

Remedia ſunt Appellatio,litis æſtimatio,actio in factum, Lex Iul. repetundarum,Syndicatus & alia. *L. ſi pro ſoc. C. mandat. c. vni. §. Iudicis de pace tenend. L. vlt. de ext. cogn. L. 5. §. ſi Iudex de O. & A. L. 7. §. 2. de minor. L. 2. & t. t. C. de Pœnis Iudic. qui malè Iudic. L. ſi quis §. Iudices De Pœnis. L. 1. ad L. Iul. repetund.* Par. de Put. *tr. Synd. verb. officialis. c. 10. n. 2.* Ioh. Berber. *p. 1. rubr. 13. d. L. Iul. repet. n. 1.* Boer. *dec. 133. n. 3.* Boſſart. *tit. de off. corrupt. n. 2.* Decian. *lib. 8. tr. crim. c. 33. in fin.* cuius pœna extraordinariâ exilium aut deportatio. *L. Lex Iulia §. hodie ad L. Iul. repet.* Damhoud. *in pr. crim. c. 130. rub. de corrupt. n. 3.* Gramm. *conſ. 35. n. 9.* Clar. *§. fin. q. 73. n. 2.* Menoch. *lib. 2. aa. jj. qq. cas. 342. n. 6.* De litis æſtimatione *L. fin. C. de Pœn. Iudic. ibi* ſed & litis diſcriminis. vbi Bellapert. *n. 2.* Summ. & odof. *n. 2. c. 1. §. ſi quis aut. ibi.* ad æſtimationem litis. *de ſent. & re jud. in 6.* Hoſtiens. *ibidem n. 15.* Ia. Menoch. *n. 10.* Franc. *n. 2.* Par. de Put. *tr. Synd. c. 1. n. 4.* Cyril. *in ſum. crim. rubr. 33. de Pœnis Iud. qui malè judic. §. f. n. 3.* Fr. Marc. *dec. 686. n. 1. p. 1.* Menoch. *lib. 2. aa.* jj. *qq. cas. 342. n. 16.* Decian. *in tr. crim. lib. 8. c. 39. n. 28.* Farin. *p. 3. opin. crim. q. 111. n. 37.*

Item Iudex qui pecunia corruptus injuſtitiam facit tenetur edicto de calumnia *t. t. C. de Pœnis jud. qui. male jud. Vbi* Cyn. *n. 1. &* Odof. *n. 2. per L. 1. & 3. §. ſi igitur de calumn.* Cyrill. *in Summ. crim. rub. 33. de pœn. jud. mali jud. §. fin. n. 3.* Decian. *lib. 8. tr. crim. cap. 34.* Aut pœnâ Falſi. *L. qui duobus vers. & is qui judicem corruperit. ad L. Corn. de fal.* Berber. *in pr. p. 1. rubr. 37. de coniuſſ. n. 2.* Fr. Marc. *deciſ. 686. n. 6. p. 1.* Menoch. *lib. 1. aa. jj. qq. Cas. 342. n. 2.* Aut relegatione *L. ſi quis aliquid de Pœnis.* Cyrill. *in Sum. crim. rubr. 33. de Pœn. jud. qui malè iud. §. fin. n. 6.* Decian. *lib. 8. tr. Crim. c. 19. n. 38.*

Item Iudex pecunia corruptus tenetur ad expenſas & damna per Litigatorem paſſa. *L. 2. C. de Pœn. iud. ibid.* Exiſtimationis diſpendio. Par. de Put. *tr. Synd. c. 1. n. 4.* Neviz. *lib. 5. Syl. nupt. rub. quodammodo jud. n. 102.*

Interim meminiſſe oportet iſtius Catoniani.

Eſto animo forti, cum ſis damnatus iniquè,
Nemo diu gaudet, qui Iudice vincit iniquo.

27. Imprudentia Iudicis, & ſententia injuſta caſui fortuito aſſimulantur.

lantur. Panorm. *in c. fin. vbi* Ant. Sicul. *col. 7. Ext. de emp. & vend.* Cabellin. *de evict. §. 5. n. 7.* Ioh. Lopez. *in c. per veſtras. de donat. inter vir. & vxor. c. 66. n. 33.* Aff. *in conſt. Neapol. rubr. 82. c. 1. n. 4. lib. 1.* Seb. Med. *c. de fort. caſ. p. 2. q. 12. n. 2.* Ant. de Gamm. *dec. 285. n. 1.*

Sed quis caſum fortuitum præſtare, & ſententiam litis injuſtam retractare vellet? Nemo. Hæc de Remedijs circa Iudicum Electionem, electorum abuſus, abutentium pœnas: Cui memorabile ſed mihi ridiculum boni Iudicis exemplum ſubiungo, quod refert Marchiſell. *qq. pract. 18. nu. 5. ex mente Petri de Palude p. 2. tit. 1. cap. 19.* quendam in Francia inveniſſe lingvam humanam vivam, quæ interroganti reſpondit, ſe eſſe lingvam hominis Pagani, qui diu Iudex fuerat, & nunquam ſententiam injuſtam emiſerat, ob id Deus animam ſuam in illo membro ſeruaverat, donec Baptiſmum reciperet. Quam cum Epiſcopus baptizaverat confeſtim in pulverem reſoluta. Vide *inquit*, quam diligat Deus judicem bonum, & malum puniat. Hæc de perſona Iudicis.

Quoad officium in Proceſſu litigioſo, prius Remedium, ne Iudex ſuper omni lite indiſcriminatim Proceſſum decernat, ſed grauiori tantum, vbi ſimul cogitet de Remedio atque Medio, quo citiſſimè finiatur, nec admittat Proceſſum qui ambages habet. Iaſ. *in L. fin. n. 5. C. de ed. D. Had. Io:* Weſenb. *c. 14. n. 51.* Valdè enim peccat Iudex qui cum veritatem habet vadit per ambages. Bl. *in c. 1. §. 1. de nov. form. fid.* Dilationes ſuperfluas minimè concedat: Libellum ineptum vel dentibus etiam laceret. *gl. ad. L. 1. vbi* Br. *n. 2.* Ias. *n. 4. de off. aſſ.* Purp. *in L. edita. num. 92. C. de aden.* Muller. *ad conſt. Sax. p. 1. conſtit. 2. n. 1.* Pruckm. *conſil. 50. n. 201. vol. 1.* vbi ait, vel decies dilacerandum ob plura vitia. Schrad. *de Feu. p. 5. c. 6. n. 16.* 28.

Alterum Remedium eſt vetus, vt Iudex cogatur examinibus Teſtium intereſſe maximè in grauibus litigijs. *Auth. apud eloqu. C. de fid. inſtr. L. teſtium. fides. 3. §. idem. D. Had. de teſt. vbi* Donell. Clar. *§. fin. q. 26. in pr.* Viv. *lib. 1. com. opin.* Stiatic. in obſerv. pract. *c. 16. n. 18.* Vnde teſtes ad judicem ire, & ab eò evocari dicuntur. *L. iubem. §. f. C. de Ep. & Cler.* Hartm. *pr. obs. lib. 2. tit. 17. obs. 25. in pr.* Ratio huius remedij prima, vt veritas eruatur, nec occultata maneat. Marſil. *in pr. §. diligent. n. 128.* quia in excutiendâ veritate etiam vox ipſa & Iudicis diligentia plurimum poteſt, quo ſermone, qua quis conſtantia, qua trepidatione quid dicat, quæ ad illuminandam veritatem in 29.

lucem emergunt. *L. de minori §. torm. de qq. L. multum.* Ibi, vt quicunq; aures eius offenderint non dubitent ſibi formidandum. *C. de Teſtib.* Clar. *§. vlt. q. 53. vers. quint. 1. cas.*

30. Secunda ratio, Nemo rectius de ingenio & affectibus Teſtium, quam qui ipſos audit cognoſcere, ac in ſententiando votum dirigere poteſt. At hoc eſt Iudicis. Ergo & illud. Iudici & Notario creditur, non vero Teſti aliter dicenti: aliâs abſente Iudice nec Teſti nec Notario creditur. Gram. *con. 67.* Ruland. *de Commiſſ. lib. 1. c. 1 n. 13. & ſeq.* vbi teſtatur in Cam. obſervari, Si teſtes aut res controverſa in loco ſit, vt Iudex examinet Teſtes, rem litigioſam ſuis oculis inſpiciat, & cum peritis conſulat priusquam judicet. *t. t. fin. regund.* Hier. de Mont. *tr. de fin. reg. c. 30. n. 2.* Hoc omnes omnium ferè Principum ordinationes innuunt. Münſteriſche Hoffgerichts Ordnung Anno 1571. *tit. 16. & ſeqq.* Es ſollen die Zeugen durch vnſern Hoffrichter/ Vnter gerichts Ordnung der Graffſchafft Spanheim Anno 78. *tit. 52.* Es ſollen die Zeugen durch das Gerichte / oder zum wenigſten durch 2. Schöpffen vnd Richter. &c. Hoffgerichts Ordnung Hertzog Heinrichs zu Braunſchweig Anno 1592. *tit. 42.* Es ſollen die Zeugen durch vnſere Hoffrichter vnd Beyſitzer mit fleiß befragt vnd behöret werden. Vide alias rationes apud Vigel. *ad conſtit. Caroli V. de act. pub. neg. c. 3.* Mag. Pegelius *in theſaur. rer. ſelect. pag. 15.* vbi ait: Quod Iudex vivus ſeu rem ipſam tractans, *videns*, audiens & hinc judicandus Iudici retrò fornacem, vt aiunt, qui tantum communiter ſcrutatur, ſit præferendus.

31. Plauſibile quidem hoc remedium, ſed impoſſibile quis dicet, vt judex omnes omnium litium probationes ſuſcipiant; vide novum Commiſſionum remedium ſucceſſit, cui Notarius adeſt; ſed & hoc longis altercationibus cum magna temporis jactura lites protrahendi occaſionem præbet, vt ipſa loquitur experientia. Malum non eſt faciendum conpenſatione boni. *c. non mag. ne cler. vel monach.* Al. de Nævo. *Conſ. 100.* Notarius ſœpè dicta Teſtium Parti litiganti à qua introductus vel adjunctus publicat, vt ait Zavat. *de Prax. for. Med. n. 65.* Huc accedit, quod breviores fierent lites, minuerenturque expenſæ, quia pro itinere Notario Cauſæ & alijs nihil daretur, & lites ad exitum perducerentur, quia judex de teſtium depoſitione inſtructus citius judicaret, neq; ex libris ſe informando litium deciſionem retardaret. Hoc niſi fiat, Media Remedij via eligenda, vt propr[illegible] Magiſtratus ad ſuſcipiendas litium probationes ordinentur. Imbe[illegible]

bb. 1.

lib. 1. inſt. for. c. 39. f. 15. Ruland. *de Comm lib. 1. c. 1. n. 29.* Si neutrum ſuccedat Remedium ipſi Iudices non collitigantes nominent Commiſſarios, qui in lite ardua novo & ſpeciali juramento inſtar teſtium aſtringantur ſententiam de Teſtibus & enunciatis ipſorum vna tranſmittant, & Iudici litis deciſionem relinquant. Mag. Pegel. *in thes. rer. ſel. pag. 14.* Hæc de Remedijs circa perſonam, & officium judicis.

Quoad officiales Remedia partim ſunt communia, partim propria, vt Advocati, Fiſcales, Protonotarij Secretarij, Subſtituti, Scribæ & alij Pedelli, nomine Sportularum nihil immoderati accipiant â Collitigantibus cum Principis pecuniâ annuum perſoluatur ſtipendium. At juſtum dicitur precium vniuscuiusque rei, quod fuit â Principe conſtitutum, & quod ab ijs vltrâ receptum, ſubiacet Obligationi reſtituendi. Navar. *in Manu. c. 17. n. 33.* Molin. *de iuſt. diſp. 83. pr.* Nec abuſus fori excuſat; nec illud quod nemo Privatorum illos accuſet; nec vltimò quod annuum ſtipendium ſit exiguum. Mich. Salon. *ad D. Thom. cont. 1. concl. 3.* Pertineret enim ad Principem augere ſtipendium, quia percipit fructus Iurisdictionis. Ant. Sola *ad Conſt. Sabau. lib. 2. tit. de off. adu. gl. 2.* Molin. *de Iuſt. diſp. 83. col. 6.* S. Anton. *in 3. part. Sum. tit. 3. c. vlt §. 11.* 32.

Alterum remedium vt præſtent fidejuſſores de benè adminiſtrando, & de ſtando ad Syndicatum finitâ adminiſtratione ſicut in Regno Neapolis & Siciliæ omnes officiales, Capitanei & Iuſticiarij faciunt. Par. de Put. *tr. Syndic. c. 2. n. 5.* Ioh. Bernar. Muſcatell. *in pr. fideiuſſ. p. 3. mod. 14. n. 7. & ſeq.* Hering. de fideiuſſ. *c. 10. n. 215.* Ratio huius remedij quaſi ambitus eſt, cum officiarij, antequam adminiſtrationis ſuæ rationes reddiderint eadem officia repetunt & continuant. *L. vnic. C. de ſuff. vbi* Cui. Vult. *1. I. R. 47. 9.* Bocer. *clas. 3. diſp. 6. theo. 69.* Diſs. Damhoud. *c. 131. n. 9.* 33.

Tertium ſubiungam remedium vt Iudices & officiales in vnâ Curiâ cohabitent, ne tempus, quod conterunt vltròque eundo domo ad Curiam, ê Curia domum, litibus expediundis impendatur, & Partes breviorè tempore ſuum conſequantur, ſi propè Curiam Iudices cohabitent. Sic Franciſcus Medices vnâ in via juxta locum juris reddundi domos Magiſtratuum omnium diſpoſuit & collocavit. Sic Reſpubl. Genuenſis Iudices omnes in vno concluſit loco. Sic Caio Scipioni Naſicæ publica domus in via data eſt, quo facilius Conſuli poſſet. Ioh. Ant. Zauatar. *de pr. for. Med. n. 73.* Sed in hoc 34.

tantum Ceremoniarum non requiritur, modò inſpiciant Ratisbonenſium inſcriptionem. Quisquis Senator Curiam officij cauſa ingrederis, ante hoc oſtium privatos affectus omnes abijcito, iram, vim, odium, amicitam, adulationem, Reipubl. perſonam & Curam ſubijcito. Nam vt alijs æquus aut iniquus fueris; ita quoque Dei Iudicium expectabis & ſuſtinebis. refert. Schonborn. *lib 3. polit. c. 24.*

35. Vltimum Remedium vt inferiorum Iudicum & officialium auctoritas â ſuperiori debitè defendatur, ne Litigantes in hanc erumpant vocem, aut querimoniam: Huic ipſi Patrono opus eſt, quem defenſorem paro. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck/ *pag. 56.* Honoremque ab omnibus ſimiliter eſſe Iudicibus impendendum text *in L. omnem honorem. C. quand. prov. non eſt neceſſ. c. vt debitus honor. vbi* Abbas. *not. 1. de appell. & gl.* ait Iudices honorandos, imò officiales non honorantes eſſe puniendos vti ſacrilegos. *L. 1. C. de dom. & poteſt. lib. 12.* Carav. *rit. 5. mag. Curiæ. n. 12.* vbi citat pœnam qui officialibus reverentiam in ſalutando non exhibet, multò magis qui obædientiam detractat. *L. ſanctio Legum: vbi* Br. *de Pæn.* Foller. *p. 7. pr. crim. c. vlt.* Cicero *lib. 3. de LL.* nec vero ſolum *inquit*, vt obtemperent, obædiant Magiſtratibus, ſed vt eos etiam colant, diligantque præſcribimus. Foller. *in pr. crim. Can. p. 2. cap. 10. n. 9. fol. 123.* Iohan. Iacob. Laurent. *tr. de Iud. ſuſp. c. 1. n. 4.*

36. Sed interim officiales ne quid nimis tentent, criſtas erigant, & miſeros Litigantes flocci faciant, vbi Remedium optat. Franc. Polletus *lib. 5. hiſt. for. Rom. c. 12.* nempe Catonem, qui ſcribas actuarios, & notarios fragili pennâ victum queritantes in ordinem redigeret, faſtum & arrogantiam, reprimendo. Hæc de Remedijs Litium quoad judices, & officiales. Plura de judicibus apud Villalup. *lit. L. n. 97.* Marant. *in proc. par. 6.* Bart. Socin. *reg. 240. & ſeqq.* Vincent. *in Spec. lib. 8. polit. c. 64.* Ant. Maſs. Galeſi *lib. 3. de exorc. juriſper.* Oldend. *de excep. fol. 10.* Bern. Diaz. *reg. 358. & ſeqq.*

CAPVT

CAPVT XI.

De Remedijs litium circa conſuetudines irrationabiles, debita, vſuras, oppignorationes, fidejuſsiones, & dotes.

SVMMARIA.

1. *Specialia litium Remedia cira Conſuetudines pravas.*
2. *Remedium Cenſorum poſtliminio revocetur.*
3. *Cenſitionis Remedium ad expediendas lites facit.*
4. *Minorennitas probatur Cenſitione, aut libro Curati* dem Tauffbuch.
5. *Remedium cenſus Reipub. prodeſt.*
6. *Objectio contra hoc cenſus Remedium.*
7. *Alterum cenſuræ Remedium eſt Correctio morum.*
8. *Hoc Remediū ad mores publicos ſiue Conſuetudines extendendum.*
9. *Conſuetudines pravæ à Cenſoribus deferantur.*
10. *Remedium, vt iniquæ Conſuetudines abrogentur.*
11. *Bonæ vt in Scripturas redigantur, bonum eſt Remedium.*
12. *Rationes hujus Remedij, vt innoteſcant, nec egeant probatione.*
13. *Conſuetudines à ſuperiori examinentur, & confirmentur.*
14. *Litium debitariarum Remedia ſunt Leges ſumptuariæ.*
15. *Vectigal rebus corrumpentibus imponatur.*
16. *Carceres Debitorum fiant, Germ.* Schuldt Thurne.
17. *Remedium æquiſsimum, REDDE QVOD DEBES.*
18. *Inſtrumenta guarentigiata paratam executionem habeant.*
19. *Executio ejusmodi per libellum petenda eſt.*
20. *Appellatio in litibus debitarijs reſtringatur.*
21. *Vtilitas publica, vt homines ſint liberi à debitis.*
22. *Vſurarum Remedium eſt gravis animaduerſo.*
23. *Modicæ vſuræ ferantur, immodicæ* Wochenzinſe *prohibeantur.*
24. *AEdes publicæ erigantur, vnde pecunia, ſub pignoribus recipiatur.*
25. *Edictum, ne judæi ferantur in Repub. Chriſtianâ.*
26. *Cur Papa Iudæos ferat, Chriſtianos expellat.*
27. *Fidejuſsionis Remedium eſt probibitio parentum, ne liberi fidejubeant.*
28. *Inſtitutum nobilium, ne quis vltra 100. Ioachimicos fidejubeat.*
29. *Fidejuſsio fiat cum cauſſæ cognitione.*
30. *Remedium, vt dotes tollantur, eſt violentum.*

31. *Ratio, cur dotes conſtitui oporteat.*
32. *Optimum Remedium, vt certæ dotium Leges fiant.*
33. *Qualis dos apud Iudæos, Venetos Maſsilienſes, Polon. fuerit.*
34. *Dote moderatâ familiæ conſervantur.*

1. HVCVSQVE Remedia Contra generales litium forenſium cauſas tradidimus: nunc de Specialibus. Specialia; quorum tractatio ἀκέφαλος ſine generalibus ἐπεὶ δὴ τὰ γενικώτερα τῇ φύσει ἅμα καὶ μεθόδῳ πρώτερα. Ariſt. *lib. 1. acroas. c. 1.* P. Frid. Mindan. *lib. 2 de mandat. c. 1.* Generalia & naturæ, & methodo priora.

Specialia litium abbreviandarum Remedia. Primò verſantur circa conſuetudines locorum Speciales, prauas, irrationabiles, injuſtas, quæ non minus quam LL. litium ſunt genetrices, Rerumpubl. corruptelæ imo ſutelæ, de quibus Saluator noſter, Ego, *inquit*, ſum VERITAS, non Ego ſum CONSVETVDO Alber. *in diction. verb. VERITAS.* & Ioh. Sarisber. *lib. 5. de nug. Cur. c. 16.* Sed & Leges ipſæ, & Conſuetudines quibus nunc vivitur, inſidiæ ſunt, & laquei calumniantium. Remedium eſt duplex. 1. vt Cenſores in omnibus provincijs conſtituantur, qui non ſolum in LL. & mores, ſed etiam pravas conſuetudines inquirant. 2. vt inventæ conſuetudines pravæ tanquam litium genetrices prorſus abrogentur.

2. Prius Remedium antiquitus notiſſimum Græcis, Romanis, Gallis maximo Germaniæ incommodo in deſuetudinem abijt. Bodin. *lib. 6. de Repub. c. 1. nu. 621. & ſeq. ex* Ariſt. *5. polit. c. 8.* Greg. Epis. Turon. *lib. 9. cap. 30.* Aymo. *lib. 2.* Dio. *lib. 4.* Livi. *lib. 2.* Sicut econtrà mali mores in conſuetudinem. Lips. *4. polit. c. 11.* Poſtliminio quaſi revocatum & conſtitutum Cenſorum officium apud Lucenſes, Genuenſes, Venetos, ad huc durat, quos antiquos, morum magiſtros *j Seignori ſopra il ben viuere de la cita*, ſive tresviros conformandis civium moribus appellant. Bodin. *d. c. 1. n. 623. & lib. de meth. hiſt. c. 6.* Ita Carolus Magnus & Ludovicus juſtitiæ amantes Commiſſarios & quæſitores per provincias mittebant, ad vitia & abuſus magiſtratuum cognoſcendos. Antimach. *lib 3. Com. theor. p. 673.* vbi multos exoptat Catones Cenſorios, quos ad gubernacula Reip. Principes collocarent. Nullo vnquam tempore, addit, talibus viris magis eguit Reſpub. ægra, qui eam tot vitijs, litibus, atque malitijs, quibus corrupta eſt, liberent.

Sicut

Sicut autem duplex erat Cenſorum officium in præfecturâ 3.
morum, & habendo cenſu, ſeu deſcriptione, qua populi ævitates, ſoboles, ſtatus, familias, pecunias cenſebant. Cic, *3. ne leg.* Flor. *lib. 1. c. 6.* Liui. *dec. 5. lib. 1.* Schonb. *lib. 4. polit. c. 28. arg. Num. 1. vers.* Ita vtroque cenſitionis caſu litium innumerabilium, quæ alioquin inexplicabiles ſunt, anfractus expediuntur, vt innuit. Bodin. *lib. 6. de Repub. c. 1. n. 625.* Priori enim caſu lites quam plurimæ cum ratione ætatis & ſtatus, tum ratione bonorum naſcuntur, quæ cenſitionis remedio facilius præcaveri & expediri poſſent.

Minorennitas non præſumitur, ſed probanda ab uno Colliti- 4.
gantium, qui ſe in ea fundat, *L. minorem C. de in integ. reſtit. l. cum de C. de probat. vbi* Obrech. *diſp. 3. thes. 346.* Neviz. *con. 47. nu. 10.* Burs. *con. 2. n. 20. lib. 1.* Maſc. *vol. 2. concl. 1062. n. 8.* Ayrer. *p. 1. pr. hiſt. cap. 7. obſ. 3.* vbi aliquot probandi modos refert, ſed nullus melior hoc cenſitionis remedio, aut libro Curati mit dem Tauffbuche / cuius meminit Rebuff. *ſuper conſti. Reg. Fran. tr. de re geſt. ſeu. libr. bapt. ar. 1. gl. 1. n. 11.* Idem moris eſt Norbergæ, Bambergæ, & vbiuis ferè locorum Germaniæ. Vtinam cenſitionis Remedium æquè eſſet re- 5.
ceptum, non ſolum lites ob ſtatum, poſſeſſiones, tributa, motas præcaveret; Sed & magnam rei frumentariæ vtilitatem, imò toti Reipubl. adferret, in qua velut ovium grege lupi, vulpes, leones, quæ furtis, rapinis, alcâ, latrocinijs, ebrietatibus, ſcortationibus, litium redemptionibus tranſigunt, qui in tenebris deliteſcentes, cum oculis & digitis, non poſſint, certè ipſo cenſu, deſignarentur: vt optimè cenſet Bodin. *d. c. 1. n. 626.* lites etiam & controverſias, quæ vbiq; pullulant, pro vectigalium ac tributorum inæquali diſtributione, de finibus regundis, hæreditatibus, empt. vend. donat. iſto cenſus Remedio explicari.

Sed oggannient litium amatores indignum videri remedium, 6.
ex cenſus ac bonorum deſcriptione, tenuibus contemptum, locupletibus invidiam creari. *lib. 2. C. quan. & quib. quar. par.* Vnde alicubi locorum recepta eſt conſuetudo Der heimlichen Clage / occultum litigium, quaſi contra decus eſſet, privatorum opes & inopiam; mercatorum item debitas, creditasque pecunias: ac familiarum occulta negotia, pacta, rationes in vulgus manare. Hoc Bodin. *lib. 6. de Rep. c. 1. n. 628.* vocat ſcelera, furta, rapinas, fraudes occultare velle. Apertus ſit quisque Litigator, non opertus.

Alterum

7. Alterum Cenſuræ caput in moribus conſiſtit. Plutar. *in Cat.* Cenſurâ magiſtratus eſt omnium Sacratiſſimus, qui cum in reb. omnibus, tùm vero in moribus ciuium conformandis Summ. poteſtatem habet. Liui. *lib. 24.* ad mores hominum advertere. caſtigandaq; vitia, quæ velut diutinos morbos ægra corpora. gignunt. Quod ſi vitioſi & improbi Litigaturientium mores census Remedio corrigerentur, quis non cenſet breui pauciores lites? Omnis Reipub. fundamenta ſunt mores & leges. Polyb. Optimum ergò Remedium ſi quid in moribus labat non deeſſe corrigendi auctorem. Tacit. *1. ann.* Schonb. *lib. 3. Polit. c. 10.* Bodin. *Rep. cap. 1. nu. 630.* Cenſuram Ciuitatum gubernatricem, virtutum omnium effectricem, bonorum ciuium procreatricem improborum ſc. Litigatorum expultricem appellat.

8. Sicut autem mores ſunt duplices, priuati & publici. Priuati ſunt ſingulorum; Publici mores ſunt jus ſine ſanctione expreſſum tacito populi conſenſu genitum, eodemque ſenſu conſuetudo dicitur. *§. 1. ſine ſcripto. In. d. I. N. G. c. L. 32. de LL.* Vult. *1. I. R. c. 3. nu.* Vide Conan. *2. Comm. 10. n. 2.* Ita promiſcuè Conſuetudines, vſus, mores feudales dicuntur. Duar. *de feud. c. 1.* Clar. *de feud. q. 2.* Caccialup. *de Feud. cogn. art. 5. n. 1.* Molin. *in conſ. Paris. n. 15.* Schneid. *p. 1. Feud. n. 7.* Mozz. *de feud. par. 1. n. 35.* Vigel. *in M. I. F. c. 1. reg. 2.* Roſenthal. *c. 1. concl. 8. n. 4.*

Ergo cum in moribus privatorum corrigendis Cenſores adeò ſint neceſſarij, multò magis in moribus publicis ſive conſuetudinibus pravis, quales olim Athenis Legum cuſtodes ac Nomophylaces dicebantur. Bodin. *d. c. 1. n. 633.* vbi ad religionis contemptum, educationem, theatra, ſeu ludos publicos extendit, Sedatisque imperio & jurisdictione: nè munus illud negotioſiſſimum plenumque laboris ac vigiliarum, etiam litium anfractibus implicetur, aliud eſt enim judicium, aliud cenſura.

9. Eiusmodi Cenſores diligenter & ſeverè in pravas, & irrationales Conſuetudines inquirant, & deprehenſas non ſolum notent, ſed ad ſuperiorem magiſtratum deferant, vt protinus abroget, quod eſt 2. remedium. Sic Ludovicus Pius *in Capitul. n. 4.* de iniuſtis occaſionibus & conſuetudinibus noviter inſtitutis, vti ſunt tributa & thelonei in mediâ viâ, vbi nec aqua, nec palus, nec pons &c. vt auferantur, licet plerisq; Italiæ locis Mediolani & alibi eiusmodi lucri & odioſa conſuetudo adhuc vigeat.

Sic Carolus V. in der Peinlichen Halßgerichts Ordnung/ *art.218.* on Mißbräuchen vnd Vnvernünfftigen gewonheiten. Cuius argumen-am refert Heiminsfeld. *tom.3.conſt.imp. pag. 559.* Conſuetudines ve corruptelas potius ex vſu forenſi multas & malas tolli oportere.

Ratio huius Remedij, quia debent futura mala atquè litigia ca- 10.
eri, non iniquis conſuetudinibus foveri. Innoc. *in c. inquiſitioni. de ent. excomm.* Zaſius *cons.5.n.67.lib.1.* Hering. *tr. de fideiuſſ. cap.5.n. 13.* Omnes eodem Remedio è medio ſublatas volumus, inquit Carolus V. *art. pen. n.1. ordinat.* Heiminsfeld. *d. tom.3. conſt. imp. pag. 59.* quales enumeravimus Suprà de blaſphemijs impunitis, de con-ietudine maritimâ, probâ Sagarum per aquam frigidam, deflora-one puellarum, impunitate homicidiorum, & alias, eiusdem fari-æ conſuetudines litis & malitiæ hirudines.

Sed cum non ſolum conſuetudines irrationales, Sed & variæ, 11.
agæ, dubiæ, incertæ, certum ſint litium ſerminandarum ſemina-um, tertium accedit Remedium, vt omnes conſuetudines in ſcri-turas redigantur, nec vni Collitigantium, modò hanc, modò alte-am Conſuetudinem alleganti ſtatim credatur. Ratio, quod nec ccellentiſſimo Doctori Conſuetudinem alleganti ſtatim fides ad-ibeatur. Ergò multò minus Collitiganti: Sed legitimè proban-a eſt, multis Collitigantium ſumptibus, vt affirmant vel centum d. quorum Coryphæus Bl. *L. Conſenſu. n.30. C. quomodo & quand.* leviz. *conſ.45. num.7.* vbi infinitos pro more allegat. Cacher. *dec. 41. n.16.* ait Senatum Pedemont. ita judicaſſe. Sicut & auditorium otæ obſervavit. Burs. *con. 201. n.47. lib.2.* Virg. Pingizer. *con. 1. nu. 4.* Coler. *de proc. exec. p.3. cap.11. n.66.* Hartmannus Piſtorius *lib. 2. quaeſt. 27. n.33.*

Altera huius Remedij ratio, quod conſuetudines etiam ſcriptæ 12.
rmanent, tantò citius innoteſcunt, nec vllam litigandi occaſio-m præbent. *2. Feud. 1. & 23.* Lauden. *in proœm. n.4.* Præpos. *num.5.* rdiz. *in ſum. cap.2.* Br. *in l. de quibus. 32. n.7.* Ias. *n.36. de LL.* Curt. *p. de feud. quaeſt. 1. n.11.* Weſemb. *in proœm. Feud. n.5.* Rationis ratio. vt memoria conſuetudinum ſit expeditior, & certior. Ferrar. *1. ud. 2.* Weſemb. *in proœm. Feud. n.2.*

II. Ne probatione egeant, quâ lites multum retardantur. Afflict. *prael. Feud. n.14.* Curt. *p.1. q.1. n.13.*

Vltimum Remedium, vt conſuetudines examinentur, & à Su- 13.

periori confirmentur. Cuſan. *lib. 3. de conc. Cathol. cap. 25. & 33.* Exa-minentur ibi in conventu annuo Provincialium conſuetudines, redigantur, quantum fieri poteſt, ad Communes obſervantias: maximè Captioſæ formæ vndiquè tollantur. Quamvis enim Principis ſcientia non requiratur ad introducendam conſuetudinem quæ fit â ſubditis. *Cap. 1. de conſt. in 6. L. 1. C. quæ ſit long. conſ. L. 1. C. ſervit.* Attamen vbi Princeps contradicit conſuetudini, promulgando legem contrariam tùm conſuetudo ceſſat & abrogatur. *Auth. omnes C. com. de ſucc. Auth. nauigia C. de furt.*

Ergò melius, vt ab initio Conſuetudines â ſuperiori non ſolum examinentur, ſed etiam in Scripturam redactæ confirmentur; quia confirmatio nihil novi addit, nec immutat confirmandum, ſed potius roborat atque firmat. Oldr. *con. 164. n. 2.* Corn. *conſ. 9. n. 5.* ... Ruin. *con. 111. n. 18. vol. 5.* Cothm. *reſp. 9. nu. 117.* Gail. *2. lib. obſ. 1.* ... H. Piſtor. *lib. 2. c. 20. n. 36.*

Ratio generalis, vbi ſuperioritas, ibi requiritur auctoritas. Nec Conſuetudinis vel ſtatuti nomen mereantur niſi principis accedat auctoritas & poteſtas. Ful. Pacan. *de probat lib. 2. c. 3. n. 168.* Chriſtian. Ohem. *in diſc. c. 3. n. 89.* Inprimis ciuitates ſuperiorem recognoſcentes Herren Statt Domini Conſenſum adhibeant, vtpotè penes quem reſidet jus principale & poteſtatiuum. Bl. *in L. 4. in f. C. ad SCt. Vell.* Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 9.* Hæc de Remedijs conſuetudinum.

14. Quoad debita litigioſa Schuldt Sachen / Graue tormentum eſt, DEBERE cui nolis, *inquit* Sene. *lib. 2. de beneſ. c. 18.* Remedia conſiſtunt partim in præſeruatione, partim in depulſione. Præſeruationis Remedium eſt vtile & neceſſarium, vt leges ſumptuariæ ferantur, quibus gulæ, & luxuriæ certi fines præſcribantur, & pro executione viarum Cuſtodes conſtituantur. Liu. *lib. 2. 3. & 4.* Camer. *med. Hiſto. 215. in f.* Gœdd. *vol. 2. cons. Ac. Mar. 28. n. 186.* Sicut olim lex Fannia, Orchia, Didia, Oppia, Cornelia, Ancia & Iulia latæ fuerunt, & nouiſs. S. Romani Imperij Sanctiones von Policeyordnung Anno 77. Francof. Macrob. *lib. 3. cap. 17.* Agell. *lib. 2. c. 24.* Alex. ab Alex. *lib. 3. gen. dier. cap. 11.* Valer. Maxim. *lib. 9. cap. 1.* Hering. *de fidei. c. 7. n. 236.*

Sumptus enim omnes non neceſſarij comprimendi ſunt, *inquit*, Fr. Senen. *de Inſt. Reip. lib. 5. tit. 10.* Keller. *lib. 1. de off. jur. p. c. 16.* Quod ſi fiat minus debitorum, minus erit litigiorum.

Altera

Alterum præſervationis Remedium, vt vectigal rebus ijs im- 15.
...onatur, quæ ad corrumpendos civium mores, delitias, luxum, ...bidinem, litem atque malitiam ſpectant, & Alemanni vocant ...Steinichen vnd Weinichen/ margaritas, vinum, Sericum, quibus ſub...iti ſine incommodo, vt carere poſſint, nolint, debita conflent, ...tigia excitent. Bodin. *lib. 6. de Repub. c. 2. per. l. interdum. §. ſpecies. de ...ublic.* War. de Erenb. *de reg. ſub. & oner. ſub. c. 5. n. 60. & ſeqq.* Cæſar. ...*b. 2. & 4.* de Germanis obſeruatu dignum recitat, quod nihil pate...entur vini reliquarumq; rerum ad luxuriem pertinentium inferri, ...uod his rebus relangueſcere animos, & eorum remitti virtutem ...xiſtimarent, quod hodie quoq; in Chinâ, & Catugio, vſitatum fer...ur. O ſi reducatur ad Germanos. Ita idem Iulius Cæſar Conchy...atæ veſtis, ac margaritarum vſum, niſi certis perſonis, ætatibusque, ...lque per certos dies ademit, teſte Sueton. Carolus. V. idem fecit. ...ucti. *tom. 2. coni. lib. 2. c. 11.* Schonb. *lib. 3. polit. c. 17.*

Lacedæmonij ſolis meretricibus conceſſerunt ornatum. AElian. ...*ib. 10. cap. 7.* Clem. Alexan. *lib. 2. pæd. cap. 10.* Camer. *cen. 2. med. Hiſt. ...ap. 39.*

Tertium præſeruationis Remedium, Carceres debent parari 16.
...ebitoribus ſeruandis, & moleſtiâ Carceris ad ſolutionem vrgendis ...Germ. Schuldtturm / qui debitores litigioſos non parum deterre...ent. Damhud. *in pr. crim. c. 16. in pr.* Ambroſ. *lib. de Tobia. c. 8.* dum ...adis, *inquit*, cum Adverſario tuo ad magiſtratum, da operam libe...ari ab illo, nè fortè producat te ad judicem, & judex tradat te exacto...i, & exactor mittat te in carcerem. Hering. *de fidei. cap. 19. nu. 47.* ...Quamvis enim Carcer non ſoluat debitum ſed Burſa, *vt inquit*, ...Marſil. *in pr. Crim. §. attingam. nu. 54.* Lancell. *de off. prætor. in crimin. ...ub. de cap. n. 29.* Ant. Sola *in conſt. Sab. rub. de capt. gl. 2. n. 6.* Attamen ...remedium & via eſt ad obtinendam ſolutionem, ne lite diutius fa...getur, & plus pecuniæ ipsâ pecuniâ inſumat.

Sed nullum eſt certius Remedium iſto Sene. REDDE 17.
QVOD DEBES. aut iſto Martial.

Et judex petit, & petit Patronus,
Soluas, cenſeo, Sexte, Creditori.

Nec imaginetis, quod Pater noſter tibi Remedium ſuppedita...t, quaſi debeamus remittere debitoribus noſtris. Ergò & pecu-

niaria debita ſint condonanda. Non enim Chriſtus prohibet... minus Creditor pecuniarias ſummas exigat, quæ ex legitimis co... tractibus ſibi debentur, modò ne acerbus litigator debitori ſe... ſtet ſupra caput, nullum diem gratis occidere patiens. Sene. *lib.* ... *benef. cap. 17. l. ſi bene. de vſur.* Hering. *de fidei. cap. 1. n. 38.*

18. Depulſionis Remedia 1. vt lites è debitis vbertim prove... tes celerrimè expediantur, & vi ſtatuti aut conventionis para... executionem in dorſo habeant, Geſundt Siegel vnd Brieffe/ ſicut a... Italos vigere teſtis eſt Sig. Scacc. *lib. 1. de jud. cauſæ ciu. cap. 62. n. 13.* ... Saxoniâ Weſenb. *con. 14. n. 32.* & Coler. *de proc. execu. par. 1. cap.* ... *57.* De Holſatiâ Vultei. *vol. 3. con.* Acad. Mar. *21. n. 334.* Socin. ... *75. n. 24. vol. 2.* ait ex inſtrumento guarentigiato nullam compe... actionem, niſi executiuam & ſolummodò peti ſolere inſtrume...

19. executionem. Hoc idem Remedium ponit & exponit Ant. Fab... *lib. 9. Cod. tit. 22. art. 11.* neceſſariam cuilibet litigaturo oblatione... libelli, ſaluâ tamen licentiâ petendi per libellum, vt executio perm... tatur. Quod vtique permittendum â judice competenti, ijs in li... bus, quas ab executione incipere moris eſt, ſive ex literulis genera... bus, quas de debitis vel manus munitas vocant, ſivè ex alijs præciſam coactionem imperantibus, modò in judicio producantur originali... ter. Coler. *de proc. exec. p. 3. cap. 1. n. 44.* Quod ſi absquè libello & iu... dicis decreto debitum exigat, & appellatio emergat, cogendus eſt of... ferre libellum, & litem proſequi, manente principis, &, vt aiunt *juſti*... tiæ, non actoris manu munita, quousque vel per adverſarij *compa*... ritionem, vel aliter conſtat Iudici ritè ſatisfactum per *actorem. Quo*... demum tempore permittendum ei erit, vt fructum *executionis ple*... niſſimum conſequatur. Faber. *d. lib. 9. Cod. tit. 22. art. 11. & ſeq.* vbi limitat in debitis fiſcalibus, Landtages Abſcheid Ducum Pom. anno 1608. tria tantum monitoria requirit, nec exceptiones admittit, niſi ſolutionis, tranſactionis, compenſationis & rei judicatæ.

20. Sed alterum Remedium nobis videretur magis ex vſu Reipub... ne in manifeſtis debitorum litibus atquè malitijs appellatio admit... tatur. Quamvis enim Litigantium conventio, nè ad ſuperiorem recurratur, ſit invalida, neque ſuperiorem jurisdictionem habens, quin querelas audiat, evitare poſſit. *c. novit. de judi.* Guid. Pancir. *con.* *119. n. 25. lib. 1. 10.* Iac. Lauren. *tr. de jud. Suſp. cap. 1. n. 11. & 12.* Atta... men hoc medio multis malis occurri poſſet, nec appellatio iniqu...

…s præſidium eſſe debet. At quid iniquius pecuniâ carere ſuâ, & …m moveri immortalem? Neque dicendum ſuperioris jurisdi-…onem ab inferiori infringi, ſed limitari. *Vide l. pen. vbi* Br. *de aq. plu.* … Blanc. *de compr. q. 4. n. 7. fol. 298.* Hoc Remedium Provincialis …mer. conſtitutio Landtags Abſcheid. Anno 1608. innuit, das wider …ndt vnd Siegel vnd Clare richtige Verſchreibungen niemandt Appelliren …g.

Pro hoc Remedio facit vtilitas pub. vt homines liberi ſint à de-… 21. …is litigioſis. Caball. *in mille. loq. 338.* Mar. Mont. *dec. Reg. Arrag. 2.* …42. Nec habenda eſt debitorum Commiſeratio, quaſi appella-…nis beneficio privarentur. cum L. 12. tabu. Si multi eſſent credi-…res, debitorem in partes ſecare permitteret, licet eo rigore Romani …n ſint vſi. Covarr. *2. reſol. cap. 1. n. 1.* Quintil. *3. inſt. cap. 8.* Baldui. …*L L. Roma. cap. 46. n. 72.* Heig. *p. 1. quaſt. 35. n. 26.* Gilken. *de præſ. p.* …*ap. 6. n. 42.* Hæc de remedijs debiti litigioſi.

Vſurarum Remedium eſt conſtans, & Severa diſciplina; atque 22. … vnum alterumuè gravis animadverſio, quæ Cæteros deterreat, …e occaſionem litigandi præbeat. Schonborn. *lib. 3. Politi. cap. 12.* …urius eſt Remedium, quod Cato maior fœneratores omnes Sar-…niâ expulit. Liu. *lib. 32.* Antimach. *lib. 3. Com. theor. 35.* Nec mi-…us durum eſt Remedium, quod nonnulli ICtorum. tradunt, vſura-…os criminaliter puniendos eſſe. Maran. *p. 6. Spec. aur. n. 112.* Molin. … *vſur. n. 156.* Borch. *de vſuris cap. 5. n. 9.*

Media igitur huius Remedij via eſt eligenda, vt vſuræ exceſſivæ, 23. …n menſę & immoderatæ Iudęo-Chriſtianę Monath/wochentliche oder …agsinſe/ à pio magiſtratu ſeveriſſimè prohibeantur, & annuæ ad to-…rabilem modum revocentur. AEmil. Ferret. *con. 73. nu. 20.* Amed. … Pont. *inter dec. Ant. Teſſau. 57. vers. ſit itaquè.* Ant. Quetta *conſ. 54.* …*m. 9. gl. ad inſt. jur. Can.* Lancel. *lib. 4. de vſur. §. judai, verb. immod.* …uod ſi quinque in centum promittantur, eiusmodi vſurę ferri, nec …ferri poſſent. *L. eos. 26. de vſur.* Reichs Abſcheid/ *p. 1. in reform.* guter …olicej zu Auſpurg. *Anno 1530. p. 232.* Coler. *de proc. exec. p. 1. cap. 10. n.* … Fride. *p. 2. de mand. c. 73. n. 3.* Vaſq. *lib. 3. qq. illuſt. cap. 60. num. 22.* …uland. *part. 4. de commiſſ. lib. 6. cap. 6. n. 13.* vbi aliquot præjudicia …fert.

Omnium optimum eſſet Remedium, vt Principes in ſuis Pro- 24. …ncijs aut certum vſuræ modum conſtituerent, & vltrà recipientes,

atque exindè litigantes acrius caſtigarent, vti Rex Daniæ 6. in centum Subditis Holſatiæ permiſit, idque, de anno in annum, ſeu mercatum in mercatum, Von dem eynen vmbſchlag in den andern. Guicc. *in Ber.* Weſenbe. *in par. C. de vſur.* Ruland. *d. part. 4 lib. 6. cap. 6. n. 23.* potius ædes publicas erigerent, quibus indigentes pecuniam dat pignoribus recipere poſſent, vti Patauij mens pietatis Anno 1491 Batauia der Lombardt/ & alibi alia loca, ita lites plurimæ præcaverentur. Vide inſtitutionem Montium pietatis apud Bern. Scardon. *lib. hiſt. pat. claſ. 5.* Virg. de Bocat. *tr. de manut. poſſ. c. 8. n. 160.* Ioh. de Lupa. *vſur. p. 3. nu. 8.* Ben. Boui. *de cens. art. 5.* Pet. Surd. *con. 182. lib.* Arnol. Ferron. *ad con. Burdig. lib. 2. tit. 8. §. 20. in f.*

25. Hæc de Remedijs litium vſurariarum, quibus accedit Edictum Principum Chriſtianorum & Rerumpublicarum, ne Iudæi omnium maximi fœneratores in ditionibus ſuis ferantur ſed auferantur. Alex. de Neuo. *con. 100.* Roland. à Vall. *con. 55. n. 16. lib. 2.* Cache. *de Pede. 137.* Damhud. *in pr. crim. cap. 28. n. 76.* Couar. *3. reſol. cap. 1. n.* Gail. *2. obſ. 5. nu. vlt.* Bonif. *tr. de furt. §. fraudulosa nu. 39.* Soarez. *lit. l n. 194.* Molin. *tr. de vſur. n. 581.* vbi Principes cum Iudæis colludentes vocat infideles & ſocies furum. Marquar. de Suſan. *tr. de Iuda. c. 11. n. 11.* Pet. Royz. *de Litu. 5. n. 220.* Marchiſell. *qq. pr 2.* *Vtinam reliqui* omnes, qui fœnerando judaizant, & judaizando *fœnerant, Republica* expellerentur, minus malorum, minus querelarum, *minus* litigiorum eſſet.

26. Nec Imperij Conſtitutiones Anno 1544. 62. 77. tit. 20. §. von Jüden hunc vſuræ Iudaiſmum ſimpliciter probant, ſed *propter aliquid* boni, wegen des Reichs anlagen vnd hülffen. *Quamvis lucri odor* ſit bonus ê re qualibet: Non tamen permittendum eſt malum, vt aliquid boni eveniat. Iudæi feruntur propter lucrum; Chriſtiani confratres expelluntur propter lucrum, quæ diſſimilitudo? Ratione indigentium & pauperum toleratur conſuetudo, quæ aliàs minimè toleranda eſſet. Coler. *de pro. exec part. 1. c. 10. n. 64.*

At nonnê melius Chriſtiani Chriſtianis etiam imperfectis ſubuenire poſſent, quam Iudæi? Solus, inquis, Papa hoc priuilegium habet, mutans quadrata rotundis, Anchor. *conſ. 243. nu. 8.* Marq. *de Suſan. tr. de Iuda. cap. 11. nu. 13.* Sequuntur Papicolæ. Caſtr. *con. 39.* Alex. *con. 1. lib. 2.* Soc. jun. *conſ. 108. lib 3.* Ioh. de Arnono. *Soliloq.* Clar. *§. vſura. nu. 7.* Alph. Villagut. *tr. de vſur. quæſt. 13. concl. 4.*

Cai

Caraff. *tr. de ſimon. n. 55.* Ant. Teſſaur. *dec. 57.* Admittunt & addiſcunt Chriſticolæ. Heig. *part. 2. q. 1. n. 170.* Ruland. *de com. p. 4. lib. 6. cap. 6. n. 20.* Hering. *de fidejuſ. c. 30. n. 35.*

Oppignorationes cum ſint frequentes, & plerunque dent 27. occaſionem litibus, Remedium eſt, ne facilè permittantur, ſed coërceantur, & puniantur. Ab oppignoratione ad fidejuſſionem valet argumentum. *l. 28. de pignor. l. 2. quæ res pig. ob. poſ.* Negus. *de pign. mem. 4. nu. 56.* Burs. *con. 103. nu. 17. lib. 1.* Huic fidejuſſionis malo litigioſo Remedium poſſet adhiberi duplex conventionale, & legale. Prius aut eſt prohibitio parentis, ne liberi bona auita in extraneum alienare, hypothecare; aut modo quolibet obligare poſſint, Der hieuon etwas entwendet / Den ſtrafft Gott an ſeinem Endt. vti Philip. Haſsiæ. Lantg. Heinæ inſcripſit. *vide L. filiusf. §. Diui. vbi Dd. de leg. 1. L. Lucius 86. §. inſtituto. de legat. 2. L. fin. C. de reb. alie. non alien.* Hering. *tr. de fidei. c. 1. n. 101.* vbi certò confidit eam prohibitionem hoc exulceratiſſimo ſeculo multis familijs valde profuturam.

Aut inſtitutum Nobilium inter ſeipſos, nè quis in poſterum 28. pro maiori ſummâ quàm 100. Ioachimicis fidejubeat, vt in Archi episcopatu Bremenſi receptum ait Hering. *d. tr. de fidei. cap. 7. n. 234.* Cogitando illud quod retulit. Aym. Crauetta. *reſp. 1. n. 127.*

Vtere quæſitis modicè, dum ſumptus abundat.
Labitur exiguo, quod partum eſt tempore longo.

Alciat. *lib. 2. πaρ. cap. 14.*

Ille ſapit verè, qui callens hæc duo, nouit
Nec nimium largus, nec nimis eſſe tenax.

Vndè eorum Remedium nobis improbatur, qui omninò jurant, ſe nolle fidejubere, habens auch verſchworen.

Remedium legale eſt, generalis conſtitutio, nè lites è fideiuſſio- 29. ne facilè naſcantur, vt omnis in poſterum fideiuſſio, præſertim maiorum qualiquali cauſæ cognitione fiat, vtrum debita ſint probabilia & honeſta: quæ facultates ſint eius, pro quo fides interponitur, an vxorem, & quot liberos habeat fideiuſſor, nè ex inconſultâ patris fideiuſſione eorum ſpes diminuatur, cuius vita & ætatis ſit tam fideiuſſor, quam debitor, cuius etiam ſtatus vel conditionis ſit creditor, vtrum 1. 2. 3. 4. 5. vice ſeſe obſtringat fideiuſſor &c. *arg. l. nec quicquam*

7 Alterum Cenſuræ caput in moribus conſiſtit. Plutar. *in Cat. mai.* Cenſurâ magiſtratus eſt omnium Sacratiſſimus, qui cum in rebus omnibus, tùm vero in moribus ciuium conformandis Summam poteſtatem habet. Liui. *lib. 24.* ad mores hominum adverterunt, caſtigandaq; vitia, quæ velut diutinos morbos ægra corpora ex ſeſe gignunt. Quod ſi vitioſi & improbi Litigaturientium mores hoc cenſus Remedio corrigerentur, quis non cenſet breui pauciores fore lites? Omnis Reipub. fundamenta ſunt mores & leges. Polyb. *lib. 6.* Optimum ergò Remedium ſi quid in moribus labat non deeſſe corrigendi auctorem. Tacit. *1. ann.* Schonb. *lib. 3. Polit. c. 10.* Bodin. *6. de Rep. cap. 1. nu. 630.* Cenſuram Ciuitatum gubernatricem, virtutum omnium effectricem, bonorum ciuium procreatricem improborum ſc. Litigatorum expultricem appellat.

8. Sicut autem mores ſunt duplices, priuati & publici. Privati ſunt ſingulorum; Publici mores ſunt jus ſine ſanctione expreſſa tacito populi conſenſu genitum, eodemque ſenſu conſuetudo dicitur. *§. 1. ſine ſcripto. In. d. I. N. G. c. L. 32. de LL.* Vult. *1. I. R. c. 3. num. 1.* Vide Conan. *2. Comm. 10. n. 2.* Ita promiſcuè Conſuetudines, vſus, mores feudales dicuntur. Duar. *de feud. c. 1.* Clar. *de feud. q. 2.* Caccialup. *de Feud. cogn. art. 5. n. 1.* Molin. *in conſ. Paris. n. 15.* Schneid. *p. 1. Feud. n. 7.* Mozz. *de feud. par. 1. n. 35.* Vigel. *in M. I. F. c. 1. reg. 2.* Roſenthal. *c. 1. conclu. 8. n. 4.*

Ergo cum in moribus privatorum corrigendis Cenſores adeò ſint neceſſarij, multò magis in moribus publicis ſive conſuetudinibus pravis, quales olim Athenis Legum cuſtodes ac Nomophylaces dicebantur. Bodin. *d. c. 1. n. 633.* vbi ad religionis contemptum, educationem, theatra, ſeu ludos publicos extendit, Sed absque imperio & jurisdictione: nè munus illud negotioſiſſimum plenumque laboris ac vigiliarum, etiam litium anfractibus implicetur, aliud eſt enim judicium, aliud cenſura.

9. Eiusmodi Cenſores diligenter & ſeverè in pravas, & irrationales Conſuetudines inquirant, & deprehenſas non ſolum notent, ſed ad ſuperiorem magiſtratum deferant, vt protinus abroget, quod eſt 2. remedium. Sic Ludovicus Pius *in Capitul. n. 4.* de iniuſtis occaſionibus & conſuetudinibus noviter inſtitutis, vti ſunt tributa & thelonei in mediâ viâ, vbi nec aqua, nec palus, nec pons &c. vt auferantur, licet pleriſq; Italiæ locis Mediolani & alibi eiusmodi lucroſa & odioſa conſuetudo adhuc vigeat.

Sic

Sic Carolus V. in der Peinlichen Halßgerichts Ordnung/ *art. 218.* von Mißbräuchen vnd Vnvernünfftigen gewonheiten. Cuius argumentum refert Heiminsfeld. *tom. 3. conſt. imp. pag. 559.* Conſuetudines ive corruptelas potius ex vſu forenſi multas & malas tolli oportere.

Ratio huius Remedij, quia debent futura mala atquè litigia ca- 10.
veri, non iniquis conſuetudinibus foveri. Innoc. *in c. inquiſitioni. de ſent. excomm.* Zaſius *cons. 5. n. 67. lib. 1.* Hering. *tr. de fideiuſſ. cap. 5. n. 13.* Omnes eodem Remedio è medio ſublatas volumus, inquit Carolus V. *art. pen. n. 1. ordinat.* Heiminsfeld. *d. tom. 3. conſt. imp. pag. 559.* quales enumeravimus Suprà de blaſphemijs impunitis, de conſuetudine maritimâ, probâ Sagarum per aquam frigidam, defloratione puellarum, impunitate homicidiorum, & alias, eiusdem fariæ conſuetudines litis & malitiæ hirudines.

Sed cum non ſolum conſuetudines irrationales, Sed & variæ, 11.
vagæ, dubiæ, incertæ, certum ſint litium ſerminandarum ſeminarium, tertium accedit Remedium, vt omnes conſuetudines in ſcripturas redigantur, nec vni Collitigantium, modò hanc, modò alteram Conſuetudinem alleganti ſtatim credatur. Ratio, quod nec excellentiſſimo Doctori Conſuetudinem alleganti ſtatim fides adhibeatur. Ergò multò minus Collitiganti: Sed legitimè probanda eſt, multis Collitigantium ſumptibus, vt affirmant vel centum d. quorum Coryphæus Bl. *L. Conſenſu n. 30. C. quomodo & quand.* leviz. *conſ. 45. num. 7.* vbi infinitos pro more allegat. Cacher. *dec. 41. n. 16.* ait Senatum Pedemont. ita judicaſſe. Sicut & auditorium otæ obſervavit. Burs. *con. 201. n. 47. lib. 2.* Virg. Pingizer. *con. 1. nu. 4.* Coler. *de proc. exec. p. 3. cap. 11. n. 66.* Hartmannus Piſtorius *lib. 2. quaſt. 27. n. 33.*

Altera huius Remedij ratio, quod conſuetudines etiam ſcriptæ 12.
ermanent, tantò citius innoteſcunt, nec vllam litigandi occaſionem præbent. *2. Feud. 1. & 23.* Lauden. *in proœm. n. 4.* Præpos. *num. 5.* rdiz. *in ſum. cap. 2.* Br. *in l. de quibus. 32. n. 7.* Ias. *n. 36. de LL.* Curt. *p. de feud. quaſt. 1. n. 11.* Weſemb. *in proœm. Feud. n. 5.* Rationis ratio. vt memoria conſuetudinum ſit expeditior, & certior. Ferrar. *1. ud. 2.* Weſemb. *in proœm. Feud. n. 2.*

II. Ne probatione egeant, quâ lites multum retardantur. Affl. *præl. Feud. n. 14.* Curt. *p. 1. q. 1. n. 13.*

Vltimum Remedium, vt conſuetudines examinentur, & â Su- 13.

Ggg periori

perioři confirmentur. Cuſan. *lib. 3. de conc. Cathol. cap. 25. & 35.* Examinentur ibi in conventu annuo Provincialium conſuetudines, & redigantur, quantum fieri poteſt, ad Communes obſervantias, & maximè Captioſæ formæ vndiquè tollantur. Quamvis enim Principis ſcientia non requiratur ad introducendam conſuetudinem, quæ fit â ſubditis. *Cap. 1. de conſt. in 6. L. 1. C. quæ ſit long. cons. L. 1. C. de ſervit.* Attamen vbi Princeps contradicit conſuetudini, promulgando legem contrariam tùm conſuetudo ceſſat & abrogatur. *Auth. omnes C. com. de ſucc. Auth. nauigia C. de furt.*

Ergò melius, vt ab initio Conſuetudines â ſuperiori non ſolum examinentur, ſed etiam in Scripturam redactæ confirmentur; quæ confirmatio nihil novi addit, nec immutat confirmandum, ſed potius roborat atque firmat. Oldr. *con. 164. n. 2.* Corn. *conſ. 9. n. 5. vol. 3.* Ruin. *con. 111. n. 18. vol. 5.* Cothm. *reſp. 9. nu. 117.* Gail. *2. lib. obſ. 1. n. 3.* H. Piſtor. *lib. 2. c. 20. n. 36.*

Ratio generalis, vbi ſuperioritas, ibi requiritur auctoritas. Neq; Conſuetudinis vel ſtatuti nomen mereantur niſi principis accidat auctoritas & poteſtas. Ful. Pacan. *de probat lib. 2. c. 3. n. 168.* Chriſtian. Ohem. *in diſc. c. 3. n. 89.* Inprimis ciuitates ſuperiorem recognoſcentes Herren Statt Domini Conſenſum adhibeant, vtpotè penes quem reſidet jus principale & poteſtatiuum. El. *in L. 4. in f. C. ad SCt. Vellej.* Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 9.* Hæc de Remedijs conſuetudinum.

Quoad debita litigioſa Schuldt Sachen / Grauetormentum eſt;
14. DEBERE cui nolis, *inquit* Sene. *lib. 2. de beneſ. c. 18.* Remedia conſiſtunt partim in præſeruatione, partim in depulſione. Præſervationis Remedium eſt vtile & neceſſarium, vt leges ſumptuariæ ferantur, quibus gulæ, & luxuriæ certi fines præſcribantur, & proſecutione viarum Cuſtodes conſtituantur. Liu. *lib. 2. 3. & 4.* Camer. *med. Hiſto. 215. in f.* Gœdd. *vol. 2. cons. Ac. Mar. 28. n. 186.* Sicut olim lex Fannia, Orchia, Didia, Oppia, Cornelia, Ancia & Iulia latæ fuerunt; & nouiſs. S. Romani Imperij Sanctiones von Policeyordnung Anno 77. Francof. Macrob. *lib. 3. cap. 17.* Agell. *lib. 2. c. 24.* Alex. ab Alex. *lib. 3. gen. dier. cap. 11.* Valer. Maxim. *lib. 9. cap. 1.* Hering. *de fideiu. c. 7. n. 236.*

Sumptus enim omnes non neceſſarij comprimendi ſunt; vt *inquit*, Fr. Senen. *de Inſt. Reip. lib. 5. tit. 10.* Keller. *lib. 1. de off. jur. pol. c. 16.* Quod ſi fiat minus debitorum, minus erit litigiorum.

Alterum

Alterum præſervationis Remedium, vt vectigal rebus ijs im- 15.
onatur, quæ ad corrumpendos civium mores, delitias, luxum,
bidinem, litem atque malitiam ſpectant, & Alemanni vocant
Steinichen vnd Beinichen/ margaritas, vinum, Sericum, quibus ſub-
iti ſine incommodo, vt carere poſſint, nolint, debita conflent,
tigia excitent. Bodin. *lib. 6. de Repub. c. 2. per. l. interdum. §. ſpecies. de
ublic.* War. de Erenb. *de reg. ſub. & oner. ſub. c. 5. n. 60. & ſeqq.* Cæſar.
b. 2. & 4. de Germanis obſeruatu dignum recitat, quod nihil pate-
entur vini reliquarumq; rerum ad luxuriem pertinentium inferri,
uod his rebus relangueſcere animos, & eorum remitti virtutem
xiſtimarent, quod hodie quoq; in Chinâ, & Catugio, vſitatum fer-
ır. O ſi reducatur ad Germanos. Ita idem Iulius Cæſar Conchy-
atæ veſtis, ac margaritarum vſum, niſi certis perſonis, ætatibusque,
lque per certos dies ademit, teſte Sueton. Carolus. V. idem fecit.
Cucti. *tom. 2. coni. lib. 2. c. 11.* Schonb. *lib. 3. polit. c. 17.*

Lacedæmonij ſolis meretricibus conceſſerunt ornatum. AElian.
b. 10. cap. 7. Clem. Alexan. *lib. 2. pæd. cap. 10.* Camer. *cen. 2. med. Hiſt.
ap. 39.*

Tertium præſeruationis Remedium, Carceres debent parari 16.
ebitoribus ſeruandis, & moleſtiâ Carceris ad ſolutionem vrgendis
Germ. Schuldtturm / qui debitores litigioſos non parum deterre-
ent. Damhud. *in pr. crim. c. 16. in pr.* Ambroſ. *lib. de Tobia. c. 8.* dum
adis, *inquit*, cum Adverſario tuo ad magiſtratum, da operam libe-
ari ab illo, nè fortè producat te ad judicem, & judex tradat te exacto-
i, & exactor mittat te in carcerem. Hering. *de fidei. cap. 19. nu. 47.*
Quamvis enim Carcer non ſoluat debitum ſed Burſa, *vt inquit*,
Marſil. *in pr. Crim. §. attingam. nu. 54.* Lancell. *de off. prætor. in crimin.
ub. de cap. n. 29.* Ant. Sola *in conſt. Sab. rub. de capt. gl. 2. n. 6.* Attamen
Remedium & via eſt ad obtinendam ſolutionem, ne lite diutius fa-
getur, & plus pecuniæ ipsâ pecuniâ inſumat.

Sed nullum eſt certius Remedium iſto Sene. REDDE 17.
QVOD DEBES. aut iſto Martial.

Et judex petit, & petit Patronus,
Soluas, cenſeo, Sexte, Creditori.

Nec imagineris, quod Pater noſter tibi Remedium ſuppedita-
it, quaſi debeamus remittere debitoribus noſtris. Ergò & pecu-

Ggg ij niaria

niaria debita ſint condonanda. Non enim Chriſtus prohibet, quo minus Creditor pecuniarias ſummas exigat, quæ ex legitimis contractibus ſibi debentur, modò ne acerbus litigator debitori ſemper ſtet ſupra caput, nullum diem gratis occidere patiens. Sene. *lib. 7. de benef. cap. 17. l. ſi bene. de vſur.* Hering. *de fidei. cap. 1. n. 38.*

18. Depulſionis Remedia 1. vt lites è debitis vbertim provenientes celerrimè expediantur, & vi ſtatuti aut conventionis paratam executionem in dorſo habeant, Geſundt Siegel vnd Brieffe/ſicut apud Italos vigere teſtis eſt Sig. Scacc. *lib. 1. de jud. cauſæ ciu. cap. 62. n. 13.* De Saxoniâ Weſenb. *con. 14. n. 32.* & Coler. *de proc. execu. par. 1. cap. 3. n. 57.* De Holſatiâ Vultei. *vol. 3. con.* Acad. Mar. *21. n. 334.* Socin. *conſ. 75. n. 24. vol. 2.* ait ex inſtrumento guarentigiato nullam competere actionem, niſi executiuam & ſolummodò peti ſolere inſtrumenti
19. executionem. Hoc idem Remedium ponit & exponit Ant. Faber *lib. 9. Cod. tit. 22. art. 11.* neceſſariam cuilibet litigaturo oblationem libelli, ſaluâ tamen licentiâ petendi per libellum, vt executio permittatur. Quod vtique permittendum à judice competenti, ijs in litibus, quas ab executione incipere moris eſt, ſive ex literulis generalibus, quas de debitis vel manus munitas vocant, ſivè ex alijs præciſam coactionem imperantibus, modò in judicio producantur originaliter. Coler. *de proc. exec. p. 3. cap. 1. n. 44.* Quod ſi absquè *libello & judicis decreto* debitum exigat, & appellatio emergat, cogendus *eſt offerre* libellum, & litem proſequi; manente principis, &, vt aiunt juſtitiæ, non actoris manu munita, quousque vel per adverſarij comparitionem, vel aliter conſtat Iudici ritè ſatisfactum per actorem. Quo demum tempore permittendum ei erit, vt fructum executionis pleniſſimum conſequatur: Faber. *d. lib. 9. Cod. tit. 22. art. 11. & ſeq.* vbi limitat in debitis fiſcalibus, Landtages Abſcheid Ducum Pom. anno 1608. tria tantum monitoria requirit, nec exceptiones admittit, niſi ſolutionis, tranſactionis, compenſationis & rei judicatæ.

20. Sed alterum Remedium nobis videretur magis ex vſu Reipub. ne in manifeſtis debitorum litibus atquè malitijs appellatio admittatur. Quamvis enim Litigantium conventio, nè ad ſuperiorem recurratur, ſit invalida; neque ſuperiorem jurisdictionem habens, quin querelas audiat, euitare poſſit. *c. novit. de judi.* Guid. Pancir. *con. 119. n. 25. lib. 1. 10.* Iac. Lauren. *tr. de jud. Suſp. cap. 1. n. 11. & 12.* Attamen hoc medio multis malis occurri poſſet, nec appellatio iniqui-

atis præſidium eſſe debet. At quid iniquius pecuniâ carere ſuâ, & item moveri immortalem? Neque dicendum ſuperioris jurisdi-ctionem ab inferiori infringi, ſed limitari. *Vide l. pen. vbi* Br. *de aq. plu. arc.* Blanc. *de compr. q. 4. n. 7. fol. 298.* Hoc Remedium Provincialis Pomer. conſtitutio Landtags Abſcheid. Anno 1608. innuit, das wider Handt vnd Siegel vnd Clare richtige Verſchreibungen niemandt Appelliren mag.

Pro hoc Remedio facit vtilitas pub. vt homines liberi ſint â de-bitis litigioſis. Caball. *in mille. loq. 338.* Mar. Mont. *dec. Reg. Arrag. 2. n. 42.* Nec habenda eſt debitorum Commiſeratio, quaſi appella-tionis beneficio privarentur. cum L. 12. tabu. Si multi eſſent credi-tores, debitorem in partes ſecare permitteret, licet eo rigore Romani non ſint vſi. Covarr. *2. reſol. cap. 1. n. 1.* Quintil. *3. inſt. cap. 8.* Baldui. *ad L L. Roma. cap. 46. n. 72.* Heig. *p. 1. quæſt. 35. n. 26.* Gilken. *de præſ. p. 1 cap. 6. n. 42.* Hæc de remedijs debiti litigioſi. 21.

Vſurarum Remedium eſt conſtans, & Severa diſciplina, atque in vnum alterumuè gravis animadverſio, quæ Cæteros deterreat, nec occaſionem litigandi præbeat. Schonborn. *lib. 3. Politi. cap. 12.* Durius eſt Remedium, quod Cato maior fœneratores omnes Sar-diniâ expulit. Liu. *lib. 32.* Antimach. *lib. 3. Com. theor. 35.* Nec mi-nus durum eſt Remedium, quod nonnulli ICtorum. tradunt, vſura-rios criminaliter puniendos eſſe. Maran. *p. 6. Spec. aur. n. 112.* Molin. *de vſur. n. 156.* Borch. *de vſuris cap. 5. n. 9.* 22.

Media igitur huius Remedij via eſt eligenda, vt vſuræ exceſſivæ, immenſę & immoderatæ Iudęo-Chriſtianę Monath/wochentliche oder Tagzinſe/ â pio magiſtratu ſeveriſſimè prohibeantur, & annuæ ad to-lerabilem modum revocentur. AEmil. Ferret. *con. 73. nu. 20.* Amed. de Pont. *inter dec. Ant. Teſſau. 57. vers. ſit itaquè.* Ant. Quetta *conſ. 54. num. 9. gl. ad inſt. jur. Can.* Lancel. *lib. 4. de vſur. §. judai, verb. immod.* Quod ſi quinque in centum promittantur, eiusmodi vſurę ferri, nec auferri poſſent. *L. eos. 26. de vſur.* Reichs Abſcheid / *p. 1. in reform.* guter Policej zu Auſpurg. *Anno 1530. p. 232.* Coler. *de proc. exec. p. 1. cap. 10. n.* Fride. *p. 2. de mand. c. 73. n. 3.* Vaſq. *lib. 3. qq. illuſt. cap. 60. num. 22.* Goland. *part. 4. de commiſſ. lib. 6. cap. 6. n. 13.* vbi aliquot præjudicia refert. 23.

Omnium optimum eſſet Remedium, vt Principes in ſuis Pro-vincijs aut certum vſuræ modum conſtituerent, & vltrà recipientes, 24.

atque exindè litigantes acrius caſtigarent, vti Rex Daniæ 6. in centum Subditis Holſatiæ permiſit, idque, de anno in annum, ſeu mercatu in mercatum, Von dem eynen vmbſchlag in den andern. Guicc. *in Belgio.* Weſenbe. *in par. C. de vſur.* Ruland. *d. part. 4. lib. 6. cap. 6. n. 23.* Aut potius ædes publicas erigerent, quibus indigentes pecuniam datis pignoribus recipere poſſent, vti Patauij mens pietatis Anno 1491. in Batauia der Lombardt/ & alibi alia loca, ita lites plurimæ præcaverentur. Vide inſtitutionem Montium pietatis apud Bern. Scardon. *lib. 2. hiſt. pat. claſ. 5.* Virg. de Bocat. *tr. de manut. poſſ. c. 8. n. 160.* Ioh. Bap. Lupa. *vſur. p. 3. nu. 8.* Ben. Boui. *de cens. art. 5.* Pet. Surd. *con. 182. lib. 2.* Arnol. Ferron. *ad con. Burdig. lib. 2. tit. 8. §. 20. in f.*

25. Hæc de Remedijs litium vſurariarum, quibus accedit Edictum Principum Chriſtianorum & Rerumpublicarum, ne Iudæi omnium maximi fœneratores in ditionibus ſuis ferantur ſed auferantur. Alex. de Neuo. *con. 100.* Roland. à Vall. *con. 55. n. 16. lib. 2.* Cache. *dec. Pede. 137.* Damhud. *in pr. crim. cap. 28. n. 76.* Couar. *3. reſol. cap. 1. n. 1.* Gail. *2. obſ. 5. nu. vlt.* Bonif. *tr. de furt. §. fraudulosa nu. 39.* Soarez. *lit. l. n. 194.* Molin. *tr. de vſur. n. 581.* vbi Principes cum Iudæis colludentes vocat infideles & ſocios furum. Marquar. de Suſan. *tr. de Iuda. c. 11. n. 11.* Pet. Royz. *de Litu. 5. n. 220.* Marchiſell. *qq. pr. 2.* Vtinam reliqui omnes, qui fœnerando judaizant, & judaizando fœnerant, Republica expellerentur, minus malorum, minus querelarum, minus litigiorum eſſet.

26. Nec Imperij Conſtitutiones Anno 1544. 62. 77. tit. 20. §. von Jüden hunc vſuræ Iudaiſmum ſimpliciter probant, ſed propter aliquid boni, wegen des Reichs anlagen vnd hülffen. Quamvis lucri odor ſit bonus è re qualibet: Non tamen permittendum eſt malum, vt aliquid boni eveniat. Iudæi feruntur propter lucrum; Chriſtiani confratres expelluntur propter lucrum, quæ diſſimilitudo? Ratione indigentium & pauperum toleratur conſuetudo, quæ aliàs minimè toleranda eſſet. Coler. *de pro. exec. part. 1. c. 10. n. 64.*

At nonnê melius Chriſtiani Chriſtianis etiam imperfectis ſubuenire poſſent, quam Iudæi? Solus, inquis, Papa hoc priuilegium habet, mutans quadrata rotundis; Anchor. *conſ. 243. nu. 8.* Marq. *de Suſan. tr. de Iuda. cap. 11. nu. 13.* Sequuntur Papicolæ. Caſtr. *con. 397.* Alex. *con. 1. lib. 2.* Soc. jun. *conſ. 108. lib. 3.* Ioh. de Arnono. *Soliloq. 32.* Clar. *§. vſura. nu. 7.* Alph. Villagut. *tr. de vſur. quæſt. 13. concl. 4. n. 11.*

Caraff.

Caraff. *tr. de ſimon. n. 55.* Ant. Teſſaur. *dec. 57.* Admittunt & addiſcunt Chriſticolæ. Heig. *part. 2. q. 1. n. 170.* Ruland. *de com. p. 4. lib. 6. cap. 6. n. 20.* Hering. *de fidejuſ. c. 30. n. 35.*

Oppignorationes cum ſint frequentes, & plerunque dent 27. occaſionem litibus, Remedium eſt, ne facilè permittantur, ſed coërceantur, & puniantur. Ab oppignoratione ad fidejuſſionem valet argumentum. *l. 28. de pignor. l. 2. quæ res pig. ob. poſ.* Negus. *de pign. mem. 4. nu. 56.* Burs. *con. 103. nu. 17. lib. 1.* Huic fidejuſſionis malo litigioſo Remedium poſſet adhiberi duplex conventionale, & legale. Prius aut eſt prohibitio parentis, ne liberi bona auita in extraneum alienare, hypothecare; aut modo quolibet obligare poſſint, Der hievon etwas entwendet / Den ſtraff Gott an ſeinem Endt. vti Philip. Haſsiæ. Lantg. Heinæ inſcripſit. *vide L. filiusf. §. Diui. vbi Dd. de leg. 1. L. Lucius 86. §. inſtituto. de legat. 2. L. fin. C. de reb. alie. non alien.* Hering. *tr. de fidei. c. 1. n. 101.* vbi certò confidit eam prohibitionem hoc exulceratiſſimo ſeculo multis familijs valde profuturam.

Aut inſtitutum Nobilium inter ſeipſos, nè quis in poſterum 28. pro maiori ſummâ quàm 100. Ioachimicis fidejubeat, vt in Archiepiſcopatu Bremenſi receptum ait Hering. *d. tr. de fidei. cap. 7. n. 234.* Cogitando illud quod retulit. Aym. Crauetta. *reſp. 1. n. 127.*

Vtere quæſitis modicè, dum ſumptus abundat.
Labitur exiguo, quod partum eſt tempore longo.

Alciat. *lib. 2. παρ. cap. 14.*

Ille ſapit verè, qui callens hæc duo, nouit
Nec niminum largus, nec nimis eſſe tenax.

Vndè eorum Remedium nobis improbatur, qui omninò jurant, ſe nolle fidejubere, habens auch verſchworen.

Remedium legale eſt, generalis conſtitutio, nè lites ê fideiuſſio- 29. ne facilè naſcantur, vt omnis in poſterum fideiuſſio, præſertim maior cum qualiquali cauſæ cognitione fiat, vtrum debita ſint probabilia & honeſta: quæ facultates ſint eius, pro quo fides interponitur, an vxorem, & quot liberos habeat fideiuſſor, nè ex inconſultâ patris fideiuſſione eorum ſpes diminuatur, cuius vita & ætatis ſit tam fideiuſſor, quam debitor, cuius etiam ſtatus vel conditionis ſit creditor, vtrum 1. 2. 3. 4. 5. vice ſeſe obſtringat fideiuſſor &c. *arg. l. nec quicquam*

quam de adopt. l. cum hi. §. ſed & perſon. de tranſacti. l. poſt legatum. §. 1. vers. prohibendi de his. quæ vt indign. l. 1. C. de præd. decur. lib. 2. pr. C. de del. ciu. lib. 11. Hering. *de fideiuſſ. cap. 7. nu. 204. & ſeqq.* vbi nullus dubitat, ſi iſthæc fierent, non viſum iri tot domos deſolatas, & viduatas ſuis cultoribus, ac cuncta tribunalia minus quoque quiritationum habitura. Fortaſſis etiam iſtud Lucani *lib. 3.* Phars. obtineret,

manêret,

Quicquid parcorum mores ſervaſtis avorum.

30. Hæc de Remedijs litium fideiuſſoriarum. Quoad lites dotales nonnulli violentum tradunt Remedium, vt dotium mentio omninò de Republica ſit ſublata. Plat. *6. de LL.* Nic. Suder. *lib. 2. diſput. civil. rub. de cont. qui inter ſpon. & coni. fiunt.* Ant. Robert. *2. rerum jud. 4.* Quod ſi fiat, lis nulla de dotibus erit, Secundum illud Plaut. *in Aulul. act. 3. ſcen. 5.*

Si opulentiores pauperiorum filias
Vt indotatas ducant vxores domum,
Et multò fiat civitas concordior,
Et invidiâ nos minore vtamur, quam vtimur.

Hoc Romanos antiquos, Saxones, Burgundiones, Anglos, Thuringos vſos eſſe ex Herold. Briſs. Guil. Cuia. *probat. Heyg. p. 1. quaſt. 8. n. 66.* Ioh. â Robert. *diſp. inſt. 1. propo. 5.* dicit de Gallijs, quod etiam roſa in dotem data; Sicut Erico Duci Pom. Danorum Regi vnus aureus multa millia pendens. Crantz. *lib. 11. Vand. cap. 18.* Hoc Remedium Spartanus ex inſtituto Lycurgi in more poſitum *fuit.* Iuſtin. *lib. 3.* Mahomet etiam ſponſas ſine dote nubere voluit. Menau. *in cap. ſua.* Barthol. Georg. *in epiſt. de Tur. imor.* Caſus. *in theor. oecon. lib. 1. cap. 4. quaſt. 2. rub. de matr. cont.* non dotis, ſed amoris cauſa matrimonium quærendum docet.

31. Sed non agnoſcunt hoc Remedium Reipub. futurum vtile. Schonborn. *lib. 1. pol. cap. 6. p. 23. &* Bar. Muſcul. *de ſuc. conu. men. 2. claſſ. 1. con. 4. num. 129.* Quâ enim ratione alere poſſet vxorem, eamque tueri, niſi ſublevaretur dote? *L. 7. pr. ff. & l. 20. C. de jur. dot.* Quod ſi parens vel fratres dotes amplas acceperunt, æquum eſt, vt viciſſim filias & ſorores dotibus liberalioribus ornent. Verum eſt Horatia, *num. 2. Serm. Sat. 3.*

divina

Divina humanaque pulchris
Divitijs parent.
Adde l.3.C.de nat. lib. Nov.53. cap.6.

Certius ergò Remedium, vt certæ ſint de dotibus Leges, ne do- 32.
ium magnitudine domus exhauriantur, & moderatâ dote fœminæ
d obſequium virorum redigantur, ne etiam potentiâ earum civita-
es premantur. Quintil. *decl. 264.* Bodin. *lib.5. de Repub. cap.2.* Co-
arru. *in epit. de Spons. cap.3. §. 9. n.3. & ſeqq.* reprehendens Hipp. de
Mars. *in ſing.589.* reijcientem Laicorum legem de certâ ac taxatâ dotis
uantitate. Muſcul. *de ſucc. convent. men. 2. clas. 1. concl. 4. nu. 127. &*
29. vbi in præcipuis Germaniæ Civitatibus, & familijs illuſtrioribus
bſervari teſtatur. Principes omninò dotes, ne mediocrem ſum-
nam excedant, moderari deberent. Scip. Amirat. *lib.3. diſc. polit. cap.*
. Ratio huius Remedij quicquid gulæ, pompis, & immoderatarum
otium erogationibus ſubtrahitur, id in Principis & Reipub. vtilita-
em convertitur.

Lege Moſaicâ maxima dos fuit, quæ 50. Seclis, hoc eſt, trede- 33.
im aureis reſpondit. Bodin. *5. de Repub. cap.2.* Camerar. *2. med. hiſt.*
3. Apud Venetos, ſi Patricius plebeiam duxerit, dos non excedit
6 0 0. aureos. Arniſæ. *lib.1. pol. cap.3. p.97.* Covar. *in ep. de Sponſ. c.3.*
9. num.3. loquitur de 6 0 0 0. Ducatis Venetis, Apud Maſsilienſes
os maxima eſt aureorum centum & quinque aurei pro veſtibus.
Strabo *lib.4.* Plat. *lib.3. de Repub.* 50 drachmarum dotem conſtituit,
Schonborn. *1. polit. cap.6.* Apud Polonos Caſimirus M. Palatini
itiſſimi filiæ dotem noluit excedere 100. mar. ſi fratres fuerint ſuper-
ites: in minus ditibus ſtatuit minorem dotem. *lib.3. ſtatu. cap.6.*
rniſæ. *d. lib 1. pol. cap.3. p.98.* Nec apud Romanos licuit omne pa-
imonium in dotem dare. Cuiac. *lib.7. qq.* Paul. *in l.43. de admin.*
ut. Muſcul. *de ſucc. conu. mem. 2. claſſ. 1. concl. 4. num. 130.*

Hoc Remedium, ſi reliquæ Provinciæ diligenter obſeruarent, 34.
applicarent in elocandis filiabus, non ſolum multæ lites præcave-
ntur, Sed & familiæ diutius conſervarentur, quarum conſervatio
eipub. intereſt. *l.1. §. Sed etſi. de vent. inſp.* Myn. *reſp.32. num.2.*

Hic optumo ordine annecti poſſent reliqua litium civilium
emedia de jure incorporali, publico, privato, mixto: de quibus
uland. *part.3. de Commiß. lib.3. per tot.* Item Remedia acquirendæ,

retinendæ, recuperandæ poſſeſſionis, de quibus latiſſimè Menoch. Remedia contractuum, vltimarum voluntatum, actionum, prout viam aperuit Ruland. *d. par. 3. lib. 5. 6. 7. 8. 9. 10.* Sed ne longius excreſcat præſens diſcurſus, in præſentiarum omiſimus.

CAPVT XII.

DE REMEDIIS LITIVM CRIMINALIVM.

SVMMARIA.

1. *Remedia litium criminalium arcana, aut aperta.*
2. *Arcanum eſt arca, cui delatorij libelli intrudantur.*
3. *Inſtitutio Delatorum litium criminalium Remedium.*
4. *Tyrannicum eſt auricularios habere Delatores.*
5. *Armorum prohibitio litibus criminalibus remediatur.*
6. *Delatores pub. & jurati, à priuatis diſtinguantur.*
7. *Delatores priuati ſunt infideles Rumigeruli.*
8. *Remedia Delationum priuatarum ſunt pœna.*
9. *Delationum publicarum Remedium quale ſit.*
10. *Arcana Weſtphalorum judicia, & conſtitutio Pomerania.*
11. *Aperta litium criminalium Remedia diſtinguuntur.*
12. *Iudicium Criminale* Peinlich Gericht *in provincijs conſtituatur.*
13. *Emergens litium judicis officio dirimendum.*
14. *Iudex neque rigoroſior, neque benignior legibus, eſto.*
15. *Iudex criminalis malè judicans eſt puniendus.*
16. *Diverſa pœnarum genera recenſentur.*
17. *Iudicium criminale inferiorum judicum refugium.*
18. *Lis criminalis dubia ad Academias & Scabin. mittenda.*
19. *Legale litium criminalium Remedium eſt Biennium.*
20. *Brevis litium criminalium proceſſus refertur.*
21. *Ab interlocutoriâ litis criminalis ne appelletur.*
22. *Executivum litium criminalium Remedium eſt Pœna.*
23. *Inter ſpecialia litium Remedia eſt ludi prohibitio.*
24. *Retorſio litium injurioſarum Remedium.*
25. *Creſcente Retorſione, ordinaria juris Remedia vſurpanda.*
26. *Profeſſio de modo vivendi, Remedium furti.*

27. *Alterus*

27. *Alterum furti Remedium eſt ſuſpendium.*
28. *Ratio hujus Remedij creſcens hominum MALITIA.*
29. *Homicidiorum Remedium lenius Aſylum.*
30. *Alterum, Tranſactio Germ.* Man: oder Sonegeldt.
31. *Princeps quatenus litium criminalium pœnas remittat.*
32. *Objectio quædam delicta puniri, quædam non.*
33. *Torturæ Remedium eſt ſubſidiarium cum requiſitis.*
34. *Pœna judicis indebitè torquentis, eſt incerta.*
35. *Corpus delicti, & copia inditiorum torturæ requiſita.*
36. *Tortura ſit moderata, neque repetatur absq; nouis inditijs.*
37. *Interrogatio de conſocijs litium non admittenda.*
38. *Carceres ſubterranei tollantur, & luminati fiant.*
39. *Carcerati non compedibus, ſed Cuſtodiâ detineantur.*
40. *Capturæ Remedium absque inditijs non adhibendum.*

HACTENVS de remedijs litium civilium: ſequuntur Remedia litium criminalium, quæ ſunt vel ARCANA vel APERTA. Arniſæ. *lib. 2. doct. pol. cap. 5.* vbi ex Ariſtot. *4. polit. 13.* arcana vocat σοφίσματα Polyb. ἐπικεύφια. Arn. Clapmar. *de arcan. Rerump.* qui mutuatus eſt à Warc. de Erenberg. vt ipſe ait *de reg. ſubs. & oner. ſubd. cap. 6. nu. 26.* Sic arcanum Quæſtorum quaſi Theologicum, quod de Myſterijs non ſit diſputandum, multò minus in ea inquirendum, ſed aliud apertum REDDE rationem, quod niſi fecerint ſera tamen tacitis pœna venit pedibus, & tarditatem gravitate compenſare ſolet, ſecundum illud Corinth. 6. Neque fures, neque avari &c. regnum DEI poſſidebunt. *Auctor. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 100.* vbi ait Sitzen zwiſchen zwen ſtülen wegen der ſtufe per calumniam geſetzet. Aperta potiſſimum conſiſtunt in revocatione veteris moris, vt publicè quis admittatur in lite criminali, & perpetuâ oratione. Reus peragatur, defendaturque, cum ad excitanda magis ingenia, tum ad fideliorem juris exercitationem. Pollet. *lib. 4. hiſt. for. cap. 11.* 1.

Arcana litium criminalium remedia ſunt duplicia. Prius eſt inventum Conani Scotorum Regis, vt ARCA perforata in maximo cujusq; vrbis templo conſtituatur, in quam cuique latenter injicere liceat delatorios libellos, quibus crimen admiſſum, locus, tempus, teſtimonia, rei denique & conſciorum perpetrati criminis nomina perſcripta ſint. Magiſtratus ſtato die vrnas aperiant, lites moveant: 2.

reo damnato, bonorum dimidia pars delatori cedat. Quæ ratio vindicandorum criminum, & litium abbreviendarum perfacilis eſt apud ordinarios magiſtratus, ac judices, vt exiſtimat Bodin. *lib. 4 de Republ. cap. 6. n. 458.*

3. Poſterius remedium aliquatenus arcanum, Inſtitutio ſcilicet delatorum, ſeu Denunciatorum. Germ. Der Spürer oder Spéher/ qui nō tàm deferant, quid de Principe, magiſtratu hoc vel illo ſpargatur, quàm crimina occulta denuncient, vt proceſſus formetur, & lis criminalis debitè terminetur. Fran. Pollet. *lib. 5. hiſt. for. Rom. c. 11.* vocat ſecretum judicium & SCtum Tacitum, in turbulentis Reſpub. temporibus vſitatum.

4. Prius enim Tyranicum καλασκόπυς habere auricularios, qui ſingula deferant, ſivè verè ſivè falsò von dem einen Ort zu dem andern tragen/ quorum copia hoc malitioſo ſeculo eſt frequentiſſima. Vide Ariſt. *5. Polit. 11.* add. Plini. *8. Epiſt.* Cic. *2. offic.* Iohan. Sarisberien. *lib. 3. de nug. Cur. cap. 5.* vbi vocat aucupes nouitatum, qui rumuſculos congerunt, ijsdemque curioſorum auribus ſatis faciunt. Sicut in Italia Birroarij, Zaffi, Spioni, qui minutiſſima explorant, & deferunt ſi quis forenſis arma, imò cultellum cum cuſpide ferat, aut mali quid loquatur, etiam de malis, ſub ictu fuſtium, & amiſſione armorum. Farinac. *par. 3. oper. crim. lib. 3. q. 108. per tot.* Decian. *tr. crim. 8. cap. 3. n. 1.* Clar. *§. f. q. 85.* Cas. *394. n. 18.* Scappa. *de jure non ſcrip. lib. 6. cap. 161. n. 7.* Placa. *in ep. del. lib. 1. cap. 8. per L. 1. ad L. vl. de vi publ. vbi* Ang. *nom. 3. L. 1. C. vt arma vſus cap. 1. §. ſi quis ruſticus. de pac. ten.*

5. Quamvis hoc Remedium prohibens arma, ſit factum vt homines litigioſi amoveantur à rixis & maleficijs, teſte Gandino *tit. de multa. quæſt. de pœn. nu. 6. ibi panceria fertur.* Farin. *d. lib. 3. quæſt. 108. nu. 73.* attamen hodierno ſeculo in deſuetudinem abijt, quo vnus quisque poteſt arma impunè portare, niſi expreſsè prohibeatur a ſtatutis vel edictis, ſutor, ſartor, pictor, lictor &c. Decian. *tr. crim. lib. 8. c. 4. n. 5.* Bertazz. *con. 329. nu. 6.* Burſa. *con. 77. nu. 15.* Diſtinctio moderetur inter ſupremos, extremos, nobiles, ignobiles, Doctores, decoctores, Curiales furialis, magiſtratus, ſtratiotas, quorum indiſtinctâ armorum portatione lites comportantur criminales ne dicam crinales. Vide Tiraq. *de nobil. cap. 20. nu. 68.* Plac. *in epit. delſc. lib. 1. cap. 8. nu. 11.* Decian. *lib. 8. cap. 3. n. 53.* Menoch. *2. aa. jj. qq.* *Caſ. 394. n. 14.*

6. Sed ad inſtitutum diſtinguimus Delatores privatos à publicis,

juratos,

juratos, ab injuratis. Priores ſunt litium concinnatores, nequam, adulatores, ne dicam proditores. Germ. Lockvögell vnnd Verrächter quos demiſſis manibus, grandique gradu fugies, nec effugies ſecundum illud Plautinum:

Qui cavet ne decipiatur, vix cavet cum etiam cavet,
Etiam cum caviſſe ratus, ſæpe is cautor captus eſt.

vt hac de lue hominum lupa. Clapmar. *lib. 5. de arc. Rerump. cap. 15.* exclamat, qua in re deteſtemur perditiſsimorum nebulonum fumos atque fraudes, an verò principum inſolentiam, qui hujusmodi amant, fovent, amplectuntur? apud quos plena, vt *inquit* Polyb. omnia ſuſpicionum, & vix ſecreta domuum ſine formidine.

Præterea Delationes ejusmodi non minus infidelis quàm humilis & abjecti animi indicia & certiſſima argumenta ſunt, nec ad hunc vſque diem Delatorem fuiſſe fidelem compertum eſt. Ceriolan. *de conc. & conſil. cap. 2.* Delatores *ait Tacit. 4. annal.* hominum genus publico exitio repertum, & pœnis quidem nunquam coërcitum, ideoq; olim ob impoſturas, lites, calumnias in bonos, & falſas delationes meritò ſubmotum fuit, quamvis à tyrannis valde probatum fuiſſet, atque etiamnum non improbaretur, ſed amaretur, vt *inquit* Toloſan. *lib. 33. cap. 9. n. 21. & lib. 24. de Republ. c. 8. n. 3.* Obſequium enim ſimulantes in principem, fingunt ſe egregiam illi operam navare Principes, quia ſuſpicaces eorum animos, metus, cæterique affectus, ex rumoribus, & delationibus orti facilè penetrant, criminatoribus credere amant. Comin. *lib. 1. cap. 9.* Apud ejusmodi toparchas tyrannellos periculoſus eſt candor: libertas ingrata, ſermo inſidioſus. Sehe eyner was er Rede/ frons omnium familiaris, multorum animus iratus, iracundiæ occultæ: blanditiæ apertæ, denique ficta & falſa ſunt omnia; vt *inquit* Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 17.* 7.

Obiter Remedium ejusmodi delationum privatarum, pravarum, injuratarum eſto. 1. ne Delatoribus facilè credatur, qui enim facilè credit, facilè decipitur. 2. pœna talionis, niſi litem criminalem probaverint, vt eam in ſeipſos vltionem formident, quam in alios innocentes meditentur. Fr. Senens. *lib. 4. de Reg. tit. 5. adde L. deferre 18. de jur. fiſc. L. fin. C. de tranſact.* Clar. *lib. 5. Sent. d. fin.* Angel. *tr. de malef. verb. & ad querelam n. 71.* Ratio huius Remedij: ſi quis, quæ fecit, patitur, juſtiſſima pœna. Et vt ſementem feceris, ita metes. 8.

Cic. 2. *de Orat.* Reuſner. *in Symb. 29.* quod tibi, hoc alteri. Ita Veſpaſianus, Titus, Opilius, Macrinus, macros Delatores minimè admiſerunt, ſed vndique conquiſitos pœna & damno multarunt. Alex ab Alex. *lib. 4. de gen. dier. cap. 22.* Farinac. *de carc. & carc. lib. 1. tit. 4. q. 27. n. 132.* ait Iudices malè facere, qui vt lucri faciant, habent penes ſe magnam exploratorum copiam, & ex ſimplici vnius relatione capere faciunt reos, hæc pr. damnabilis eſt, nec in judicijs per principes toleranda. Non abſimiles proditoribus, quos Cæſar ſe plurimum amare dixit, dum proderent, finita autem proditione eos damnare, quibus nec in leviſſimis rebus volebat credere. Roſsæ. *cap. 11. §. 7. circa finem.* Philippus Macedonum Rex proditionem amavit, proditores non item. Ego, *inquit Aurelian.* proditorem amare non potui, & libenter tuli, quod eum milites occiderunt. Quomodo enim mihi fidem ſervaret is, qui patriæ non pepercit? Nic. Reus. *in Symb. 50. claſſ. 1.*

Sed hoc Remedium proh Deûm hominumque fidem quàm minimè interdum obſervatur? vt exclamat Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. cap. 17.* & conqueritur inſonti liberato graviter prohibitum, ne adverſus delatorem ſuum iniquum actionem aliquam inſtitueret.

9. Poſterius Remedium, vt delatores publici, viri probi, jurati ordinentur, ad perquirendum maleficia inſtitutum eſt *Platonis. 3. d. LL.* quem refert Alber. Gentil. *lib. 3. d. legat. cap. 14.* Lege etiam Papiâ Delatoribus dimidium mulctæ conſtitutum, quod Nero ad quartam revocavit, vnde quadruplatores dicti. Alex. *lib. 4. gen. dier. cap. 22.* Conſtantinus Delatores omni tempore admiſit, cumque Senatus de præmijs accuſatorum abrogandis aliquando agendum putaret, Tiberius dictitans: Iura ſubverti, ſi cuſtodes Legum amoverentur, tantum licentiæ delatoribus dedit, vt plerique criminis poſtulati antè judicium ſupplicium prævenerint. Sueton. *in ipſius vita.* Ioan. Gerhard. *dec. 6. qq. pol. 4.*

10. Ad hoc arcanum litium criminalium Remedium reſpicit mandatum Ducum Pomeraniæ von Außtretten Anno 1560. *pag. 29.* Wo jemandts den Außtreter Lebendig oder Todt vberantworten / oder Nachrichtunge geben/vnd verſchaffen könte/das er zur Hafft / vnnd Gefängnus gebracht/demſelben ſoll eine Summa Geldes ohne alle Vermeldunge ſeiner Perſon in geheimb zugeſtellet / vnnd entrichtet werden / vnnd das Ihme ſolches an Stande/Ehren/Nahmen/Gewerben/Werbungen vnd Handthierunge zu kei-

ner

ner Verkleinerunge abbruch oder hinderunge gereichen ſoll ꝛc. Huc etiam faciunt, quæ de arcanis judicijs in Weſtphalia conſtituta ſunt in Ordin. Franc. anno 1442. tit. Von dem heimblichen Gericht Reformatione Iudicij clandeſtini Weſtphalici Anno 1495. tit. 20. §. item Alß die heimbliche Gericht ꝛc. Paurmeiſter. *lib. 2. §. jur. imp. Rom. cap. 4. num. 120. § tertio.*

Aperta litium criminalium Remedia ſunt generalia aut ſpecialia. Generalia verſantur aut circa judicij criminalis conſtitutionem, aut proceſſum litium criminalium, Specialia conſiſtunt in reliquis litium criminalium cauſis coërcendis, removendis. 11.

Iudicium criminale Das Halßgericht propriè dicitur gladij poteſtas ad animadvertendum in facinoroſos homines *L. 3. de juriſdict.* Vaſq. *lib. 1. cap. 4. n. 2.* Fachin. *lib. 1. cap. 14.* Die Maleſitiſche oder Freiſchliche Oberkeit/ aliàs Blutban Knichen *de jur. territ. cap. 4. nu. 32. & ſeq.* Quinimò in ſententia, delicto, cauſa cognita, & criminali habito proceſſu, pœnam præſtituente, potiſſimam hujus judicij vim conſiderari opinatur cum multis allegatis Thomas Michael. *de juriſdict. conclus. 75.* Kellerus *lib. 2. de offic. jur. pol. cap. 12.* Ita vox Germanorum Gericht non ſolum interpretanda eſt von UnderGerichten/ ſed & OberGerichten/ Schurff. *con 26. n. 2. cen. 1.* Weſenb. *con. 95. n. 2.* Thom. Michael. *conclus. 70.* Paurmeiſter. *lib. 1. de juris. cap. 1. n. 14. h. e.* litium tàm civilium quàm criminalium diſceptatio judicialis, vt ait Cuiac. *ad lib. 2. decret. tit. 1.* Paurmeiſter. *d. cap. 1. num. 14. & ſeqq.* vbi varios vocis Gericht acceptus in jure Saxon. refert, etiam pro delicto juriſdictione vindicando Landrecht *lib. 3. art. 66.*

Quod ſi omnibus in provincijs ejusmodi conſtituerentur judicia criminalia Peinliche Halßgericht tria, quatuor, aut ad minus vnum, quibus tres perſonæ legales, & litium criminalium peritiſſimæ præficerentur, præſentaneum eſſet remedium. *Auct. diſcur.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 58.* 12.

In primis judex criminalis, qui in clandeſtino Weſt. judicio vocatur Freygraue in aperto Gerichts Verwalter ſit rerum capitalium peritus quomodo procedendum ſit tàm quoad incarcerationem, quàm torturam vel ſuſpectorum vel accuſatorum *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 58.* Conſt. Frid. 3. *Anno 1242. ibi.* Es ſoll keyn Freygraff einen Freyſchöppen machen/ dan die ſo es von Rechtswegen werden mögen.

Eiusmodi

13. Ejusmodi judex criminalis, vir bonus, honeſtus, moderatus, etiam non rogatus officium interponet, vt lites eò citius finiantur, quæ finiri non poſſunt niſi incidens, aut emergens litium removeretur atque per officium judicis diſſolveretur. Br. *ad L. 5. ſi jus. n. 6. ad L. Falcid.* Felin. *ad c. 1. n. 2. Ext. de jud.* Frider. *tr. de proc. extrah. lib. 1. c. 1. nu. 3.* Otto Meland. *ad Meurer p. 2. nu. 17. ad vers.* nicht auß eygener bewegnus *limit. 4.* Pruckm. *con. 4. n. 44. vol. 2.* Aliâs regulariter judex non debet officium impartiri niſi petenti. *L. diſc. 4. §. hoc aut. de dam. inf. L. ſi ex teſtam. 20. de excep. rei jud. L. 1. & 2. C. ſi à non comp. jud. L. 32. de R. A. L. 1. §. magiſt. de mag. conuen.* Dec. *in l. ſi ſupra poſſes. n. 11. C. de tranſact.* Hip. *in pr. crim. §. nunc videndum. n. 6.* Cornel. *con. 293. vol. 3.* Cothman. *reſp. 38. n. 211.* Matt. de Afflict. *dec. 32. n. 2.*

14. IVDEX neque rigoſior, neq; legibus ipſis benignior eſto. Vera IVSTITIA inter ſeveritatem, & lenitatem conſiſtit: exemplo Samaritani Luc. 10. Zavatar. *de prax. for. Mediol. n. 111.* Ratio, ne multa aſperitate ſubditi exulcerentur, neque nimia benignitate ſoluantur. Gregor. *lib. 20. mor. p. 4. c. 11. c. diſp. 45. diſt. 45. dict. L. obſerv. de off. præ.* Princeps & magiſtratus bonus ſubditis vtitur, vt liberis, quorum pater eſt. Hom. *Odyſſ. β.* Tolos. *8. de Rep. cap. 1. nu. 20.* Marlor. *topogr. lib. 5. cap. 22.* ex marmore Romæ invento tradit: potentiſſima dos in principe Liberalitas atque clementia. At huic *pro peccato magno* parum ſupplicij ſatis eſt, vt *inquit* Terent. *in Heauton.* Ergo Princeps amorem apud populares, & timorem apud hoſtes ſibi conciliet. Tac. *11. ann.* Et enim non præmiorum tantum exhortatione, ſed & pœnarum metu Boni in Republ. bonâ cives efficiendi ſunt. Cic. *in Orat. pro Milon.* Stob. *ſerm. 41. ex ſent. Solon.* Iohan. Gerhar. *dec. 6. qq. Pol. 1.* Neque judices ſtatim piaculares & nefarij vocantur, qui ſupplicia irrogant, quia cum quæ ab illis perpetrata ſunt, conſideramus, quodque ſcelerum ſuorum pœnas luant, gaudemus ea crudelitate, *inquit* Agathias. *lib. 4. hiſt.* Iuſtin. *p. 105.* Salvia. Maſsil. *lib. 7. de gub. Dei pag. 244.* Non enim teſtante D. Hieronym. crudelis eſt, qui crudeles jugulat, ſed ideò crudelis vocatur, quod patientibus crudelis vocatur. Quippe ſanctiſſima & juſtiſſima eſt ſeveritas, qer quam vtilitati publicæ conſulitur. *L. 1. §. 1. de inc. rui. nauf.* Mat. Montor. *in praef. doc. Reg. Arrag. n. 311.* vnde etiam fit, vt malè meritus publicè, vt exemplo alijs ad deterrenda meleficia ſit, egeſtate laborare debeat. *L. bona. f. de pos. L. 6. §. 1. de pœn. L. praeſcr. 57. pr. C. de epis. & cler.* Hering *de fideiuſſ.*

de fidejuſſ. cap. 10. nu. 345. Ergo Remedium eſto, vt mediam judex criminalis viam ſequatur, inter ſeveritatem & lenitatem, ſemper reſpiciendo ad *L. 11. de pœn.* vti ſapientiſſimam ita juſtiſſimam & æquiſſimam, vti commendat Keller. *lib. 2. de off. jud. pol. cap. 12.*

Quod ſi nimis rigoroſè procedat in litibus criminalibus, rigoroſum ſubſequatur Remedium, vt tàm judex criminalis, quàm Notarij maleficiorum rigoroſiſſimè puniantur actione talionis, quod quisq; juris &c. *per L. 5. §. hac nu. verba. quod quisq. jur. in alium L. fin. C. de pœn. jud. qui malè judica. cap. 1. de ſent. & re jud. 6. gl. in can. hoc etiam 2. q. 6.* Ribadenerira & Oran. *lib. 2. de pr. Chri. cap. 12.* vbi de. Cambyſe Rege Perſarum, qui judicem excoriari, ejusque pellem ad aliorum terrorem ſedi tribunalis affigi curarit, Rogerio Siciliæ Rege, & alijs, memorabilia exempla pœnarum, & litium in malos judices recenſent, Sicut & Boſs. *tit. de off. corrupt. nu. 10. vers. addo quod Rex Perſarum.* Menoch. *de aa. qq. cas. 342. n. 1.* Decian. *tr. crim. lib. 8. c. 34 nu. 1.* Contar. *in L. 1. lim. 11. n. 16. C. ſi de momen. poſſ.* Farinac. *p. 3. oper. crim. q. 111. art. 2. n. 34.* ſubdit confiſcationem bonorum, & exilium. *Auth. nou. 10. jure. C. de pœn. jud. qui malè jud. vbi gl. verbum. confiſc.* Cyn. *not. 2.* Br. *n. 5.* Sal. *nu. 2. & 3.* Ioh. Berber. *in pr. p. 1. rub. 13. de L. Iul. Rep. n. 4.* Boer. *dec. 153. n. 1.* Gramm. *vot. 25. n. 7.* Frid. Marc. *dec. dec. 686. n. 9. pag. 1.* Decian. *tr. crim. lib. 8. cap. 39. n. 15.* Virg. Bocca. *tr. de pact. pag. 2. n. 62.* vbi plura contra judices iniuſtè judicantes. 15.

Imò arma eiusmodi judicum in palatio depicta ad vituperium, & infamiam haberi debent, vt ait Hiero. Gigas. *de crim. Læs. Mai. tit. de prod. quæſt. 2.* Baiar. *ad Clar. quæſt. 73. n. 19.* Farina. *d. par. 3. op. crim. q. 111. n. 12.* Pœna autem capitis, h. e. mortis locum habet, quando Iudex innocentem interfecit, pecuniâ accepta. *L. 1. §. 1. ad L. Cornel. de Sicarijs, vbi* Mars. *in l. Lege Corn. nu. 2.* Ioh. Berbei. *in pr. par. 5. rub. 37. de concuſſ. n. 2.* Clar. *§. homicidium n. 12.* Farinac. *pag. 3. oper. crim. quæſt. 111. n. 24.* Sicut & confiſcationis pœna in lite criminali obtinet, quando judex pecunia corruptus vel innocentem condemnavit, vel nocentem abſolvit. Decian. *in tr. crim. lib. 8. c. 39. nu. 19.* Fr. Marc. *dec. 686. n. 9. pag. 1.* Boer. *dec. 153. n. 1.* Gramm. *vot. 25. n. 7.* Cyrill. *in ſum. crim. rub. de pœ. jud. male jud. §. fin. n. 3.* 16.

Iudex qui per concuſſionem extorquet pecuniam, non ſolum tenetur ad reſtitutionem pecuniæ, ſed etiam criminaliter punitur. *L. 1. de concuſſ. L. quod evitand. vbi* Sal. *n. 2. C. de con. ob. turp. cauſ.* Par. de

Iii Put.

Put. *tr. Synd. verb. judex. cap. 7. num. 1.* Gramm. *con. 51. num. 15.*

17. Ad hoc litium criminalium tribunal inferiores judices confugere, atque conſultationem recipere poſſunt, vtrum accuſatio, ſuſpicio, indicium Sufficiens ad capturam, aut torturam, nec ne? *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p. 58.* Accuſatio, & per conſequens accuſator litium criminalium optima res eſt, inquit Scip. Amirat. *lib. 4. diſc. pol. diſc. 11. pag. 119.* quia non alio fine, quàm beneficio, atq; vtilitate peccantium movetur, imò accuſatio tantò vtilior in Republ. quam lis atque malitia, pernicioſior. Suſpicio non parum eſt ſuſpicax & fallax; vti dicitur. Indicia ſint gravia, vrgentia, atque prægnantia, ita vt illis velut argumentis penè convictus ſit reus, & ſola confeſſio tantum deeſſe videatur. *L. 1. verb. ad tormenta. L. 18. §. 5. & L. fin. de qq.* Peinliche Halßgerichts Ordnung, Caroli V. cap. 20. Wo nicht zuvor redliche anzeigunge der Miſſethat darnach man fragen wolte vorhanden/ vnnd beweiſet würde/ ſoll niemand befraget werden/ Hipp. *con. 63. n. 13.* Bl. *con. 255. n. 4. vol. 1.*

18. Quod ſi lis criminalis ſit adeo intricata & dubia, vt & ipſe judex criminalis addubitet, collegia Doctorum in Academijs conſulenda, aut ſcabinatus adeundi, modò non ſuperflui ſumtus in eiusmodi litigioſis conſultationibus fiant, quod bene cavendum inquit Carolus V. *in conſt. crim. c. vlt.* Auct. diſc. Vom Juſtitienwerck. *pag. 58.* ſin minus, minimè hoc litium criminalium atque torturæ negotium imperitis præfectis, aut ſcultetis committendum, qui plerunque affectibus reguntur, ſed in prædicto judicio criminali ſecundùm conſtitutionem criminalem, & practicam procedendum; quod ſi confiteretur delictum, ad juſtificandum remitti poſſet eo loci, quo delictum perpetratum. *Auct. diſcurs.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 59.* Antiquum eſt remedium, vt Actor obligaretur ad inſcriptionem, Wo er fellig würde ſo wolle er die Peen leiden/ die der beklageter in Rechten hette leiden müſſen/ wo er Vberwunden *t. t. C. de accu. & inſcript. Specul. de accu. §. 1. verſ. item* Lehenrecht *cap. 68. & lib. 1. art. 69.* quod conſuetudo ſuſtulit. Chil Konig. *cap. 47. n. 2.* ſicut & pœna talionis *L. 7. & vl. C. de calum.* Ant. Faber. *Cod. for. tit. 23. n. 6.* Hæc de judicio litium criminalium conſtituendo, & conſtituti Iudicis pœna: quo ad Proceſſum duplex eſt Remedium, Legale, & pœnale.

19. Legale eſt biennium, quo lites criminales terminari debeant, & ita citius, quàm lites civiles, quod aſſequi non eſt difficile propter

junctam

junctam cum accuſatoris ſollicitudine aſſiduam ipſius Rei inſtantiam, qui tum quoque cum corporalem ex delicti conſcientiâ pœnam expectat, carceris tamen tædio premitur, vt ſententiam vrgeat, quam nec ſe effugere poſſe videt, non magis quam fugere, qui carcerum cuſtodia coërcetur. Ant. Faber. *lib. 9. Cod. for. tit. 22.* Vnde inſtantia litis criminalis ex conſuetudine vniverſali terrarum ſolet in duos vel tres menſes reſtringi. Bl. *in L. fin. C. vt int. cert. temp. crim. quæſt. fin.* Frid. Tertius Crem. *tom. 3. conſ. Germ. 19. n. 47.*

Ratio omnium, quamvis publicè interſit delicta non manere impunita: magis tamen intereſt, non longiore lite divexari eum, qui crimen ſive verè, ſive falsò dicitur admiſiſſe. Ant. Faber. *lib. 9. Cod. for. tit. 22.* Bonif. *de Vitalis tit. de carc. prim. n. 2.* vbi quod judex criminalis debet citò captum vel punire, vel abſolvere. Farin. *de carc. lib. 1. tit. 4. quæſt. 27. n. 98.* Senec. *lib. 2. de benef. cap. 5.* Quemadmodum Crudelitas acerbiſſima eſt, quæ trahit pœnam, & miſericordiæ genus eſt citò occidere, quia tormentem vltimum finem ſui ſecum affert, quod antecedit tempus, maxima venturi ſupplicij pars eſt, Cuius dicti & *L. 5. C. de cuſt. reor.* meritò recordarentur, qui miſeros captivos, mortem etiam promeritos, per aliquot menſes, imò annos in cuſtodiâ diuturnâ, & carceribus tenebricoſis detinent, macerant, excruciant, peremunt, Morsque minus pœnæ, quàm mora mortis habet, inquit, Ovid. Hering. *de fideiuſſ. cap. 1. n. 51.*

Deinde proceſſus litium criminalium per ſe breviſſimus, vt accuſatores magiſtratum adeant, & publicum inſtituturi crimen, vel ipſi quoque ſe cuſtodiæ ſubmittant, vt Italus ille Belligioſa in accuſatione aſſaſinij, & homicidij fratris contra Herm. Chriſt. Rosvvurm, Pragæ Anno 1605. fecit, vel ſufficienter ſatisdent. Peinliche Halßgerichts Ordnung. *art. 12. L. 3. C. de his, qui accu. non poſſ.* Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. cap. 25.* 20.

Hoc facto crimen proponant, ad quod vbi reus negando reſponderit, vt huius ſeculi mos eſt, id legitimè probare teneantur, probato crimine non amplius auditur Reus negans, ſed probati criminis pœnâ damnetur. Peinliche Halßgerichts Ordnung. *art. 69.* Clar. *§. fin. quæſt. 66.* Hip. de Mars. *in pr. crim. §. quoniam. num. 51.* Gomez. *tom. 3. var. rer. cap. 11. n. 9.*

Alterum proceſſus Remedium, vt in lite criminali vel omninò prohibita eſſet appellatio ab Interlocutoria, quæ juris noſtri civilis 21.

ratio,& obſervatio fuit. *L. 2. de app. reo. L. 7. C. quor. app. non recip. L. 1. C. de epis. aud.* Maran. *tit. de appell. n. 303.* Vel permiſſa quidem, ſed ita tamen, vt nullam vim ſuſpenſivam haberet, liceretque nihilominus judici cuilibet, ad quem prima cognitio pertineret, totam litem criminalem inſtruere, ad ſententiam vſque, nec ad ſecundam, aut tertiam, ſed vltimam ſuperioris appellationem convolare. Ant. Faber. *lib. 9. Cod. for: tit. 22.*

Denique inducendum eſſet, ſive benè, ſivè malè pronuncia, tum ab inferiori judice, nunquam tamen ad eum Reus remitteretur, niſi ad ad executionem pœnæ, in eo loco, vti delictum admiſſum eſſet faciendam, forſan ad exemplum publicum, alias præbet ea res in litibus criminalibus ingentem materiam, non modò longioris moræ, ſed etiam magis vexandi, fatigandique Rei.

22. Hæc de legali ſc: biennali proceſſus criminalis Remedio: ſequitur pœnale, ſive executiuum; cuius Remedij tres ſunt cauſæ. *1. νυθεσία, 2. τιμωρία. 3: παράδειγμα,* quò cæteri ab eiusmodi peccatis, & litibus criminalibus metu cognitæ pœnæ deterreantur. *L. capitalium §. famoſos de pœn. L. vlt. in f. C. de in c: nup. L. ita vulnerat. ad L. Aquil. L. 1. C. ad L. Iul. rep. L. 7. C. ad L. Fal. de plag. Mou. 8. & 17. c. 15.* Caroc. *dec. 6. n. 26.* Creſcit enim multitudo peccantium, cum redimendi peccati ſpes datur, & facilè itur ad culpas, vbi *eſt venalis ignoſcentium gratia.* Arnob. *adu gen. lib. 7.* Oros. *lib. 8.* Phi. Porti. *con. 20. n. 45.* Ioan. Koppen. *q. 43. n. 1.* Hering. *de fidei. c. 10. n. 345.* Hæc de remedijs litium criminalium, circa conſtitutionem judicij, & pro-
23. ceſſum in genere: Specialia conſiſtunt in cauſis litium criminalium removendis ſc. delictorum ſpeciebus, carceris pœna, torturæ exacerbatione, & alijs. Quoad delictorum ſpecies primum eſt Remedium, vt ſéveriſſimè prohibeantur, nec impunita relinquantur. *L. ita vulneratus. ad L. Aquil. L. ſi longius. §. 1. de jud. L. ſi. operis. C. de pœn. c. vt famæ de ſent. excom. c. licet Heli. Ex: de Simon:*

Imò & occaſio delictorum, atque litium criminalium tollenda, ſicut ludi prohibitio eſt quid religioſum erga Deum. Par. de Put. *tr. de lud. n: 2: in f.* Farinac: *p. 3: oper. crim. lib: 3. q. 109: n: 6.* Vnde officiales, & Domini terrarum non prohibentes in eorum terris ludos prohibitos, teneantur ad reſtitutionem eorum, quæ in ludo amittuntur. Marian: *c. inter delicta n. 58. de exces: præl.* Par. de Put. *tr. de lud. nu. 41. verb. Domino & off. Vivi. opin: 468. n. 9.* Bai. ad Clar. *§. ludus n. 3:* Et

lusores

laſores arbitrio judicis extraordinariè puniantur Par. de Put. *tr. de lud. n. 45.* Damhuod. *in pr. crim. 126. nu. 17.* Clar. *§. ludus nu. 8.* Farin. *d. q. 109. nu. 57.*

Quod ſi vlterius ad ſpecies deſcendamus, primò ſe offerunt 24.
lites injurioſæ, quarum Remedium Retorſio hoc depavato noſtro ſeculo ob injuriatorum, conviciatorum, & diffamatorum multitudinem, ac importunitatem valdè vſitata, & cotidiana, vt *inquit* Harprech. *ad §. hac actio 12. n. 81. Inſt. de injur.*

Ratio huius Remedij, quod fruſtra judicium poſtulet, inciviliterque apud judicem conqueratur, qui ipſe ſibi judex, & vltor exiſtit. Sart. *con. 5. nu. 12. tom. 1. in crimin.* Gul. Onciac. *lib. qq. Phil. q. 4. nu. 5.* Bocer. *claſ. 3. diſp. 4. th. 78.*

Rationis ratio, quia defenſor propriæ ſalutis, & honoris in nullo peccare intelligitur. *L. Grachus. 4. C. ad L. Iul. L. adult. & L. ſi quis percuſſ. 3. C. ad L. Corn. de Sic.* Cenſetur enim gravior honoris, & famæ, quàm vel oculorum, vel omnium bonorum amiſſio. *L. in ſervo. 10. §. fin. de pœn. L. Iulan. 26. ſi quis amis. cauſſa. teſt. L. infamia 8. C. de decur.* Ergò & honorem legitimo retorſionis Remedio defendere licet. *L. vt vim. 3. re juſt. & jur. ibi: injuriam propulſare. L. qui cum maior 14. §. ſi libertus de bon. libert.* vbi ignoſcendum ei, qui crimen in convitiatorem retorſit. *L. qua omnia 25. de procur. ibi.* ferendus erit pudorem ſuum purgans. Bocer. *clas. 3. diſp. 4. theor. 46. & claſ. 5. diſp. 1. thes 35.* cum fama & vita pari paſſu ambulent. *L. juſta 9. de manum. vind. L. 8. §. 2. quod met. cauſſa.* Schrad. *cons. 40. Var. ICt. Ger. n. 16.* Gylhaus. *tr. de ni. & fam. lib. §. 5. n. 213.* ſecundum illud:

Omnia ſi perdas famam ſervare memento
Quâ ſemel amiſſâ poſtea nullus eris.

At aggreſſorem Corporis omni jure quis interficere poteſt Dd. *in d. L. 3. de juſt. & jur.* Peinliche Halßgerichts Ordnung. *art. 139.* Ergò & aggreſſorem honoris retorquendo refellere.

Quod ſi in civitate, aut provincia tanta Retorſionum impor- 25.
tunitas, atque copia exiſtat, vt occaſione earundem lites vltra modum multiplicentur, infiniti tumultus, rixæ, & cædes oriantur, juſtiſſimum erit Remedium Retorſiones prorſus tollendi, & ordinarijs vtendi remedijs. *tt. inſt. ff. & C. de injur.* inprimis ordinandum vt actus judiciales ſiue litigioſi ſine convicijs, & injurijs fiant. *L. 42.*

 de injur.

de injur. L. 8. de appell. Rævar. *lib. 1. var. cap. 3.* quod niſi fiat optimum remedium eſt vt judex litigantem, injurias evomentem ſtatim puniat, atque coërceat, ne ex vna plures enaſcantur lites. Iac. Belvis. *in pr. crim. rubr. de injur. num 88.* Alex. *con. 203. vol. 1.* Crau. *con. 98. num. 11.* Lancel. *de off prat. tit. de injur. n. 10.* Par. *con. 147. n. 11. lib. 4. L. 4. inf. de his qui not. inf.* Sive id quod litigator evomit ſit verum, ſive falſum. Covar. *1. var. reſol. cap. 11. n. 6.* ipſas quoque Lœdorijs crebrò in contentionibus fori locus eſt, dum tamen ad probra non perveniant: quæ etſi non quieſcant fauore litigantis, ceſſare tamen debent ob reverentiam judicis & auditorum. Ioh. Sarisberienſis. *lib. 8. de nug. Curial. cap. 10.*

Huic eſt affine Repaſſionis Remedium, quod Reinal. Corſus *de privat. recon. cap. 8.* ſuggerit, vt qui referiat jure ſuo vtatur, qui referiatur, conſentiat. *L. 1. §. vſq; adeò de injur.* Caveat tamen referiens, ne modum prætergrediatur. Dd. *in L. vn. C. ſi quis in ſua cauſſa jud.* Ang. *de malef. verb. cont. volunt. col. 2.* Germ. Scheldtwort mit Scheldtwort vergelten.

Hæc de Remedijs injuriarum.

26. Furta AEgyptij, Lacedæmonij, & nonnulli alij impunita reliquerunt, teſtibus Alciat. *in L. probrum. 42. nu. 4. de V. S.* Alex. ab Alex. *lib. 6. dier. genit. cap. 10.* Bonifac. *tr. de furt. §. 12. nu. 7.* ſicut & noſtro ſeculo multa Divitum furta impunita manēt: ſed apud illos certum erat Remedium Amaſis Regis AEgypt. quo furta & litigia ex furto naſcentia præcavebantur, vt ſinguli quotannis apud provinciarum præſides, vnde viverent, vel quâ arte, vel diſciplinâ ſe familiamque ſuam alerent, profiterentur, qui ſecus facerent, aut non legitimè ſe vivere demonſtrarent, capite plecterentur, vt ex Herod. *lib. 2. cir. fin.* retulit Rein. Reinecc. *in hiſt. Iul. p. 1. p. 271.* Hipp. à Coll. *in libell. de increm. vrb. cap. 15.* Ioh. Bodin. *lib. 5. de Republ. cap. 2. inf.* Pet. Heyg.
27. *p. 2. q. 27. n. 4.* Ioh. Gerhardi. *dec. 5. qq. pol. 6.* Apud nos violentius nonnulli remedium exiſtimant ſuſpendium, quaſi à jure divino prorſus alienum ſit. Exod. *22. vers. 1. Syra. 5. vers. 17. Prov. 6. v. 30. 32.* quibus rationem addunt. Ad quam ſpeciem referenda & æſtimanda eſt delicti culpa, ad eandem jure refertur delicti pœna. At qui ad legem moralem delicti furti, adulterij culpa refertur & æſtimatur. Ergo & pœna, deniq; quod nulla inter vitam & pecuniam proportio, latè Raphaël. Hythlæus *in lib. 1. Vtopiæ th. Mori.* Reſpondet Harprecht.

precht. *ad §. pœna 5. n. 28. & ſeqq. int. de oblig. quæ ex debit. naſc.* genus morale & indeterminatum manere, quoad obedientiam, ſed in ſpecie certæ pœnæ determinatio LL. forenſibus, & Chriſtiani Iudicis conſcientiæ pro circumſtantiarum ratione libera committetur, ſuſpendiumque hoc malitioſo ſeculo meritò probatur cùm conſtitutione Friderici, quàm Carol. V. *art. 157.* Ang. *de malef. verb. veſtem cæleſtem col. 3.* Cæpol. *in Auth. ſed novo jure n. 11. 12. & 88. C. de ſer. fugit.* Bonif. *tr. de furt. §. 12. nu. 22.* Clar. *5. ſent. §. furt. n. 7.* Zas. *in §. ex malef. n. 30. Inſt. de action.* Covar. *2. var. reſol. c. 9. n. 7.* Menoch. *de aa. jj. qq. lib. 2. cen. 4. cas. 295.* Borch. *de pact. c. 2. n. 14.* Bocer. *clas. 3 diſp. 1. theor. 86.*

Ratio huius Remedij eſt creſcens hominum MALITIA, rapacitas, & avaritia. Sicut enim in morbis periculoſis & magnis Remedia periculoſa & extrema ſunt adhibenda. Hippoc. *aphor. 6. lib. 1.* ita adverſus homines ferociores pœnæ duriores ſunt decernendæ. *L. aut. facta 16. §. fin. de pœn.* Et malo nodo durus quærendus eſt cuneus. Nam quod medicamenta morbis præſtant, & corporibus; hoc exhibent jura Reipubl. & negotijs. *Nov. 111. pr.* Rationis ratio, quia in furto non tam res ſurreptæ, quàm affectus furandi, animus fraudulentus ac perverſus attenditur, ne in poſterum quies, & tranquillitas reipubl. intèr concives turbetur *L. 1. pr. C. ad L. Iul. rep.* Harprech. *ad d. §. pœna 5. n. 7. L. de ob. quæ ex delic. nas.* vbi vtramq; legem conciliat, adde Ios. *cap. 7. vers. 24.* Philip. *in loc. com. de magiſt. civi. pag. 632.* Chemnit. *p. 2. Loc. Theol. in 7. præcepto.* 28.

Nec alterum Remedium ſua caret ratione, vt in ocioſos, quos Germani Tagdiebe vocant leges & pœnæ conſtituantur. Camerar. *p. 1. med. c. 15.* quia cor vacantis otio eſt inſtar molendini, quod cum non habet ad molendum bonum frumentum, molit & conſumit ſeipſum. Gers. *de remed. cont. puſillam.* Iohan. Gerhar. *dec. 5. q. 6.* vbi in Republ. Solon. Lycur. Drac. Ath. Meſſal. rationem vitæ exactè exactam fuiſſe teſtatur ex Arer. *p. 2. prob. 138.* Athen. *lib. 4.* Val. Max. *2. cap. 1.*

Hæc de furtis Homicidiorum Remedia leniora ſunt aſylum, & tranſactiones Germ. Mangeldt/oder Suhnegeldt. Prius eſt antiquiſſimum de quo Ioſuæ. 20. Alex. *lib. 3. gen. dier. c. 20.* Laër. *lib. 1.* Halyc. *lib. 4.* Liv. *lib. 1. L. 2. C. de his qui ad Ecc. confug.* Sed Auguſtus abrogavit, 29.

gavit, ne propoſita immunitatis ſpes die Freyheit cauſam facinoribus daret. *arg. c. fin. de imm. Eccles. Exod. 21.* Intermedium Franciſci 1. Regis Galliarum Remedium adhiberi poteſt, vt delinquentes ad Eccleſias confugientes capiantur, ſaluo jure, ſi redintegrari debeant, ſicque cognoſcatur an immunitate Eccleſiæ gaudere debeant, vel minus. Rebuff. *tit. 1. com. ad cons. reg. in proœmio n. 40.* Petrus. Gregor *lib. 13. de Republ. cap. 23. n. 11.* Ioh. Gerhar. *dec. 8. q. pol. 4.*

30. Alterum Remedium eſt licitum per tranſactionem, datâ aliquâ pecuniâ, ſanguinem ſuum redimere, & interfecti propinquos ab vlteriori vindicta removere. *L. tranſigere. vbi Dd. C. de tranſact. L. 1. de bon. cor. qui ante ſent. ſibi mor. conſc.* Damh. *in pr. crim. c. 147. n. 2. & 3.* Nicol. Reuſn. *lib. 1. dec. 20.* modò hanc ipſam tranſactionem & remiſſionem fiſcus ratam habeat, qui ratione ſui intereſſe ad partium concordiam non eſt alligatus. Ang. *in L. qui vacant. ad L. Iul. de vi. publ.* Fran. Lucan. *de priu. Fisc. p. 1. n. 107.* Thom. Gramm. *dec. 37. n. 13.* Menoch. *de præſum. lib. 1. q. 90. n. 3.* Ful. Pacian. *de prob. lib. 1. cap. 38. nu. 22.* Coler. *de proc. exec. p. 2. cap. 3. nu. 100.* Pet. Heyg. *p. 1. q. 39. nu. 55* Hering. *de fidei. c. 10. n. 350 & ſeqq.* vbi addit ejusmodi pecuniam des Sohnegeldt non ſolum ad agnatos & maſculos, die Schwerdmag ſed etiam ad fœminas die Spillmag ſpectare. *p. 2. Elect. Auguſt. Conſt. 12. in verb.* des vmbgebrachten Sohnen vnd nehſten freunden. Nic. Boër. *dec. 121. n. 2.* Ioh. Kopp. *q. 10. n. 3.* Reuſn. *lib. 1. dec. 19. n. 11.* Clar. *lib. 1. ſuc. §. f. q. 58. nu. 3.*

31. His aliud ſubnectitur Remedium, Gratia ſc. Principis qui ſolus integram pœnam legibus præſtitutam delinquenti remittere poteſt. *L. 9. 27. & 31. vbi Dd. pœn. L. 7. C. de prec. imp. offer.* Nov. *105. cap. 2.* Chaſſan. *de gl. mund. p. 5. cons. 24. n. 34.* Gomez. *tom. reſol. c. 13. nu. 8.* Dan. Moll. *lib. 3. ſen. c. 31.* Spech. *con. 2. claſſ. 3. q. 17. n. 7.* Ant. Peregr. *lib. 4. de jur. fiſc. tit. 8. n. 14.* Sed rectuis expllcat hoc Remedium Lamb. Danæus. *lib. 6. pol. Chriſt. cap. 3. tit. de jud. crim. nu. 11.* Principem ex diligenti prudentiq; cauſæ cognitione, aliquam ſaltem, niſi crimina in ipſum & Deum ſpectent, non verò totã ſcelerũ veniam & relaxationem dare poſſe, quem ſequitur Petrus. *concl. crim. 228. &* allegat. Auguſt. *in Epiſt. 53. & in hom. 50.* Pe. Martyr. *1. Sam. c. 11. & 1. Reg. 20.* Harprecht. *ad §. pœn. 5. n. 45. Inſt. de oblig. quæ ex del. naſc.* Ioh. Niellius. *diſp. feud. 11. th. 2.* diſtinguit inter genera criminum, quorum prius læſæ majeſtatis diuinæ, vt blaſphemia & execrationes in Deum

Alterum

Alterum eorum criminum, quibus maximum ſocietas humana diſſoluitur, vt ſunt homicidia voluntaria, latrocinia, raptus, adulteria, & fornicationes. His diſſolvitur ſocietas, ex qua omnis neceſſitudo in hac vita tanquam ex fonte oritur: Goed. *in L. 101. n. 8. de V. S.* Nec vlla à principe gratia impartienda.

Sic non adeò abſurdum eſt remedium, vt lupanaria tollantur, & mos Catulaniæ reducatur, vt vir cucurbitatus (etiam ipſo ignorante) ducatur ab vxore retrogradus ſuper aſinum præcone clamante, qui ſic faciet ſic accipiet. Ioh. Montan. *tr. de bigam. q. 2. Coll. 11. Syl. nup. lib. 4. n. 85.* non tot cornuti in herbis, quàm Canonici in verbis. Rot. *dec. 445.* Roch. *in c. cum M. de conſtit.* Sed inquis blaſphemandi libido, adulterium, lenocinium, ſcortatio, dignis medijs, atque 32.
Remedijs non puniuntur, ſed hoc vltimo ſeculo multis in locis laxis habenis dominantur. Ergò & alia ſcelera furta, rapinæ, homicidia, impunè tranſmittenda. Nihilo minus. Vt enim ſcelus ſcelere, peccatum peccato non cumulandum: ſic nec impunitum relinquendum, multò minus approbandum aut ſpectandum quid in mulctandis hominum ſceleribus, litibus, atque malitijs fiat, quid προσωποληψίας, quid negligentiæ, quid impedimenti interveniat, ſed potius quid omnino fieri debeat, vt optumè reſpondet. Procul. *in L. ſed licet 12. de off. Præs. L. 51. ad L. Aquil. L. 95. §. 1. de ſolut. L. 70. §. vl. de fidei.* Nec vnius delicto propter huius gratiam parcendum eſt, cum tantum cuiq; tribuatur, quantum IVSTITIAE diſtributivæ æquum viſum eſt, vni pœna, quia peccavit, alteri gratia, non quia peccavit, ſed quia egregia ipſius opera principi, aut Reipubl. valde eſt vtilis. *d. L. 30. de pæn. L. 5. §. vlt. de re mil.* Clar. *lib. 5. §. 1. q. 60.* Tiraq. *tr. de pæn. leg. temp. caus. 49. nu. 11.* Pet. Plac. *lib. 1. ep. del. cap. 33. n. 2.* Menoch. *de aur. 11. qq. lib. 1. q. 92. n. 9.* Bonif. *de fur. §. 10. n. 24.* Gail. *2. ob. 100. nu. 45.* Bocer. *3. diſp. 14. theor. 31.* Hæc de ſpeciebus delictorum: ſupereſt tortura, cum carcere.

Torturæ Remedium eſt ſubſidiarium, non ordinarium ſi veritas aliter haberi non poſſit. *L. Div. Pius. de quæſt. vbi* Weſemb. *nu. 2.* qui textus licet de ſervis tantum loquatur, generaliter tamen in omni perſona per Dd. extenditur. Ang. *L. fin. n. 4. C. de qq.* Boër. *dec. 163. n. 1.* Marſil. *in pr. §. nunc. viden. n. 25.* Brun. *de ind. & tor. p. 2. quæſt. 5. n. 15.* Damh. *in pr. crim. c. 35. n. 3.* Mas. *de prob. lib. 5. concl. 1385. n. 3.* Farinac *Lib. 1. tit. 5. quæſt. 38. num. 4.* Hujus Remedij requiſita primò ſunt 33.

Iudicia legitima clara, & delicto proxima. *L. 1. verſ. ad tormenta. L. 18. §. 1. & L. fin. d. qq.* Peinliche Halßgerichts Ordnung. *Carol. V. cap. 20:* wo nicht zuuor redliche Anzeigungen der Mißethat / darnach man fragen wolte/ vorhanden vnd beweiſet würden / ſoll niemandts gefraget werden. Fr. Caſon. *tr. de torm. cap. 5. n. 1.* Brun. *de ind. p. 2. q. 5. n. 1.* Alex. *con. 65. n. 2. lib. 1.* Gig. *de crim. læ. mai. tit. per quos probatur. q. 26. n. 1.* Ioh. Marc. Monticell. *in pr. crim. reg. 10. n. 1,* Damhud. *in pr. crim. cap. 38. n. 17.* Farin. *d. tit. 5. quæſt. 37. n. 5.* vbi plures allegat. Decian. *con. 56. n. 58. lib. 2.* Maſc. *de prob. lib. 3. conc. 1385. n. 1.* Ratio, quia ſi judicibus permitteretur abſq; indicijs torquere, facilè in lite criminali à tortura inchoarent, at hoc minimum licet, ne terrere quidem; Ergò nec & illud. *L. 1. pr. de qq. c. cum in contempl. Ex. de Reg. jur.* Menoch *lib. 1. aa. jj. qq. 84. n. 2.* Hip. Reinal. *con. 88. n. 52. vol. 1.* Maſc. *de prob. lib. 1. concl. 253. n. 5.*

34. Hoc requiſito non attento, ſi judices quem torqueant indebitè; aut indicia ex ſua cervice fingant, Remedium eſt, vt teneantur, & puniantur. *L. item apud. Lab. §. quæſtionis de injur.* licet pœna ſit incerta, ad minimum deportationis, aut arbitraria. *L. pœn. §. f. ad L. jul. rep.* Gomez. *tom. 3. var. reſol. cap. 13. nu. 6.* Par. de Put. *tr. Synd. verb. tort. c. 12. an ſi officialis aliquem tormentavit poſt. nu. 3.* Clar. *§. fin. q. 64.* Menoch. *lib. 2. aa. jj. caſ. 340. num. 31.* Ratio mitioris pœnæ atque Remedij, in judicibus potius culpam & imperitiam, quam dolum præſumi. Brun. *de indit. p. 2. q. 5. nu. 22.* Marſ. *in pr. §. expedita nu. 80.* Par. de Put. *tr. Synd. verbo. tortura. cap. 12. an ſi officialis aliquem tormentavit n. 5. pr. L. 1. in f. de off. jud. L. 2. §. ſi publ. de vi. bon rap.*

35. Alterum hujus Remedij requiſitum, vt de corpore delicti ante omnia conſtet. *L. 1. §. item illud ad Syllan.* Peinliche Halßgerichts Ordnung. *art. 6. & 8.* Eyn Richter ſoll ſich erkundigen ob die Mißethat / darumb er bezüchtiget/ auch beſchehen ſey oder nicht. Ang. *de maleſ. nu. 108. verſ. 12.* Marſ. *con. 46. n. 1.* Brun. *de indic. p. 2. q. 5. n. 8.* Plot. *int. conſ. crim. 132. n. 22. vol. 1.* Cla. *§. f. q. 4.* Gabriel. *lib. 7. crim. concl. 17. nu. 1.* Godelm. *lib. 3. de Mag. c. 10. n. 9.* Vltimum requiſitum vt copia inditiorum, & litigioſi proceſſus, detur Reo etiam non petenti, ad defenſiones faciendas, conſtituto advocato, & procuratoribus. Ripa. *L. 2. nu. 9. C. de eden.* Gomez. *3 var. reſp. cap. 13. nu. 21.* Natt. *con. 451. nu. 3. vol. 2.* Rol. *con. 12. n. 53. vol. 3.* Clar. *§. f. q. 40.* Menoch. *lib. 1. aa. jj. q. 77. arg. L. cuſtodijs. de publ. iud. L. deſertorem §. ſi ad de re mil. L. de f. fac. C. de jur. fiſc.* Aff. *dec. 795. n. 3.* Gail. *de P. P. lib. 2. cap. 7. n. 8.* Hier. Laur. *dec.*

Avi.

Avi. 15. n. 1. Tib. Decian. *con. 93. n. 131. vol. 2.* Sim. de Præt. *con. 36. n. 6.* Ioſeph. Ludov. *concl. 38. verb. inf. 98.* vbi ſuadet, ne detur copia indiciorum, quæ contra omnem juris, æquitatis, naturæ rationem eſſent. Farin. *d. tit. 8. q. 39. n. 22.*

His ita concurrentibus judex criminalis pronunciat interloquendo Reum fore torquendum. Brun. *tr. de ind. & tort. p. 2. q. 9. n. 10.* Marſil *§. nunc vid. n. 20.* Hip. Rimi. *con. 290. n. 6. lib. 3.* Ioh. Mar. Monticel. *reg crim. 14. nu. 17.* Arno. *ſing. 39.* vbi reprehendit judices, qui ſitientes ſanguinem humanum potius, quàm juſtitiam, & cupientes haberi juſti cum non ſint, nolunt pronunciare in lite criminali Reum eſſe torquendum, vt evitent appellationem in dicta interlocutoria interponendam. Farin. *de ind. & tor. lib. 1. tit. 5. q. 38. nu. 7. per L. 2. C. de app. reci.*

Secundum torturæ Remedium eſt, vt moderatè fiat, nec vltra horam adhibeatur tormentis ſolitis, ne Iudex dicatur carnifex IVSTITIAE. Par. de Put. *tr. Synd. verb. tort. lib. 2. c. 4. n. 5. L. quæſtionis modus. vbi* Dd. *de qq.* Brun. *de ind. & tor. p. 2. q. 5. n. 17.* Aym. *con. 287. n. 6.* Gomez. *tom. 3. var. reſol. cap. 13. n. 5.* vbi exclamat contra judices ſeveros, vanam & inanem gloriam affectantes, qui moderatum in torquendo excedunt modum. Farin. *d. tit. 5. q. 38. num. 52. & ſeqq.* Riminal. *con. 395. nu. 53.* ne repetatur, niſi nova ſuperveniant indicia prioribus vrgentiora. *L. f. C. de qq.* Boër. *dec. 164. n. 9.* Gomez. *3. var. res. 13. n. 26.* Damhoud. *in pr. crim. cap. 38. n. 7.* vbi damnat practicam Flandriæ ne dicam totius Germaniæ, repetendi reos ſine novis indicijs. Qnod ſi confeſſum revocetur, tortura repeti poteſt, alias furca ſtaret in viduitate, vt *inquit* Farin. *d. quæſt. 38. n. 91.* quia fatui eſſent ſi ratificarent, cum ſciant non ratificando ſe ſalvos evadere. Brun. *tract. de ind. & tor. p. 2. quæſt. 5. nu. 61.* Damhoud. *cap. 38. n. 12.* & Germani, wan man mit Leugnen konte vom Galgen kommen/ wurde niemand gehangen. Melius millies torqueri in brachijs, quàm ſemel in gula. Mars. *in L. repet. n. 14. & ſeqq. d. qq.* Deniq; reum vltra tertiam vicem torquere impium eſt. Mars. *in pr. §. quoniam nu. 4. & 5.* Gomez. *3. var. res. c. 13. nu. 27.* Gram. *con. 45. nu. 42.* Flam. Carta. *in pr. inter. reo. lib. 4. cap. 1. n. 159. & ſeqq.* Hier. Mago. *dec. Luc. 89. n. 9.* 36.

Vltimum torturæ Remedium eſt, ne Rei litium criminalium de conſocijs interrogentur. *L. fin. C. de accus. L. repeti. de qq cap. 1. Ex. de confes. c. nemini 15. quæſt. 3.* Gram. *dec. 28. nu. 9.* Brun. *de ind. &* 37.

tor. p. 1. quaſt. 3. nu. 19. Crot. *tr. de teſt. p. 3. nu. 91.* Gomez. *3. var. reſ. cap. 12. n. 14.* Clar. *§. f. q. 21.* Menoch. *2. aa. jj. qq. cen. 5. caſ. 474. nu. 11.* Maſc. *de prob. lib. 3. concl. 1311. n. 1.* Eiusmodi enim nominatio non facit indicium ad torturam. Sal. *add. L. fin. 12.* Mars. *§. diligenter. n. 59.* Boër. *dec. 319. n. 1.* Natt. *con. 298. n. 2. lib. 2.* Decian. *con. 83. n. 15. vol. 3.* Ratro in *L. fin. C. de accu.* ne ſc. Rei fortè veniam ſperantes à principe, favore alterius illum nominent, & quandoque etiam fortaſſis odio, inimicitiâ, alioque reſpectu, vt eodem nominatus pereat ſupplicio. Diligenter itaq; videndum, vtrum alia adminicula concurrant, teſtes de viſu, audituve, inimicitia, fuga, fama, converſatio, & ſecreta allocutio nominati, de quibus Farin. *de in. & tor. lib. 1. tit. 5. quaſt. 43. n. 163. & ſeqq.*

Hæc de torturæ Remedijs, qui plura cupit Criminaliſtas conſulat, ſupereſt Carcer.

38. Hic prius eſt Remedium, vt judex criminalis abſtineat ab indebita captura, ne indebitè pauperes litigantes in carceribus detinendo, & vltorem habeat Deum, & à Iure impoſitas ſubeat pœnas. Schenck. *in virid. cons. 88.* Kirchn. *cen. 4. com. opin. concl. 20.* Farinac. *de carc. & carcer. lib. 1. tit. 4. q. 27. n. 3. & 134. cum ſeqq.* Par. de Put. *tr. Synd. c. 1. n. 14. per L. nec magiſt. de iniur.*

Alterum Remedium, vt ſubterranei Carceres, *in quibus carcerati* & humiditate, & frigore confecti infirmitates attingunt, ac *vitæ* periculum ſubeunt, tollantur, prohibeantur. Econtrà carceres clari, atque luminati in ſingulis provincijs fabrefiant, ad quos minimè ſuſpecti acceſſum & adſpectum habeant, carceratos conſolentur, ne vita cum gemitu fugiat indignata ſub vmbras. *per L. 1. C. de cuſt. reor. ibi. vſurpata luce vegetari.* Card. *clem. 1. q. 7. de pœn. & conf.* Corn. *con. 325. n. 4. lib. 4.* Bonif. *de vital. tit. de car. priv. n. 2. vers nec debet.* Marſil. *tr. de bann. verb. carcerati n. 45.* Foller. *in pr. crim. p. 1. prin. n. 2.* Gomez. *Tom. tert. var. res. cap. 9. nu. 6.* Menoch. *de aa. jj. qq. lib. 2. cas. 305. nu. 2.* Boſs. *tit. de carc. num. 3. Auctor. diſcur.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 65.* Damhud. *in pr. crim. cap. 7. tit. de carcerarijs. n. 9.* vbi quod carcerarij, ſive commentarienſes non debent ducere carceratos ad loca, ad quæ cœleſtis aër pertingere nequit: minusque tàm procul ab hominum copiâ eoſdem carceratos protrudere, vt ipſorum voces & clamores à nemine exaudiri valeant.

39. Vltimum Remedium, quod carcerati non debent in carceribus

detineri

detineri regulariter in compedibus, vinculis, ſeu manicis ferreis: ſed ſolum intra cuſtodiam & clauſtra liberi, & abſoluti. Bl. *in L. 2. C. de extr. reis.* Par. de Put, *tr. Synd. verb. carcer. cap. 3. n. 16.* Bonif. *dec. 216. n. 3.* vbi ligamenta vocat genus tormenti. Foller. *in pr. crim. par. 2. pr. n. 8.* Corn. *con. 325. n. 4. lib. 4.* Clar. *§. f. q. 46.* vbi ait Mediolani ſervari. Et de curia Pariſienſi teſtatur. Ign. *in L. neceſſarios §. non alea. n. 46. ad Syllan.* Niſi delictum ſit atrox, & perſona vilis. *L. 1. de cuſt. reor. gl. clem. 1. §. 1. de haeret.* quae refert illud Pſalmi, ad alligandos Reges eorum compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis.

Deniq; captura ne decernatur in litibus criminalibus, niſi legitima praecedant indicia. Marſil. *in pr. §. conſtante. nu. 1. per. L. 1. de qq.* Rob. *con. 17. n. 2. vol. 5.* Novel. *in pr. crim. §. 1. n. 23.* Clar. *§. f. q. 28.* M. Ant. Eugen. *con. 64. nu. 14.* Ioh. Mar. Monticel. *in pr. crim. reg. 12. n. 26.* Neviz. *lib. 5. Syl. nup. lim. 4. n. 68.* Foller. *in pr. crim. verb. ſtudeat. n. 58.* vbi monet judices, vt non ſint faciles ad capturam eorum, qui per accuſatores deferuntur: ſed conentur ſummatim inveſtigare, an vera ſint, quae delata fuerunt; & an lis criminalis ita ſe habeat, prout in querelâ dictum. Haec de Remediis criminalium dicta ſufficiant.

CAPVT XIII.

De Remediis Processvs Litigiosi.

SVMMARIA.

1. *Litigioſi proceſſus praeparatio, diſceptatio, diffinitio.*
2. *Locus judicij prope Eccleſiam, vt lites ſanctè expediantur.*
3. *Praeco requiritur, & abrogatio Reſcriptorũ in litigioſis proceſſibus.*
4. *Remedium litigioſi proceſſus, vt triennium reducatur.*
5. *Inſtantia litigioſi proceſſus prorogari nequit.*
6. *Peremptâ inſtantiâ jus Litigantium extinguitur.*
7. *Litigatorum conſenſu inſtantia breuiari poteſt.*
8. *Huius Remedij obſtacula removentur.*
9. *In Conſiſtorio Principis Triennium non ſeruatur.*
10. *Ambages litigioſi proceſſus vitanda.*
11. *Reconuentio ne admittatur, aut pari litium proceſſu expediatur.*
12. *Principale Remedium, vt jurium allegatio in proceſſ. prohibeatur.*
13. *Iurium accumulatio ſumptus & lites cumulat.*

14. *Ordinariæ lites ab extraordinarijs diſtinguantur.*
15. *Citatio generalis præparatoriæ litis Remedium.*
16. *Contumacia in protelandis litibus acrius punienda.*
17. *Libelli exhibitio cum probationis genere Remedium litium*
18. *Articuli lites enucleant, non implicant.*
19. *Inſtrumenta litis producantur, vt litigans deliberet.*
20. *Teſtes & Commiſſarij in articulis deſignentur.*
21. *Iuramentum litium expediendarum Remedium.*
22. *Hoc juramenti Remedium non facilè admittendum.*
23. *Iuramentum dandorum, & reſponſum Advocati de lite juſtâ.*
24. *Reſpondendorum juramentum ad lites neceſſarium.*
25. *Dilatio tertia abſq; juramento non eſt concedenda.*
26. *Reſponſiones captioſæ in litibus reÿciendæ.*
27. *Quod ſi Litigantes facto diſſentiant, lis inchoanda eſt.*
28. *Litis conteſtatio vt primum maturanda.*
29. *In probandâ lite quomodo ſit procedendum.*
30. *Sententia litis ſit certa cuius iuſtitia vel iniuſtitia non inquirenda.*
31. *Omnium efficax Remedium eſt Executio.*
32. *Interuentio tertÿ impedit litis executionem.*
33. *Leuterationis Remedium quatenus abrogandum.*
34. *Declaratio ſententiæ juris communis Remedium.*
35. *Appellatorÿ proceſſus Remedia, & requiſita.*
36. *Noui litis appellatoriæ articuli probentur.*
37 *Inſtrumenta noviter reperta quomodo producantur.*
38. *Appellatus liti appellatoriæ reſpondeat, & concludat.*
39. *Appellatio ab interlocutorÿs prohibeatur.*
40. *Abuſus appellationis mulcta conſtringendus.*
41. *Violentum litium appellatoriarum Remedium.*

1. REMEDIA proceſſus litigioſi quædam antecedunt, quædam conſequuntur. Antecedunt proceſſum litigioſum. 1. Locus in quo lites tractantur. 2. tempus 3. perſonæ litigantes: ſequitur ipſa proceſſus coarctatio & elucidatio, tam circa ſubſtantialia, quam incidentia. Habet enim quælibet Lis, ſeu judicium litigioſum 3. partes. 1. vſque ad litis conteſtationem incluſiuè, quæ eſt præparatoria. 2. à litis conteſtatione vſque ad ſententiam excluſiuè, quæ eſt diſceptatoria cognitio. 3. à ſententia ad executionem

incluſiuè

incluſiuè quæ eſt definitio litis. Weſemb. *in iuris oecon. lib. 3. Cod.* Lu. Gilhauſen. *in arb. iud. cap. 4. tomo. 2. nu. 20.* Vnde judex diligenter obſeruet Litis conteſtationem quæ eſt. 1. pars judiciarij proceſſus, 2. Cognitionem ex probationibus, quæ eſt pars ſecunda 3. concluſionem cauſæ quæ eſt 3. pars Litigioſi proceſſus. Quibus obſeruatis, & quæ pertiment ad legitimam judicij formam, vt valeat ſententia ſecurè poteſt procedere. Oldend. *in progim. clas. 1. act. 12. nu. 3.* Iudicijs enim ad officium pertinet providere, ne proceſſus Litigioſus coram eo factus fiat nullus & eluſorius. *cap. 1. vbi* Hoſt. Tob. And. Pan. *de lib. obl.* Mat. Vran. *tom. 1. con. 17. n. 17.*

Locus diſceptandarum litium à varijs variè appellatur, forum, 2.
diribitorium, Baſilica, tribunal, prætorium, auditorium, acroaſis, Conſiſtorium, Curia, Dicaſterium, Camera, & ſimiliter, neque conſideratur ab externo ſplendore, vt forum Iulij, cujus area Seſtertium millies conſtitit h. e. 2. millionum, & quingentorum millium coronatorum ſumma. Fr. Pollet. *lib. 1. hiſt. for. Rom. cap. 3.* Nobis quoad locum, primum eſt Remedium, ſi locus judicij religione muniatur, & ædibus ſacris coniungatur, vt admoniti religione, numiniſque metu, tam judices quam Litigatores, de litibus ſanctè expediundis & abbreuiandis cogitent. Ariſt. *7. pol. c. 12.* P. Greg. Tholoſan. *lib. 2. d. Rep. cap. 6. n. 15.* Ita Parlamentum Pariſienſe, Camera Imperialis, Dicaſterium Stetinenſe & alia, Eccleſijs ſunt conjuncta. Nec longè diſſitus debet eſſe locus, ne Litigatores peregrè ſemper & incerti vexentur, vt *inquit* Ioh. Fab. *in l. 1. C. d. ſum. trin.*

Perſonæ Litigantes leuiter interdum litigioſi proceſſus telam 3.
pertexunt, nec ad rem aut litem attendunt, cuius rei Remedium, vt ſicut olim publicis apud Romanos ſupplicationibus: ita litibus in foro tractandis Præco aliquis ſemper & vbique præeſſet, qui aſſiduè clamaret HOC AGE, Ant. Faber. *lib. 9. Cod. for. tit. 22.* Ioh. ab Affelen. *in polit. pag. 402. ſpec. Aul.* Huc Athalarici Gothi remedium facit, promulgandi Edictum de litibus proponendis triginta diebus: vt jure condèmnatus habeatur qui poſt hoc Remedium manere præſumpſerit deſperatus. Heiminsf. *tom. 3. conſt. imp. 42. 109.*

Aliud inter inſtituta litium Remedia celebrationem meretur, quod contra litis pendentiam Reſcripta apud Aulicum conſilium non impetrantur, ſed ordo judiciorum, quem proceſſum vocant, ſervari jubetur inuiolatus. Lautenbach. *in princ. Chriſt. c. 5. n. 27. in f.*

Hoc

Hoc ſi In omnibus judicijs fieret, nec alter litigantium poſt alterum Reſcriptum aliquod emendicaret, minus litigioſorum proceſſuum extaret, neq; tanta eorundem confuſio miſeros Litigantes turbaret. Remedium ſuggerit Brodæus ad Polletum. *lib. 4 hiſt. for. Rom. c. 7.* vt falſa litium reſcripta impetrantes acrius puniantur, & quidem in duplum.

4. Tempus litigioſi proceſſus eſt Triennium, quod ſi in omnia reducatur fora, tribunalia illico præſtantiſſimum remedium, Thyriaca, & antidotum quo litium multitudo profligata ceſſabit. Hoc conſulit Thoming. *con. 17. n. 18.* Chriſt. Ohemi. *in diſc. jur. pol. c. 5. n. 103.* magnam ſibi ſpem affulgere *inquit*, materiam litium quærelarum, vlulatuum &c. præciſam fore hoc reductionis triennalis remedio. Iohan. Niellius. *diſp. Feud. 11. the. 2. lit. f.* teſtatur, quod niſi in multis jus Iuſtinianeum jure poſtliminij in vſum revocemus, & cumprimis quoad dilationes ad replicandum & duplicandum, quoad inſtantiam biennij & triennij, litis conteſtationem legis rogandi, abrogandi, interpretandi, quoad judicum delectum, malè judicantium poënas, & his ſimilia, nunquam ſperandum, præſens litium immortalitati duraturum aliquod remedium afferri poſſe.

5. Ratio huius remedij, quod inſtantia litium ſimilium *triennalis* favore publico ſit introducta. Ergo conſenſu Litig*atorum prorogari* nequit, ſed ipſo jure perempta eſt, adeo, vt quicquid fit coram judice lapsâ litis inſtantia, id nulliter fiat. Natta. *cons. 304. nu. 11.* Bar. Cornaz. *dec. Rot. Luc. 97. n. 4. per gl. in l. properandum C. d. iud. gl. in l. 1. §. ſed ſi gl. d. judic.* Etiamſi pactum de prorogando litis inſtantiam juramento eſſet firmatum. H. Hartm. *in pr. obſ. ſub. tit. d. miſcell. obs 16.* Maras. *in ſpec. p. 5. prima. nu. 23.* Ias. Br. & Alex. *in l. properandum. C. d.*
6. *judic.* Ordelaph. *ad l. fin. n. 73. de Rei vend.* Rationis ratio, ſiquidem per eam jus partis extinguatur, omniaq; acta ad litis ordinationem tendentia pereant, reſervatis ſolummdo probatorijs. Myns. *cent. 3. obs. 49.* Reyger. *in reper. lit. I. nu. 40.* Imò peremptâ litis inſtantiâ, ſi feratur ſententia, erit ipſo jure nulla. *l. cum non ex eo die. C. quando prouo. non eſt neceſſe.* Ratio, quia Iudex peremptâ inſtantia deſinit eſſe judex, & actorum coram eo factorum non maior eſt auctoritas quam ſi coram incompetente judice eſſent facta. Ioh. Bap. Aſin. *in pr. jud. §. 2. c. 14. n. 4. & 5.* vbi addit judicem peremptâ inſtantiâ ſententiam ferentem poënâ eſſe afficiendum. Felin. *in c. ex cauſ. de off. deleg.*

communem

communem eſſe affert. Reg. Sixtin. *vol. 3. con. Acad. Mar. 10. num. 14. ſeqq.*

Quamvis autem inſtantia litium civilium prorogare nequeat; abbreviari tamen poteſt conſenſu litigatorum quia qua ratione prorogari non poteſt, eâdem breviari valet, favore publico, vt litium ſit finis. Rom. *in l. 2. d. re iud.* Alex. *in l. properandum pr. &* Ias. *col. pen. C. d. jud.* Par. de Put. *tr. Synd. verb. ſententia. cap. 6. per tot.* Tiraq. *d. ret. cons. §. 1. gl. 10. n. 30.* Ioh. Ordelaph. *ad l fin. n. 76. d. R. V.* 7.

Duplex huius ſalutatis Remedij incommodum adfertur. 1. quod ſit impoſſibile inſtantiam reduci in fora propter multitudinem litium. 2. quod antè inſtantiam Litigatores 30. 50. & pluribus annis ſine interitu litis in Exceptionibus verſentur. Prius non eſt impoſſibile, qui enim deſperes fieri, quæ facta ſunt? inquit Veget. At lites omnes triennio fuerunt abſolutæ. Ergò adhuc fieri poteſt. Quidni enim ſpacio 3 annorum à litis conteſtatione vſque ad definitiuam procedi poſſet? maximè ſi inutiles advocatorum allegationes tollantur. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 44.* Alterum à ICtis conſcientioſis longè alienum eſt. Quamvis enim inſtantia currat à litis conteſtatione: tamen exceptiones dilatoriæ eventualiter conteſtandæ, aut primus actus contradictorius non malè vicem litis conteſtatæ obtinet, vti ſentiunt. Ang. Cyn. Bl. Sal. & Paul. de Caſtr. *in l. properandum §. 1. C. d. jud. per l. nulla 23. C. de procur.* Ergò ab eventuali litis conteſtatione, aut primo actu contradictorio, Triennium eſt numerandum, quo præterlapſo lis dicitur mortua. *de l. prop. C. de jud.* 8.

Quod ſi in ſacro principis conſiſtorio lis exordium ceperit, à prædeſtinatæ mortis periculo liberatur, & perpetuatur. Cum iniquum ſit per occupationes florentiſſimi ordinis lites hominum deperire. *l. fin. C de temp app.* Frid. Pfeil. *conſ. 159. n. 5.* ita de Camer. Imp. teſtantur. Gail. *1. obs. 141. n. 7.* Myns. *2. obs. 48.* Schuuanm. *lib. 2. prop. Cam. cap. 4. n. 6.* Hæc de Remedijs, quæ proceſſum litium antecedunt: ſequitur ipſa proceſſus coarctatio, quam non particulatim, ſed omnimodo in omnibus inſtantijs inſtituendam ſuadet *Auctor. diſc.* Vom Juſtitienwerck *pag. 20. & 47.* ibi: Wann ein feiner kurtzer richtiger Gerichtlicher Proceſs ſchrifftlich verfaſſt/vnd zuhalten gebeutet. qualem nobis 40. articulis exhibet & delineat Antonius Faber. *lib. 9. Cod. for. tit. 22.* 9.

Quoad proceſſum. 1. inſtantiæ, Remedia ſunt duplicia, gene- 10.

 ralia,

ralia, & particularia. Generalia ſunt, quæ totum litis proceſſum concernunt, vt ambages litigioſi proceſſus diligenter evitentur. Ia. in l. fin. n. 5. C. de edict. D. Had. tollend. Br. & cæteri DD. in l. 1. de in. cred. Weſenb. cons. 14. n. 51. Hoc vt fiat, litigioſæ telæ velut exordium, fomes atque ſcintilla eſt ſupplicatio ſive in ſcriptis, ſive oretenus exhibita vt ſeſſe formetur pro extrahendis proceſſibus, cuius inter proceſſioniſtas ſolum meminerunt Noa Meurer. Vultej. in l. cap. 27. Fridericus lib. 1. de proc. ext. cap. 1. Auctor. diſc. Vom Juſtitienwerck pag. 27. ibi in einer ſupplication oder mündlich. Ab hoc litium exordio, fomite atque ſcintilla, ne ignis ſuccendatur inextinguibilis litigaturientes & providos & probos accedant cauſſidicos qui iuxta ſedent ad gubernacula proceſſus, & Advocati per quam raro cunctantur in perficiendis proceſſibus. Ioh. Pet. Ala. tr. de Adv. Conſ. p. 1. quæſt. 31. & 38.

11\. Tertium litigioſi proceſſus Remedium generale eſt, vt Reconventio aut omnino non admittatur, aut pari paſſu ſemper ambulet. l. papin. 14. C. de ſentent. c. at ſi clerici Ex. de iudic. c. ex lit. in aut. petit. ubi Soc. col. 13. Lapp. alleg. 67. Maran. p. 4. nu. 6. pr. diſt. 2. q. Modeſt. Piſtorius con. 10. n. 13. lib. 1. Pet. Frider. tr. de conſ. cauſ. cap. 7. Conventus enim ſtatim litem fingit, Reconventionem inſtituit & lites ex litibus ſerit. Vnde in Galliis non admittantur Reconventiones niſi Actoris conventioni inſint. Papon ad Conſt. Burg. §. 88. inſ. Nec in Luſatia inferiori Muller. con. Saxon. p. 1 conſt. 7. n. 1. Ita plures opinantur jure Saxonico prohibitas eſſe Reconventiones. Koning in proc. cap. 60. §. 1. verbo weil dann. Weſenb. in par. de comp. n. 9. Fach. diff. 46. Reinh. diff. 4. per art. 12. lib. 3. Landrecht. Non vero Cumulatio actionum, vt teſtis eſt Hannero. de iud. ord. cap. de libel. obl. Ratio, quia finis cumulationis eſt, vt abbrevientur lites, & facilius ad exitum perducantur. Gilhaus. in arb. jud. cap. 3. n. 30. Fruſtra enim pluribus fit judiciis, ſeu diverſis proceſſibus litigioſis quod vno abſolui poteſt. Obrecht. tr. de cons. & form. libell. cap. 24. n. 44.

12\. Quartum generico-principale, quod lites adeo longas, ne dicam immortales reddit, eſt ſuperflua jurium coacervatio atque diſputatio, quæ ſi prohiberetur, maxima litigioſi proceſſus coarctatio & litium abbreviatio deprehenderetur. Hoc vel decies inculcat Auct. diſc. Vom Juſtitienwerck. pag. 21. 23. 26 32. 39. 47.

Ratio huius remedij, quod à judicibus & aſſeſſoribus tria ma-

ma

rum requiruntur ad deciſionem litis. 1. factum ipſum vt à colliti-gantibus proponitur 2. facti veritas. 3. jus quod ex facto oritur. In cauſa enim & facto jus eſt poſitum. *l. ſi ex plagis. 52. §. in cliuo. cad. l. Aquil. & l. cum duobus. 52. pro ſocio.* Ex cliente diligentiſſimè facti ſpeciem debet cognoſcere, quia niſi hanc prius plenè perceperit, certam juris rationem nunquam colligent. Obrecht. *tract. de form. & con. lib. cap. 10. n. 2.*

Facti veritatem cognoſcent vel ex confeſſionibus partium, de- 13.
poſitionibus teſtium, vel ex inſtrumentis & literarijs documentis, vel denique his omnibus deficientibus, ex præſtatione juramenti, in caſibus, in quibus hoc habere poteſt. Ius quod ex facto oritur judex ipſe ſcire debet, nec ab Advocatis addiſcere. Ergò inutilis & ſupervacanea eſt eiuscemodi jurium coarcervatio, nec aliud commodum præbet, quam ſi piſtor modium tritici in ſacco paleæ ad coquendum panem acciperet, hic nihil aliud Remedij eſſet quam triticum ex paleis colligere, quod ſummi laboris: Ita Iudices ex immenſo actorum productorumq; oceano aliquot mille folia ein Reiß Papeir ſuperantium ſtatum cauſæ & facti ſpeciem perſcrutari coguntur, quòd immenſi laboris, & eò facile ſuperſediſſet, modò ſuperfluæ jurium diſputationes omiſſæ fuiſſent, vt optimo ſimili demonſtrat *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 23. §.* Der Vrtheil *lit.* D. 7. Ne quid dicam deſumptib. in eiuſmodi producta erogandis, quę reproducta contraria eiusdem magnitudinis à collitigante invito extorquent. Item *pag. 44.* welches Gelt ſo wol angelegt/als wann es in das Waſſer geworffen.

Deniquè lites ordinariæ ab extraordinarijs diligenter ſecernan- 14.
tur, nec in his proceſſus ordinarius admittatur, ſicut nec in cauſis debiti liquidi, iniuriarū & ſimilibus proceſſus appellatorius. Sumatim pro Citationib. vel mandatis, ſupplicationes, procuratorū conſtitutiones, libelli, gravamina appellationis, exceptiones, replicæ, duplicę, Reſpōſiones, interrogatoria modica, inſtrumēta & eiusmodi ſcripta admittātur: reliqua omnia oretenus proponantur, & collitigans ore tenus atq; breviter reſpōdeat, nec vll⁹ proceſſus decernatur, niſi prius amicabilis compoſitio præceſſerit. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p. 48.* Antonius. Faber. *lib. 9. Cod. for. tit. 22. art. 1. in pr.* Quod ſi proceſſus fuerit ſemel decretus, ad proximam dilationum copiā, merito reſtringenda, per ea quæ tradit Ruland. *de Commiſſ. lib. 2. cap. 9. num. 6.* Hæc ſunt generalia litigioſi proceſſus remedia: particularia ſunt in

 tribus

tribus eiuſdem partibus, præparatoria diſceptatoria, & definitivæ.

15. In præparatorijs litium conſideranda, Citatio atquè contumacia: Prior cum ſingulos ad actus fiat, Acta longius infarcit, & lites protelat, vt puta comparendum, reſpondendum, videndum iurare teſtes, produci inſtrumenta, publicari relationes, acta, ſententias &c. Vnde commodum litigioſi proceſſus Remedium, ſi citatio generalis tantum decernatur, ad totam cauſam per ſe, aut procuratorem tractandum, ſecundum Cameræ ſtylum. Myns. *cen. 4. obs. 33.* Arn. de Reyger. *diſp. 2. proceſſ. jud. theor. 17. per gl. in Auth. qui ſemel. verb. tribus. C. quom. & quam in.* modò ſemper inſeratur cauſa litis ob quam & ad quam quid citetur. *c. præterea. 2. vbi Pan. n. 8. de di lat. gl. in c. cum dilect. 6. de obl. & cont. c. ſi primates. 5. quæſt. 2. l. 2. ſi quis in ius voc. non ierit.* Ias. *in l. fin. n. 4. C. de procur.* Spec. *de cit. § 1. nu. 6.* Gail. *1. obs. 5.* Myns. *cen. 5. obs. 85.* CammerGerichts Ordnung. *p. 3. tit. 12. §. 3.* ibi: Vnnottürfftig dilationes, vnd Verlängerung der Sachen / Damit abzuſchneiden / quem ſequitur Elect. Saxon. ſuper. dicaſt. Lips. anno 49. tit. von der Citation folio. 204. Hùc facit citatio peremptoria, modò tot dies in ſe habeat, quot aliàs ſimplices tres habituræ fuiſſent, cum particula peremptoriè. *l. imperempt. 71. & ſeq. de jud. l. contumacia. 53. §. 1. de re jud.* Schrad. *in Feud. p. 9. cap. 7. n. 44.* Konig. *in proc. cap. 27.* von der endtlichen vnd Peremptoriſchen Citation *n. 3.* Churfürſtlichen Sächſiſchen Oberhoffgericht zu Leipzig *n. 49. fol. 204.* Reig. *diſp. 2. proc. jud. thes. 9.*

16. Aut comminatione, Soll nichts deſto weniger geſchehen / vnd ergehen: was Recht iſt / quæ habet vim peremptoriæ citationis. *l. 2. C. quom. & quan.* Maur. *in proc. p. 11.* Muller. *ad conſt. Sax. 3. n. 20.*

Alterum Remedium, vt Contumacia Reorum lites protelantium neque ad alterum ſeculum, ſeverius puniatur, quia præſumptio eſt adverſus eum qui ea proponere aut producere in judicio cunctatur, quæ proponenda omnino fuerant; minus ſcilicet juſtam bonamque litigare litem. *not.* Boër. *dec. 42. n. 20.* Bl. *con. 37. vol. 1.* Crau. *cons. 75. n. 9.* Maſcard. *de probat. Concl. 531. n. 59.* Pruckman. *Con. 49. num. 136.* Quod ſi Exceptionem calumnioſè & differendæ litis cauſsâ opponat, non eſt admittenda. Hipp. *ſing. 686. & in l. patre. n. 104. de qq.* Rut. Ruland. *tr. de comm. p. 1. lib. 2. cap. 7. num. 22.* Daniel Muller. *ad conſt. Sax. p. 1. conſt. 5. n. 8.* Imò ſi tantum præſumptio, nedum vbi manifeſtum ſit Exceptiones opponi causâ differendæ litis, admitti non debent, nec appellari poteſt, ſed judex tenetur ſtatim reijcere Exceptiones:

ceptiones calumnioſas litis protelandæ gratia oppoſitas. Innoc. *in c. poſt elect. de conc. præb.* Bl. *in l. 2. col. 5. C. ſent. reſc. non poſſ.* Hip. de Mars. *in pr. crim. §. oportet n. 80.* Alexander. *con. 65. n. 5. vol. 1.* Ceph. *con. 223. n. 15. vol. 2.* Gail. *2. obs. 27. n. 10.* Bellam. *dec. 236. per l. 15. à quo. ibi*: per calumniam petunt. *lib. 41. de præſcript.*

Impetrato proceſſu, & executâ citatione, primum & præcipuum eſt Remedium Libellus articulatus quo factum nudè ac rotundè narretur, junctâ petitione & additis clauſulis ſalutaribus in libellis vſitatis ac conſuetis, idque cum expreſſa in ſingulis articulis deſignatione, quo genere probationis velit intentionem ſuam probare, an per inſtrumenta, an per teſtes, an per juſiurandum? Ant. Faber. *lib. 9. Cod. for. tit. 22. art. 5. Auctor. diſcur.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 27.* Dn. Obrecht. *in eleganti tract. d. concip. & for. libell.* Præcipuum vocavimus Remedium, quia Libellus judicij fundamentum dicitur, ad quod omnes actus, præcipuè litis conteſtatio, probatio, & ſententia referuntur. *not.* Sig. Scaccia. *d. jud. cau. civ. c. 50. n. 25.* Obrecht. *d. tract. cap. 18. n. 2.* Iohan. d. Graſs. vocat truncum arboris judiciariæ. Sicut enim truncus regit totam arborem: ita & libellus regulat totum proceſsum. Mod. Piſtor. *con. 21. n. 4. vol. 2.* 17.

Articulorum abrogationem pro litium Remedio venditat Nic. Vigelius, & exiſtimat præſtare ſyllogiſticâ formâ, vel copioſius argumentum proponere & aut negando, aut diſtinguendo ad id ab adverſario reſpondere. Sed in Articulis etiam ſyllogiſtica forma, & propoſitionum *συζυγία* cōtinetur, vt primis propoſitio ſiuè actionis genus præmittatur, medijs aſſumptio, ſeu facti ſpecies, vltimis concluſio & petitio. Obrecht. *in diſp. d. form. lib. the. 491.* Arnol. Reyg. *diſp. 3. proc. jud. th. 6.* Deinde quid magis inſtruat judicem de cauſa cogniturum, quàm hæc copulata lectio? quid Reo conuento commodius inſinuet & ſpeciem futuræ litis, quam actionis formula cum tota facti ſerie conjuncta? quid denique litis compendio magis deſeruiat, quam vno ſcripto omnia proponere, quæ alioquin velut eadem cantilena ſœpius eſſet repetenda *inquit* Oldend. *d. form. lib. tit. d. poſſ. & art. folio. 6.* Benincas. *in §. omnium. nu. 62. Inſt. d. action.* Ruland. *d. Comm. p. 3. lib. 1. cap. 2. nu. 5.* Sublato igitur abuſu, non errore, ſed ratione abbreuiendarum litium introducta videtur conſuetudo articulandi quod æquum fuit viſum, Actori licere, vt de Dei voluntate periculum faceret, an citra alias probationes, longiorem- 18.

què litis protelationem, bonam fidem agnoſcere, & controverſiæ modum vellet imponere. *arg. clem. ſæpe §. & quia d. V. S.* Leopoldus. Dicki. *in Oecon. tit. d. inter. §. & eſt ſciend.* Ruland. *d. c. 2. n. 7.* Carpan. *ad ſtat. Mediol. c. 93. in rub. n. 3. p. 1.*

19. Quod ſi Litigaturus per inſtumenta probare velit, eadem deſignet & exprimat ijsdem articulis, nec non adverſario exemplum tam inſtrumentorum, quam libelli & citationis exhibeat, vt inſtrui poſſit, an liti cedere vel contendere velit, & inſtructus ad libellum reſpondeat, quam in rem collatio fiet Exempli cum authenticâ & originali ſcripturâ per judicij protonotarium. Ant. Faber. *9. Cod. for. tit. 22. art. 6. Auctor. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 27. & ſe* Arnol. de Reyg. *diſp. 3. proc. ju. th. 2.* Konig. *cap. 39.* von der Clag vnd Antwort. *§. 2.* Step. Bercht. *tr. d. jud. c. 10. th. 155. per Auth. offeratur. ibi* Sichar. *n. 11. C. d. litis cont.* Wurms. *lib. 1. pr. ob. tit. 9. obs. 10.* Ratio huius Remedij, vt inſtrumenta ſimul & ſemel cum libello producantur, quod ſi collitigans aliquid in facto habeat, quod inſtrumenta vel ſigilla ſint falſa, aut producens non rectè acquiſiuerit, illud in continenti vnà cum Exceptionibus, replicis vel duplicis opponat, & ſimul probet inſtrumenta eſſe juſta, ne litigaturiens duplici proceſſu & inutilibus ſumptibus oneretur. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 28.*

20. Quod ſi per teſtes intentio ſit probanda, non *ſolum deſignentur* in articulis, ſed etiam Commiſſarij nominentur: contra quos ſi collitigans excipere velit, ſtatim ſequenti termino cum reliquis exceptionibus faciat, aut oretenus indicet, vt ex officio alij ſubſtitui & teſtimonium perfici poſſit. Anton. Faber. *lib. 9. Cod. for. tit. 22. art. 7. Auctor. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 29.* Pileg. *q. 40.* Her. Seucrol. *de cauſſ. cap. 13.*

Quod ſi nec inſtrumentis, nec teſtibus intentionem probare velit, ſed ſolo adverſarij ſui jurejurando æquè libello ſupplici exprimat, & juſiurandum adverſario deferat, alioquin poſtea non audietur. Faber. *d. lib. 9. tit. 22. art. 8.*

21. Hoc juramentum deciſorium aliâs eſt maximum expediendarum litium Remedium, vt ait Caius. *in l. 1. d. jureiur.* quia certa eſt litis definitio, quæ fit cum obteſtatione diuinâ. Clem. Alexan. *lib. 7.* *ςρωμάτην.* Cujac. *in par. pen. tit. d. jureiur.* Plato. *lib. 12. d. LL.* refert Rhadamantum lites interpoſito juramento finijſſe. Pietas enim perjuria neſcit. Ariſt. *1. Rhet. cap. 15.* Vnde lites ſæpè graviſſimæ vnius

juramenti

juramenti inter poſitione deciduntur atque finiuntur, vt *inquit* Setzer. *in praf. tr. d. juram. num. 1. & 2.* In Angliâ poſtrémum litium decidendarum Parlamentum eſt, quod vocant Conſciencies court. Thom. Smith. *lib. 2. de Repub. Angl. c. 12. & lib. 3. c. 7.* Ita juratoriâ purgatione in cauſis tam ciuilibus quam criminalibus, frequenter hodiè Septentrionales populi, Dani, Holſati, Sueci, ad lites celeriter, dirimendas vtuntur, & ita conceditur, vt vel ſolus is juret, cui defertur, vel cum compurgatoribus Reum vera juraſſe jurantibus. Godelman. *lib. 3. d. Mag. lam. ven. cap. 4. n. 15.* Hier. Setzer. *lib. 3. d. juram. cap. 11. nu. 26.* Saxones vocant, die Klage in das gewiſſen ſchicken. Landr. *lib. 3. art. 9.* Konig. *in proc. cap. 66. nu. 1.* Treut. *vol. 1. diſp. 21. theor. 10.*

Quamvis hæc ita ſint, & juramentum pro veritate habeatur, imò per juſiurandum tranſigatur, quod de non debito faciat debitum. 22.
Ang. & Schneidvv. *in §. item ſi quis n. 1. Inſt. d. action.* Borch. *d. juram. c. 8. n. 1.* Cujac. *Nou. 90.* Attamen huius ſeculi impietate ac temporis injuriâ ac licentiâ, dicitur emplaſtrum æris alieni, Gell. *lib. 16. cap.* 7. Ware. de Erenberg. *lib. 2. d. fœder. c. 1. n. 121.* Vnde hoc Remedium propter auream Platonis doctrinam. *lib. 12. d. LL.* non adeò arridet. Nunc verò, *inquit*, quia mores hominum alij, & improbi plures, nec ille judicandi modus, congruit. Itaque prudens legislator in judiciorum executione juſiurandum Litigantium prohibebit, vt tàm accuſatoris intentio, quam rei deprecatio ſine jurejurando in judicijs conſcribatur. Nam ſi jurandi licentia in ciuitate dabitur, vbi plura ad judices deferuntur cotidiè, omnes penè perjuri erunt. *refert.* Toloſan. *lib. 50. Syntag. jur. vniv. c. 6. n. 11.* Ergo pertinet ad ſuperiores, edicere, ne impoſterum facilè juramenta deferantur. Felin. *c. apoſt. n. 4. d. Excep.* Ioh. Pet. Ala. *tr. d. Adv. Chriſt. p. 1. quaſt. 55.* ſicut aliàs juramenti præſtationem in ſe viri boni absque religione magnâ non ſuſcipiunt. Rauchbar. *quaſt. 11. nu. 18. per l. ſi duo. inf. d. jurei. c. etſi Chriſt. d. jurei. c. 2. Ex. de probat.*

Sed ad rem vt redeamus. 2. in hoc litis Remedio requirit Ant. 23.
Faber. *lib. 9. Cod. for. tit. 22. art. 5. & 9.* prius, vt Litigans de fide ac veritate articulorum juret, quod nihil aliud quam juramentum DANDORVM. Cammergerichts Ordnung. *p. 1. tit. 69. & p. 3. tit. 15. §.* Zùm andern. Gail. *1. obs. 79. n. 10. & obs. 82. n. 1.* Myns. *cen. 5. obs. 88. n. 4.* Sich. *ad l. 3. nu. 10. C. d. jud.* Reyger. *diſp. 5. concl. 13.* Gilhau. *in arb. jud. c. 4. ram. 3.* poſterius vt libellum offerens, jungat libello reſponſum

Advocati

Advocati ſui, quo contineatur, præſuppoſitâ facti veritate, videri actorem juſtam litigandi cauſam habere, additis rationibus ex jure deſumptis. Faber. *d. lib. 9. Cod for. t. 22. art. 9. & 10.* vbi ſubjungit nova citatione opus, niſi actor hæc omnia diligenter præſtiterit.

24 Quæ ſi fecerit Reus collitigaturus intra præſtitutum tempus 6. ſept. compareat, & ad omnia libelli contenta mediante juramento reſpondendorum, reſpondeat diſtinctè, articulatim, & cathegoricè per confeſſionem, aut negationem ſimplicem, ita vt non liceat ei libellum negare inordinate & confusè, ſed ad pedem cuiusq; articuli reſponſum inſerat. Ant. Faber. *lib. 9. Cod. for. tit. 22. art. 13. Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p 28.* Gail. *lib. 1. obs. 79. in f.* Wurmb. *tit. 14. obs. 1.* Ayrer. *p. 1. pr. his. cap. 7.* vbi forma vtriusq; juramenti. Aut cauſas quare non teneatur comparere producat, in vno termino omnes Exceptiones declinatorias ſive dilatorias articulatim exhibeat, cum annexis copijs ac nominatione Commiſſariorum quando exceptiones probare velit. *c. paſtoralis. except.* Cammergerichts Ordnung. *p. 3. tit. 13. §. f.* Myns. *5. obs. 89.* Reyg. *diſp. 4. pro. jud. the. 30.* Item reſponſiones eventuales ad libellum, junctis omnibus exceptionibus peremptorijs, copijs inſtrumentorum & nominatione Commiſſariorum. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 28.* Faber. *9. Cod for. tit. 22. art. 14. & 17.* vbi putat 8. dies inter citationem & comparitionem ſufficere, aut breviorem terminum ex compacto Litigantium.

25. Sed cum tam citò de juribus ſuis vix & ne vix inſtrui poſſit Reus, arctior citatio decernenda ſub poëna confeſsi, & tertia dilatio non concedenda, niſi impedimentum juramento probetur. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 30.* Faber. *d. lib. 9. Cod. for. tit. 22. art. 16.*

Quod ſi dilatorias Exceptionis opponat. Actor intra ſimile 6. ſeptimanarum ſpacium, reſponſiones ac replicas, junctis in eventum ſimiliter copijs exhibeat, interim Reſponſiones eventuales & peremptorias Exceptiones reſerventur vſque ad finem dilatoriarum, & niſi ſufficienter reſponſum ſit, illud injungendum ſub comminatione ſolita. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 30.* Hoc enim judicis officium, quando Litigatores excipiunt articulos impertinentes, varios, incertos, generales, obſcuros, diligenter æſtimari obiecta deformitas emendatione digna ſit, nec nê. Si deprehendat indignam eſſe, punire alterum debet, qui differendæ litis cauſâ inutili exceptione vſus eſt. Sin dignam, mature correctionem procurabit

vel

vel articulos planè à limine judicij repellet. In hoc tamen judex circumſpectus ſit ne litigantium affectui nimium indulgeat, & articulos vel temerè admittat, vel reijciat. Obrecht. *d. cons. & form. lib. cap. 1. n. 57. in f.*

In po. declinatoriarum Exceptionum ſi quid in facto ad huc conſiſtat, duplicando & triplicando proponi poteſt, termino conſtituto, licet in Cam. imp. litium finiendarum cauſâ modus præſcribatur, ne in dilatorijs vltra duplicationem, in peremptorijs verò vltra triplicationem procedatur, quod Elect. Sax. rectè ſequitur. Cammergerichts Ordnung. *p. 3. tit. 26. §.* wo aber. Olden. *tit. quid ſit exeq. Conſt. p. 1. tit. 8.* Reyg. *diſp. pro. jud. th. 36. Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 31.* Item Reſponſiones captioſæ, refert ſe ad ea quæ ex parte ſua, aliàs negat, negat ad fines prætenſos, refert ſe ad inſtrumenta, & eiusmodi, quæ nec confeſſionem, nec negationem ſimplicem continebunt, omninò reijciantur. Antonius Faber. *lib. 9. Cod. for. tit. 22. art. 13. & 18.* Gail. *1. obs. 82.* Harprecht. *diſp. proc. jud. conſil. 82.* vbi ſuadet vt Reus reſponſum advocati ſimul exhibeat, quo præſuppoſitâ facti veritate juſtam à reo foveri cauſam, juſtasquè exceptiones allegatas, rationibus ex jure ſumptis probet. Exceptiones contra Reſponſiones non admittantur quia judex ſatis cognoſcit, & dignoſcit, vtrum ſufficienter reſponſum, nec non. *Auctor. diſcurs.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 21. §.* ob aber die Reſponſiones. 26.

His ita peractis atque relictis, ſi referens videat collitigantes in facto conſentire, & ita controverſiam non in facto, ſed jure conſiſtere, non opus eſt vlteriori proceſſu, ſed lis definitivè terminari poteſt. *Auctor. diſcurs.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 31.* Sin in facto ſint diſcordes, ad ipſam litis diſceptationem, ſecundam judicij partem progrediendum & inſtantia inchoanda, vbi vetera jura & ſatisdationes antiquæ meritò eſſent revocandæ, vt calumniæ, & litis perſequendæ, quæ videtur eſſe ipſa vetus judicio ſiſti; ſe vſquè ad finem litis permanſurum eſſe, Das er wolle die Sache zu Rechte außführen. *§. 13. Inst. de ſatud. l. ſeruum. 33. de procurat. Nov. 53. §. cæterum. Nov. 112.* Giphan. *de caut. jud. the. 5.* Konig. *cap. 46. n. 2.* Term. *cap. 30. §. quia verò.* Item ſatisdatio litis intra 2. menſes conteſtandæ à tempore porrecti libelli. *Nov. 96. cap. 1. tit. 8. coll. 7. Auth. libell. C. de lit. cont.* Videmus enim hodiè ratò, imò nunquam in primo anno ad Litis conteſtationem vſque procedi, vt ait Pruckman. *con. 22. n. 26.* Vult. *vol. 1. con. Ac. Mar.* 27. 28.

Hoc ſi in omnibus judicijs fieret, nec alter litigantium poſt alterum Reſcriptum aliquod emendicaret, minus litigioſorum proceſſuum extaret, neq; tanta eorundem confuſio miſeros Litigantes turbaret. Remedium ſuggerit Brodæus ad Polletum. *lib. 4 hiſt. for. Rom. c. 7.* vt falſa litium reſcripta impetrantes acrius puniantur, & quidem in duplum.

4. Tempus litigioſi proceſſus eſt Triennium, quod ſi in omnia reducatur fora, tribunalia illico præſtantiſſimum remedium, Thyriaca, & antidotum quo litium multitudo profligata ceſſabit. Hoc conſulit Thoming. *con. 17. n. 18.* Chriſt. Ohemi. *in diſc. jur. pol. c. 5. n. 103.* magnam ſibi ſpem affulgere *inquit*, materiam litium quærelarum, vlulatuum &c. præciſam fore hoc reductionis triennalis remedio. Iohan. Niellius. *diſp. Feud. 11. the. 2. lit. f.* teſtatur, quod niſi in multis jus Iuſtinianeum jure poſtliminij in vſum revocemus, & cumprimis quoad dilationes ad replicandum & duplicandum, quoad inſtantiam biennij & triennij, litis conteſtationem legis rogandi, abrogandi, interpretandi, quoad judicum delectum, malè judicantium poënas, & his ſimilia, nunquam ſperandum, præſens litium immortalitati duraturum aliquod remedium afferri poſſe.

5. Ratio huius remedij, quod inſtantia litium ſimilium triennalis favore publico ſit introducta. Ergo conſenſu Litigatorum prorogari nequit, ſed ipſo jure perempta eſt, adeo, vt quicquid fit coram judice lapsâ litis inſtantia, id nulliter fiat. Natta. *cons. 304. nu. 11.* Bar. Cornaz. *dec. Rot. Luc. 97. n. 4. per gl. in l. properandum C. d. iud. gl. in l. 1. §. ſed ſi gl. d. judic.* Etiamſi pactum de protogando litis inſtantiam juramento eſſet firmatum. H. Hartm. *in pr. obſ. ſub. tit. d. miſcell. obs 16.* Maras. *in ſpec. p. 5. prius. nu. 23.* Ias. Br. & Alex. *in l. properandum. C. d.*
6. *judic.* Ordelaph. *ad l. fin. n. 73. de Rei vend.* Rationis ratio, ſiquidem per eam jus partis extinguatur, omniaq; acta ad litis ordinationem tendentia pereant, reſervatis ſolummdo probatorijs. Myns. *cent. 3. obs. 49.* Reyger. *in reper. lit. I. nu. 40.* Imò peremptâ litis inſtantiâ, ſi feratur ſententia, erit ipſo jure nulla. *l. cum non ex eo die. C. quando, prouo. non eſt neceſſe.* Ratio, quia Iudex peremptâ inſtantia deſinit eſſe judex, & actorum coram eo factorum non maior eſt auctoritas quam ſi coram incompetente judice eſſent facta. Ioh. Bap. Aſin. *in pr. jud. §. 2. c. 14. n. 4. & 5.* vbi addit judicem peremptâ inſtantiâ ſententiam ferentem poënâ eſſe afficiendum. Felin. *in c. ex cauſ. de off. deleg.* communem

communem eſſe aſſert. Reg. Sixtin. *vol. 3. con. Acad. Mar. 10. num. 14. ſeqq.*

Quamvis autem inſtantia litium civilium prorogare nequeat; 7.
abbreviari tamen poteſt conſenſu litigatorum quia qua ratione prorogari non poteſt, eàdem breviari valet, favore publico, vt litium ſit finis. Rom. *in l. 2. d. re iud.* Alex. *in l. properandum pr.* & Ias. *col. pen. C. d. jud.* Par. de Put. *tr. Synd. verb. ſententia. cap. 6. per tot.* Tiraq. *d. ret. cons. §. 1. gl. 10. n. 30.* Ioh. Ordelaph. *ad l fin. n. 76. d. R. V.*

Duplex huius ſalutaris Remedij incommodum adfertur. 1. 8.
quod ſit impoſſibile inſtantiam reduci in fora propter multitudinem litium. 2. quod antè inſtantiam Litigatores 30. 50. & pluribus annis ſine interitu litis in Exceptionibus verſentur. Prius non eſt impoſſibile, qui enim deſperes fieri, quæ facta ſunt? inquit Veget. At lites omnes triennio fuerunt abſolutæ. Ergò adhuc fieri poteſt. Quidni enim ſpacio 3 annorum à litis conteſtatione vſque ad definitiuam procedi poſſet? maximeſi inutiles advocatorum allegationes tollantur. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 44.* Alterum à ICtis conſcientioſis longè alienum eſt. Quamvis enim inſtantia currat à litis conteſtatione: tamen exceptiones dilatoriæ eventualiter conteſtandæ, aut primus actus contradictorius non malè vicem litis conteſtatæ obtinet, vti ſentiunt. Ang. Cyn. Bl. Sal. & Paul. de Caſtr. *in l. properandum §. 1. C. d. jud. per l. nulla 23. C. de procur.* Ergò ab eventuali litis conteſtatione, aut primo actu contradictorio, Triennium eſt numerandum, quo prætérlapſo lis dicitur mortua. *de l. prop. C. de jud.*

Quod ſi in ſacro principis conſiſtorio lis exordium ceperit, 9.
à prædeſtinatæ mortis periculo liberatur, & perpetuatur. Cum iniquum ſit per occupationes florentiſſimi ordinis lites hominum deperire. *l. fin. C de temp app.* Frid. Pfeil. *conſ. 159. n. 5.* ita de Camer. Imp. teſtantur. Gail. *1. obs. 141. n. 7.* Myns. *2. obs. 48.* Schuuanm. *lib. 2. prop. Cam. cap. 4. n. 6.* Hæc de Remedijs, quæ proceſſum litium antecedunt: ſequitur ipſa proceſſus coarctatio, quam non particulatim, ſed omnimodo in omnibus inſtantijs inſtituendam ſuadet *Auctor. diſc.* Vom Juſtitienwerck *pag. 20 & 47.* ibi: Wann ein feiner kurtzer richtiger Gerichtlicher Proceſs ſchrifftlich verfaſt/vnd zuhalten gebeutet. qualem nobis 40. articulis exhibet & delineat Antonius Faber. *lib. 9. Cod. for. tit. 22.*

Quoad proceſſum. 1. inſtantiæ, Remedia ſunt duplicia, gene- 10.

ralia, & particularia. Generalia ſunt, quæ totum litis proceſſum concernunt, vt ambages litigioſi proceſſus diligenter evitentur. las. *in l. fin. n. 5. C. de edict. D. Had. tollem.* Br. & cæteri Dd. *in l. 1. de reb. cred.* Weſenb. *cons. 14. n. 51.* Hoc vt fiat, litigioſæ telæ velut exordium, fomes atque ſcintilla eſt ſupplicatio ſive in ſcriptis, ſive oretenus exhibita vt rectè formetur pro extrahendis proceſſibus, cuius rei inter proceſſioniſtas ſolum meminerunt Noa Meurer. Vultei. *2. l. 2. cap. 27.* Frider. *lib. 1. de proc. ext. cap. 1. Auctor. diſc.* Vom Juſtitienwerck, *pag. 27.* ibi in einer ſupplication oder mündlich. Ab hoc litium exordio, fomite atque ſcintilla, ne ignis ſuccendatur inextinguibilis litigaturientes & providos & probos accedant cauſſidicos qui ſemper ſedent ad gubernacula proceſſus, & Aduocati per quam rarò conſulantur in perficiendis proceſſibus. Ioh. Pet. Ala. *tr. de Adv. Chriſt. p. 1. quaeſt. 31. & 38.*

11. Tertium litigioſi proceſſus Remedium generale eſt, vt Reconventio aut omninò non admittatur, aut pari paſſu ſemper expediatur. *l. papin. 14. C. de ſentent. c. at ſi clerici Ex. de judic. c. ex lit. tit. de mut. petit. vbi* Soc. *col. 13.* Lapp. *alleg. 67.* Maran. *p. 4. nu. 6. pr. diſt. n. 47.* Modeſt. Piſtorius *con. 10. n. 13. lib. 1.* Pet. Frider. *tr. de cont. cauſſ. cap. 7.* Conventus enim ſtatim litem fingit, Reconventionem inſtituit & lites ex litibus ſerit. Vnde in Gallijs non admittuntur Reconventiones niſi Actoris conventioni inſint. Papon. *ad Conſt. Burg. §. 88. inf.* Nec in Luſatia inferori Muller. *con. Saxon. p. 1. conſt. 7. n. 1.* Ita plures opinantur jure Saxonico prohibitas eſſe Reconventiones. Koning. *in proc. cap. 60. §. 1. verbo* weil dann. Weſenb. *in par. de comp. n. 9.* Fach. *diff. 46.* Reinh. *diff. 4. per art. 12. lib. 3.* Landtrecht. Non verò Cumulatio actionum, vt teſtis eſt Hanneto. *de jud. ord. cap. de libel. obl.* Ratio, quia finis cumulationis eſt, vt abbrevientur lites, & faciliùs ad exitum perducantur. Gilhaus. *in arb. jud. cap. 3. n. 30.* Fruſtra enim pluribus fit judicijs, ſeu diverſis proceſſibus litigioſis quod vno abſolui poteſt. Obrecht. *tr. de cons. & form. libell. cap. 24. n. 44.*

12. Quartum generico-principale, quod lites adeo longas, ne dicam immortales reddit, eſt ſuperflua jurium coaceruatio atque diſputatio, quæ ſi prohiberetur, maxima litigioſi proceſſus coarctatio & litium abbreviatio deprehenderetur. Hoc vel decies inculcat *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 21. 23. 26. 32. 39. 47.*

Ratio huius remedij, quod à judicibus & aſſeſſoribus tria tan-

tum

tum requiruntur ad deciſionem litis. 1. factum ipſum vt à colliti-gantibus proponitur 2. facti veritas. 3. jus quod ex facto oritur. In cauſa enim & facto jus eſt poſitum. *l. ſi ex plagis. 52. §. in cliuo. ad. l. Aquil. & l. cum duobus. 52. pro ſocio.* Ex cliente diligentiſſimè facti ſpeciem debet cognoſcere, quia niſi hanc prius plenè perceperit, certam juris rationem nunquam colligent. Obrecht. *tract. de form. & con. lib. cap. 10. n. 2.*

Facti veritatem cognoſcent vel ex confeſſionibus partium, depoſitionibus teſtium, vel ex inſtrumentis & literarijs documentis, vel denique his omnibus deficientibus, ex præſtatione juramenti, in caſibus, in quibus hoc habere poteſt. Ius quod ex facto oritur judex ipſe ſcire debet, nec ab Advocatis addiſcere. Ergò invtilis & ſupervacanea eſt eiuſcemodi jurium coarcervatio, nec aliud commodum præbet, quam ſi piſtor modium tritici in ſacco paleæ ad coquendum panem acciperet, hic nihil aliud Remedij eſſet quam triticum ex paleis colligere, quod ſummi laboris: Ita Iudices ex immenſo actorum productorumq; oceano aliquot mille folia ein Reiß Papeir ſuperantium ſtatum cauſæ & facti ſpeciem perſcrutari coguntur, quòd immenſi laboris, & eò facile ſuperſediſſet, modò ſuperfluæ jurium diſputationes omiſſæ fuiſſent, vt optimo ſimili demonſtrat *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 23. §.* Der Vrtheil *lit.* D. *7.* Ne quid dicam deſumptib. in eiuſmodi producta erogandis, quę reproducta contraria eiuſdem magnitudinis à colligigante invito extorquent. Item *pag. 44.* welches Gelt ſo wol angelegt/als wann es in das Waſſer geworffen. 13.

Deniquè lites ordinariæ ab extraordinarijs diligenter ſecernantur, nec in his proceſſus ordinarius admittatur, ſicut nec in cauſis debiti liquidi, iniuriarū & ſimilibus proceſſus appellatorius. Sumatim pro Citationib. vel mandatis, ſupplicationes, procuratorū conſtitutiones, libelli, gravamina appellationis, exceptiones, replicæ, duplicę, Reſpōſiones, interrogatoria modica, inſtrumēta & eiusmodi ſcripta admittātur: reliqua omnia oretenus proponantur, & collitigans ore tenus atq; breviter reſpōdeat, nec vll⁹ proceſſus decernatur, niſi prius amicabilis compoſitio præceſſerit. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p. 48.* Antonius. Faber. *lib. 9. Cod. for. tit. 22. art. 1. in pr.* Quod ſi proceſſus fuerit ſemel decretus, ad proximam dilationum copiā, merito reſtringenda, per ea quæ tradit Ruland. *de Commiſſ. lib. 2. cap. 9. num. 6.* Hæc ſunt generalia litigioſi proceſſus remedia: particularia ſunt in 14.

 tribus

tribus eiusdem partibus, præparatoria diſceptatoria, & definitivæ.

15. In præparatorijs litium conſideranda, Citatio atquè contumacia: Prior cum ſingulos ad actus fiat, Acta longius infarcit, & lites protelat, vt puta comparendum, reſpondendum, videndum iurare teſtes, produci inſtrumenta, publicari relationes, acta, ſententias &c. Vnde commodum litigioſi proceſſus Remedium, ſi citatio generalis tantum decernatur, ad totam cauſam per ſe, aut procuratorem tractandum, ſecundum Cameræ ſtylum. Myns. *cen. 4. obs. 33.* Arn. de Reyger. *diſp. 2. proceſſ. jud. theor. 17. per gl. in Auth. qui ſemel. verb. tribus. C. quom. & quam in.* modò ſemper inſeratur cauſa litis ob quam & ad quam quid citetur. *c. præterea. 2. vbi Pan. n. 8. de di lat. gl. in c. cum dilect. 6. de obl. & cont. c. ſi primates. 5. quæſt. 2. l. 2. ſi quis in ius voc. non ierit.* Ias. *in l. fin. n. 4. C. de procur.* Spec. *de cit. § 1. nu. 6.* Gail. *1. obs. 5.* Myns. *cen. 5. obs. 85.* CammerGerichts Ordnung. *p. 3. tit. 12. §. 3.* ibi: Vnnottürfftig dilationes, vnd Verlängerung der Sachen / Damit abzuſchneiden / quem ſequitur Elect. Saxon. ſuper. dicaſt. Lips. anno 49. tit. von der Citation folio. 204. Huc facit citatio peremptoria, modò tot dies in ſe habeat, quot alliàs ſimplices tres habituræ fuiſſent, cum particula peremptoriè. *l. in perempt. 71. & ſeq. de jud. l. contumacia. 53. §. 1. de re jud.* Schrad. *in Feud. p. 9. cap. 7. n. 44.* Konig. *in proc. cap. 27.* von der endtlichen vnd Peremptoriſchen Citation *n. 3.* Churfürſtlichen Sächſiſchen Oberhoffgericht zu Leipzig *n. 49. fol. 204.* Reig. *diſp. 2. proc. jud. thes. 9.*

16. Aut comminatione, Soll nichts deſto weniger geſchehen / vnd ergehen was Recht iſt / quæ habet vim peremptoriæ citationis. *l. 2. C. quom. & quan.* Maur. *in proc. p. 11.* Muller. *ad conſt. Sax. 3. n. 20.*

Alterum Remedium, vt Contumacia Reorum lites protelantium neque ad alterum ſeculum, ſeverius puniatur, quia præſumptio eſt adverſus eum qui ea proponere aut producere in judicio cunctatur, quæ proponenda omnino fuerant; minus ſcilicet juſtam bonamque litigare litem. *not.* Boër. *dec. 42. n. 20.* Bl. *con. 37. vol. 1.* Crau. *cons. 75. n. 9.* Maſcard. *de probat. Concl. 531. n. 59.* Pruckman. *Con. 49. num. 136.* Quod ſi Exceptionem calumnioſè & differendæ litis cauſſâ opponat, non eſt admittenda. Hipp. *ſing. 686. & in l. patre. n. 104. de qq.* Rut. Ruland. *tr. de comm. p. 1. lib. 2. cap. 7. num. 22.* Daniel Muller. *ad conſt. Sax. p. 1. conſt. 5. n. 8.* Imò ſi tantum præſumptio, nedum vbi manifeſtum ſit Exceptiones opponi causâ differendæ litis, admitti non debent, nec appellari poteſt, ſed judex tenetur ſtatim reijcere Exceptiones:

exceptiones calumnioſas litis protelandæ gratia oppoſitas. Innoc. *in c. poſt elect. de conc. præb.* Bl. *in l. 2. col. 5. C. ſent. reſc. non poſſ.* Hip. de Mars. *in pr. crim. § oportet n. 80.* Alexander. *con. 65. n. 5. vol. 1.* Ceph. *con. 223. n. 15. vol. 2.* Gail. *2. obs. 27. n. 10.* Bellam. *dec. 236. per l. 15. à quo. ibi*: per calumniam petunt. *lib. 41. de præſcript.*

Impetrato proceſſu, & executâ citatione, primum & præcipuum eſt Remedium Libellus articulatus quo factum nudè ac rotundè narretur, junctâ petitione & additis clauſulis ſalutaribus in libellis vſitatis ac conſuetis, idque cum expreſſa in ſingulis articulis deſignatione, quo genere probationis velit intentionem ſuam probare, an per inſtrumenta, an per teſtes, an per juſiurandum? Ant. Faber. *lib. 9. Cod. for. tit. 22. art. 5. Auctor. diſcur.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 27.* Dn. Obrecht. *in eleganti tract. d. concip. & for. libell.* Præcipuum vocavimus Remedium, quia Libellus judicij fundamentum dicitur, ad quod omnes actus, præcipuè litis conteſtatio, probatio, & ſententia referuntur. *not.* Sig. Scaccia. *d. jud. cau. civ. c. 50. n. 25.* Obrecht. *d. tract. cap. 18. n. 2.* Iohan. d. Graſs. vocat truncum arboris judiciariæ. Sicut enim truncus regit totam arborem: ita & libellus regulat totum proceſsum. Mod. Piſtor. *con. 21. n. 4. vol. 2.* 17.

Articulorum abrogationem pro litium Remedio venditat Nic. Vigelius, & exiſtimat præſtare ſyllogiſticâ formâ, vel copioſius argumentum proponere & aut negando, aut diſtinguendo ad id ab adverſario reſpondere. Sed in Articulis etiam ſyllogiſtica forma, & propoſitionum συζυγία cõtinetur, vt primis propoſitio ſiuè actionis genus præmittatur, medijs aſſumptio, ſeu facti ſpecies, vltimis concluſio & petitio. Obrecht. *in diſſ. d. form. lib. the. 491.* Arnol. Reyg. *diſſ. 3. proc. jud. th. 6.* Deinde quid magis inſtruat judicem de cauſa cogniturum, quàm hæc copulata lectio? quid Reo conuento commodius inſinuet & ſpeciem futuræ litis, quam actionis formula cum tota facti ſerie conjuncta? quid denique litis compendio magis deſeruiat, quam vno ſcripto omnia proponere, quæ alioquin velut eadem cantilena ſœpius eſſet repetenda *inquit* Oldend. *d. form. lib. tit. d. poſſ. & art. folio. 6.* Benincas. *in §. omnium. nu. 62. Inſt. d. action.* Ruland. *d. Comm. p. 3. lib. 1. cap. 2. nu. 5.* Sublato igitur abuſu, non errore, ſed ratione abbreuiendarum litium introducta videtur conſuetudo articulandi quod æquum fuit viſum, Actori licere, vt de Dei voluntate periculum faceret, an citra alias probationes, longiorem- 18.

quèlitis protelationem, bonam fidem agnoſcere, & controverſiæ modum vellet imponere. *arg. clem. ſæpe §. & quia d. V. S.* Leopoldus Dicki. *in Oecon. tit. d. inter §. & eſt ſciend.* Ruland. *d. c. 2. n. 7.* Carpan. *ad ſtat. Mediol. c. 93. in rub. n. 3. p. 1.*

19. Quod ſi Litigaturus per inſtrumenta probare velit, eadem deſignet & exprimat ijsdem articulis, nec non adverſario exemplum tam inſtrumentorum, quam libelli & citationis exhibeat, vt inſtrui poſſit, an liti cedere vel contendere velit, & inſtructus ad libellum reſpondeat, quam in rem collatio fiet Exempli cum authenticâ & originali ſcripturâ per judicij protonotarium. Ant. Faber. *9. Cod. for. tit. 22. art. 6. Auctor. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 27. & ſe* Arnol. de Reyg. *diſp. 3. proc. ju. th. 2.* Konig. *cap. 39.* von der Clag vnd Antwort. *§. 2.* Step. Bercht. *tr. d. jud. c. 10. th. 155. per Auth. offeratur. ibi* Sichar. *n. 11. C. d. litis cont.* Wurms. *lib. 1. pr. ob. tit. 9. obs. 10.* Ratio huius Remedij, vt inſtrumenta ſimul & ſemel cum libello producantur, quod ſi collitigans aliquid in facto habeat, quod inſtrumenta vel ſigilla ſint falſa, aut producens non rectè acquiſiuerit, illud in continenti vnà cum Exceptionibus, replicis vel duplicis opponat, & ſimul probet inſtrumenta eſſe juſta, ne litigaturiens duplici proceſſu & inutilibus ſumptibus oneretur. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 28.*

20. Quod ſi per teſtes intentio ſit probanda, non *ſolum deſignentur* in articulis, ſed etiam Commiſſarij nominentur: contra quos ſi collitigans excipere velit, ſtatim ſequenti termino cum reliquis exceptionibus faciat, aut oretenus indicet, vt ex officio alij ſubſtitui & teſtimonium perfici poſſit. Anton. Faber. *lib. 9. Cod. for. tit. 22. art. 7. Auctor. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 29.* Pileg. *q. 40.* Her. Seuerol. *de cauſſ. cap. 13.*

Quod ſi nec inſtrumentis, nec teſtibus intentionem probare velit, ſed ſolo adverſarij ſui jurejurando æquè libello ſupplici exprimat, & juſiurandum adverſario deferat, alioquin poſtea non audietur. Faber. *d. lib. 9. tit. 22. art. 8.*

21. Hoc juramentum deciſorium aliâs eſt maximum expediendarum litium Remedium, vt ait Caius. *in l. 1. d. jureiur.* quia certa eſt litis definitio, quæ fit cum obteſtatione diuinâ. Clem. Alexan. *lib. 7.* ϛρωμάτων. Cujac. *in par. pan. tit. d. jureiur.* Plato. *lib. 12. d. LL.* refert Rhadamantum lites interpoſito juramento finijſſe. Pietas enim perjuria neſcit. Ariſt. *1. Rhet. cap. 15.* Vnde lites ſæpè graviſſimæ vnius

juramenti

juramenti inter poſitione deciduntur atque finiuntur, vt *inquit* Setzer. *in præf. tr. d. juram. num. 1. & 2.* In Angliâ poſtremum litium decidendarum Parlamentum eſt, quod vocant Conſciencies court. Thom. Smith. *lib. 2. de Repub. Angl. c. 12. & lib. 3. c. 7.* Ita juratoriâ purgatione in cauſis tam ciuilibus quam criminalibus, frequenter hodiè Septentrionales populi, Dani, Holſati, Sueci, ad lites celeriter, dirimendas vtuntur, & ita conceditur, vt vel ſolus is juret, cui defertur, vel cum compurgatoribus Reum vera juraſſe jurantibus. Godelman. *lib. 3. d. Mag. lam. ven. cap. 4. n. 15.* Hier. Setzer. *lib. 3. d. juram. cap. 11. nu. 26.* Saxones vocant, die Klage in das gewiſſen ſchicken. Landt. *lib. 3. art. 9.* Konig. *in proc. cap. 66. nu. 1.* Treut. *vol. 1. diſp. 21. theor. 10.*

Quamvis hæc ita ſint, & juramentum pro veritate habeatur, imò 22.
per juſiurandum tranſigatur, quod de non debito faciat debitum. Ang. & Schneidvv. *in §. item ſi quis n. 1. Inſt. d. action.* Borch. *d. juram. c. 8. n. 1.* Cujac. *Nou. 90.* Attamen huius ſeculi impietate ac temporis injuriâ ac licentiâ, dicitur emplaſtrum æris alieni, Gell. *lib. 16. cap. 7.* Warc. de Erenberg. *lib. 2. d. fœder. c. 1. n. 121.* Vnde hoc Remedium propter auream Platonis doctrinam. *lib. 12. d. LL.* non adeò arridet. Nunc verò, *inquit*, quia mores hominum alij, & improbi plures, nec ille judicandi modus, congruit. Itaque prudens legislator in judiciorum executione juſiurandum Litigantium prohibebit, vt tàm accuſatoris intentio, quam rei deprecatio ſine jurejurando in judicijs conſcribatur. Nam ſi jurandi licentia in ciuitate dabitur, vbi plura ad judices deferuntur cotidiè, omnes penè perjuri erunt. *refert.* Toloſan. *lib. 50. Syntag. jur. vniv. c. 6. n. 11.* Ergo pertinet ad ſuperiores, edicere, ne impoſterum facilè juramenta deferantur. Felin. *c. apoſt. n. 4. d. Excep.* Ioh. Pet. Ala. *tr. d. Adv. Chriſt. p. 1. quæſt. 55.* ſicut aliàs juramenti præſtationem in ſe viri boni abſque religione magnâ non ſuſcipiunt. Rauchbar. *quæſt. 11. nu. 18. per l. ſi duo. inf. d. jurei. c. etſi Chriſt. d. jurei. c. 2. Ex. de probat.*

Sed ad rem vt redeamus. 2. in hoc litis Remedio requirit Ant. 23.
Faber. *lib. 9. Cod. for. tit. 22. art. 5. & 9.* prius, vt Litigans de fide ac veritate articulorum juret, quod nihil aliud quam juramentum DANDORVM. Cammergerichts Ordnung. *p. 1. tit. 69. & p. 3. tit. 15. §.* Zum andern. Gail. *1. obs. 79. n. 10. & obs. 82. n. 1.* Myns. *cen. 5. obs. 88. n. 4.* Sich. *ad l. 3. nu. 10. C. d. jud.* Reyger. *diſp. 5. concl. 13.* Gilhau. *in arb. jud. c. 4. ram. 3.* poſterius vt libellum offerens, jungat libello reſponſum

Advocati

Advocati ſui, quo contineatur, præſuppoſitâ facti veritate, videri actorem juſtam litigandi cauſam habere, additis rationibus ex jure deſumptis. Faber. *d. lib. 9. Cod for. t. 22. art. 9. & 10.* vbi ſubjungit nova citatione opus, niſi actor hæc omnia diligenter præſtiterit.

24 Quæ ſi fecerit Reus collitigaturus intra præſtitutum tempus. 6. ſept. compareat, & ad omnia libelli contenta mediante juramento reſpondendorum, reſpondeat diſtinctè, articulatim, & cathegoricè per confeſſionem, aut negationem ſimplicem, ita vt non liceat ei libellum negare inordinate & confusè, ſed ad pedem cuiusq; articuli reſponſum inſerat. Ant. Faber. *lib. 9. Cod. for. tit. 22. art. 13. Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p 28.* Gail. *lib. 1. obs. 79. in f.* Wurmb. *tit. 14. obs. 1.* Ayrer. *p. 1. pr. his. cap. 7.* vbi forma vtriusq; juramenti. Aut cauſas quare non teneatur comparere producat, in vno termino omnes Exceptiones declinatorias ſive dilatorias articulatim exhibeat, cum annexis copijs ac nominatione Commiſſariorum quando exceptiones probare velit. *c. paſtoralis. except.* Cammergerichts Ordnung. *p. 3. tit. 13. §. f.* Myns. *5. obs. 89.* Reyg. *diſp. 4. pro. jud. the. 30.* Item reſponſiones eventuales ad libellum, junctis omnibus exceptionibus peremptorijs, copijs inſtrumentorum & nominatione Commiſſariorum. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 28.* Faber. *9. Cod for. tit. 22. art. 14. & 17.* vbi putat 8. dies inter citationem & comparitionem *ſufficere*, aut breviorem terminum ex compacto Litigantium.

25. Sed cum tam citò de juribus ſuis vix & ne vix inſtrui poſſit Reus, arctior citatio decernenda ſub poëna confeſſi, & tertia dilatio non concedenda, niſi impedimentum juramento probetur. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 30.* Faber. *d. lib. 9. Cod. for. tit. 22. art. 16.*

Quod ſi dilatorias Exceptionis opponat. Actor intra ſimile 6. ſeptimanarum ſpacium, reſponſiones ac replicas, junctis in eventum ſimiliter copijs exhibeat, interim Reſponſiones eventuales & peremptorias Exceptiones reſerventur vſque ad finem dilatoriarum, & niſi ſufficienter reſponſum ſit, illud injungendum ſub comminatione ſolita. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 30.* Hoc enim judicis officium, quando Litigatores excipiunt articulos impertinentes, varios, incertos, generales, obſcuros, diligenter æſtimari obiecta deformitas emendatione digna ſit, nec nê. Si deprehendat indignam eſſe, punire alterum debet, qui differendæ litis cauſâ inutili exceptione vſus eſt. Sin dignam, mature correctionem procurabit, vel

vel articulos planè à limine judicij repellet. In hoc tamen judex circumſpectus ſit ne litigantium affectui nimium indulgeat, & articulos vel temerè admittat, vel reijciat. Obrecht. *d. cons. & form. lib. cap. 1. n. 57. in f.*

In po. declinatoriarum Exceptionum ſi quid in facto ad huc conſiſtat, duplicando & triplicando proponi poteſt, termino conſtituto, licet in Cam. imp. litium finiendarum cauſâ modus præſcribatur, ne in dilatorijs vltra duplicationem, in peremptorijs verò vltra triplicationem procedatur, quod Elect. Sax. rectè ſequitur. Cammergerichts Ordnung. *p. 3. tit. 26. §.* wo aber. Olden. *tit. quid ſit exeq. Conſt. p. 1. tit. 8.* Reyg. *diſp. pro. jud. th. 36. Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 31.* Item Reſponſiones captioſæ, refert ſe ad ea quæ ex parte ſua, aliàs negat, negat ad fines prætenſos, refert ſe ad inſtrumenta, & eiusmodi, quæ nec confeſſionem, nec negationem ſimplicem continebunt, omninò reijciantur. Antonius Faber. *lib. 9. Cod. for. tit. 22. art. 13. & 18.* Gail. *1. obs. 82.* Harprecht. *diſp. proc. jud. conſil. 82.* vbi ſuadet vt Reus reſponſum advocati ſimul exhibeat, quo præſuppoſitâ facti veritate juſtam à reo foveri cauſam, juſtasquè exceptiones allegatas, rationibus ex jure ſumptis probet. Exceptiones contra Reſponſiones non admittantur quia judex ſatis cognoſcit, & dignoſcit, vtrum ſufficienter reſponſum, nec non. *Auctor. diſcurs.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 21. §.* ob aber die Reſponſiones. 26.

His ita peractis atque relictis, ſi referens videat collitigantes in facto conſentire, & ita controverſiam non in facto, ſed jure conſiſtere, non opus eſt vlteriori proceſſu, ſed lis definitivè terminari poteſt. *Auctor. diſcurs.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 31.* Sin in facto ſint diſcordes, ad ipſam litis diſceptationem, ſecundam judicij partem progrediendum & inſtantia inchoanda, vbi vetera jura & ſatisdationes antiquæ meritò eſſent revocandæ, vt calumniæ, & litis perſequendæ, quæ videtur eſſe ipſa vetus judicio ſiſti, ſe vſquè ad finem litis permanſurum eſſe, Das er wolle die Sache zu Rechte außführen. *§. 13. Inſt. de ſatisd. l. ſeruum. 33. de procurat. Nov. 53. §. cæterum. Nov. 112.* Giphan. *de caut. jud. the. 5.* Konig. *cap. 46. n. 2.* Term. *cap. 30. §. quia verò.* Item ſatisdatio litis intra 2. menſes conteſtandæ à tempore porrecti libelli. *Nov. 96. cap. 1. tit. 8. coll. 7. Auth. libell. C. de lit. cont.* Videmus enim hodiè ratò, imò nunquam in primo anno ad Litis conteſtationem vſque procedi, vt ait Pruckman. *con. 22. n. 26.* Vult. *vol. 1. con. Ac. Mar.* 27.

28.

17.n.6. & vol.3. con.30.n.41. Remedium, ſi judices omnes curarent, quam primum litem conteſtari, ſicut id nominatim ſtatuto Wirtenbergico iniungitur. Landtrecht. *par.1.tit.* von beveſtigung des Krieges. *inf. pag. 84. vti refert.* Bocer. *claß. 5. diſp. 19. theor. 45.* Antonius Faber. *9. Cod. for. tit. 22. art. 25.* exigit vt Litigatores in locum judicij, quem Parquetum vocat veniant & convèniant de veritate articulorum hinc indè conteſtatorum & negatorum, quorum probabilem ignorantiam neuter Litigantium poſſit obtendere, vt ſi quid antea per errorem, non etiam dolo malo negatum fuerit, quod fateri oportuerat, locus ſit pœnitentiæ in id vsquè tempus. Fiet autem conventio ſub pœna 50. lib. fiſco applicanda, itemquè calumniæ contra eum ex litigatoribus qui per Calumniam & dolo malo quid affirmaſſe vel negaſſe comperietur, ita vt nullum eiusmodi pœnæ arbitrium penes judicem, ſed omninò infligi per ſententiam oporteat.

29. In hoc primo litigantium congreſſu articuli reproducantur, & additionales vnà cum copijs & nominatione Commiſſariorum, ſemel admittantur: ſuperadditionales verò, correctionales, & alij reijciantur poſt litis conteſtationem. Faber. *lib. 9. Cod. for. tit. 22. art. 20. & 4. ſeqq.* vbi ſuadet articulos pro reiectis habendos, qui non prædicto modo exhibentur.

Reſponſiones eventuales ac peremptoriæ *Exceptiones* nec non vlteriores reſponſiones, ſi quæ iniunctæ ac ſubſecutæ fuerint *Actori* tradantur, ad reſpondendum, replicandum, duplicandum: ex quibus ſi factum ſatis conſtet, lis terminari poteſt, quod ſi factum negetur, Commiſſarij prænominati aut alij ex officio deputari poſſunt, ad probandum ita vt facto teſtium examine non opus ſit vlla probationis deductione, ſed ex ipſis actis, & atteſtatis ſententia feratur. *Auctor. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 32.* vbi limitat, niſi quia conquereretur probationem non legitime factam, aut aliter ad Interrogatoria reſponſum, atquè rei veritas eſt, quo caſu merito audiretur, ſi verò litis protelandæ cauſa tantum peteret, puniri deberet. Antonius Faber. *9. Cod. for. tit. 22. art. 27. & ſeqq.* putat articulos coniungendos, & teſtes ab ipſo judice examinandos vel actuario à veſtigio ſtatim reprobandos, aut proximum nullitates contra teſtationes non facilè admittendas, & inſtrumenta præferenda, quàm ſi litium eventus teſtium fidei, aut potius perfidiæ committatur. *tit. 22. art. 35.*

30. Productis ad judicandum litium actis, ſequitur tertia judicij pars,

vt judices ſtatim pronuncient, & certam ferant ſententiam, etiamſi de incerta quantitate ſit actum. *§. curare Inſt. de actionibus.* quia judicis officium ſuſcipere nihil aliud eſt, niſi polliceri, ſe vnâ ſententiâ finem litibus impoſiturum. *L. pomponius. §. recepiſſe. de Rec. arb. l. 1. de re jud.* Ioh. Ordelaph. *ad l. fin. n. 125. de Rei vend.* Antonius Faber. *9. Cod. for. tit. 22. art. 36.* vbi ſuadet abſtinendum ab interlocutionibus, quantum per conſcientiam & æquitatem licebit.

Poſtquam in rem judicatam ſententia tranſijt, de eius juſtitiâ vel iniuſtitiâ quærendum non eſt. Angel. *con. 301.* quod & frater eius Bl. *con. 305. p. 1.* Frid. Pfeil. *con. 125. n. 41.* Ratio, quia per ſententiam iam vltimus liti finis eſt impoſitus. *cap. 1. vbi.* Bl. *n. 3. ex. de tranſact.* Ias. *ad. l. imp. n. 1. de re jud.* Surd. *con. 208. n. 3. vol. 2.* Pruckman, *con. 13. n. 4. vol. 2.*

Vltimum litigioſi proceſſus Remedium eſt Executio ſive rei judicatæ conſummatio, vt vocat Zas. *in l. à. D. Pio. de re jud.* Hartman. *tit. 1. obs. pr. 6.* Gail. *2. de P. P. cap. 17. n. 1.* Hic eſt effectus LL. quæ nihil proſunt, niſi ſint qui jura exequantur. *lib. 2. §. poſt. de orig. jur.* Ariſtot. *6. polit.* quia LL. ſine executione ſunt campanæ ſine piſtillo. *Auctor. diſcurſus.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 122.* Sed hoc proh dolor ſeculo novus executionis proceſſus requiritur, & ita lis ex lite oritur, contra *l. terminato C. de fruct. & lit. exp. l. minor. de minor.* Ant. de Butrio *in cap. 1. n. 9. de lib. oblat.* Ergò diligenter judici providendum, vt ſententia certius & citius executioni mandetur *l. ſi prætor. de jud. l. vn. ſi quis ius. dic. non obs. Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 56.* Faber. *9. Cod. for. tit. 22. art. 37.* vbi limitat. Niſi tertius interveniat, & executionem impugnet pro ſuo Intereſſe, quod facere poteſt ratione ſuæ hypothecæ, ſi de ea legitimè doceat. *l. à D. Pio. §. ſi ſuper. verſ. quod ſi res fuerit pignor. vbi* Iaſon. *n. 1. & 7. de re jud.* Ang. & Dd. *in §. item ſi quis. inſt. de action.* Gail. *2. d. P. P. cap. 17. n. 10.* Myns. *con. 3. obs. 73.* Benin. *dec. Bon. 67. in f* Cacher. *dec. Pedemon. 38. 105.* Ludov. *dec. Peru. 26. n. 8.* Diaz. *reg. 266.* Vultei. *2. I. R. 32. n. 13.* quo caſu tenetur intervenientes docere in promptu de ſuo jure, ita vt interventionis media & rationes proponat diſtinctè, minutatim, & ex conſilio Advocati, quæ ſtatim conſiderari & lis nova aut finiri, aut per interlocutionem in eum ſtatum diſponi, qui negotio ſit conveniens. Faber. *d. tit. 22. art. 37.* Quod ſi hic. 1. Inſtantiæ proceſſus diligenter & exactè obſervetur, impoſſibile eſt, quin vltra triennium litis inſtantia

31.

32.

duret, imò lis anni ſpacio finiatur, & judices cum referentibus immenſo labore, immenſa litigantium producta & acta ad vlnam vſq; redacta perluſtrandi atquè extrahendi ſubleventur. *Auctor. diſcurſ.* Vom Juſtitienwerck. *pag.33.* Hæc de litigioſo primæ inſtantiæ proceſſu, eius denique Remedijs, ſequitur Leuteratio, ſupplicatio, appellatio.

33. Leuterationis Remedium nonnullis in locis vſitatum Die Leuterung vnd Oberleuterung/ quo novus proceſſus introducitur, & poſt finitam primam & ſecundam appellationis inſtantiam, nova incipit inſtantia, & ita ex duabus 4. inſtantiæ fiunt, quód cum lites nimium proteler, abrogandum omninò cenſet *Auctor. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag.33. & 116.* Sed hoc cum micâ ſalis intelligendum, quia in terris Saxoniæ vix & ne vix abrogari poteſt, cum ſuccedat in locum appellationis atque ſupplicationis. Knichen. *in comm. jur. Sax. verb. jus. c. 4. Nov. Elect. Aug. p. 1. concl. 19.* Reinhar. *p. 4. diff. 21.* Dan. Müller. *lib. 1. ſent. 38. n. 2.* Et ita omnes ſententiæ tam interlocutiæ, quam definitivæ leuterari poſſunt, à quibus poteſt appellari. Zobel. *1. diff. 41.* Treutl. *vol. 2. diſp. 33. th. 4. lit. f.* Cæteris in locis vbi appellatio eſt permiſſa Leuteratio meritò abrogatur.

34. Interim aliud Remedium competit: Declaratio *ſententiæ ex* jure communi petita. quod in ſupplicatione fieri *poteſt, neq; novo* indiget proceſſu aut congreſſu Litigantium; cum eius ſit interpretari, qui dixit, nempè judicis. *Auctor. diſc.* Vom Juſtitienwerck. pag. 34. Pe. Rauen. *ad ſit. de pot. præl. nu. 5.* Inn. *in c. ſuper his. nu. 6. de accuſ.* Rober. *p. 6. aur. ſpec. n. 270.* Matt. de Afflict. *dec. 231.* Dd. *in l. 6. C. quom & quam. jud. arg. l. 9. C. de lib. cauſſa. l. 1. C. de ſen. & inter. l. 4. C. d. accuſ.* Quod ſi lis non ſit appellabilis, aut quis renunciet appellationi, per ſupplicationem petere poteſt, vt ad vlteriorem litis proceſſum admittatur. *Auctor. diſcur.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 34.* Maior enim acceleratio expediendi in petitione, quàm in libello appellatorio. Nam abbreviantur lites in petitione, cum reus per dilatorias non poſſit litem pertrahere. Eſt etiam in alio acceleratio, quia non eſt neceſſe reum reſpondere petitioni, ſicut libello de quo dubitamus. *CCtæ in clem. ſæpe. vbi.* Iacob. de S. Georg. *col. 85. de V. S.* M. Anton. Blanc. *tr. de comprom. q. 8. n. 9.*

35. Reliqua proceſſus appellatorij Remedia, vt appellans vnà cum apoſtolis reverentialibus vel inſtrumento appellationis per ſupplicationem

cationem petat citationem, Compulſoriales & Inhibitionem; quæ niſi doceantur intra menſem, appellatio pronuncietur deſerta, nec adverſus eam deſertionem detur reſtitutio in Integrum, ne quidem ex reſcripto Principis, non magis quam ſi iam citatus eſſet, ad litem deſertionis tractandam. Ant. Faber. *lib. 9. Cod. for. tit. 22. art. 37.* Sed antequam proceſſus appellatorius decernatur; appellans neceſſario in libello ſupplici indicabit. 1. vtrum quid noui in facto conſiſtens producere velit nec ne? Hic enim non deducta deduci & non probata probari debet. *l. per hanc. 4. C. de temp. appell l. 6. §. 1. vbi Goth. C. de appell.* Myns. *con. 2. obs. 21.* 2. quale illud ſit? 3. an in priori inſtantia deductum atque probatum? 4. quos novos teſtes habeat? Noui enim teſtes ſuper veteribus articulis produci atq; veteres repeti de jure ciuili poſſunt. *gl. in d. l. per hanc. C. de temp. appell.* Bl. *in add. ad Specul. §. reſtat caſus talis.* Myns. *dec. 9. reſp. 85.* Ferrar. *de appell. lib. 3. c. 6.* quod Camera aliquot vicibus ſecuta. Myns. *con. 1. obs. 4.* Secus de jure canonico, quo tantum ſuper nouis. *c. fraternitatis. 17. & c. cum veniſſent. de teſtib.* Maran. *de appell. n. 162.* Covar. *pr. qq. c. 18. n. 6.* Rol. à Valle. *con. 45. n. 8.*

His concurrentibus Requiſitis, proceſſus decerni appellatorius 36.
& poſt exhibita; prioris inſtantiæ acta declarari poteſt, vtrum illud, quod appellans de novo probaturus ſit, relevet; & ſententia prioris correctoria ſperanda ſit, nec ne? quibus in caſibus teſtes de nouo examinari poſſunt, ſecundum ea, quæ tradunt Gail. *lib. 1. obs. 105. & lib. 1. de P. P. cap. 18.* Hartm. Piſtor. *lib. 1. quæſt. 43. Auctor. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 35.* vbi juramentum malitiæ prius exigit. Sed prius appellans per libellum appellatorium omnes quas ſe habere juſtas putat appellandi cauſſas, quæ vulgò grauamina vocant, exponat clarè, diſtinctè ac minutatim: Item ſi quos novos articulos habeat proponendos, eos proponat cum copijs nominatione Commiſſariorum, & rationibus juris, quibus velit appellatoriam litem inſtruere; & judicatum impugnare, alioqui neque libellus neque appellatio ipſa vllo modo admittatur. Ant. Faber. *lib. 9. Cod. for. tit. 22. art. 38.*

Quod ſi inſtrumenta noviter reperta producantur. 4. conſide- 37.
randum, vtrum probent, nec ne. 2. is qui ſe inſtrumenta noua repeꝛiſſe aſſerit, juſiurandum deſuper præſtare tenetur. Br. *in l. admonendi. n. 4.* Caſtr. *nu. 8.* Cat. Sach. *nu. 19.* Caccial. *n. 12.* Rom. *n. 17.* Rip. *n. 55.*

Busbeq. *Epi. 1.* quia oportet pœnam adijci, nè temerè increbeſcant litium provocationes, aut vileſcat auctoritas magiſtratus. Arniſæ. *lib. 1. doct. polit. cap. 16. p. 373. &c.* Hîc mitius Remedium, ne in litibus civilibus tertiò appellantes audiantur, aut poſt primam ſententiam damnati cogantur judicatum ſoluere, præſtitâ ſaltem idoneâ cautione â victore, reſtituturum ſe ſi in appellationis lite ſuccubuerit, isque tandem claſsicum, & triumphum caneret, qui duas ſententias pro ſe haberet. Fr. Pollet. *lib. 5. hiſt. for. Rom. cap. 17.*

Hæc de Remedijs litigioſi proceſſus ſimplicis & appellatorij.

XIIII. & vltimum Caput.

DE remedijs litium Cameralium in ſuprema Spirenſi Dicaſterio.

SVMMARIA.

1. *Aſſeſſorum Cameralium excellentia, & dignitas.*
2. *Remedia litium Cameralium circa ipſum judicium, & proceſſum.*
3. *Iudicis Cameralis dignitas, vbi Remedium optatur.*
4. *Cuſani Remedium eſt conſtitutio 12. Camerarum.*
5. *Cameræ 10. ſecundum circulos imperij ſuberdinari poſſent.*
6. *Cameræ ſaltem 5. Käyſerliche Kriegsgericht ſubordinentur.*
7. *Duo Collegia Cameræ Spirenſi paria introducantur.*
8. *Subſidiarium Remedium, vt audientiæ 5. inſtituantur.*
9. *Plures Aſſeſſores, pro litium pluralitate adſciſcendi.*
10. *Annuus Conventus graviſsimarum litium Remedium.*
11. *Conventus Hiſpanorum, & Gallorum des grands jours.*
12. *Vndè ſumptus pro novis litium Cameris petendi.*
13. *Remedium, vt lites Reviſoriæ citius expediantur.*
14. *Reviſiones, præſtitâ cautione, non impediant litis executionem.*
15. *Reviſiones executionis remoræ, remorantur lites.*
16. *Remedium Reviſionis ordinariæ, & Extraordinariæ.*
17. *Remedium proceſſus Cameralis, Theoricum.*
18. *Practicum Remedium circa lites ſimplices, & appellatorias.*
19. *Appellationum Remedium Divinum optabile, & punibile.*
20. *Humanum Remedium, vt temerè appellantes puniantur,*

21. *Appellationi friuolæ non deferendum, ſed in lite procedendum.*
22. *Remedium litigantis appellati, vt ſtatim concludat.*
23. *Iuramentum, non litis protrahendæ cauſſâ appellatum.*
24. *Lites appellatoriæ ſtatuto tolli nequeunt.*
25. *Simplicis querelæ litibus, quæ Remedia ſint applicanda.*
26. *Commiſſionum expeditiones rectè faciunt ad lites.*
27. *Litigantis Remedium, vt documenta producat, & concludat.*
28. *Renunciatio ſcripti probatorij eſt Remedium litium.*
29. *Scripta probatoria ſunt litium protelationes.*
30. *Termini litium anticipandi, non retardandi.*
31. *Dilationes vti litium protelationes parcius dandæ.*
32. *Iurium allegatio prohibita eſt litium Cam. Remedium.*
33. *Litium concluſarum Remedium Supplicatio ad Præſidem.*
34. *Executionis Remedium omnium neceſſarium.*
35. *A ſententiâ Camerali non appellatur, vt ſit litium finis.*
36. *Concluſio, & vale dictio litium malitioſarum.*

HACTENVS de remedijs litium tàm generalibus quam ſpecialibus: Specialiſſima litium Cameralium Remedia nemo melius noverit, quàm rerum Cameralium peritiſſimi, ſive illuſtres domini Camerales, qui ibidem cotidiè verſantur, & lites tractant. οἳ μὲν φέρτεροι εἰσι, νοῆσαίτε, κρίναίτε. h. e. Qui potiores me, iſthæc cernere & arbitrari poſſunt; vt refert Hering. *de fidei. c. 15. n. 90. Auct. diſcur.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 47.* Ruland. *tr. de Comm. pag. 2. lib. 2. cap. 5. n. 14.* vbi Auditoribus Rotæ Rom. æquiparat. Beuſtius *ad L. perſonas egregias. 15. n. 26. de jurejur.* Horum pace abſtinerem potius, exemplo Tiberij Cæſaris, qui, quum de coërcendo luxu legem ferre vellet, nec coërceri immodicos ſumptus, & per conſequens lites immortales, poſſe videret, ſatius duxiſſe fertur omittere, quod aſſequi nequiret, quam tentare turpiter, quod poſtea non efficeret Alex. ab Alex. *lib. 3. gen. dier. cap. 11. in fin.* Vereor enim, ne mihi vaſtiſſimum litium Cam. pelagus auertere cupienti accidat, quod illis qui flumen à naturali ſuo curſu abducere, & aliò derivare infeliciter tentarunt, vt exemplis Neci, Demetrij, Calig. Neronis, Seleuci, Traiani, Caroli M. probat Schonborn. *lib. 4. pol. cap. 9.* Suaſor ſum, non legislator, cuius omnia litium Remedia eſſent vana & inania, niſi hæc ſupremi capitis adijcerentur. In libera Republica liberas 1.

oportet eſſe voces. Laudabit fortaſſe poſteritas & ſequetur ea, quæ temporum meorum incuria, ne dicam injuria neglexerit, vt inquit Antonius Faber. *lib.9.Cod.for.tit.22.*

2. Remedia litium Cameralium ſpecialiſſima concernunt aut ipſum Cameræ judicium nunquam ſatis laudatiſſimum, aut eiusdem proceſſum. Quoad ipſum Cam. judicium, omnes fatentur, litibus Germaniæ decidendis inſufficiens eſſe, & longè diſſitum: cum ſint, qui vltra 100 mil. abſint, vt ij qui in Pomerania & Holſatia habitant. Rutg. Ruland. *tr. de Comm. lib.1.c.1.n.21.* Ergò potius optandum, quam ſperandum eſt remedium, vt Camera catholicorum diſtinguatur ab Evangelicorum Camerâ, ſicut in Gallijs Hugenotę vti vocant, peculiaria habent parlamenta, ita lites omni carerent ſuſpitione, & eò citius finirentur.

3. Hoc ſi minus obtineat remedium, ſaltem judex Cameræ imperialis non ſemper Eccleſiaſticus, ſed etiam ſecularis conſtituatur, qui ſecundum breviorem juris normam atque formam lites audiat & decidat: alter ſpiræ, vbi prævalent catholici in vicinia: alter Magdeburgi, vbi in vicinia Evangelici primas tenent. Votum eſt, non fatum: fictio non præſcriptio. Sic Carolus V. in primo conv. Worm. anno 1521 ſtatuit, vt princeps ſecularis præ Eccleſiaſtico in judicem Cameralem, vbi haberi poteſt, aſſumeretur. *Pet. Frider. in præfat. lib.1. proc. Cam. §. Carolus.* Sic Elector Pal. Ludovicus nomine Auguſt. confeſs. ſupplicavit vmb Abwechßlung des Cammerrichters vnd Præſidenten in der Religion, Gylman. *part.1.ſup Cam.tit.7.* Quamvis enim per ſe ſine ſcitu & conſenſu Aſſeſſorum ordinandi, decidendi, ne votandi quidem jus habeat, ſed aliorum votis aſſiſtendi: tamen inter omnes Cam. perſonas principem locum tenet, atque inter eas, vt ſol inter Planetas fulget. Obrecht. *diſput. 2. de jud. cap. 3. thes. 62.* Ergò non immeritò ex principibus ſecularibus judex Cameralis alternatim eſſet eligendus.

4. Sed nec hoc remedio litium multitudo tolletur ex medio, niſi plures conſtituantur Cameræ, quę litibus Germaniæ decidendis ſufficient, & efficient, vt jus cum effectu detur & adminiſtretur. Hic diverſa diverſorum conſilia atque remedia in medium producuntur. Cuſanus optimus Germa; ſcriptor. *lib.3. de concor.cath.cap.33.* exiſtimat 6. aut plures ſedes ſparſim per provincias imperio ſubditas taliter ordinandas, vt quælibet ſedes ex tribus judicibus conſtituatur, pro triplici hominum ſtatu ſcilicet ex nobili

Eccleſia-

Eccleſiaſtico & populari, qui de litib. in territorio exiſtentibus inter quaſcunque perſonas etiam eccleſiaſticas cognoſcere poſſint, per viam appellationis à proprio ordinario, vel ſimplicis querelæ, ſi Actor vel Reus ordinarium ſupra ſe non habuerit, & alteri ſuſpectus fuerit. Pronunciet & citet quisque judicum, ſecundum conditionem litigantium perſonarum, nobilis inter nobiles, Eccleſiaſticus inter Eccleſiaſticos, popularis inter populares: nulla tamen definitiva feratur, niſi ex communi deliberatione omnium trium, qui in litibus arduis conſilium peritiſſimorum requirant. Hæc Cuſan.

Quod remedium ſi rectè applicetur, ſecundum decem imperij 5.
circulos ſivè tractus, ita vt in quolibet circulo ſubordinatum Cam. judicium ex prædictis tribus perſonis conſtituatur, conſtitutum cognoſcat, cognitum ad ſuperius ordinarium tranſmittat, vt transmiſſum litigij negotium dijudicet, forſan efficaciſſimum erit Remedium. Inter iſtos 10 circulos primus eſt Francicus, qui complectitur Bambergam, Wirtzburgum, Aiſtetum, Marchionem Brandeburg: Onoldinum, Burggravium Noricum, item Comites, Barones & civitates in hoc tractu, vbi Camera Noribergæ inſtitui poſſet. Obrecht. *diſp. 2. de judic. cap. 9. the. 147.*

2. Bavaricus continet Archiepiſcopatum Salisburgenſem, Friſingenſem, Ratisbonenſem, Paſsavienſem, & ducatum Bavariæ, vbi Camera Ratisbonæ fieri poſſet.

3. Suevicus, comprehendit Conſtantiam, Auguſtam vindelicorum, Epiſcopatum Curienſem, Ducatum Wirtenbergenſem, & Marchionem Badenſem, vbi Camera Auguſtæ ordinari poſſet.

4. Et 5. Rhenanus ſuperior & inferior, in quibus Wormacia, Spira, Argentina, Baſilea, Abbas Fuldenſis, Philip. Ludovicus Palati. & fratres duces Bauariæ, Lotharingia, Weſterichia, & Wederavia, vbi Camera Spiræ maneret, & Friburgi ſubordinaretur. 6. Weſtphalicus, in quo Padeborna, Leodium, Verdunum, Monaſterium, Dux Iuliacenſis, Clivenſis, Bergenſis & Geldrenſis, Comites à Naſſo, Solm, Firnberg, inferior Iſenburgia, & inferior tractus ad Moſam vſque, vbi Camera litium circularium Monaſterij poſſet inſtitui.

7. & 8. Saxonicus, vbi ducatus Saxoniæ, Marchiones Brandeburgenſes, Brunſuigum, Thuringia, Pomerania, Megalopyrgum, Magdeburgum, Brema, Hildeshemium, Halberſtadium, Merſpurgum, Lubecum & Havelburgum, vna Francofurti ad Oderam, aut Stetini, altera Lypſiæ ſubordinari poſſet Camera. Nnn ij

9. Auſtriacus. 10. Burgundiacus, pro quibus inſtituta manerent judicia, cum non appellent ad Cam. Spirens. vide conſtit. de P. P Noribergæ anno 1522. tit. Hernach folgen die zehen Kreiß/wie vnd welcher ort/ die in daß Reich außgetheilet. Obrecht. *d. diſp. 2. cap. 3. the. 147. & 5. ſeqq.* Pet. Denais. *jur. Cam. tit. 72. n. 7.* Paurmeiſt. *lib. 2. de jur. Imp. Rom. c. 2. n. 58.*

6. Hoc ſi ſuperabundans alicui videretur, tot Cameras circulares inſtitui, pro litibus Germ. decidendis, vna ſaltem in binis circulis, & ita quinque in 10 tractibus ſubordinentur, & conſtituantur Keyſerliche Kreißgerichte 5 perſonis, præſide, & 4 Aſſeſſoribus, quibus committatur, vt in omni lite circulari, aliáve, quæ per viam ſimplicis querelæ, denegatæ juſtitiæ, aut appellationis ad Cam. Imperialem ſpectat, procedant: in cauſis mandatorum, ſupplicationes, libellos, & alia ſcripta, ſecundum ordinationem recipiant: citationes, compulſoriales, inhibitiones, commiſſiones, mandata, & interlocutorias, vim definitivæ non habentes, ſecundum ſtylum decernant, & ita progrediantur, vſq; ad finem litis, ſed eiusdem relationem & deciſionem Cameræ Spirenſi relinquant, & acta integra propterea omnino transmittant. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 40. & 43.* vbi tres huius Remedij cauſas refert. 1. Vt Aſſeſſores ſupremæ Imperij Cameræ ſolis litium definitivis ſententijs vacarent. 2. Vt ordo eò citius procuratores attingeret. 3. Ne delilationes eiusmodi, quales propter diſtantiam loci hodiè petuntur, permitti poſſent. Subordinata dicit judicia, ne ſeparata ab ordinario Cam. judicio, ſed potius vnum corpus videantur, cuius caput judex Cam. Spirenſis, qui dirigat, cui ſupplicationes, libelli, & ſcripta exhibeantur, & in his ipſius ſolum nomen exprimatur. Obrecht. *diſp. 2. de jud. cap. 3. the. 64.* cuncta ſub nomine & ſigillo Cæſareo, citationes, mandata, & alia emanent & peragantur, ſecundum ordin. Cam. *p. 1. tit. 27. §.* vnd ſoll der Verwalter. Sportulæ ad corpus Spirenſe transferantur, Ordinariæ viſitationi & ipſi Cameręomninò ſubijciantur, ſicut & Rotvvilenſe judicium Cameræ ſubjectum. Ord. Rotvvil. *p. 2. tit. 1.* von Bezirck jurisdiction vnd Gerichtszwang deß Keyſerlichen Hoffgerichts. Zas. *in l. jus dicentis. n. 37. de jurisdictione.* Matth. Steph. *lib. 2. de jurisdict. p. 1. cap. 3. n. 77.*

7. Alij aliud ſuggerunt Remedium, vt Cam. Imperialis Spiræ perpetuò maneat, ſecundum Ord. *p. 2. tit. 34.* modo duo adhuc ſumma collegia Cameræ Spirenſi paria introducantur: quorum alterum

æternum Magdeburgi inſtitui poſſet, propter nimiam loci diſtantiam qua remotiores Pomerani, Megapolenſes, Holſati & alij premun tur, opprimuntur. Alterum nullis quaſi ſumptibus nouis Rotvvilæ continuari poſſet, conſiſtorio iſti, & antiquo & benè diſpoſito auctoritate & priuilegijs potius adauctis, quàm magis magisque diminutis, dum proceſſus contra id maiore, quàm contra alios facilitate decernuntur, vt *inquit* Frid. *in præfat. lib. 1. de proc. ex. §. & hac non Germaniæ*. Gylm. *lib. 2. rer. jud. Cam. Imperi. pag. 470. nu. 4.* præjudicio firmat Cameram Spirenſem, quoad Rotvvilenſe judicium, eſſe in poſſeſſione inhibendi, vide Paurmeiſt. *lib. 2. de jurisd. c. 3. num. 19. & ſeqq.* Huc facit jus antiquum der Schwaben vnd Sachſen-Spiegel/ cum hiſtoria, quod Boruſſi, Liuoni, Poloni Magdeburgum appellarint, an die Käyſerliche Pfaltz/ Nicol. Iackier ſecretarius Cracou. *in gl. marg. ad jus. municip.* Weichbildt. *art. 11. Vide ſupra cap. 2. n. 17.* Vnde Frid. *in d. præfat. lib. 1.* Vtinam *inquit* iſtiuſmodi juris & juſtitiæ communia omnium Aſyla, officinæ aut propugnacula aliquot hinc inde jam pridem in imperio extitiſſent, tot tantæq; prouinciæ potentiſſimæ, jam planè ab Imperio avulſæ, melioribus ſine dubio nervis antiquo corpori adhuc cohærerent. Quidquid ſit, ſi nullum 8.
ex prædictis Remedijs arrideat, cum propter mutationem judicis, Aſſeſſorum & procuratorum Spirenſium, tùm transportationem Actorum, & novos ſumptus in novas Cameras expendendas, ſubſidiarium erit Remedium, vt Spiræ loco Circularium judiciorum 5. Audientiæ inſtituantur ab vno præſide, 4. Aſſeſſoribus & 5. procuratoribus, ita vt 10. Circuli 5. audientias habeant. Eſtque judicium audientiæ ſolennis Iudicis & Aſſeſſorum conſeſſus in quo procuratores audiuntur, ſive vivâ voce lites proponunt. Obrecht. *diſp. 1. de jud. cap. 2. th. 177.* Cui. *in parat. C. de epiſc audi.* *Auctor. diſcur.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 43. & 45.* vbi cogitandum relinquit, an Camera ad commodiorem locum, & ipſum Germaniæ meditulliam transferri poſſet, ne Litigantes tam longis dilationibus abuterentur.

Quod ſi omnia in priſtino ſtatu ſint relinquenda vt innuit Ord. 9.
par. 2. tit. 35. daß dem Cammergericht ſein ſtarcker lauff ſoll gelaſſen werden/ vnum adhuc remedium erit neceſſarium, vt 38. Aſſeſſoribus Cam. Imperalis plures adiungantur viri docti & experientia rerum eruditi ſecundum pluritatem litium, in quibus definitiuè concluſum eſt. Mera enim & vera eſt impoſſibilitas, vt ordinarij Aſſeſſores lites con-

cluſas longiores, ne dicam longiſſimas referre, finire, atq; definire poſſint intra 30. annos & vltra, vt pote qui cotidianis audientijs, proceſſibus decernendis, relationibus actorum, & interlocutorijs impediantur & diſtringuntur. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 18. 36. & 38.* Ratio huius Remedij ipſa experientia, ſemper pro litium pluralitate plures Aſſeſſores fuiſſe adjũctis. Reichs Abſcheyd von Anno 1500. biß 1570. Rationis ratio, quia pauci paucas lites expediunt & plures plurimum præſtare poſſunt in removenda litium pluralitate. Machiau. *lib. 1. diſc. c. 7.* cum oculi plus videant, quam oculus. Wes. *de ſtud. jur.* Fr. Scotus *con. 1. nu. 297. tom. 1. lib. 2.* Et multæ manus onus Actorum reddant leuius. Era. *in pro. HES. Iliad. μ* ἀλλ' ἐφομαρτεῖτον· πλεόνων δέ τι ἔργον ἄμεινον. Adſciſcit comites: multorum induſtria namq; plus valet, quam paucorum, & vbi multa conſilia, ibi ſalus. *Prou. 11.* Chaſſan. *in cons. Burg. fol. 5. col. 3. nu. 2.* Paul. Fus. *ſing. 209.* Perer. *ad ord. Hiſp. tit. 27. de los. lib. 5.* vbi confert, ſicut conviuium, ad quod plures conferunt melius eſt quam ſimplex menſa, ſic multorum judicia ſemper meliora ſunt, & multò minus *ſubiacent* corruptioni. His & ordinarijs & adjunctis Aſſeſſoribus, in quinque ſenatus diſtributis committatur, vt omnia acta & lites, in quibus definitiuè concluſum eſt, ſecundum ordinem legant, referant, decidant, nec inter mittant, antequam ſententiæ *fuerint* publicatæ, *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 19. 39. 96. 115. & 41.* vbi aliud proponit Remedium, vt Præſes ſolus audientijs interſit, & Aſſeſſores producta legant, relationesq; expediant, aut Audientiæ die Lunæ, Martis, Iouis & Veneris ab hora 12. pomeridiana vsque ad Quartam tempore hyberno: & â prima vſque ad quintam tempore æſtiuo *ordinentur*, horis antemeridianis Relationes perficiciantur, diebus Mercurij & Saturni Receſſus publicentur, nec admittantur procuratores ad producendum, niſi omnia prius fuerint expedita, neq; lites litibus accumulentur.

10. His accedit Remedium omnium neceſſarium atq; grauiſſimum, quod non ſolum ad abbreviandas lites, ſed & curandos imperij morbos, ANNVVS ſcilicet CONVENTVS vt ordinetur per menſem circa feſtum Pentecoſtes in Franfurdia, ad quem concurrant judices omnes, & Electores Imperij in perſona, abſque Pompa & grauibus expenſis. Præſideat ipſe dominus Imperator, aut Prior ex Electoribus, & facta Imperij & etiam particularia, quæ occurrant

litigia,

ſitigia, judicibus tractentur, & reformentur reformanda. Iſtud concilium annuum nunquam omittatur, in quo lites principum decidantur *inquit* Cuſan. *lib. 3. de conſ. Cath. cap. 32. & ſeqq.* Hincmarus Rhemenſis Archiepiſcopus *epiſt. 3. cap. 29. cum ſeqq.* Imperij ſtatum deſcribit, & duo placita facit, Generale, quando ordinabatur ſtatus totius regni ad anni vertentis Spatium. Speciale pro litibus ſedandis, temperandis, inſtituebatur. Ita Conſtantinus M. annua ordinauit comitia in vrbe Arelatenſi, queis ſaluberrina de ſingulis rebus poſſent eſſe conſilia. Sauaro. *comm. in Sidon. lib. 1. epiſt. 11.* Philip. Berterius *Pithanῶν diat. 1. c. 3.*

Iuxta hanc pragmaticam annuus iſte conventus à Carolo M. Moguntiam eſt translatus, inde à Friderico ſecundo Francofurdiam, propter quem conventum nundinæ fuerunt inſtitutæ, quæ adhuc durant, conuentu intermiſſo, non ſine magno Germaniæ malo, *inquit* Heiminsfeld. *tom. 3. conſt. nup. pag. 1.* Tali remedio Reges antiqui vtebantur, & Galliæ per talem conventum, & judices prouiſum erat, teſte Cuſano. *lib. 3. de concor. cath. c. 25. & 33.* Sic in Gallia adhuc conventus celebrantur des grands jours, quando pars curiæ parlamentariæ æſtiuis potiſſimum diebus, quibus juſtitium præcipuè in ſede eſt, in aliquam provinciam ad tempus ſe transfert, vt præſentia facilius crimina expediat provincialium, aliasq; maiores controverſias. Pet. Greg. Tolos. *lib. 47. Synt. jur. cap. 27. n. 3.* M. Iacq. Faye. *la. 5. remonſt. pag. pag. 201.* vbi vocat Excellens Remedium Conſt. Lud. *12. art. 72.* ita apud Hiſpanos quolibet triennio fiant comitia, in quibus conveniunt Regni procuratores & ipſorum conſenſu totius Regni grauiores cauſæ ſive lites expediuntur, reformantur LL. & nouæ feruntur. Augus. Morla *in Emp. jur. p. 1. tit. 2. q. 24. n. 5.* Idem ſingulis triennijs in Regno Daniæ fieri ait Hermanus. Kirchnerus. *in Repub. diſp. 11. thes. 1.* 11.

Deniq; media horum remediorum diligenter ſunt inquirenda 12. SVMPTVS ſcilicet pro novis Cameris, novis audientijs novis Aſſeſſoribus, & novis conventibus, quos nonnulli tam grauės ſomniant, vt erogatu ſint difficiles, ne dicam impoſſibiles. Sed revera non tam graves, quin ex bonis pro Magiſtratui à Deo conceſſis, ſubminiſtrari poſſint, pro adminiſtrandâ debito modo juſtitia, teſtis eſt. *Auctor. diſcur.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 102. & 109.* vbi duo proponit media. 1. vt manifeſtiſſimè frivolè ad Cam. Imperalem Appellantes, quorum

Corar. *n.62.* Ias. *in rep. nu.60.* vbi Br. omnes ſequi teſtis eſt. *de jureiur.* Gu. Pap. *dec. Gratias. 244. n. 3.* Menoch. *de aa. jj. qq. cen. 3. cas. 241. n. 4.* Odd. *tr. de rect. in integ. quaeſt. 75. n. 29.* Serap. de Seraph. *tr. de juram. priv. 38. n. 1.* Pruckm. *con. 50. n. 437. per text. c. nulli &c. vt circ. vers. ſuper his. de elect. lib. 67.* quod Remedium eò inſervit, ne Litigaturientes inſtrumenta in primis inſtantijs celent vt in ſecundis abuti, & lites in infinitum protelare poſſint. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 35.*

38. Sin verò appellans teſtibus quid noui probaturus ſit, idem juramentum præſtabit, ſe priori in inſtantia nihil reſciuiſſe, neque litis protelandæ cauſâ appellationem interpoſuiſſe, modò prius ex actis primis conſtet, an probatum releuet, & appellans ad probandum admitti debeat, vtroq; caſu Appellatus ad cauſas appellationis & articulos appellantis cum juramento reſpondeat, & ſi quid proponendum habeat intra 6. ſeptimanas proponat, replicet appellans, duplicet appellatus, quibus ita factis, nulla omnino Litigatoribus ſcribendi amplius, aut litis appellatoriæ quaque ratione in longius tempus protrahendæ ratio ſuperſit, ſed lis concluſa & in eo ſtatu judicanda ſit per judicem appellationis. Ant. Faber. *lib. 9. Cod. for. tit. 22. art. 39. Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 36.* vbi putat hac procedendi ratione litem appellatoriam intra anum, aut biennium finiri poſſe, quamvis litigatores tergiuerſari & nouos producere *teſtes vellent.* Denique ſi appellans per ſupplicationem indicet, ſe nihil novi deducturum, aut quicquam probaturum, acta ſtatim legantur & declaretur, vtrum rectè judicatum nec nè, informationes Iuris Litigatores exhibere poſſunt, ſed ita ne qua eo prætextu terminandæ liti appellatoriæ mora fiat, cum judex ipſe jura ſcire teneatur. Faber. *de lib. 9. Cod. for. tit. 22. art. 39. Auctor. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 36. & ſeq.* vbi concludit hoc modo litem intra quinquennium finiri, cum aliàs 30. 40. & plures annos duret, imo immortalis fiat.

39. Vltimum proceſſus appelatorij Remedium, prohibere appellationem ab interlocutorijs, & non admittere, niſi in litibus definitivis, aut definitiuæ vim habentibus. Giov. Ant. Palazzo. *par. 4. del gou. di. ſta. cap. 14.* Sic ſtatutum Romanum ab interlocutorijs non admittit appellationem. *lib. 1. ſtat. vrb. Rom. c. 11. & 171.* Sic Camera Imperalis exploſâ canonum litigioſâ inventione jus civile ſequitur. Gail. *1. obs. 129.*

Ratio huius Remedij quia eo tempore, quo gravamina examinantur,

nantur, breuiori compendio Litigium ab inferioribus terminari poteſt, qi licet per ignorantiam aut malitiam populum litigaturientem grauare videantur, tamen LL. coërcentur, ne delinquant & innocentes condemnentur. Quod ſi fecerint à ſuperiori puniantur, prudentiores eligantur & inſtruantur, ne grauent, & Mundus in perpetua confuſione maneat. Palazzo. *par. 4. del. gouer. c. 14. Coſi inquit andera il Mondo in perpetua confuſione.* At ſi in definitiuis reſeruaretur pœna errorum à judice commiſſorum, IVSTITIAE operam dabunt, & lites abſque mora terminabuntur. Palazzo. *d. par. 4. del gouer. cap. 14.*

Appellandi vſus, quem olim ad judicantium iniquitatem im- 40
peritiamue corrigendam neceſſitas introduxerat, cum ab improbis Litigatoribus iam πρὸς τὴν φυγοδικίαν traheretur decretum eſt, vt provocationem renunciare provocato etiam intra octavum diem impunè non liceret, ſed eiuſmodi detrectatoribus 60. aſſium mulcta irrogaretur. Luc. *lib. 11. plac. tit. 10. de appell. c. 1.* Damhoud. *in pr. cim. cap. 227.* Pet. Bredero. *par. 1. de appell. tit. 3.* vbi Remedia alia abuſum appellationis tollendi & lites abbreviandi ſubjungit. 1. Sequeſtrationem poſſeſſionis rei propter quam controverſia, vt ita appellatus fructu poſſeſſionis, propter quem vt plurimum lites protelantur privetur, ita fit vt ceſſante lucro finiatur etiam proceſſus. Gail. *1. obs. 128.* 2. juramentum Calumniæ, quod non appellatum animo protelandi litem, ſed IVSTITIAE habendæ. 3. inſtructio cauſæ accurata ſtatim ad judicem appellationis transmittatur. Gail. *lib. 1. obs. 128.* Theodor. Goth. in Edict. act. 101. de appellatione illegitima non attendendâ, dum redivivis litibus tenuitatem quis inſequitur alterius, vt non tàm vincendi votum, quàm Collitigatoris videatur quæſiſſe detrimentum. Ne longa quæſtio litigantium non tam augeat patrimonia, quam evertat: & quod fit ambitu lucri videatur cauſa diſpendij. Heiminsf. *tom. 3. con. imp.*

Violentum eſt litium appellatoriarum Remedium quod olim 41.
Rex regionis, quam thuris feracem vocant, vſurpabat, & judices litibus judicandis dabat, ſed ſi quis minus juſtè litem decidiſſe putabatur feneſtra erat in altiſſimo loco, quæ ferreâ catenâ ligabatur, quam qui injuſtè judicatum putabat, apprehendebat, & feneſtram trahebat. Quâ re admonitus Rex cauſſam ad ſe vocabat, & ſi viderentur judices minus juſtè judicaſſe, moriebantur, ſi minus, Litigator qui feneſtram moverat. Athenæ. *lib. 12. cap. 4.* Huius veſtigia Turca imitatur.

Busbeq.

Busbeq. *Epi. 1.* quia oportet pœnam adijci, nè temerè increbeſcant litium provocationes, aut vileſcat auctoritas magiſtratus. Arniſæ. *lib. 1. doct. polit. cap. 16. p. 373. &c.* Hîc mitius Remedium, ne in litibus civilibus tertiò appellantes audiantur, aut poſt primam ſententiam damnati cogantur judicatum ſoluere, præſtitâ ſaltem idoneâ cautione â victore, reſtituturum ſe ſi in appellationis lite ſuccubuerit, isque tandem claſsicum, & triumphum caneret, qui duas ſententias pro ſe haberet. Fr. Pollet. *lib. 5. hiſt. for. Rom. cap. 17.*

Hæc de Remedijs litigioſi proceſſus ſimplicis & appellatorij.

XIIII. & vltimum Caput.

DE remedijs litium Cameralium in ſuprema Spirenſi Dicaſterio.

SVMMARIA.

1. *Aſſeſſorum Cameralium excellentia, & dignitas.*
2. *Remedia litium Cameralium circa ipſum judicium, & proceſſum.*
3. *Iudicis Cameralis dignitas, vbi Remedium optatur.*
4. *Cuſani Remedium eſt conſtitutio 12. Camerarum.*
5. *Cameræ 10. ſecundum circulos imperij ſuberdinari poſſent.*
6. *Cameræ ſaltem 5. Käyſerliche Kriegßgericht ſubordinentur.*
7. *Duo Collegia Cameræ Spirenſi paria introducantur.*
8. *Subſidiarium Remedium, vt audientiæ 5. inſtituantur.*
9. *Plures Aſſeſſores, pro litium pluralitate adſciſcendi.*
10. *Annuus Conventus graviſsimarum litium Remedium.*
11. *Conventus Hiſpanorum, & Gallorum des grands jours.*
12. *Vndè ſumptus pro novis litium Cameris petendi.*
13. *Remedium, vt lites Reviſoriæ citius expediantur.*
14. *Reviſiones, præſtitâ cautione, non impediant litis executionem.*
15. *Reviſiones executionis remoræ, remorantur lites.*
16. *Remedium Reviſionis ordinariæ, & Extraordinariæ.*
17. *Remedium proceſſus Cameralis, Theoricum.*
18. *Practicum Remedium circa lites ſimplices, & appellatorias.*
19. *Appellationum Remedium Divinum optabile, & punibile.*
20. *Humanum Remedium, vt temerè appellantes puniantur,*

21. *Appellationi*

21. *Appellationi friuolæ non deferendum, ſed in lite procedendum.*
22. *Remedium litigantis appellati, vt ſtatim concludat.*
23. *Iuramentum, non litis protrahendæ cauſâ appellatum.*
24. *Lites appellatoriæ ſtatuto tolli nequeunt.*
25. *Simplicis querelæ litibus, quæ Remedia ſint applicanda.*
26. *Commiſsionum expeditiones rectè faciunt ad lites.*
27. *Litigantis Remedium, vt documenta producat, & concludat.*
28. *Renunciatio ſcripti probatorij eſt Remedium litium.*
29. *Scripta probatoria ſunt litium protelationes.*
30. *Termini litium anticipandi, non retardandi.*
31. *Dilationes vti litium protelationes parcius dandæ.*
32. *Iurium allegatio prohibita eſt litium Cam. Remedium.*
33. *Litium concluſarum Remedium Supplicatio ad Præſidem.*
34. *Executionis Remedium omnium neceſſarium.*
35. *A ſententiâ Camerali non appellatur, vt ſit litium finis.*
36. *Concluſio, & vale dictio litium malitioſarum.*

HACTENVS de remedijs litium tàm generalibus quam ſpecia- 1.
libus: Specialiſſima litium Cameralium Remedia nemo melius noverit, quàm rerum Cameralium peritiſſimi, ſive illuſtres domini Camerales, qui ibidem cotidiè verſantur, & lites tractant. οἳ μεῦ φέρτεροι εἰσι, νοῆσαί τε, κρῖναί τε. h. e. Qui potiores me, iſthæc cernere & arbitrari poſſunt; vt refert Hering. *de fidei. c. 15. n. 90. Auct. diſcur.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 47.* Ruland. *tr. de Comm. pag. 2. lib. 2. cap. 5. n. 14.* vbi Auditoribus Rotæ Rom. æquiparat. Beuſtius *ad L. perſonas egregias. 15. n. 26. de jurejur.* Horum pace abſtinerem potius, exemplo Tiberij Cæſaris, qui, quum de coërcendo luxu legem ferre vellet, nec coërceri immodicos ſumptus, & per conſequens lites immortales, poſſe videret, ſatius duxiſſe fertur omittere, quod aſſequi nequiret, quam tentare turpiter, quod poſtea non efficeret Alex. ab Alex. *lib. 3. gen. dier. cap. 11. in fin.* Vereor enim, ne mihi vaſtiſſimum litium Cam. pelagus auertere cupienti accidat, quod illis qui flumen à naturali ſuo curſu abducere, & aliò derivare infeliciter tentarunt, vt exemplis Neci, Demetrij, Calig. Neronis, Seleuci, Traiani, Caroli M. probat Schonborn. *lib. 4. pol. cap. 9.* Suaſor ſum, non legislator, cuius omnia litium Remedia eſſent vana & inania, niſi hæc ſupremi capitis adijcerentur. In libera. Republica liberas

Nnn oportet

oportet eſſe voces. Laudabit fortaſſe poſteritas & ſequetur ea, quæ temporum meorum incuria, ne dicam injuria neglexerit, vt inquit Antonius Faber. *lib.9. Cod. for. tit.22.*

2. Remedia litium Cameralium ſpecialiſſima concernunt aut ipſum Cameræ judicium nunquam ſatis laudatiſſimum, aut eiusdem proceſſum. Quoad ipſum Cam. judicium, omnes fatentur, litibus Germaniæ decidendis inſufficiens eſſe, & longè diſſitum: cum ſint, qui vltra 100 mil. abſint, vt ij qui in Pomerania & Holſatia habitant. Rutg. Ruland. *tr. de Comm. lib.1. c.1. n.21.* Ergò potius optandum, quam ſperandum eſt remedium, vt Camera catholicorum diſtinguatur ab Evangelicorum Camerâ, ſicut in Gallijs Hugenotę vti vocant, peculiaria habent parlamenta, ita lites omni carerent ſuſpitione, & eò citius finirentur.

3. Hoc ſi minus obtineat remedium, ſaltem judex Cameræ imperialis non ſemper Eccleſiaſticus, ſed etiam ſecularis conſtituatur, qui ſecundum breviorem juris normam atque formam lites audiat & decidat: alter ſpiræ, vbi prævalent catholici in vicinia: alter Magdeburgi, vbi in vicinia Evangelici primas tenent. Votum eſt, non fatum: fictio non præſcriptio. Sic Carolus V. in primo conv. Worm. anno 1521 ſtatuit, vt princeps ſecularis præ Eccleſiaſtico in judicem Cameralem, vbi haberi poteſt, aſſumeretur. *Pet. Frider. in præfat. lib.1. proc. Cam. §. Carolus.* Sic Elector Pal. Ludovicus nomine Auguſt. confeſſ. ſupplicavit vmb Abwechßlung des Cammerrichters vnd Præſidenten in der Religion. Gylman. *part.1. ſup Cam. tit.7.* Quamvis enim per ſe ſine ſcitu & conſenſu Aſſeſſorum ordinandi, decidendi, ne votandi quidem jus habeat, ſed aliorum votis aſſiſtendi: tamen inter omnes Cam. perſonas principem locum tenet, atque intereas, vt ſol inter Planetas fulget. Obrecht. *diſput. 2. de jud. cap. 3. thes. 62.* Ergò non immeritò ex principibus ſecularibus judex Cameralis al-

4. ternatim eſſet eligendus. Sed nec hoc remedio litium multitudo tolletur ex medio, niſi plures conſtituantur Cameræ, quę litibus Germaniæ decidendis ſufficient, & efficient, vt jus cum effectu detur & adminiſtretur. Hìc diverſa diverſorum conſilia atque remedia in medium producuntur. Cuſanus optimus Germa; ſcriptor. *lib.3. de concor. cath. cap.33.* exiſtimat 6. aut plures ſedes ſparſim per provincias imperio ſubditas taliter ordinandas, vt quælibet ſedes ex tribus judicibus conſtituatur, pro triplici hominum ſtatu ſcilicet ex nobili

Eccleſia-

Eccleſiaſtico & populari, qui de litib. in territorio exiſtentibus inter quaſcunque perſonas etiam eccleſiaſticas cognoſcere poſſint, per viam appellationis à proprio ordinario, vel ſimplicis querelæ, ſi Actor vel Reus ordinarium ſupra ſe non habuerit, & alteri ſuſpectus fuerit. Pronunciet & citet quisque judicum, ſecundum conditionem litigantium perſonarum, nobilis inter nobiles, Eccleſiaſticus inter Eccleſiaſticos, popularis inter populares: nulla tamen definitiva feratur, niſi ex communi deliberatione omnium trium, qui in litibus arduis conſilium peritiſſimorum requirant. Hæc Cuſan.

Quod remedium ſi rectè applicetur, ſecundum decem imperij circulos ſivè tractus, ita vt in quolibet circulo ſubordinatum Cam. judicium ex prædictis tribus perſonis conſtituatur, conſtitutum cognoſcat, cognitum ad ſuperius ordinarium tranſmittat, vt transmiſſum litigij negotium dijudicet, forſan efficaciſſimum erit Remedium. Inter iſtos 10 circulos primus eſt Francicus, qui complectitur Bambergam, Wirtzburgum, Aiſtetum, Marchionem Brandeburg: Onoldinum, Burggravium Noricum, item Comites, Barones & civitates in hoc tractu, vbi Camera Noribergæ inſtitui poſſet. Obrecht. *diſp. 2. de judic. cap. 9. the. 147.* 5.

2. Bavaricus continet Archiepiſcopatum Salisburgenſem, Friſingenſem, Ratisbonenſem, Paſsavienſem, & ducatum Bavariæ, vbi Camera Ratisbonæ fieri poſſet.

3. Suevicus, comprehendit Conſtantiam, Auguſtam vindelicorum, Epiſcopatum Curienſem, Ducatum Wirtenbergenſem, & Marchionem Badenſem, vbi Camera Auguſtæ ordinari poſſet.

4. Et 5. Rhenanus ſuperior & inferior, in quibus Wormacia, Spira, Argentina, Baſilea, Abbas Fuldenſis, Philip. Ludovicus Palati. & fratres duces Bauariæ, Lotharingia, Weſterichia, & Wederavia, vbi Camera Spiræ maneret, & Friburgi ſubordinaretur 6. Weſtphalicus, in quo Padeborna, Leodium, Verdunum, Monaſterium, Dux Iuliacenſis, Clivenſis, Bergenſis & Geldrenſis, Comites à Naſſo, Solm, Firnberg, inferior Iſenburgia, & inferior tractus ad Moſam vſque, vbi Camera litium circularium Monaſterij poſſet inſtitui.

7. & 8. Saxonicus, vbi ducatus Saxoniæ, Marchiones Brandeburgenſes, Brunſuigum, Thuringia, Pomerania, Megalopyrgum, Magdeburgum, Brema, Hildeshemium, Halberſtadium, Merſpurgum, Lubecum & Havelburgum, vna Francofurti ad Oderam, aut Stetini, altera Lypſiæ ſubordinari poſſet Camera.

9. Auſtriacus. 10. Burgundiacus, pro quibus inſtituta manerent judicia, cum non appellent ad Cam. Spirens. vide conſtit. de P. P Noribergæ anno 1522. tit. Hernach folgen die zehen Kreiß/wie vnd welcher ort/ die in daß Reich außgetheilet. Obrecht. *d. diſp. 2. cap. 3. the. 147. & 5. ſeqq.* Pet. Denais. *jur. Cam. tit. 72. n. 7.* Paurmeiſt. *lib. 2. de jur. Imp. Rom. c. 2. n. 58.*

6. Hoc ſi ſuperabundans alicui videretur, tot Cameras circulares inſtitui, pro litibus Germ. decidendis, vna ſaltem in binis circulis, & ita quinque in 10 tractibus ſubordinentur, & conſtituantur Keyſerliche Kreißgerichte 5 perſonis, præſide, & 4 Aſſeſſoribus, quibus committatur, vt in omni lite circulari, aliáve, quæ per viam ſimplicis querelæ, denegatæ juſtitiæ, aut appellationis ad Cam. Imperialem ſpectat, procedant: in cauſis mandatorum, ſupplicationes, libellos, & alia ſcripta, ſecundum ordinationem recipiant: citationes, compulſoriales, inhibitiones, commiſſiones, mandata, & interlocutorias, vim definitivæ non habentes, ſecundum ſtylum decernant, & ita progrediantur, vſq; ad finem litis, ſed eiusdem relationem & deciſionem Cameræ Spirenſi relinquant, & acta integra propterea omnino transmittant. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 40. & 43.* vbi tres huius Remedij cauſas refert. 1. Vt Aſſeſſores ſupremæ Imperij Cameræ ſolis litium definitivis ſententijs vacarent. 2. Vt ordo eò *citius procu*ratores attingeret. 3. Ne delilationes eiusmodi, quales propter diſtantiam loci hodiè petuntur, permitti poſſent. Subordinata dicit judicia, ne ſeparata ab ordinario Cam. judicio, ſed potius vnum corpus videantur, cuius caput judex Cam. Spirenſis, qui dirigat, cui ſupplicationes, libelli, & ſcripta exhibeantur, & in his ipſius ſolum nomen exprimatur. Obrecht. *diſp. 2. de jud. cap. 3. the. 64.* cuncta ſub nomine & ſigillo Cæſareo, citationes, mandata, & alia emanent & peragantur, ſecundum ordin. Cam. *p. 1. tit. 27. §.* vnd ſoll der Verwalter. Sportulæ ad corpus Spirenſe transferantur, Ordinariæ viſitationi & ipſi Cameręomninò ſubijciantur, ſicut & Rotvvilenſe judicium Cameræ ſubjectum. Ord. Rotvvil. *p. 2. tit. 1.* von Bezirck jurisdiction vnd Gerichtszwang deß Keyſerlichen Hoffgerichts. Zas. *in l. jus dicentis. n. 37. de jurisdictione.* Matth. Steph. *lib. 2. de jurisdict. p. 1. cap. 3. n. 77.*

7. Alij aliud ſuggerunt Remedium, vt Cam. Imperialis Spiræ perpetuò maneat, ſecundum Ord. *p. 2. tit. 34.* modo duo adhuc ſumma collegia Cameræ Spirenſi paria introducantur: quorum alterum

alterum Magdeburgi inſtitui poſſet, propter nimiam loci diſtantiam qua remotiores Pomerani, Megapolenſes, Holſati & alij premuntur, opprimuntur. Alterum nullis quaſi ſumptibus nouis Rotvvilæ continuari poſſet, conſiſtorio iſti, & antiquo & benè diſpoſito auctoritate & priuilegijs potius adauctis, quàm magis magisque diminutis, dum proceſſus contra id maiore, quàm contra alios facilitate decernuntur; vt *inquit* Frid. *in præfat. lib. 1. de proc. ex. §. & hac non Germaniæ.* Gylm. *lib. 2. rer. jud. Cam. Imperi. pag. 470. nu. 4.* præjudicio firmat Cameram Spirenſem, quoad Rotvvilenſe judicium, eſſe in poſſeſſione inhibendi, vide Paurmeiſt. *lib. 2. de jurisd. c. 3. num. 19. & ſeqq.* Huc facit jus antiquum der Schwaben vnd Sachſen Spiegel/ cum hiſtoria, quod Boruſſi, Liuoni, Poloni Magdeburgum appellarint, an die Käyſerliche Pfaltz/ Nicol. Iackier ſecretarius Cracou. *in gl. marg. ad jus. municip.* Weichbildt. *art. 11. Vide ſupra cap. 2. n. 17.* Vnde Frid. *in d. præfat. lib. 1.* Vtinam *inquit* iſtiuſmodi juris & juſtitiæ communia omnium Aſyla, officinæ aut propugnacula aliquot hinc inde jampridem in imperio extitiſſent, tot tantæq; prouinciæ potentiſſimæ, jam planè ab Imperio avulſæ, melioribus ſine dubio nervis antiquo corpori adhuc cohærerent. Quidquid ſit, ſi nullum 8.
ex prædictis Remedijs arrideat, cum propter mutationem judicis, Aſſeſſorum & procuratorum Spirenſium, tùm tranſportationem Actorum, & novos ſumptus in novas Cameras expendendas, ſubſidiarium erit Remedium, vt Spiræ loco Circularium judiciorum 5. Audientiæ inſtituantur ab vno præſide, 4. Aſſeſſoribus & 5. procuratoribus, ita vt 10. Circuli 5. audientias habeant. Eſtque judicium audientiæ ſolennis Iudicis & Aſſeſſorum conſeſſus in quo procuratores audiuntur, ſive vivâ voce lites proponunt. Obrecht. *diſp. 1. de jud. cap. 2. th. 177.* Cui. *in parat. C. de epiſc. audi. Auctor. diſcur.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 43. & 45.* vbi cogitandum relinquit, an Camera ad commodiorem locum, & ipſum Germaniæ meditulliam transferri poſſet, ne Litigantes tam longis dilationibus abuterentur.

Quod ſi omnia in priſtino ſtatu ſint relinquenda vt innuit Ord. 9.
par. 2. tit. 35. daß dem Cammergericht ſein ſtarcker lauff ſoll gelaſſen werden/ vnum adhuc remedium erit neceſſarium, vt 38. Aſſeſſoribus Cam. Imperalis plures adiungantur viri docti & experientia rerum eruditi ſecundum pluritatem litium, in quibus definitiuè concluſum eſt. Mera enim & vera eſt impoſſibilitas, vt ordinarij Aſſeſſores lites con-

cluſas longiores, ne dicam longiſſimas referre, finire, atq; definire poſſint intra 30. annos & vltra, vt pote qui cotidianis audientijs, proceſſibus decernendis, relationibus actorum, & interlocutorijs impediantur & diſtringuntur. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 18. 36. & 38.* Ratio huius Remedij ipſa experientia, ſemper pro litium pluralitate plures Aſſeſſores fuiſſe adjūctis. Reichs Abſcheyd von Anno 1500. biß 1570. Rationis ratio, quia pauci paucas lites expediunt & plures plurimum præſtare poſſunt in removenda litium pluralitate. Machiau. *lib. 1. diſc. c. 7.* cum oculi plus videant, quam oculus. Wes. *de ſtud. jur.* Fr. Scotus. *con. 1. nu. 297. tom. 1. lib. 2.* Et multæ manus onus Actorum reddant leuius. Era. *in pro. HES. Iliad. μ* Ἀλλ' ἐφομαρτεῖτον: πλεόνων δέ τι ἔργον ἄμεινον. Adſciſcit comites: multorum induſtria namq; plus valet, quam paucorum, & vbi multa conſilia, ibi ſalus. *Prou. 11.* Chaſſan. *in cons. Burg. fol. 5. col. 3. nu. 2.* Paul. Fus. *ſing. 209.* Perer. *ad ord. Hiſp. tit. 27. de los. lib. 5.* vbi confert, ſicut conviuium, ad quod plures conferunt melius eſt quam ſimplex menſa, ſic multorum judicia ſemper meliora ſunt, & multò minus ſubiacent corruptioni. His & ordinarijs & adjunctis Aſſeſſoribus, in quinque ſenatus diſtributis committatur, vt omnia acta & lites, in quibus definitiuè concluſum eſt, ſecundum ordinem legant, referant, decidant, nec inter mittant, antequam ſententiæ fuerint publicatæ, *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 19. 39. 96. 115. & 41.* vbi aliud proponit Remedium, vt Præſes ſolus audientijs interſit, & Aſſeſſores producta legant, relationesq; expediant, aut Audientiæ die Lunæ, Martis, Iouis & Veneris ab hora 12. pomeridiana vsque ad Quartam tempore hyberno: & â prima vſque ad quintam tempore æſtiuo ordinentur, horis antemeridianis Relationes perficiciantur, diebus Mercurij & Saturni Receſſus publicentur, nec admittantur procuratores ad producendum, niſi omnia prius fuerint expedita, neq; lites litibus accumulentur.

10. His accedit Remedium omnium neceſſarium atq; grauiſſimum, quod non ſolum ad abbreviandas lites, ſed & curandos imperij morbos, ANNVVS ſcilicet CONVENTVS vt ordinetur per menſem circa feſtum Pentecoſtes in Franfurdia, ad quem concurrant judices omnes & Electores Imperij in perſona, abſque Pompa & grauibus expenſis. Præſideat ipſe dominus Imperator, aut Prior e Electoribus, & facta Imperij & etiam particularia, quæ occurrant

litigia,

litigia, judicibus tractentur, & reformentur reformanda. Iſtud concilium annuum nunquam omittatur, in quo lites principum decidantur *inquit* Cuſan. *lib. 3. de conſ. Cath. cap. 32. & ſeqq.* Hincmarus Rhemenſis Archiepiſcopus *epiſt. 3. cap. 29. cum ſeqq.* Imperij ſtatum deſcribit, & duo placita facit, Generale, quando ordinabatur ſtatus totius regni ad anni vertentis Spatium. Speciale pro litibus ſedandis, temperandis, inſtituebatur. Ita Conſtantinus M. annua ordinauit comitia in vrbe Arelatenſi, queis ſaluberrima de ſingulis rebus poſſent eſſe conſilia. Sauaro. *comm. in Sidon. lib. 1. epiſt. 11.* Philip. Berterius *Pithanῶν diat. 1. c. 3.*

Iuxta hanc pragmaticam annuus iſte conventus à Carolo M. Moguntiam eſt translatus, inde à Friderico ſecundo Francofurdiam, propter quem conventum nundinæ fuerunt inſtitutæ, quæ adhuc durant, conuentu intermiſſo, non ſine magno Germaniæ malo, *inquit* Heiminsfeld. *tom. 3. conſt. nup. pag. 1.* Tali remedio Reges antiqui vtebantur, & Galliæ per talem conventum, & judices prouiſum erat, teſte Cuſano. *lib. 3. de concor. cath. c. 25. & 33.* Sic in Gallia adhuc conventus celebrantur des grands jours, quando pars curiæ parlamentariæ æſtiuis potiſſimum diebus, quibus juſtitium præcipuè in ſede eſt, in aliquam provinciam ad tempus ſe transfert, vt præſentia facilius crimina expediat provincialium, aliasq; maiores controverſias. Pet. Greg. Tolos. *lib. 47. Synt. jur. cap. 27. n. 3.* M. Iacq. Faye. *la. 5. remonſt. pag. pag. 201.* vbi vocat Excellens Remedium Conſt. Lud. *12. art. 72.* Ita apud Hiſpanos quolibet triennio fiant comitia, in quibus conveniunt Regni procuratores & ipſorum conſenſu totius Regni grauiores cauſæ ſive lites expediuntur, reformantur LL. & nouæ feruntur. Augus. Morla *in Emp. jur. p. 1. tit. 2. q. 24. n. 5.* Idem ſingulis triennijs in Regno Daniæ fieri ait Hermanus. Kirchnerus. *in Repub. diſp. 11. thes. 1.* 11.

Deniq; media horum remediorum diligenter ſunt inquirenda SVMPTVS ſcilicet pro novis Cameris, novis audientijs novis Aſſeſſoribus, & novis conventibus, quos nonnulli tam graues ſomniant, vt erogatu ſint difficiles, ne dicam impoſſibiles. Sed revera non tam graves, quin ex bonis pro Magiſtratui à Deo conceſſis, ſubminiſtrari poſſint, pro adminiſtrandâ debito modo juſtitia, teſtis eſt. *Auctor. diſcur.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 102. & 109.* vbi duo proponit media. 1. vt manifeſtiſſimè frivolè ad Cam. Imperalem Appellantes, 12.

quorum

quorum non exiguus eſt numerus, pœnâ pecuniaria mulctentur: Sicut in inferioribus judicijs pœnâ reſervatur, ſi appellatio ſit friuola. 2. Sportulæ introducantur, vt pote calcar expediendarum litium Lancel. *de off. prat. §. 1. n. 6. & Neviz. lib. 5. Syl. nup. n. 90.* Germ. Leg oder Gerichtgeldt. Ant. Delrio. *in tr. de jur. Cal. cap. 5. n. 21.* propinas vocat, quod ſententiam propinent & ſtimulent judices ad ſententiam ferendam, vt ſportulas ſive propinas lucrentur. Gilhaus. *in arb. jud. cap. 9. nu. 9.* His ſportulis non ſolum novis Aſſeſſoribus ſtipiendia exſolui, ſed & reliquum inter reliquos Aſſeſſores diſtribui poſſet, vt ita alacriores in litibus expediundis redderentur, nec de ſalarij tenuitate conquererentur, aut locum facilè mutarent; ſed experientiâ jam edoctim in Eiusmodi dicaſterio totum vitæ tempus inſumerent. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 110.* His accedit, quod facilè tot ſumptus ex binis circulis ſuppeditari poſſent, quibus audientia circularis ſuſtentetur. Hæc de remedijs ipſius judicij Cameralis.

13. Proceſſus non ſolum ex jure ciuili & canonico, ſed etiam ordinationibus Imperij, penè novus eſt conſtitutus, vt *inquit* Obrecht. *diſp. 1. de jud. the. 76.* Et teſtantur Proceſſioniſtæ quam plurimi. Schvvanm. Rosbach. Magenhorſt, Forſt. &c. Hic primum occurrant lites in Reviſione pendentes, Germ. Reviſion Sachen / quæ per ordinariam viſitationem vix & ne vix expediri poſſunt. Cammergr. Ordnung. *p. 1. tit. 50. verb.* Im fall. *& p. 3. tit. 53. verb.* ſo zu der Jährlichen Viſitation verordnet. Matt. Steph. *lib. 2. de jurisd. p. 1. c. 3. memb. 1. per. tot.* Obrecht. *diſp. 2. de jud. cap. 3. th. 70. & ſeqq.* Bender. *tot. tr. de Reviſione.* Remedium, vt ordinarijs viſitatoribus aliquot habiles & qualificatæ perſonæ adjungantur ſecundum pluralitatem litium reviſoriarum, qui Reviſiones omnes aggrediantur, & expediant, etiamſi anni ſpatium aut plus impendi deberet. *Auctor. diſcur.* Vom Juſtitienwerck. *p. 17.* alias Reviſiones in Cam. Imperali aliquot luſtra, proh dolor, pendent, vt conqueritur Hering. *de fideiuſſ. cap. 5. n. 295.* Sed vbi ejusmodi habiles perſonæ habentur, quæ viſitatoribus adjungi poſſint! Reſpondet *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p. 95.* adhuc in aulis principum, & civitatibus reperiri, expertiſſimos, qui cum Cameræ etiam navarint operam privatim vivunt, Conſiliarij Von Hauſe auß / hi talem patriæ operam non denegarent in revidendis Cameræ litibus gravioribus.

14. Alterum Remedium, ne Reviſiones tam facilè petantur, impetrentur,

petrentur, & in infinitum creſcant, ſicut hoc noſtro ſeculo frequentiſſimum eſt, ita quondam prohibebatur, modò idonea cautio præſtaretur de reſtituendo in caſu ſuccumbentiæ, Executio litis minimè impediebatur, aut ſuſpendebatur. Lud. Bender. *tr. de Reviſion. concl. 20.* Ant. Teſſaur. *dec. 181.* Bern. Greud. *in concl. pr. ad* Cail. *lib. 1. concl. 154. conſ. 1.* Hering. *de fidei. cap. 15. num. 88.* vbi præjudicium in cauſa Oldenburg contra Kniphaußen. 6 Iul. anno 93. & Maioribus Cameralium votis videtur comprobatum in dubijs Ratisbonæ anno 94. exhibitis, dub. 122. Sic in Regno Gallico, Hiſpan. Neapol. & ducatu Pedemontano Reuiſio non ſuſpendit litis executionem. Imbertin. *inſt. for. lib. 2. cap. 16.* Rebuff. *tr. de ſuppli. quaſt. 7. n. 38* Fr. Marc. *dec. 83. n. 2.* Covarr. *pr. qq. cap. 23. n. 8.* Rober. Lancel. *de attent. part. 2. cap. 19. n. 16 fo. Ddd. de in int. reſtitut. p. 1. quaſt. 43. n. 30.* Alvarus Valaſcus. *cons. 51. n. 28.* Sed anno 1595. Spiræ propter diſcrepantes opiniones decidi non potuit, ideoque ad Imperatorum ſanctionem devoluta, quæ anno 600 ſubſecuta. Reces. Imp. §. Als auch ſtreit fürgefallen/ Quamvis exinde Reviſio actorum in Cam. Imp. videatur Re- 15.
medium executionis Remoratorium, ſicut & docent Gail. *1. obs. 154. n. 3. & de arr. Imp. cap. 12. n. 4. & 5.* Knichen. *in Comm. jur. Sax. cap. 5.* Goed. *in rep. clem. vn. de ſequeſt. poſſ. & fruſt. n. 27.* Heygius *par. 1. q. 10. n. 58. & ſeqq.* Attamen hoc lites nimis protelat & accumulat, cuius contrarium ſi introduceretur, Reviſiones minuerentur, & collitigantes aut paciſcerentur, aut latis in Cam. ſententijs ſatisfacerent. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 18.* Nec eſt, quod ob vnius aut alterius Intereſſe privatum, tantam litium ſegetem foveamus, promoveamus. Sumptus ſecundum pluralitatem litium, in Reviſione pendentium peti poſſent, taxâ vſitatorum adauctâ, vt innuit Cammergerichts Ordnung. *p. 3. tit. 53. Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 110.* Sic in Religionis litigio pares omnino deputati Aſſeſſores eſſe debent. Gilm. *2. tom. præjud. dec. 59. n. 4. vers. in re Evang.* Inæqualis enim Reviſorum deputatio prohibita & ſuſpecta. Reichs Abſcheid/ anno 57. 59. 60. 98. wir ſein auch. Ideoque Reviſores, quamvis ordinariam jurisdictionem habeant, recuſationis quæſtioni ſubijciuntur. Rec. imp. anno 1559. Denais. *jur. Cam. vis. n. 18.* Knichem. *in comm. juris Sax. verb. litis provoca. cap. 2.* Bendir. *de Revis. cap. 4. n. 61.* Vlti- 16.
mum Reviſionis Remedium, vt præter ordinariam, extraordinaria concedatur Reviſio à ſententijs, quæ in quinque litium definitiva-

rum audientijs de novo inſtituendis ferentur, ita vt Præſes & Aſſeſſores, qui eiusmodi ſenatui non interfuerint, acta de novo legant, referant, ponderent & communicent cum prioribus Referentibus, vt rationes decidendi adducant, quæ ſi prægnantes & ſufficientes, prior ſententia confirmetur, ſin minus reformetur, ita vt ſi litigans Extraordinariam reviſionem peteret, ordinariæ non ſolum Renunciare, ſed & tertiam pecuniæ partem deponere deberet. Quod ſi verò omiſsâ prædictâ extraordinariâ Reviſione ad ordinariam quis confugeret, tum Remedium foret, ne præſtitâ cautione Executio impediretur. 2. vt malitiosè petens protelandæ litis & executionis ergò, non ſolum quicquid depoſitum perderet, ſed adhuc in pœnam pecuniariam condemnaretur. *Auct. diſcurs.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 46.* vbi conſultandum relinquit cum factum ſatis ſit deductum, & jura Aſſeſſores melius ſciant, quam Litigantes, num ſcripta, quæ communiter exhiberi ſolent in Reviſionibus inhiberi poſſent.

Reviſionis Reviſio ad evitandam litium infinitatem minimum concedenda per *l. 4. C. de pre. Imp. off.* Aff. *dec. 231. n. 5.* Guid. Papæ *con. 139. n. 2.* Vin. Franc. *dec. 135. n. 3. lib. 1.* Heig. *p. 1. quaſt. 10. n. 84.*

Quoad litigioſum Cameræ Imp. proceſſum prius Remedium
17. eſt theoricum, alterum practicum. Theoricum conſiſtit in removenda tot proceſſuum, commentariorum, deciſionum, *obſervationum*, votorum, relationum, apotelesmaton, & eiusmodi *ſcriptorum* editione, ſingulis nundinis proſtante. Ipſa enim Cameræ ordinatio ad amuſſim voluenda, & menti tanquam Cynoſura in judicijs litigandi ſemper præfigenda, ſatis hæc ſuppeditat, quibus addas reſolutionem dubiorum, viſitationes, reformationes, Receſſus Imp. inprimis anno 94. Ratisb. Von Juſtitienwerck ſampt den gemeinen Beſcheiden. Adamus Kellerus. *lib. 2. de off. jur. pol. cap. 28. in fin.* Ergò planè & plenè ſupervacaneum, quod tot & tanti ea de re cotidiè edantur Commentarij, vt jus Flaccianum, de quo Eg. Baro. *in proœm. comm. de diuid & induid. obligationibus* longè ſuperent, & novo edicto Cæſareo, ſimili, quod Iuſtinianus edidit, *conſt. 3. D. præpoſita §. hoc autem.* opus habeant, vt rectè monet Thob. Paurmeiſt. *lib. 2. de juriſd. imp. Rom. cap. 5. n. 109 in fin.* Vnde Ioh. Fichard. *con. 59 n. 9. vol. 1.* quod nec ipſis Gailij deciſionibus vſque adeo fidendum & innitendum, quia Camerales non ſecundum eas, ſed ex ipſis legum fontibus cauſas decidunt.

Practicum

Practicum litigioſi proceſſus remedium verſatur circa lites Ap- 18.
pellationis, aut ſimplicis querelæ. Quoad cauſas appllationis, cum litigātes improbi videant, ſe mortales, lites verò immortales, omnes vno quaſi hiatu ad Cameram appellant, & litibus lites accumulant, quamvis potiſſima Appellationum pars ſit manifeſtiſſimè frivola, vt inquit *Auctor. diſcurs.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 19.* & Ioh. Pet. Ala. *tr. de Advoc. Chriſt. p. 1. q. 46.* jurat ſe vidiſſe pauciſſimas ordinationes ſivè interlocutorias ſive definitivas, in quibus non fuerit appellatum. Eſtque inſipida excuſationis ratio, quod de ſtylo appelletur, & reijciatur appellatio, Es ſey Appellirens vonnöthen. Hac enim corruptelâ nutriuntur multa peccata, & lites protrahuntur contra divinam legem, & offenditur judex, qui ſententiam tulit, & litem bonâ finire intentione voluit. D. Thom. *2. 2. quæſt. 69. art. 3.* Nec Appellationes certè ſunt, ſed Ludificationes, vti vocat Pet. Arragon. *ibidem* & Mich. Salon. *concl. 2.* Navar. *in Man. cap. 25. n. 39.* Et iſte ſtylus diabolicus & irrationabilis, continens peccatum, non eſt allegandus. D. Thom. *1. 2. quæſt. 97.* Tabiens. *verſ. cenſur. n. 4.* Lud. Carbon. *tr. de reſtit. quæſt. 31. ver. quare qui appellant, & protrahunt, tenentur ad reſtitutionem.*

Remedia eiusmodi litigaturientium Appellatorum partim di- 19.
vina, partim humana: Divinum Remedium eſt optabile, vox ſcilicet Angelorum, qui in auribus Advocatorum & cauſidicorum aſſiduè intonarent, quantoperè lædatur divina Maieſtas, & quàm gravia incommoda redundent in Litigatores ex his ſupervacaneis & cavilloſis appellationibus, vt optat Ioh. Pet. Ala. *d. part. 1. quæſt. 46. in prin.*

Remedium viſibile & terribile eſt pœna divina, cuius exemplum refert Antonius. *p. 3. ſumm. de off. Adv. cap. 1. col. 3.* de Advocato, qui ſemper malè appellaverit: Quod ægrotus cum mortis admoneretur imminentis, vociferabatur, Appello, appello, & fato ceſſit, experiens ſtatim divinam ſententiam immutabilem & inappellabilem, ſicut dicitur, Ibi nihil proderit multum replicare, Nec ad apoſtolicam ſedem appellare. Ayrer. *p. 1. pro. hiſt. cap. 6. obs. 3. n. 25. in fin.* Quamobrem in lite injuſta non amplius dicant toties appello, quoties fuerit reiecta: Sed ſemper hoc cogitent, quoties ita appellabo toties peccabo, & divinam in me ſeveritatem excitabo. Ioh. Pet. Ala. *d. part. 1. quæſt. 46. in fin.*

Hæc de divinis. Humana litium appellatoriarum Remedia 20

conſiderantur aut ratione judicum à quo & ad quem, aut ipſorum Litigantium. Iudices omnium ſupremi ne facile recipiant quaſuis Appellationes leuiores, vt monet Cuſan. *lib. 7. de con. cath. cap. 40.* aut ſi receperint, friuolè appellantes non ſolum in expenſas, ſed & mulctam pecuniariam condemnent, vt in Specie de Cam. Imperali monet *Auctor. diſcur.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 19.* vbi ſpem facit, hoc Remedio adhibito, non tot Appellationes ad Cameram deferri, aut delatas tranſactione finiri, metû friuolæ Appellationis, & nouæ ordinationis. Huc faciunt diviniſſima D. Bernhardi verba; *lib. 3. col. 5.* qui non gravatus appellat, certum eſt, quod aut gravare intendit, aut tempus redimere: non debet autem eſſe appellatio ſuffugium cavillantium, ſed refugium gravatorum: multi enim pendente appellatione fruuntur aliqua re, quæ ſemper fuit fuit injuſtè poſſeſſa. Et ita Antidotum vertitur in Venenum. Quem das mihi in tam crebris appellationibus, quæ hodiè fiunt, qui reſtituerit nummum adverſario pro expenſis? Mirum autem eſſet, ſi omnes appellantes eſſent juſti, appellati verò haberent litem injuſtam. Hæc Bernh. Vide Speyer Deputation Abſcheidt. Anno 60 0. §. pœna temerè Appellantis iſt von 10. Marck Lötiges Silbers biß auff 10. Marck Lötiges Goldes/abbreviandæ litis cauſa, ne temerè appelletur, erhöhet. Libra auri, vulgò Marck Lötiges Goldes æſtimatur pro 72. aureis Rhen. Koppen. *dec. 5. n. 13. per l. Quoties C. de ſuſc. præp. & arc. lib. 10.*

21. Alterum ratione judicum Remedium, vt Appellatio evidenter frivola & calumnioſa regulariter reijciatur, & eâ non obſtante procedatur in lite abſque attentatorum vitio. *c. cum appell. friuol. de appell. in 6.* Felin. *in c. de cætero. nu. 11. de re judi.* Menoch. *lib. 2. arb. Iud. qq. Cas. 197. n. 1.* Cont. *in l. 1. C. ſi de mom. poſſ. lim. 7. nu. 41.* Lancellot. *de atten. appell cap 12. lim. 7. n. 1.* Bertar. *con. 404. n. vol. 4.* Iudex à quo, cognoſcat, an ſit deferendum, nec ne? Iudex ad quem an legitima, ſive attendenda ſit litis appellatio. *L. chirogr. §. 1. vbi* Br. *not. 1. de adm. tut.* Specul. *de appellat. §. nunc dic. n. 2.* Bl. *in l. appellat. n. 8. C. de appellationibus.* Cont. *ad l. 1. ſi de mom. poſſ. q. 1. n. 16.* Farinac. *de ind. & tort. lib. 1. tit. 5. quaeſt. 38. nu. 31.* Confer deputation Abſcheidt. Anno. 600. Daß die Käyſerliche Appellatio, litis abbreviandæ cauſa erhöhet §. was den Speiriſchen Abſcheidt. Anno 70.

22. Ratione litigantium optimum eſt Remedium, ſi litem protrahat appellans, vt appellatus coram judice appellationis Cameræ

renuncia-

renunciet punĉto appellationis, hoc eſt, nullâ datâ Reſponſione ſuper non admiſſione gravaminum, eò quod nihil noui contineant, per generalia concludat, petatque appellantem compelli, vt in lite principali, omiſſo appellationis punĉtò procedat, cui petitioni judex, ſi tergiverſationem animadvertat, locum dare debet, vt lis citius finiatur. Gail. *1. obſ. 128. & 136. nu. 3.* ita factum in cauſa Wulff Haller contra die Statt Leipzig. 25. Auguſti Anno 64. *per textum in l. amphoram. §. in refut. C. de appell.* Cammerge. Ordnung. *part. 3. tit. 33. §. pen.* Ratio 1. Quia appellationis remedium non ad defenſionem iniquitatis, ſed ad præſidium innocentiæ inſtitutum eſt. *c. cum ſpeciale. §. porro. de appell. l. præfecti prætorio 17. de minor.* Eſt enim thyriaca contra injuſtæ ſententiæ venenum. Curt. *con. 16. n. 8.* Purp. *l. 1. n. 87. C. de pactis.* 2. Quod ſemel capitulatum ſive interrogatum eſt, non eſt vlterius capitulandum. Bl. *in d. §. in refuta.* Gail. *d. obſer. 128. n. 6. per l. fundi. 38. de uſ. & vſufr. leg.*

Alterum remedium eſt ſtatutum, vt appellantes jurent, ſe non malitiosè protrahendæ litis cauſa appellaſſe, quod congruit non ſolum juri diuino & naturali, ſed etiam fundatur in ratione concludenti & probabili, quod in dubio præſumatur pro prima ſententia. Ergo neceſſario obſervandum eſt, & ligat litigantes in foro conſcientiæ. Graff. *lib. 2. dec. aur. c. 10. p. 1.* Ioh. Pet. Ala. *de adv. Chriſt. p. 1. quæſt. 56.* vbi non admittit cautionem juratoriam. Myns. *cen. 3. obſ. 57.* Sed nec hoc Remedium ſufficit, niſi etiam certa pecuniæ ſumma deponatur. Myns. *1. obſ. 6. & 14.* Gail. *1. obſ. 124.* Confine eſt Remedium, vt tabula privileg. de non appell. redintegretur. Frid. *in fin. lib. 1. pro. Cam. p. 217.* Sed quotiescunq; appellatio removetur ad evitandam litium infinitatem, toties & ſupplicatio prohibita. Iohan. Pet. Surd. *con. 277. n. 5. lib. 2.* Heyg. *p. 1. q. 10. n. 57.* His medijs atque Remedijs lites Appellatoriæ limitari, ſed omninò in præjudicium ſuperioris ſtatuto tolli non poſſunt. *c. venientes de jurej.* Cammgerichts Ordnung. *p. 2. tit. 28. §. 2.* Myns. *1. obſ 14.* Gail. *1. obſ. 135. nu. 12.* Wurmb. *tit. 24. obſ. 29.* Rol. à Valle. *cons. 29. lib. 1.* commune ait. Soarez. *lit. A. n. 196. & 2. ſeqq.* Menoch. *1. ar. jud. q. 11. q. 197.* Vigel. *meth. obſ. Cam. lib. 2. cap. 7. Reg. 1. exc. 12.* Borch. *de jurej. cap. 9. nu. 7.* vbi ait, nec principem poſſe. Matth. de Aff. *in præl. conſt. NEap. q. 10.* Ita nec vllo temporis vſu acquiri poteſt à ſubditis jus illud, ne ab ijs ad principem appelletur. Covar. *pr. qq. cap. 4.* Borch. *d. cap. 9. nu. 7.* Quamvis vtilius eſſet

23.

24

Reipubl. Remedium ad extingvendas lites paucis injuſtè oppreſſis, appellationis beneficium denegare, quam multis calumniantibus querelarum januam aperire: cum rariſſimi ſint, qui ſe injuſtè reputent condemnatos. Deniq; ſemper minora à maioribus vinci & regi æquum ſit, vt in hac ipſa re ad Frid. 3. Imper. Aeneas Sylvius *de ort. & auto. Impe. c. 22. & ſeq.* Heyg. *p. 1. q. 10. n. 16. & ſeq.* Hæc de Remedijs Appellationum Cameralium.

25. Lites ſimplicis querelæ ſive novæ, novum meritò judicium ſibi vendicarent, quæ vt eò citius expedirentur, Illuſtriſſimi domini Camerales non ſolum Audientiam contumaciarum coarctarunt, de qua Ord. *part. 1. tit. 14. & p. 3. tit. 1.* Obrecht. *diſp. 1. de jud. cap. 2. th. 178. & 180.* Sed & noviſſimâ Imperij Conſtit. Anno 600. ordinarunt, acta quintuplicatò exhiberi, vt inter Correferentes diſtribui, eò citius perlegi & lites decidi poſſent. Quoad proceſſum Remedia obſerventur tum Antecedentia, tum ſequentia.

I. Quicunque liti ſuæ vult conſulere, ſtatim in primo termino exhibeat articulos cum annexione Commiſſariorum, & petitione pro prima dilatione tempus tot vel tot menſium. Adam. Kellerus. *lib. 2. de off. jur. pol. cap. 29.* Et quidem in cauſis ſimplicis querelæ, ni libellus primo termino proferatur, Reus à citatione eſt abſoluendus, juxta decreta generalia Anno 1583. 23. Auguſt. & *Anno 1593. 13.* Decembris. Petrus. Denais. *de jur. Cam. rub. term. 1. proponenda. §. 9.* Schvvanm. *lib. 1. proc. Cam. cap. 14. n. 2.* Obrecht. *tr. de conc. & form. lib. c. 4. n. 9.* Quamvis Gail Cameralium ſcriptorum Anteſignanus *lib. 1. obs. 51. n. 10.* diſtinguat, vtrum citatio fiat ad locum remotum vel propinquum vt illo caſu valeat citatio ad totam litem. c. ex libris. §. fin. de in integr. reſtitut. Altero vero citationes iterandæ, & per conſequens lites protelandæ. Mar. *tit. de vt. p. 6. n. 116.* Quod cum ſit abſurdum in Cam. non obſervetur, ſed citatio generalis decernatur ad abbreviandas lites. *gl. in Auth. qui ſemel. vers. tribus. C. quomod. & quand. Iud.* Arnold. de Reyg. *diſp. 2. pro. jud. th. 17.* Si verò ſemel libellus fuerit præpoſitus, ſive in ſcriptis, ſive viua voce: nec articuli poſtea, nec in libellando variatio, ne durante quidem termino, permittatur juxta Receſſ. Deput. Anno 600. §. es ſoll auch. Pet. Denais. *de jur. Cam. verb. libelli. nu. 5.* Nec eſt, quod Actor duritiem huius juris incuſet: quia de ſeipſo potius cõqueri debet, quod minus commodum libellandi modum elegerit. Obrecht. *d. tract. cap. 4. nu. 11. in fin.*

II. Dixi

II. Dixi cum annectione Commiſſariorum, quia plurimum ad celerem litium & cauſarum expeditionem ſpectat, ſi commiſſiones rectè expediantur, quæ fiunt ordinariè ante vel poſt plenas Reſponſiones, aut extraordinariè: priori modo regulariter petuntur poſt litis conteſtationem. *t. t. vt lite non conteſt. L. ſi alius. §. eſt. Qui vi aut clam. L. 1. C. de jure emph.* Pileus. *quaſt. 40. per tot. &* Her. Seuerol. *de remiſſ. cap. 13.* Sed Actor hanc Commiſſionem petat, aut vna cum articulis, aut ſimul atq; reſponſum eſt ad libellum, etiamſi in puncto reſponſionum, an ſcilicet ſufficientes, nec ne, adhuc ſubmiſſum & nondum à Iudice interlocutum ſit. Cammergerichts Ordnung. *tit. 15. §.* weiter ſoll. Vndè ſæpiſſimè Commiſſarij deputantur in eodem decreto aut interlocutoria, vlterioribus reſponſionibus Adverſario injunctis hoc modo. Sein die Articul zubeweiſſen zugelaſſen vnd erkandt/ daß N. N. darauff ſingulariter ſingulis Antworten ſoll/ quo properantes & litibus expedire ſe cupientes vtuntur. Solent enim ſœpè renunciare puncto reſponſionum, vt Anno. 1570. in cauſa Seckendorff contra Bamberg. 26.

Quod ſi quis Litigaturientium producat literas cenſuales, vel alia inſtrumenta, poteſt omninò breuibus litem expedire, vt non deſunt præjudicia, quia poteſt vnà cum libello omnia producere, & eodem termino concludere, ſi nimirum bonam foveat cauſam. Caſp. Guil. Scipio. *lib. 3. dec. cam. 170. & lib. 4. dec. 38.* Si teſtes ſint examinandi, talis nominetur Commiſſarius, contra quem non poſſit excipi, ſed omni exceptione maior ſit. Adam. Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. cap. 29.* 27.

Poſt commiſſionem rectè expeditam optimum eſt remedium, vt Litigaturiens ſcripto probatorio renunciet der Probationſchrifft. Sunt enim dicta teſtium vel per ſe plana, vel vacillantia: iſtis deductione opus non eſt, cum Referens videat intentionem probatam. Hic parum fidei adhibetur illis ſcriptis probatorijs. Nonnulli enim Referentium ea negligunt, cum ſcilicet ſufficientem inſtructionem & informationem ex atteſtationibus hauſerint, præcipuè in cauſis fractæ pacis, vbi locum habet, quod dicitur: hodie conſtat, hodiè agatur. Br. *in l. prator. ait. §. ſi quis paratus. de non. oper. nunciat.* Keller. *lib. 2. de off jur. pol. cap. 29.* Veruntamen hoc Remedium adhibito judicio eſt adhibendum, vt *inquit* Caſp. Guil. Scipio. *lib. 4. dec. Cam. 37. 57. 64. & ſeq.* Gail. *1. obs. 129. nu. 5.* quia in cauſis pignorationum 28.

non

non facilè illa ſcripta omittuntur, propter declarationem ocularis inſpectionis des Augenſcheins Keller. *de lib. 2. de off. jur. pol. cap. 29.*

29 Ergo ſcripta probatoria die Probationſchrifften aut potius omittuntur, aut optimè formantur, ſi ſecundum requiſita actionis intentatæ digerantur, & tantum tunc oſtendatur, illa puncta eſſe ſatis probata, Daß gibt dem Referenten guthe Information zu ſeiner Relation. Reliqua Probationſchrifften nach eynem jeden Articul iſt Narrenwerck vnd vnnütze geſchwätze / meræ repetitiones teſtium dicit Caſp Guil. Scipio. *lib. 4. dec. Cam. 82.* id quod albo Lapillo notandum aſſerit. Kell. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 29.* ſequitur *Auctor. diſc.* Vom Juſtitienwerck *pag. 44.* & alibi paſſim, vbi non ſolum ad ſcripta probatoria, ſed & reliquas jurium allegationes, diſputationes vel rectius cavillationes, exceptiones contra perſonas & dicta teſtium, & ſimilia immenſæ magnitudinis producta, quæ nonnunquam in Camera & alijs in judicijs 100. & plura folia continent, ſæpiusque pro labore 100. thaleri ſolvuntur, diſſolvuntur. Licet enim per ſubtiles Ejusmodi allegationes & cavillationes lis quandoq; indebitè protrahatur. *L. ea eſt. natura de V. S. L. propter. C. de jud.* Tamen finaliter IVSTITIA & VERITAS ſub æquo judice valet & invaleſcit. *c. graue 35. q. 9.*

30. Hæc Remedia ſi rectè applicentur, tot termini non erunt neceſſarij, ſicut in vniverſum primæ inſtantiæ ſeptendecim *numerantur* termini: 11. in cauſâ principali. 3. in exceptionibus dicatorijs & 3. in peremptorijs Cammergerichts Ordnung. *part. 3. tit. 12. vsq. ad tit. 30.* Obrecht. *diſp. 1. de jud. c. 2. th. 218.*

Sed exhibito libello, ſtatim exigatur litis conteſtatio, vt articulis juxta ordinationem reſpondeatur: nominentur Commiſſarij, vti dictum, & petatur ad probandum negatos ſe admitti, decernique prima dilatio: omiſsâ 2. 3. 4. Ejusq; prorogatione. Nam alioquin omnibus in terminis totius & integri proceſſus ſtudioſè curandum eſt, ne dilationibus petendis opus fiat, ſed quantum fieri poteſt, vt anticipentur potius, quam retardentur. Adam. Keller. *lib. 2. de off. jus. pol. cap. 29.*

31. Protelari autem litem petendis dilationibus ita manifeſtum eſt, vt illud latius declarare volens ligna in ſyluam ferre videatur, *inquit* Rut. Ruland. *tr. de Commiſſ. lib. 2. c. 9. n. 6.* & teſtatur de Cam. Imperiali, quod ſi quis aliquas dilationes obtinuerit ijsque poſtea renunciarit, puniatur indiſtinctè tanquam litis protelator. Bernhardus

Greuz

Greuæ. *concl. 91. conſid. 1. n. 4. & 5.* Ratio huius Remedij, quando manifeſtâ malitiâ ſeu calumniâ, litis differendæ gratiâ petuntur, dilationes illæ ſunt denegandæ, nec tales audiendi litium protelatores: *c. ſuſcitata. de in integ. reſtit.* Dd. *in c. cum contra. de off. deleg.* Iacob. Riminal. *inter frat. cons. 651. n. 8* Pros. Caravi. *ad conſt. reg. rit. 140. n. 5.* Ruland. *d. lib. 2. c. 9. n. 6.* cum nec olim dilatio amplius, quam ſemel data ſit, aut ad ſummum bis, idq; magna ex cauſa. *L. 7. & 10. §. fer. l. 1. §. fin. C. de dilationibus.* Vigel. *in parad. 9. pag. 569.* vbi veretur ne ICtorum, quem & Clericorum autoritas exitum ſit habitura. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *p. 43. & ſeq. §.* vnd was als dan. exiſtimat in Camerâ dilationes vltra 2. aut 3. menſes non permittendas, quo tempore litigantes facilè Spirâ & producta recipere & Reſponſa efformare poſſunt. Germ. Gegennotturfft oder Handlung.

Deinde cum longiores dilationes propter longiora, vti vocant, producta communiter petantur, optimum erit Remedium, vt quemadmodum in inferioribus judicijs, ita etiam in Camera omnino prohibeatur jurium diſputatio, Exceptiones contra Reſponſiones, deductiones probationum, exceptiones contra perſonas & dicta teſtium & ſimilia, quæ litem quaſi immortalem reddunt. *Auct. diſc.* Vom Juſtitienwerck. *pag. 38. & 118.* Felin. *in c. ſuper literis nu. 8. de Reſcrip.* refert, Vrbanum bis reſpondiſſe cuidam Auditori S. palatij, quod de qualitatibus juris mentionem facere opus non eſſet. Ioh. Ordelaph. *ad L. fin. n. 644. de Rei vind.* Allegationes enim juris non ſunt pars Actorum, ita vt aliquando ad Acta poni denegatum fuerit in Cam. vt refert Guil. Scip. *lib. 4. dec. 108.* quod ſi in omnibus obſervaretur litibus, duplo pauciores redderentur. 32.

Poſtquam in cauſa hinc inde concluſum eſt, nullum promovendi reſtat remedium, quam per ſupplicationem ad Præſidem Cam. vel etiam ad viſitatores Cam. anniverſaros: in qua potiſſimum judicem movebitis, ſi cauſam in dicabitis eſſe privilegiatam, pupillorum, periculum ſummum in mora, litis pendentiæ, cauſam concernere alimenta & ſimilia. Keller. *lib. 2. de off. jur. pol. c. 29. in fin.* His moti Aſſeſſores litem movebunt & cogitabunt prohibitum. *p. 1. tit. 13.* ne ſe negotijs cauſarum, proceſſum remoraturis onerent. Nec Advocati ac Procuratores plures ſuſcipiant cauſas, quam peragere poſſunt. *d. tit. 13.* Ioh. Forſt. *in proc. Cam. latè.* Quod ſi quis contra faciat, & litem protelet, puniatur duabus libris auri. Caſp. Guil. 33.

Scipio. *lib. 4. dec. 110.* Cætera quæ forſan excogitari poſſent Remedia tam in genere quam ſpecie, ſpacijs excluſus iniquis prætereo atque alijs poſt me memoranda relinquo.

34. Denique ſententia eſt terminus litium definitivus *L. termin. C. de fruct. & lit. exp.* Ioh. Ordelaph. *ad L. in fin. n. 125. de rei vind.* Ergo lites ſemel finitæ in Camera citò executioni mandentur, quod executionis Remedium omnium erit neceſſarium, optatiſſimum, vtiliſſimum. *L. ſi Prætor. de judic. L. vn. ſi quis jus dic. no. obt.* Maran. *p. 6. tit. de contum.* Cammergerichts Ordnung. *part. 3. tit. 28.* Dieweil eyne Jde vrtell / ſo der nicht gebürliche volſtreckung geſchicht / wenig frucht bringet. Rec. Imp. *Aug. Anno 1555. §.* ferner nach dem. Fruſtra enim hoc judicium eſſet inſtitutum, & fruſtra ſententiæ ferrentur, niſi id, quod judicatum mandaretur executioni Vult. *2. I. R. cap. 32.* Myns. *cent. 3. obs. 63.* Gail. *de Arreſt. cap. 11. n. 5.* Cacher. *dec. Ped. 129. n. 1.* Zas. *l. 2. de orig. jur*

35. Nec à latis & pronunciatis Cam. Spirenſis ſententijs appellare licet. *arg. l. 20 §. 4. de pet. hæred.* Marant. *tit. de appellat. n. 252.* Cammergerichts Ordnung. *part. 3. tit. 51.* Treutl. *vol. 2. diſp. 33. th. 4. lit. f.* Quia ſupremum Imperatoris eſt judicium. At à ſententia Imperatoris appellare non licet. Ergò vt Aen. Syl. *de ort. & aut. Imp. Rom. c. 15.* 4. argumentis probat, quæ refert Paurmeiſt. *lib. 2. de juris. Imp. Rom. c. 4. n. 159.* vbi limitat, quod ſi Cæſar & ordines conſentiant, ad vniverſum Imperium appellari poſſe. Sicut & à Cæſare malè informato ad eundem rectius informandum *l. 1. C. de relat. vbi* Br. & Bl. *l. 1. §. quæſitum. de appell.* Zobel. *in add. gl. Germ. art. 27.* Treutl. *vol. 2. diſp. vlt. th. 4. lit. d.* Gail. *1. obs. vlt.*

36. Hæc de ſpecialiſſimis litium Cameralium Remedijs vltimo admonuiſſe ſufficiat, quæ ſi placeant, placet: ſin minus in puluere cum tineis jaceant & taceant. Tibi ô æterna ſapientia lætus lubens laudes ago, gratiasq; habeo, vt cum Lipſio loquar. *5. pol. c. 1.* quod te duce evaſi ex illis ſalebris litigioſis nempè huius vltimi ſeculi Malitijs & malitioſis Litigijs. Valeat forum, valeat curia, faceſſant mundanæ curæ cum pactis & contractibus. Animam ſeruare meam cupio. Quid lucri fecerit homo, ſi totum mundum lucrifaciens animæ ſuæ jacturam faciat. Egreſsi ſunt à Perſide Magi, egredere à temporarijs negotijs, ad Ieſum proficiſcendo, non eſt longum intervallum, ſi velimus. Non enim neceſſe eſt traijcere mare, neque montium

ſuperare

ſuperare cacumina, ſed domi ſedens ſi pietatem exerceas, multamq; cordis compunctionem, potes illum videre, potes totam diruere materiam, totum ſubmovere obſtaculum, abbreviare vitæ longitudinem. Ioh. Chryſoſt. *de Beat. Phil. tom. 2. fol. 835.* Et hoc ſeculum nequam libero ad cæleſtia volatu evadere, vt *inquit* Carol. M. contra Elepandum Hiſp. Anno 794. Hæc de litibus abbreviandis.

Gloria non homini, ſed tibi ſolo Deo.

Sapiens. cap. 6.

Audite igitur Reges, & attendite, & diſcite IVDICES finium terræ. Aures præbete Moderatores populi, quiq; nationum multitudine gloriamini. Quoniam à DOMINO vobis Dominatio data eſt, & poteſtas ab altiſſimo, qui in opera inquiret veſtra, & conſilia perſcrutabitur. Quoniam quum eſſetis miniſtri regni ejus non rectè judicaſtis, neque Legem conſervaſtis, nec conſilium Dei eſtis ſequuti.

Pſal. 82. vers. 3.

Iudicate pauperi & pupillo, pauperem & egenum juſtificate. Eripite pauperem & egenum, & de manu impiorum eruite. Nihil norunt, nec intelligunt: in tenebris ambulant, nutant omnia fundamenta terræ.

F I N I S.

RERVM ET VERBORVM MEMORABILIVM, QVAE IN DVOBVS HISCE LIBELLIS CONTINENTVR DITISſimus, ordine alphabeti digeſtus.

Prior numerus librum, alter caput, tertius numerum demonſtrat.

ABBREVIATIO litium requirit auctoritatem Principum. 1. 2. 22. & 38. eſt publicæ utilitatis. 1. 2. 12.
Abbreviationes litium consilio faciunda. 1. 2. 37.
Abbates Abbatias rapuerunt. 1. 6. 11.
Abſoluta & Ordinaria poteſtas. 1. 6. 27.
Abblandientium ICtorum deſcriptio. ibid.
Abſolon regnum paternum ambijt. 1. 3. 7.
Abuſus non tollit rei ſubſtantiam. 1. 7. 35.
Abſolutio juramenti ad litigandum. 1. 9. 24.
Abſentia Advocati lites retardat. 1. 9. 25.
Abuſu falſitas Committitur. 1. 10. 7.
Abraham, Iacob, David, ſimularunt. 1. 10. 27.
Abuſus appellationis mulctâ corrigendus. 2. 13. 40.
Academiæ, in Germania. 25. 1. 7. 24.
Academici plerumque rudes & ignari. 1. 11. 12.
Accuſatio actus Iuſtitiæ. 1. 3. 32.
Achab ob vineam Nabothi punitur. 1. 6. 27.
Actio quid. 1. 5. 26.
Actor forum Rei ſequitur. 1. 3. 44.
Actoris intentio priùs probanda. 1. 3. 43.
Actor & Reus Comparantur. 1. 3. 44.
Actio & lis ſunt eadem. 1. 5. 14.
Actio obligationis filia. 1. 5. 26.
Actor petat Commiſſionem omiſſâ reſponſionum lite. 2. 14. 26.
Acta in Camera Imp. quintuplicatò exhibenda 2. 14. 25.
Acta peremptâ inſtantiâ pereunt. 2. 13. 6.
Actus primus Contradictorius inſtar litis Conteſtationis. 2. 13. 8.
Actionum cumulatio abbreviat lites. 2. 13. 11.
Actio quæ inſtituta ſæpè ignoratur. 1. 11. 17.
Acta an die Oberhöffe zu ſchicken. *1. 11. 22.*
Accuſationes pertinacium ingeniorum cotes. 1. 14. 1.
Actorum temeritas in lite movenda. 1. 8. 25.
Actor per articulos Rei voluntatem expiſcatur. 2. 13. 18.
Accuſatio optima res. 2. 12. 17.
Accuſator cuſtodiæ ſe ſubmittat vel ſatisdet. 2. 12. 20.
Actus judiciales ſine convicijs fiant. 2. 12. 25.
Actor repetit articulos loco poſitionalium. 1. 15. 14.
Actio impertinens ſæpè proponitur. 1. 15. 15.
Actorum Cameralium relatio tardior ex triplici cauſa. 1. 16. 20.
Actionis fundamentum veritas. 2. 5. 5.
Actis legendis Referens & Correferens ordinandus. Officium eorum. 2. 9. 15.
Acta pauperi gratis edantur. 2. 9. 27.
Adriani & Friderici litigium. 1. 1. 24

Adſeſſoru

Adſeſſores Cameræ Imp. & Præſides. 1.16.6.
Adſeſſores Cameræ & Auditores Rotæ Romanæ æquiparantur. 2.14.1.
Adſeſſoribus Cameræ plures adjungendi. 2.14.9.
Adſeſſores quotidianis audientijs occupantur. ib.
Adſeſſores in Religionis lite pares ſint. 2.14.15.
Adſeſſores ne ſe negotijs onerent. 2.14.33.
Adſeſſorum Cameralium mutatio lites protelat. 1.16.17.
Adverſario litis ſumptus nemo ſubminiſtrare debet. 2.9.19.
Adhibendi conſuetudo Conſtit. Imperij reprobatur. 2.9.29.
Advocatus bonus melior judice. 1.3.41. conſcientioſus litiganti quærendus. 1.3.41. litem iniquam deſerat. 2.7.18. litem juſtam fovens adverſarium decipere poteſt. 2.7.20. & 2.6.5. & 1.10.31.
pauperibus ſerviat gratis. 1.11.32. & 2.9.24.
litigatorem 3 annis ludificatur. 1.9.26.
confertur cum nuncio. 2.7.30.
Advocati gratis patrocinantes præmium à Deo expectent. 2.9.26.
pauperibus patrocinium negantes removendi ibid.
moneant litigatores de veritate dicenda. 2.8.19.
Procuratores, Notarij, malas cauſas ſtatim deſerant. 2.7.42.
removendi. 2.7.32.
lucri causâ lites protelantes diaboli ſunt mancipia. 2.7.30.
litibus vt 4. elementis nutriuntur. 1.9.41.
lites protelant vt honoraria eliciant. 1.9.26.
reſcriptis & exceptionibus lites involvunt. 1.9.22.
pro rata præmij lites tractant. 1.9.21.
litigantes & judices Conviciantur. 1.9.17.
locant operas. 1.9.10.
non litigaturos litigare faciunt. ibid.
gratis litigantibus militent. 1.9.5.
de pane non de lite cogitant 1.9.4.
litigantes juvant malitiâ. 1.9.1.
Salarium immoderatum extorquentes tenentur ad reſtitutionem. 2.7.29.
rarò conſuluntur in proceſſibus. 2.13.10.
indocti aſini auriti. 2.7.26.
qui recipiendi. ibid.
litis dubiæ compoſitionem ſuadeant. 2.7.19.
litis injuſtæ expenſas refundant. ibid.
litium malitiam & bonitatem norunt. 2.7.16.
jtem, calumniari 2.7.9
an ſemel & ſemper de calumnia jurent. 2.7.6. & 10.
in Gallia annuatim jurant. 2.7.5. non jurant de calumnia. 2.7.7.
priusquàm ad munus Advocatiæ admittantur, examinantur & jurent. 2.7.5. & 7.
pietati ſtudeant. 2.7.1.
deſcendunt in infernum ſicut cujusdam ſues in ſtabulum. 2.7.2.
jurent de calumnia. 2.6.24.
judicem traducunt. 1.15.37.
Advocati & judices abſque conſpicillis videre non poſſunt. 2.7.30.
Advocati & Medici tres facies habent. 1.9.27.
Advocati juvenes litium confuſores. 1.9.15.
Advocati munus in cauſis clientum. 2.7.3.
Advocati ne recipiant omnes lites. 2.7.17.
Advocati tria ornamenta. 2.7.27.
Advocati officium Reip. vtile. 2.7.33. adquid inventum. 2.7.35, hodiè ad ſubverſionem veritatis exercetur. 2.7.33.
Advocati reſponſum cum articulis exhibendum. 2.13.23.
Advocato debetur ſalarium lite tranſactâ. 2.4.29.
Advocatorum paſcua lites injuſtæ. 1.9.7.
Advocatorum iniquus mos. 2,7.30.
Advocatorum diſputatio litium cauſa. 1.15.32.
Advocatorum malitia circa lites pauperum. 2.9.28.
Advocatorum in libellando & recipiendis ſalarijs officium. 2.7.28. & 29.
Advocatorum convicia puniantur. 2.7.14.
Advocatorum olim juramentum. 2.7.5.
Advocatis & procuratoribus ſalarium ex publico

conſtituendum. 2.7.4.
Advocatis interdicatur jura allegare. 2.7.21.
Advocatis Galliæ non licet jura allegare. 2.7.22.
Advocatis quid in lite inſtituenda obſervandum. 2.7.25.
Advocatia habet juriſdictionẽ admixtã. 1.16.13.
Adulterij pœna hodiè levis. 1.14.12.
Advena non eſt contriſtandus. 1.13.13.
Adſpectu hominis judex juſtitiâ deviat. 1.12.20.
Adpotatio modica lætitiæ, nimia litis genetrix. 1.11.38.
Adæ lapſus omnium malorum cauſa. 1.7.2.
Aedificando & litigando pauperes reddimur. 1.4.7.
Aegyptij litigioſi. 1.1.18. decem plagis caſtigati. 1.4.33.
Aenigma inter jus & vim. 1.1.16.
Aeris alieni & litis comes Miſeria. 1.14.12.
Aerarium ne ſit ſpoliarium. 1.6.29.
Aethiopia non habet lites. 1.1.28.
Aequivocatio Ieſuitarum. 1.6.16.
Aequita legis non capitis ſequenda eſt. 1.14.17.
Aequitas ſimulata eſt iniquitas 1.10.25.
Aequitas imaginata non eſt ſequenda. 1.12.16.
Aedificiorũ magnificentia debitorũ cauſa. 1.13.19
Aedes erigendæ, vbi egentes ſub pignoribus pecuniam recipiant. 2.11.24.
Aegyptij furta non Puniverunt. 2.12.26.
Aequalitas Concordiæ mater. 2.5.12.
Aequalitas in ſucceßione liberorum. 2.5.12.
Aeſtimatio litis datur contra judicem. 2.10.26.
Affectio etiam in minimis. 2.10.23.
Affectus tolli nequeunt. 2.5.4.
Afflicto litiganti additur Afflictio. 1.15.35.
Afflictis non addenda afflictio. 1.13.5.
Agenti jus agendi in Compoſitione ſervandum. 2.4.17.
Agrigentini pompoſè ædificarunt. 1.13.19.
Aggreßor corporis omni jure interficitur. 2.12.24
Albas Rex à ſubditis oppreßus. 1.14.7.
Αἰσχροκέρδεια procuratorum. 1.9.6.
Alaricus Aniani operâ jus collegit. 1.2.38.
Alexander Severus juſtitiæ ſtuduit. 1.2.14.
Alexandri Magni magna cupiditas. 1.3.7.
Albani tempore quot in Belgio interfecti. 1.8.7.
Allegatio jurium prohibeatur in Camera. 2.14.32. & 2.13.12.
Allegationes juris non ſunt pars actorum. 2.14.32. & 2.7.21.
Allegationes judex non audiens tenetur de dolo 2.7.22.
quod intelligendum de modicis. ibid.
Allegare Advocatis facile. 2.7.23.
Allegationes Advocatorum inſipidæ. ibid.
Allegationibus quomodo vtendum. 2.7.24.
Allegationes juris litigantes onerant imprimis. 1.12.29.
Alles verthun vnd die Schuldener enterben. 1.13.14.
Alio jure Catilinã, alio Cethegũ cenſere. 1.12.17.
Aleâ armantur homines ad lites. 1.14.6.
Aliena à lite non ſunt probanda. 1.15.11.
Allegantes multa patiuntur fluxũ legũ. 1.15.21.
Alium pro alio teneri inquum. 2.2.35.
Albertus Dux Borußiæ à Camera proſcriptus. 1.16.31.
Amadiſiacæ fabula vnde ortæ. 2.2.5.
Amaſis lex, vt quisq; vivendi modum profiteretur. 2.12.26.
Ambitus crimen quatenus committatur. 2.10.9.
hoc ſeculo frequentißimum. ibid.
Amniſtia litium publicarum tumulus. 2.3.16.
Amentia vino ineſt. 1.11.33.
Ambitioſi rempub. turbant. 1.6.23.
Ambitio turpis & odioſa. 1.7.16.
Amandatio ſub prætextu ſpecioſo. 2.3.36.
Amicabilis Compoſitor quis. 2.4.14.
Amicabiles compoſitores partibus litium incommoda proponant. 2.4.13.
Amicalis compoſitio. 2.4.24.
Amicorum conſilia litigaturo neceßaria. 1.3.40.
Amicorum potentia hortantur ad injuriã. 1.1.15.
Anabaptiſtæ ſuâ perfectione turbant orbẽ. 2.1.7.
Analphabeti judices in Lotharinga. 1.12.31.
Αναρχία non eſt ferenda. 2.2.8.
Anaxagoras agrum compaſcuũ reliquit. 1.7.9.
Anglia 36. modis litem finit. 2.2.6.
Angliæ Rex imperio ſe ſubtraxit. 1.16.31.

Angliæ Regnum habet tria tribunalia. 1.16.7.
Angliæ parlamentum vltimum Conſcientien court. 2.13.21.
Angli pupillo matrimonium offerunt. 1.13.9.
Anglia tres P. cavendas habet. 1.6.16
Angeli litigantibus intonent ne temerè appellent. 2.14.19.
Angeli minùs angelica vox. 1.6.26.
Angeli pravitatem habent. 1.7.8.
Anguſtiæ noſtri intellectus. 1.11.6.
Angelus ſprevit munera Manochis. 1.12.24.
Animorum rubigo cote juſtitiæ fricanda. 1.13.13.
Animis non annulis credendum. 1.13.29.
Animæ ſalus rebus omnibus antefertur. 2.7.13.
Annonæ gravitas ſeditionem parit. 1.6.32.
Annonæ remedia. 2.3.31.
Annus bonus de juſtè regnantibus, 1.1.3.
Annus 30 ante inſtantiam litigatur. 2.13.9. & 1.15.10.
Anni 10. in lite appellatoria inſumuntur. 1.15.28.
Anſeaticum fœdus probatur. 1.6.34.
Anſeatici potentiâ vti neſciunt. ibid.
Anſerinus ſtrepitus das feder ſpitzē nocet. 1.9.17.
Antinomiæ ex legum multitudine. 1.7.21.
Antoninus Pius juſtitiæ deditus. 1.2.16.
Antigonus Pythonem trucidavit. 2.3.27.
Anus Ptolemais ad animam litigavit. 1.3.6.
Appellatio ſubfugium cavillantium non gravatorum. 2.14.20.
Appellatio tyriaca contra ſententiæ venenum. 2.14.22.
Appellatio ſtatuto tolli nequit. 2.14.24.
Appellatio ad vniverſum imperium. 2.14.35. à male informato ad melius informandū. ib.
Appellatio ab interlocutione lites criminales tardat. 1.14.20.
Appellatio in litibus criminalibus non valet ex conſuetudine. 1.14.23.
Appellatio ab interlocutorijs prohibeatur. 2.13.39
Appellatio ab interlocutoria de jure civili non valet. 2.12.21.
Appellatio ab interlocutoria litis criminalis non concedatur. 2.12.21.
Appellatio in litib. debitarijs reſtringēda. 2.11.20.
Appellatio fit coram judice aut notario. 1.15.23.
Appellatio litigantium Sacra anchora. 1.15.37.
Appellatio in dubio recipienda. 1.16.18.
Appellationi frivolæ non eſt deferendum. 2.14.21
Appellationem denegare Reipub. vtile. 2.14.24.
Appellatione remotâ removetur ſupplicatio. 2.14.23.
Appellatione lis criminalis protrahitur, pœna aboletur. 1.14.24.
Appellationes injuſtæ Deo diſplicent. 1.14.24.
Appellationes ſunt ludificationes. 2.14.18.
Appellationum potiſſima pars frivola. ibid.
Appellationū inſtantiæ ſunt litiū alumnæ. 1.15.37
Appellationum indiſtincta receptio litium accumulatio. 1.16.18.
Appellans mortuus ſine pœnitentia. 1.9.23.
Appellans tribus vicibus ſaltat. 1.13.13.
Appellans intra menſem inhibitionem doceat ſub deſertione. 2.13.35.
Appellans 4. in lite appellatoria indicet. ibid.
Appellans cramben bis coctam apponit. 1.15.24.
Appellans de novo teſtes producit. ibid.
Appellantis temerè pœna 10. marc. auri puri. 2.14.20.
Appellantium temeritas in Camera puniatur. 2.14.12.
Appellantes ſe in iniquitate fovent. 1.15.38. lites in infinitum trahunt. ibid.
Appellatoriæ litis tempus. 2.13.18.
Appellatus reſpondeat & concludat. ibid.
Appellare ab omni actu lites protrahit. 1.9.23.
Appellat. concludat in lite ſatis deducta. 2.14.22
Appellatum ſeptuagies in vna lite. 1.1.19.
Apoſtolis litis materia fuit ſubtracta. 1.3.14.
Apoſtoli non habuerunt juriſdictionem. 2.3.11.
Appetitus temporalium vitioſus. 2.5.4.
Aquilonis malum quomodo intelligendū. 1.1.25.
Arbitrio judicis lis modica dicitur. 1.3.35.
Arduæ lites æquiparantur criminalibus. 1.5.34.
Ars & natura ab elementis incipiunt. 1.5.1.
Ariſtidis laus in juſtitia colenda. 1.2.13.
Arbitri tollendarum litium cauſâ conſtituuntur. 2.4.13.
Arbiter Compromiſſarius quis. 2.4.14.
Arbitrator dat vim de jure alterius. 2.4.17.

Arbitrium

Arbitrium quod bonus vir optat in ſeipſo. 2. 4. 18.
Arma ſeditioſis adimenda. 2. 3. 31.
Archidamus quomodo litigantes compoſuerit. 2. 4. 16.
Areopagitæ noctu lites judicabant. 1. 12. 20.
Argentangina Demoſthenis notatur. 1. 12. 14.
Argumentum ab oppignoratione ad fidejuſſionem valet. 2. 11. 27.
Arma mali judicis in palatijs depingantur. 2. 12. 16.
Arma hodiè quilibet portant. 2. 12. 5.
Armorum indiſtincta portatio lites comportat. ibid.
Armorum prohibitio litium criminalium Remedium. 2. 12. 5.
Arca cui delationes intrudantur in templo conſtituatur. 2. 12. 2.
Arnoldus Clapmar mutuatur ab Waremun. de Erenberg. 2. 12. 1.
Arbitrium torquendi leges reſtringitur. 1. 14. 35.
Articuli cum annexione commiſſariorum exhibendi. 2. 14. 25.
Articulis continetur ſyllogiſtica forma 2. 13. 18.
Articuli inſtruunt judicem de cauſa. 2. 13. 13.
Articuli ſpeciem litis deſignant 2. 13. 18.
Articuli non temerè admittendi vel reijciendi. 2. 13. 25.
Articuli ſuperadditionales reijciantur. 2. 13 29.
Articuli noui quomodo probandi. 2. 13. 36.
Articuli hodiè inepti concipiuntur. 1. 15. 14.
Articulorum correctio in Camera prohibita. 1. 15. 21.
Articulatus libellus ingreſſu litis exhibendus. 1. 15. 15.
Aſellus auro onuſtus expugnat caſtra. 1. 12. 14.
Aſoti tempore Ciceronis. 1. 11. 37.
Aſtra ſunt immunda. 1. 7. 8.
Aſtuti maximè decipiuntur. 2. 9. 10.
Athenienſes decimam litis partem depoſuerunt. 1. 2. 19.
Athalarici edictum de litibus proponendis. 2. 13. 3.
Attila miniſterio vſus eſt Deus. 2. 1. 15.
Avaritia malorum mater. 1. 4. 29.
Avaritia quæſtorum taxatur. 1. 6. 28.
Avarus magis aurum quam ſolem intuetur. 1. 7. 9.
Avaritia judicum mulctis reſtringenda. 2. 11. 22.
Avari omnes præſumuntur. 1. 7. 2.
Auctoritas Papæ in opinione. 1. 6. 15.
Auctoritas magnum momentum. 2. 3. 24.
Auctoritate ſua jus dicere interdum permittitur. 2. 1. 20.
Auctoritatè propriâ lites dirimere prohibitum. 1. 3. 32.
Auctoris incerti 15. litium remedia. 2. 1. 28.
Aucupationes ſyllabarum taxantur. 1. 1. 25.
Auctoritates Dd. in foro non allegandi. 2. 5. 32.
Audacia malitioſa legibus coërceatur. 1. 8. 29.
Audacia ad ſolutionem extraneos trahit. 2. 2. 35.
Audientia 5. Spiræ inſtituenda. 2. 14. 1.
Audientia judicium quid & quotuplex. ibid.
Audientia contumaciarum Spiræ abrogata. 2. 14. 2.
Audientia ſit benigna ne deſperatio ſequatur. 2. 10. 7.
Auff Hoffrecht poculum accipere quid. 1. 11. 40.
Auguſtus abrogavit aſyla. 2. 12. 29.
Auguſtus litibus operam dedit. 2. 10. 8.
Aulici & conſiliarij multa ſimulant. 1. 10. 28.
Aula miniſtris detrahit quod advenis largitur. 1. 13. 21.
Aula pontificis vendit officia. 1. 12. 8.
Aulicâ manu negocium confici quid. 1. 12. 12.
Aulicorum calumnia in laudando. 1. 8. 21.
Aulici primò Comici, mox Tragici. 1. 6. 7.
Auri libra quid. 2. 14. 20.
Aura marſupij mutat advocatos. 1. 9. 5.
Aurum quærere juſtitia eſt. 1. 13. 16.
Aureis compedibus ſtringi durum. 1. 14. 30.
Außträge habent 8. vias procedendi. 1. 16. 26.
Auſtriaci & Burgundi non appellant ad Cameram. 2. 14. 5.
Autolici mendici preces malitioſæ. 1. 8. 18.
Autonomiæ auctor quis. 1. 6. 4.

B.

Babilonia notat Romam. 1.1.25.
Baldus ignorantiæ inimicus. 1.11.10.
Baldus reprobatur. 1.13.2.
Balneum abuſus Advocatiæ. 1.16.13.
Balſamum ferro emoritur. 1.6.25.
Bancorruptus & fallita lites fingit. 1.10.4.
Bannitum interficere non licet. 2.3.3.
Barbitonſorum, molitorum filij ad ſodalitates admittendi. 1.13.11.
Bardus & ad ſtivam natus judex. 1.12.29.
Bargegeldt in naufragijs receptum. 1.13.5.
Bariſelli habent merum imperium. 1.14.15.
Barones Capitaneos ordinent pro juſtitia. 2.10.7.
Baſilides ebrios in carceres impegit. 2.9.9.
Baſilius litigantes ſumptus ſubminiſtravit. 1.2.16.
Barrattarius quis. 1.12.11.
Bartoli opinio de voce litis taxatur. 1.5.16.
Bartoliſtæ in aulis vt ſpongiæ. 1.7.36.
Batavi litigioſos vocant Harman. 1.1.27.
Belgium & Helvetia Imperio ſubtracta. 1.16.31.
Bellum non eſt modus tollendæ ſciſſuræ. 2.3.7.
Bellum propter pacem ſuſcipitur. ibid.
Bellum omnium malorum epitome. 1.5.31.
Bellum injuſtum damnatur. 1.9.38.
Bellum abſque pecunia nullum. 1.4.2.
Bellum ſempiternum in litibus. 1.4.22.
Belli juſti eventus victorioſus. 2.7.6.
Bellum in rebellium motibus non probant cordati. 2.3.23.
Belli incommoda. 1.6.23.
Beneficium & gratia concordiæ vincula. 2.4.20.
Beneficialium litium inſtantia 37. annorum. 1.15.27.
Beneficiorum emptores deſcribuntur.
Benevolentia & juſtitia regunt imp. 1.6.24.
Beluæ non ſunt fallaces. 1.8.6.
Belligerare Chriſtianis licet. 1.3.30.
Bibliothecas ſuperat L. XII. tabb. 1.7.38.
Bibacior quo quis eò malitioſior. 1.11.39.
Bironius quomodo incarceratus. 2.3.27.
Birroarij & Spionij exploratores in Italia. 2.12.4.
Biennium litis criminalis inſtantia. 2.12.19.
Blaſphemandi conſuetudo non excuſat. 1.13.3.
Bluthbahn jurisdictio criminalis. 2.12.11.
Bodinus improbat Principem per ſe jus dicere. 2.10.6.
Bohemia non coaluit cum Imperio. 2.3.18.
Bohemis, Hiſpanis, Neapolitanis conventus interdicti. 2.3.22.
Bogulaus Dux Pomeraniæ latrones ſuſtulit. 2.2.13.
Bohemia probat obſtagium mit zweyen Roſſen. 2.2.28.
Bona lis dolo vinci nequit. 1.8.31.
Bona mendacia ſunt vitanda. 1.10.21.
Bonarum mentium culpam agnoſcere. 1.10.9.
Bona combuſtorum non ſunt confiſcanda. 1.13.8.
Bona creditorum præconis voci ſubijciuntur. 1.13.22.
Bonifacius ſe Cæſarem & Pontificem jactavit. 1.2.38.
Boni mores plus operantur divitijs. 2.7.29.
Boni viri non eſt debita negare. 1.13.26.
Bonum aviamentum guter zulauff. 1.9.20.
Bonorum extortor legum diſtortor. 1.8.17.
Bonum & malum non ſunt in eodem ſubjecto. 1.8.6.
Bononienſis tractus fert 1000. drachm. ſepting. 1.6.13.
Bornenſis inſula Regem in acie collocat. 1.7.19.
Borgias non habet remedium contra mortem. 2.1.6.
Borgias Italiæ tyrannos ſuſtulit. 2.3.5.
Boruſſia & Livonia à Polonis avulſa. 1.16.31.
Böſe Obrigkeyt zu Todte beten. 2.3.6.
Boßheyt vnd Düuel a διαβολῆ. 1.8.18.
Braveurs, groſſe wort/ nichts dahinden. 1.13.29.
Brederodij juridica remedia. 2.5.21.
Breite Warheyt. 2.8.1.
Britannia nutrit lites. 1.1.20.
Brunsvicenſis ordinatio punit advocatorum

convicia. 2. 4. 14.
Budæi votum de baſilica Pariſienſi. 1. 3. 3.
Bullati Doctores non gaudent privilegijs. 1. 7. 32.
Burchardus à Mangelſeldt jus Magdeburgenſe compilavit. 1. 14. 13.
Burgfrid vnde. 2. 2. 13.
Burggravij munus remiſsivè. 2. 3. 13.
Burgundi, Angli, Saxones, Thuringi dotem olim non dederunt. 2. 11. 30.
Burſa ſolvit debitum, non carcer. 2. 11. 16.

C.

Caballa Ieſuitarum quæ. 1. 6. 16.
Cachebaſtard, ferrum quod fœminæ portant. 1. 13. 22.
Cadaver mortuum ob debita arreſtari nequit. 1. 13. 34.
Cæſar inconſultis principibus rarò agit. 1. 2. 30.
Cæſar vtramq; juriſdictionem ſibi vendicet. 2. 3. 8.
Cæſaris & Cameræ poteſtatem diſputare periculoſum. 1. 16. 35.
Cæſares ethnici vtrumque gladium tenuerunt. 2. 3. 8.
Cæſares qui Imperij jura defenderunt. 2. 3. 9.
Caligula quadrageſimam litis indixit. 1. 2. 16.
Calumniator litem iniuſtam defendens & differens. 2. 7. 11.
Caligula leges tollere voluit. 1. 7. 27.
Calumnia vnde dicatur & quid ſit. 1. 8. 16.
Calumnia duplex. 1. 8. 21. acutior gladio. 1. 8. 20.
Calumniator, qui vexat alios litibus. 1. 8. 19.
Calumniator tribus perſonis nocet. ibid.
Cambyſes judicem excoriat. 2. 12. 15.
Camera Catholica ab Evangelica diſtinctio optatur. 2. 14. 2.
Camera ad Germaniæ meditullium transferenda. 2. 14. 8.
Cameræ ordinatio litigantiū cynoſura. 2. 14. 17.
Cameræ præiudicia ſunt contraria. 1. 11. 3.
Camera Imperialis incorruptiſsima. 1. 12. 14.
Camerales litium cauſa cogitandæ, non profe-tendæ. 1. 16. 1.
Cameræ Imperialis locus & origo. 1. 16. 3. & 4.
Camera Imperialis non ſufficit litibus Germaniæ decidendis. 1. 16. 5.
Cameralium litium multitudo. 1. 16. 6.
Cameralium litium cauſa Adſeſſorum paucitas. ibid.
Camera exteris etiam juſtitiam adminiſtrat. 1. 16. 12.
Cameralium litium 5. cauſæ ſecund. P. Frider. 1. 16. 14.
Camera ſuper devolutionem 10. 20. 30. annis diſputat. 1. 16. 14.
Camera judicium Spiræ perpetuum. 1. 16. 17.
Cameræ interitus à tarda juſtitia. 1. 16. 19.
Cameralib. juriſdictio cumulativè data. 1. 16. 24.
Camera repræſentat Cæſarem. 1. 16. 27.
Camera fundata pro litibus privatis. ibid.
Camera non aſſumitur in conſortium Imperij. 1. 16. 34.
Camerales repræſentāt ſuos principales. 1. 16. 34.
Camerales appellationi deferunt pro amplificanda juriſdictione. 1. 16. 14.
Canoniſtæ de Papæ juriſdictione dubitant. 1. 6. 13.
Canina facundia lites excitat. 1. 9. 7.
Capitulatum ſemel non vlterius capitulandum. 2. 14. 22.
Captura iniuria irrecuperabilis. 1. 14. 30.
Captus iniuſtè recompenſam accipit. 1. 14. 31.
Captivi ſententiam litis vrgent. 2. 12. 19.
Capturâ indebitâ judex abſtineat. 2. 12. 38.
Captura absq; indicijs ne decernatur. 2. 12. 40.
Caraffæ deceptio Pariſijs. 1. 6. 15.
Carceratus ſemper in cruciatu. 1. 14. 26.
Carcerati plerumq; vitam ſibi adimunt. 1. 14. 27.
Carceris deſcriptio. 1. 14. 26. & 27.
Carcer hodie eſt pœna. 1. 14. 30.
Carcer obedientiarum Ein Burgerlich Gehorſamb. 1. 14. 30.
Carceris ſupplicium graviſsimum. ibid.
Carceres noxi in auctores fabrefiunt. ibid.
Carceres ſubterranei mutentur. 2. 12. 38.
Carcerati non ligentur pedibus. 2. 12. 39.
Carceres debitorum fiant. Germ. Schuldthurne. 2. 11. 8.

Carnifex

Carnifices plerique judices. 2.14.16.
Carnifices Reos diu ligatos tenent. 1.14.32.
Carnificem lapidare irrationabile. 1.13.13.
Carneades lites ludificari ſolitus. 1.9.2.
90. annos in ſtudijs conſumpſit. ibid.
Cardani ſubtilitas ridicula. 1.8.6.
Caroli Burgundiæ Ducis jactantia. 1.7.7.
Caroli V. & Franciſci VIII. æmulatio. ibid.
Caroli V. tempore quot interfecti. 1.6.7.
Carolus V. infauſtæ Monarchiæ arguitur. 1.1.29. modum finiendæ litis optavit. 1.2.25. Regimenti conventum abrogavit. 2.3.30. ebrios dupliciter punivit. 2.9.30.
Carolus Rex Neapolitanus judicem male judicantem ſuſpendi juſſit. 2.10.21.
Carolus Magnus litigatores audivit & compoſuit. 2.10.5.
Caſſij moderatio feſtorum. 1.16.10.
Caſus pro amico non probantur. 1.12.18.
Catonis conſilium ne forum legeretur. 1.3.3.
Catades fœminas communes eſſe voluit.
Catholici monaſteria abrogant. 1.16.13.
Catalaniæ mos ducendi virum cucurbitatum. 1.12.31.
Catones cenſorini optantur in Repub. 2.11.2.
Cato fœneratores Sardinia expulit. 2.11.22.
Cato optatur qui ſcribas in ordinem redigat. 2.10.36.
Cauſa à caſu dicta. 1.5.23.
Cauſidici. ibid.
Cauſidicorum lingua præſcindenda. 2.7.15.
Cauſarum confuſio lites parit. 1.6.13.
Cauſa litium infinita. 1.6.35.
Cauſidici inſtrumenta ſurripiunt. 1.15.18.
Cauſidici litigantium diſcordiam ſuadet. 2.4.7.
Cauſidici ſedet ad gubernacula proceſſ⁹. 2.13.10.
Cauſa litium penes Adv. & Proc. 1.9.1.
Cauſæ juſtitia in diſcretione judicis. 1.12.2.
Cauſa luxurioſi mali in aulis. 1.13.21.
Cauſis cognitis noſcuntur remedia. 2.1.1.
Cauſa remotâ removetur effectus. 2.1.33.
Cautio judicũ ſe juſtitia abſtenturos. 2.10.20.
Cautio ne lites oriantur in quo conſiſtat. 2.1.9.
Cautio litigiorum quæ. 1.4.5.
Ceres prima legum latrix. 1.5.5.
Cenſura morum in Rempub. reducenda. 2.6.29.
Celeſtinus manè conceſſa veſperi revocavit. 1.10.13.
Certum adſerere nemo debet. 1.9.26.
Cenſores legum, morem conſuetudinum introducantur. 2.11.1.
Cenſorum officium in deſuetudinem abijt. 2.11.2.
Cenſitio ſive deſcriptio populi olim vſitata. 2.11.3.
Cenſitio ad lites expediundas facit. ibid.
Cenſus rei frumentariæ vtilis. 2.11.5.
Cenſers privatorum opes & inopias indignum. 2.11.6.
Cenſura civitatum gubernatrix. 2.11.7.
Cenſores ſunt absq; juriſdictione. 2.11.8.
Cenſores pravas conſuetudines deferant. 2.11.9.
Chi troppo tira rompe. 1.6.13.
Charitatis ordo apud Advoc. litigioſos perijt. 1.3.17.
Chriſtianus litigioſus inter mundi abuſus. 1.3.17.
Chriſtiani perfecti non litigant. 1.3.23.
Chriſtiani litigare poſſunt. 1.3.26.
Chymiſtarum præmium paupertas. 1.4.8.
Chalchondylis dictum de Germanis. 2.4.8.
Chi hà mal vicin, ha mal matin. 1.7.17.
Chirographarij dimittuntur vacui. 1.13.15.
Chinenſes res luxurioſas inferri non patiuntur. 2.11.15.
Cicero convicijs vſus eſt. 1.9.16.
Ciceronis error de effectibus tollendis. 2.5.4.
Cicero damnat huius ſeculi proceſſum. 1.15.5.
Civiles viri Philoſophis præferuntur. 1.2.39.
Civiles lites ad commodum privatum tendunt. 1.5.30.
Civitatibus invident principes. 1.6.31.
Circuli Imperij. 2.14.5.
Circulares Cameræ 5. perſonis conſtituendæ. 2.14.6.
Circulares citationes & mandata ſub ſigillo Cæſaris emanant. ibid.

Citatio generalis in Camera ſufficit 2. 14. 25.
Citatio hodie fit ad ſingulos actus. 2. 13. 15.
Citatio generalis ad cauſam ſufficit. ibid.
Citatio generalis in Camera & Saxonia vſurpata. 2. 13. 15.
Citationi cauſa litis inſerenda. ibid.
Citatio peremptoria tot dies habeat quot ſimplices tres. ibid.
Civitates metropolitanæ lites graviores reſervent. 1. 12. 22.
Civitates non habuerunt merum imperium. 1. 14. 15.
Circumſtantia in criminalibus diligenter attendenda. 1. 14. 19.
Clerici juriſdictionem ampliant. 1. 6. 12.
Clericorum multitudo ſtatum deſtruit. 1. 13. 30.
Clauſulas ignorant notarij. 1. 9. 36.
Clauſula So haben wir vnß mit dē Ständen des Reichs verglichen. 1. 16. 28.
Coactiva litium pub. remedia improbantur. 2. 3. 7.
Clarigatio belli denunciatio. 2. 2. 31.
Collegia duo Cameræ paria introducantur. 2. 14. 7.
Cometa, terræmotus, eclipſeos ſigna. 1. 6. 32.
Codex novus incipiendus. 2. 5. 27.
Compoſitio non fit ſecund. juſtitiam ſed æquum. 2. 4. 17.
Compoſitiores lites cognoſcant & terminent. 2. 4. 15.
Compromiſſum fit vel ſtipulatione vel pœnâ. 2. 4. 14.
Compromiſſa quoad pœnam odioſa. 2. 4. 21.
Compromiſſa in odium litium. 2. 4. 23
Compromiſſa non corrigunt jus commune ſed lites abbreviant. ibid.
Compromiſſa juramento confirmata non ſervantur. 2. 4. 26.
Commiſſionem expeditiones faciunt ad lites. 2. 14. 26.
Commiſſio poſt lit. cont. petitur. 2. 14. 26.
Commiſſiones litium criminalium malè conceduntur. 1. 14. 22.
Commiſſarius exceptione major nominetur. 2. 14. 27.
Communio litium cauſa. 1. 7. 10. & 2. 5. 6.
Communia negliguntur. 1. 7. 13.
Commentatio ICtorum inſana. 1. 7. 23.
Commiſſio qs. commeſtio, vel Kom Iß 1. 11. 39.
Comminatio habet vim peremptoriæ citationis 2. 13. 15.
Compurgatores Reum vera jurare [illegible] 2. 13. 21.
Comites Palatinos in notarijs creandis [illegible] cautos. [illegible]
Commentarij juris Procuratorum [illegible] nutriunt. 2. 5. [illegible]
Commiſſionum remedium lites protrahit. 2. 10. 31.
Commiſſarij jurent cum teſtibus. ibid.
Cogitationis pœna nulla. 2. 1. 16.
Cognitio ſui ipſius. 2. 5. 3.
Cognitio Prætoris & judicium quomodo differant. 2. 1. 24.
Cognitionis cauſa pauca; judiciorum plurima ibid.
Cogitatum aliena acquirendi punit Deus. 2. 5. 5.
Conani Scotorum Regis inventum ne crimina lateant. 2. 12. 2.
Concurrentia vſu magis quam conſtitutionibus probatur. 1. 16. 30.
Concurrentia an Reipublica conducat. 1. 16. 30.
Concurrentia lites privatas impediens publicas generat. 1. 16. 31.
Concurrentia Cæſaris & Cameræ in vniverſum negatur. 1. 16. 26.
Gallius eam invenit. 1. 16. 22.
Concilium generale litium publ. remedium. 2. 3. 15.
Concilijs exulceratæ ſunt lites, ibid.
Concilij indicendi modus. ibid.
Conciones ſeditioſæ inhibendæ. 2. 3. 16.
Conciliabula litium cauſæ. 1. 6. 33.
Concluſa lites prius in Camera expediantur. 1. 16. 16.
Concupiſcentia lepra generalis, 1. 7. 3.
Concordia cur amplexanda. 2. 6. 4
Concordia initio litium tentanda à judice. 2. 6. & 7.

Concordia

Concordia in publicis deſideratur 2.4.8.

Concordia jus alterius non læditur 2.4.12.

Concordia urbium regina. 2.4.19.

conſervat imperia & principatus. ibid.

Concordia quibus caſibus litigantibus imponi poſſit. 2.4.22.

Concordia in criminalibus non obtinet. ibid.

